## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

10 B 23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

# IAC. FRIDER. LVDOVICI, D.

Potentiſſ. Reg. Boruſſ. Conſil. aul. & P. P. ordin. Hallenſis,

# DOCTRINA PANDECTARVM,

EX

IPSIS FONTIBVS LEGVM ROMANARVM DEPROMTA ET VSVI FORI ACCOMMDATA.

Ex Biblioth. Sen. Consil.

*ACCESSIT*

# *HISTORIA* PANDECTARVM,

NEC NON

IOH. IAC. WISSENBACHII

## EMBLEMATA TRIBONIANI,

DENVO REVISA.

*EDITIO V. EMENDATIOR.*

Ex libris Josephi de ... Can. Capit. ad S. Steph. ad gradus ... Moguntiae




*HALAE MAGDEBVRGICAE*

Typis & impenſis ORPHANOTROPHEI, M DCC XXX.

*CVM PRIVILEGIO REGIO.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Domino
# MARQVARDO LVDOVICO
## DE PRINTZEN,
Potentiſſimi Boruſſiæ Regis ſupremo Aulæ Mareſchallo & Miniſtro Status intimo,
Ordinis Regii Aquilæ nigræ Equiti,
Regii Palatii Præfecto,
Conſiſtorii Præſidi, atque rerum eccleſiaſticarum & feudalium Directori,
Præfecto Comitatus Ruppinenſis & Terræ Bellinenſis,
Hereditario Domino in Caro, Seedorff, cetera,

*Domino ſuo gratioſiſſimo*

Felicitatem.



Digitized by Google

CAuſam, quæ me mouerit, Illuſtriſſime Domine, vt Nomini TVO ſplendidiſſimo opuſculum hocce inſcribe-rem, non longe arceſſen-dam

Digitized by Google

dam eſſe exiſtimo. Scilicet cum potentiſſimus REX noſter TE ſupremum Academiæ Fridericianæ Curatorem conſtituerit, meæ vero tenuitati munus iura docendi clementiſſime demandatum fuerit: nemo eſt poſt REGEM potentisſimum, quam TV quidem, cui magis ad reddendas rationes laborum academicorum meorum obligatus ſim. Accedit aliud illudque non leue argumentum, quod liberalia ſtudia, quibus ipſe imbutus es mirifice, in magno



Digitized by Google

pretio habeas: eosque, qui literis operam nauant, ſingulari gratia TVA & adfectu proſequaris. Accipe ergo, qua ſolitus es, beneuolentia, quas offero chartas, & meis ſtudiis fauere haud dedignare. Ego æternum Numen ſupplex venerabor, vt REGI TE, regno, prouinciis, in ſpecie, vero academiæ huic omnibusque literarum cultoribus quam diutiſſime ſoſpitem atque incolumen conſeruet.

Illuſtriſſimi TVI Nominis

cultor

humillimus
I. F. LVDOVICI

Digitized by Google

## Præfatio ad Lectorem.

POſtquam mihi, beneuole lector, aliquot abhinc annis poteſtas docendi iura in illuſtri hac academia clementiſſime conceſſa fuit: deprehendi, nulla frequentius a iuris cultoribus deſiderari, quam pandectarum, ſiue digeſtorum, collegia, ita, vt ſingulis ſemeſtribus ea ſemper repetenda fuerint. Cum vero ipſarum legum explicationem auditorum conditio, & breuioris temporis, intra quod collegia abſolui volunt, ratio non ferat: qualibet vice compendium aliquod ſeligendum fuit, cuius veſtigiis & ego docendo, & auditores repetendo inſiſtere atque memoriam ſubleuare poſ-

ſent. Non deſunt autem, fateor, eiusmodi compendia multa, imo tantus eſt eorundem numerus, vt rideri interdum ſoleant, qui eum numerum augere intendunt; quæ cauſa fuit, quod antehac de confectione compendii pandectarum nunquam cogitauerim. Mutaui vero, imo mutare debui cógitationes meas, (vere, non ſimulate loquor,) iuſſu atque autoritate eiusmodi virorum, a quibus pendeo & quorum decreta ſumma pietate, deueneror, & inter quos B. Strykium primum nomino. Obtemperaui iuſſis eo promtius, poſtquam deprehendi, auditoribus meis ex confectione noui compendii vtilitatem aliquam obuenire poſſe. Scilicet in compendiis illis, quibus hactenus vſus ſum, alia interdum obuenerunt, circa quæ dubius hæſi, nec mentem autorum ſemper adſequi potui: alia interdum, quæ diſplicuerunt, & vel cum ipſis legum verbis, vel tamen cum genuinis interpretandi principiis pugnare viſa ſunt: hisce itaque caſibus vel in explitione obſcurorum locorum, vel in refuta-

Digitized by Google

tutatione minus recte (vt mihi videbatur) poſitorum non parum temporis inſumere cogebar. Verum illud tempus in præſenti lucrari poſſum in lectionibus meis, vbi theſis ea ratione, vt iuſtum videbatur, iamdum poſita & contrariis ſimul, quamuis ſuccincte, reſponſum eſt.

Quod methodum adtinet, qua vſus ſum, libera ea eſt & facilis, prout ſpero. Equidem methodum Weſenbecii, Lauterbachii, &c. qui iuxta cauſarum ordinem procedunt, non ſimpliciter improbo; ſed tamen & perfectionem quandam ipſi non adtribuo, imo a prima iuuentute admodum exoſa mihi fuerunt inuenta philoſophiæ ſcholaſticæ, præcipue metaphyſici termini, qui rem magis ſæpe implicant, quam explicant. Ita e. g. Lauterbachius *in comp. iur. p. 652. & 654. cauſam efficientem furti in genere, ius naturale, gentium & ciuile: furti manifeſti in ſpecie autem prætorem eſſe* dicit, quod quidem ſano ſenſu ab iis, qui iuris periti ſunt, explicari poteſt; at vero illis, qui iura nunc demum haurire cupiunt, res in ſe cla-

ra obſcuris terminis proponitur; vnde etiam Hartungio pro *metaphyſica ſua iuridica* gratias nullo modo deberi, ſed oleum & operam eum perdidiſſe exiſtimo. Methodus noſtra vero non eſt in omnibus titulis eadem, neque etiam talis eſſe poteſt, ob materiarum, quæ in diuerſis titulis proponuntur, diuerſitatem. Mox enim alius titulus contractum: alius actionem, v.g. rei vindicationem, hereditatis petitionem, &c. alius delictum: alius aliud quid proponit. Quod ſi quis ergo in tali materiarum diuerſitate nihilominus eadem methodo vbique incedere vult: is ſane non minus iura torquet, quam illi eccleſiæ miniſtri evangelia, qui eandem propoſitionem artificialem, vt vocant, per integrum annum ex omnibus & ſingulis euangeliis formant. Nos quando de contractibus agendum fuit, præmiſſa definitione & diuiſione, perſonas contrahentes, res, de quibus contractus initur, ceteraque eſſentialia, modum contrahendi & actiones ex contractu inito prouenientes, conſiderauimus: quando titulus

actio-

Digitized by Google

actionem propoſuit, primo perſonas actionem inſtituentes, mox eas, contra quas agitur, & denique rem, quæ petitur, vidimus: quando delictum occurrit, præmiſſa definitione & natura delicti, pœnam, qua illud coercetur, deinde caſus, quibus pœna ordinaria ceſſat, recenſuimus: in aliis aliter.

Sancte etiam teſtor, me nullam omnino legem adlegaſſe in integro hocce libro, quam non ipſe euoluerim; nolebam enim fidem meam ex ea ratione minui, quam pro ſtabilienda præſtantia atque autoritate gloſſatorum alias adfert Raphael Fulgoſius *ad l. ſolutum. 6. C. de O. & A. gloſſatoribus magis ſtandum eſſe, qui viderunt, quam nobis, qui non vidimus*, v. Hunnius *de interpret. & autor. iur. c. 10.* Profluxerunt exinde duo alia: Primo quidem, quod ſæpe a Bartolo & Baldo etiam receſſerim, ſicubi eos a tramite veritatis receſſiſſe deprehendi. Neque hoc crimen aliquod inuoluit. Sunt quidem adſerentes, ciuilem ſcientiam totos homines deſiderare, & tales, qui nihil aliud agant, curent, cogitent, quam vt, quid

quid Accurſio, Bartolo, Baldo, Alexandro, & ceteris doctis viris, ſed alienis ab omni elegantia, viſum fuerit, defendant, legum verba ignorent licet, temporum nullam habeant rationem, quibuſcunque verbis & libris vtantur, rudes denique & omnium aliarum rerum ignari adpellentur, dum illud vnum dicere poſſint, nihilo fuiſſe ſe Accurſio, aut Bartolo earum rerum peritiores; verum hodie & poſt tempora Antonii Auguſtini, Duareni, Cuiacii, ſimiliumque tanta non eſt veneratio gloſſatorum antiquorum. Quod aiunt, inquit Auguſtinus *emendat. lib. 2. in proœm.* nolle ſe Bartolo, aut Accurſio peritiores eſſe, agnoſco eorum verecundiam. Sed arbitror, illum ipſum Accurſium & Bartolum, ſi reuiuiſcerent, aut ceteros, quos nominant, egregios viros, libenter e græca & latina lingua multarum legum interpretationem accepturos, ſeque & barbaris verbis & interpretationibus inanibus exoneraturos. Rogandi ergo eiusmodi homines ſunt, vt facile patiantur alios veterum Ictorum, Pauli,

VI-

Digitized by Google

Vlpiani, &c. imitatores atque amatores eſſe, cum ipſos nemo de deliciis & amoribus ſuis barbarorum ingentibus voluminibus interpellet. Deinde, quia ipſos legum fontes ſecuti ſumus, alterum quoque euenit, vt rariores in noſtra pandectarum doctrina inueniantur DD. adlegationes. Si autoritate aliqua opus fuit, præſertim in rebus ad vſum fori ſpectantibus: vnum, vel alterum, ex celeberrimis ICtis æui noſtri adlegaſſe, ſufficiens eſſe putauimus. Quis enim imitaretur eos, qui dicente Riccio *de librorum iuris romani quantitate & qualitate aphor. 24.* præteritis ICtis præſtantiſſimis ſeſe ad *Lambertos de Ramponibus*, *Vbertos de Babio*, *Thomas de Formaginis*, *Fabianos de Grocchiis*: item ad *Purpureos*, *Scharlatinos*, *Blancos*, *Brunos*, *Albinos & Nigros*, imo ad ipſos *Porcos*, *Swinburnos*, *Capros*, *Capellas*, *Aſinios*, *Tigrinos*, *Lupos*, *Caccialupos*, *Vulpellos*, *Jacobos de Canibus*, atque *Cattos* nec non (ne ſcilicet fulgur aliquod illorum interpretamentis deſit,) ad *Igneos*, *Ligneos*, *Pulverinos*, *Picenardos*, *Gygantes*, *Borgninos*, *Ronchegallos* atque *Tortos* conferunt. Non damnamus

pror-

prorſus eiusmodi Autorum adlegationem, ſed nimium ſaltem adlegandi pruritum cum Riccio improbamus.

Ceterum, vbi ab aliorum opinionibus recedendum eſſe putauimus, modeſtia ſemper vſi ſumus. Ad conuitia enim deſcendere abiecti animi indicium eſt, meritoque dolendum, quod illi, qui antiſtites & lumina eccleſiæ orthodoxæ videri volunt, in controuerſiis ſuis vt plurimum relicto ſtatu controuerſiæ ad conuitia & iniurias deſcendere ſoleant, quos falſos doctores nos ignari laici imitari neutiquam debemus. Fruere itaque lector hiſce noſtris laboribus, ſi quid in iis deprehenderis, quod vſibus tuis inſeruire queat: ſi vero in aliquo nos erraſſe deprehendis: nihil humani a nobis alienum eſſe cogites. Sphalmata, quæ in priores editiones irrepſerant, pleraque ad minimum correximus. Si quæ adhuc reſtant, rogamus te, beneuole lector, vt haud grauatim ipſe emendare velis. Vale.

Dabam in Academia Fridericiana d. IV. Aprilis A. O. R. MDCCIX.



Digitized by Google

IAC. FRIDER. LVDOVICI, D.

*HISTORIA*

# PANDECTARVM.

Digitized by Google

# HISTORIA PANDECTARVM.

## SVMMARIA.

*Hiſtoria pandectarum ſpecialiter hactenus nondum propoſita, §. I. Pandectarum & digeſtorum nomen vnde? §. II. Pandectæ in ſeptem partes diuiduntur, de cuius diuiſionis ratione, §. III. Notatur Pacius, qui has ſeptem partes cum ſeptem planetis, imo totum ius cum microcoſmo quodam comparat, §. IV. quidnam in qualibet parte contineatur? §. V. diuiſio gloſſatorum. Digeſtum vetus, infortiatum & nouum, horumque ratio denominandi, §. VI. VII. & IIX. diuiſio in 50. libros, IX. Pandectæ excerpta ex veterum ICtorum ſcriptis exhibent. ICti illi plurimos commentarios ad edicta prætorum edictumque perpetuum Iuliani conſcripſerunt, de quo edicto ſimul agitur. Maximus veterum librorum numerus, §. IX X. & XI. Cicero, Pompeius & Cæſar compilationem iuris quidem intenderunt, ſed res effectu caruit vsque ad Iuſtiniani tempora, §. XII. conſtitutio Iuſtiniani de conceptione digeſtorum ad Tribonianum, ſiue Tribunianum, §. XIII. compilatores, quos ſocios elegit Tribonianus, §. XIV. Iuſtinianus nulli ICto prærogatiuam præ altero tribuit, contra quam Theodoſius iunior, §. XV. poteſtas emendandi & corrigendi veterum ICtorum libros compilatoribus conceſſa. Emblemata Triboniani, §. XVI. antinomias in pandectis locum ſibi vindicare noluit imperator, nihilominus tamen tales in iis deprehenduntur, §. XVII. de geminationibus, omiſſionibus & inuerſionibus remiſſiue, §. XVIII. pandectæ ſecundum ordinem codicis & edicti perpetui compoſitæ, §. XIX. adcurata tamen con-*

*nexio in iis non deprehenditur, contra Iac. Gotho-fredum, §. XX. pandectæ intra tres annos ad ſinem perductæ, quod reprehendunt eruditi, §. XXI. pandectas per ſigla ſcribere prohibuit imperator. Mos ita ſcribendi veteribus vſitatus, quem non intellexit Tribonianus, §. XXII. prohibiti etiam fuerunt commentarii ad pandectas, non vero paratitla. Quid ſint paratitla? §. XXIII. & XXIV. dies publicationis pandectarum, §. XXV. vtrum inſtitutiones illis derogent? eod. §. & XXVI. de numero legum & titulorum in pandectis, §. XXVII. de numero verſuum, §. XXIIX. pandectæ cum clypeo Herculis comparatæ a Duareno. §. XXIX. fata iuris Iuſtinianei & pandectarum in oriente. Digeſta a Thaleleo græce verſæ, §. XXX. epitome codicis Iuſtinianei a Baſilio, & Baſilica a Leone imperatore edita, §. XXXI. & XXXII. ius iuſtinianeum capta a turcis Conſtantinopoli in oriente deletum fuit, De fabula, quod turcæ codice adhuc hodie vtantur, §. XXXIII. in Italia apud Gothos & Longobardos pandectæ incognitæ, §. XXXIV. & XXXV. nec non Romæ & in exarchatu, excepta quinta ff. parte. Codex & nouellæ magis cognitæ fuerunt, §. XXXVI. pandectæ in vrbe Amalſi repertæ & Piſanis præmii loco tributæ, §. XXXVII. Irnerius Bononiæ ius docere cepit occaſione controuerſiæ de voce: as, ſed ab initio integras pandectas non habuit. Piſis captis pandectæ Florentiam delatæ, §. XXXIIX. in Germaniam cum reliquis iuris partibus ſeculo XV. peruenerunt, §. XXXIX. tres potiores pandectarum editiones, §. XL. vulgata plurimis mendis ſcatet, §. XLI. De Ha-*

*loan-*

*loandrina, ſiue norica,* §. XLII. *Haloander ipſas florentinas non inſpexit,* §. XLIII. *ne quidem libros Politiani, ſed Bolognini ſolum,* §. XLIV. *Haloandrina præſtat vulgatæ, non tamen cum florentina in omnibus conuenit, ſed mendis laborat, cuius exemplum* §. XLV. *de aliis remiſſiue,* §. XLVI. *de pandectis florentinis,* §. XLVII. *de tempore, quo conſcriptæ,* §. XLIIX. *de literis, quibus ſcriptæ, aliisq; huc pertinentibus,* §. XLIX. *florentinæ etiam mendis ſcatent,* §. L. *præſtant tamen reliquis omnibus,* ſ. LI. *a florentinis omnes libri, ſiue editines manarunt, quibus hodie vtimur. Notabile exemplum de duabus chartis tituli de regulis iuris, quæ in florentinis transpoſitæ,* §. LII. & LIII. *de aliis editionibus, Heruagii,* §. LIV. *Syphriani & Hugonis a Porta,* §. LV. *Ruſſarti & Contii,* §. LVI. *Charundæ, Pacii & Gothofredi,* §. LVII. *modus adlegandi florentinas antiquus,* §. LIIX *modus hodiernus, vbi plurima coniecturæ de origine ſigni ff.* §. LIX. LX. *vlterius de modo adlegandi,* §. LXI. *De Buronis memoriali iuris ciuilis Romani,* §. LXII. *De autoribus, qui ad pandectas commentati, remiſſiue.* § LXIII.

( o )

## §. I.

HIſtoriam iuris Romani generatim quamplurimi iamdum tradiderunt, quorum præcipuos in hac noſtra pandectarum doctrina ſub *tit. de origine iuris §. IV.* adlegauimus: nobis vero in præſenti ea ſolum excutere animus eſt, quæ ad hiſtioriam pandectarum in ſpecie pertinere videbuntur, cum hæc alias ita plene, vt par erat, tradita eſſe non deprehendamus.

§. II. Opus illud, cuius hiſtoriam nunc itaque adornare conamur, & *Pandectas* & *digeſta* adpellari voluit ipſe imp. Iuſtinianus in *Conſt. Dedit nobis Deus §. 1. de confirmat. digeſt. ad magnum ſenatum*, quæ ipſa eſt *l. 3. C. de vet. iur. enucl.* *Pandectæ*, (quibus genus maſculinum tribuit Voſſius *de arte grammatica l. 1. c. 19.*) autore Iulio Pacio *in prolegom. anal. inſtit. §. 2.* dicuntur *ἀπὸ τοῦ πᾶν καὶ δέχομαι*, quia omnes iuris materias pleniſſime tractatas continent: *digeſta* vero, quoniam Iuſtinianus hæc iura non confuſe propoſuit, ſed certo ordine digeſſit, quo pertinere videntur, quæ ipſe imperator in *d. conſt. §. 1. in f.* adducit, libros pandectarum, ſeu digeſtorum, ex eo adpellatos eſſe, quod legum habeant diuiſiones & deciſiones,

item-

Digitized by Google

itemque ex eo, quod omne in vnum congregatum receperint, vid. Cuiac. *in paratitl. ff. in proœm.*

§. III. Diuidit imperator pandectas in *d. conſt.* §. *1.* in *ſeptem* tractatus, ſiue partes, non quidem ideo præciſe, vt nonnulli volunt, quod Iuſtinianus cenſuerit, huic ſuo partui illum numerum, qui naturali partui maxime conuenit, v. *l. 12. ff. de ſtat. hom.* non immerito adplicari poſſe, ſed ex ea ratione, quam ipſe imperator ſuggerit, quod *ad numerorum naturam & harmoniam reſpexerit.* Sed quid hoc eſt? ex veterum ſuperſtitione ortum eſſe videtur Franciſco Duareno *in enarrat. method. 1. part. ff. cap. 3. de var. imper. nomin.* qui credebant, diuinitatem aliquam ac religionem ineſſe numero ſeptenario, de quo apud Macrobium *l. 1. de ſomn. Scip. c. 6.* & Gellium *l. 2. c. 10.* conf. de ſeptem proceſſionibus conſultum *nou. 105. c. 1.* alias vero Petr. Greg. Tholoſanum *ſynt. vniu. l. 9. c. 9. n. 26.* vbi plurima exempla huc pertinentia. Forſan ex eadem ſuperſtitione prouenerunt, quæ habentur in ſpeculo Saxonico *l. 1. art. 3.* quod quemadmodum iuxta Origenem ſeptem ſunt mundi ætates: ita etiam Clypeus, ſeu cingulus militaris, in ſeptimo, nec non gradus cognationis itidem in ſeptimo terminetur.

§. IV. Valde autem miror, quod accuratiſſimus alias Pacius *in cit. prolegrm.* ʃ. *10.* ex hac ſimilibusue rationibus pandectas atque reliquos corporis iuris Iuſtinianei libros cum vniuerſo conferre & ſimul oſtendere voluerit, ius eſſe microcoſmum quendam, ſiue, omnes mundi par-

partes libros Iuſtinianicos nobis repræſentare. Audiamus lepidam comparationem. *Quatuor inſtitutionum libri*, inquit, proportione reſpondent *quatuor elementis: ſeptem partes pandectarum* reſpondent *ſeptem planetis:* porro *duodecim libri Codicis* proportionem habent cum *duodecim ſignis Zodiaci*, ſiue octauæ ſphæræ cœleſtis. Vt autem, pergit, *primum mobile ſtellis caret:* ita *nouellarum liber* caret titulis, nam qui ſunt editi, ſunt omnes nothi, ac delendi, nec habent certum autorem, ſed alii ſunt in editione vulgata, alii apud Scrimgerum, alii apud Haloandrum, alios ex Reginæ Bibliotheca Cuiacius edidit. Eodem modo etiam decretalium partes cum rebus mundanis & cœleſtibus comparat, atque, vt hoc vnum ſaltem commemorem, tituli de purgatione canonica & vulgari *purgatorium:* tituli de verborum ſignificatione & regulis iuris autem *limbum paruulorum & limbum veterum patrum* ipſi repræſentare videntur. Ita in multis labimur omnes.

§. V. Sed reuertimur ad ſcopum. Ex dictis ſeptem pandectarum partibus *prima* complectitur πρῶτα, id eſt primordia, a primo libro vsque ad quintum: *ſecunda* a libro quinto vsque ad duodecimum progreditur: *tertia* a libro duodecimo vsque ad vigeſimum: *quarta* a libro vigeſimo vsque ad vigeſimum octauum, & hæc media totius operis, μέσον τοῦ παντός, nec non vmbilicus pandectarum vocatur in *l. 2. §. 5. l. 3. §. 4. C. de vet. iur. enucl.* porro *quinta* pars a libro

bro vigeſimo octauo vsque ad trigeſimum ſeptimum: *ſexta* ab hoc trigeſimo ſeptimo vsque ad quadrageſimum quintum, & *ſeptima* denique a quadrageſimo quinto vsque ad finem porrigitur. In edirione Dionyſij Gothofredi hæ partes vbique adcurate ſunt deſignatæ.

§. VI. Gloſſatores ſequioribus temporibus aliam diuiſionem addiderunt. Scilicet digeſtum, prout loquuntur, in *vetus*, *infortiatum* & *nouum* diſtribuunt. *Vetus* ab initio incipit & in titulo de diuortiis & repudiis *lib. XXIV. tit. II.* finitur: *infortiatum* a titulo *III.* eiusdem *libri XXIV.* ſoluto matrimonio inchoatur & in titulo vltimo *libri XXXIIX.* finitur: *nouum* vero reliquos libros a *libro XXXIX.* de noui operis nunciatione vsque ad finem complectitur.

§. VII. Diuiſionem hanc, vt verbis Dn. Strykii *in præcognitis iuris ſ. XVI.* (quæ adiecta ſunt commentario ad inſtitutiones Dn. Hoppii) vtamur, Bulgaro, ICto, tribuunt, qui circa a. Chriſti MCCX. vixit, aliisque eius coætaneis. Fundamentum diuiſionis & denominationis certum non adeſt. Quod enim aliqui dicunt, *vetus* adpellari, quod prius; *nouum* vero, quod vltimo ſit compoſitum; hoc nullius momenti eſſe, in citatis præcognitis iam oſtenſum fuit, quia non tam ordo compoſitionis, quam promulgationis inſpici debet. At vero integra digeſta vno tempore fuerunt promulgata, atque adeo hoc intuitu nec vetus quid, nec nouum adeſt.

§. IIX. Aliis ita videtur. Scilicet digeſtum *vetus* inde appellatum volunt, quod multa iura vetera adhuc in eo contineantur: *nouum*, quia prima eius rubrica eſt de noui operis nunciatione: *infortiatum* vero, vel ab infarciendo, quod ſignificat inſerere, intrudere, quia hæc pars reliquis eſt inſerta: vel ἀπὸ τῦ φορτίυ, φόρτος enim, ſiue φορτίον ſignificat onus, quia illa pars ab onere reddendarum dotium incipit, Accurſ. *ad rubr. ff. ſolut. matrim.* Zoeſ. *proœm. ff. n. 7.* vel, quod ex omni iuris corpore nulla ſit vtilior pars & quæ ad panem lucrandum magis faceret, (quia in hac parte etiam materia vltimarum voluntatum habetur, vnde verſiculi:

*Sum liber; en, fortis diſponens ſpolia mortis:*
*Et clauſis portis me lector diſcat in hortis.*)

τὰ φορτία enim græculis ſignificaſſe, quicquid victus & annonæ cauſa importatur, v. Alciat. *lib. 4. parerg. c. 25.* vnde ex Iaſone refert Adamus Riccius *de libris iuris Romani* §. *34.* Baldum ſubinde de ſe profeſſum, quod de ſola ſubſtitutionum materia, quæ in infortiato habetur, conſulendo vltra 15000. ducatorum conſecutus fuerit, v. *cit. præcognita* §. *XVI.* Vides, nihil certi, aut genuini ſubeſſe. Alias adhuc deriuationes vocabuli infortiati habes in gloſſa *ad princ. ff. infort.* conf. omnino Riccius *de libr. iur. aph. 34.*

§. IX. Ceterum Iuſtinianum pandectarum nomen huic libro ad imitationem Vlpiani & Modeſtini: digeſtorum autem ad imitationem aliorum veterum ICtorum, Iuliani, Celſi, Marcelli,

celli, Scæuolæ, & aliorum, qui digeſtorum nomine libros ſuos donarunt, impoſuiſſe exiſtimant, Zœſius *in proœm. ff. n. 1.* Sed quare *in quinquaginta libros* diuiſit opus pandectarum? nonnulli rationem adſignant, quod Tribonianus, præcipuus huius operis conlector, dimidium librorum, ex quibus hoc opus conlegit, ſumſerit, vt breuitatis laudem haberet: quod & alias Romani dimidium ſumere ſoliti eorum, quos imitantur; verum hæc ratio, vt ingenue profiteamur, nihil plane ſignificat, vnde melius eſt, vt cum Zœſio *cit. loc. n. 2.* numerum iſtum ad arbitrium conlectoris referamus, ſumi communiter ſolitum (iſtum numerum) pro materiæ & argumenti magnitudine. Neque etiam hic Iulius Pacius inuenit quidquam, in quo pandectæ cum orbis vniuerſo conueniant.

§. X. Quemadmodum codex excerpta ex imperatorum conſtitutionibus: ita pandectæ eiusmodi excerpta ex veterum ICtorum libris atque commentariis continent. Res ita ſeſe habet. Prætores olim Romæ edicta, quibus admoneretur populus, quod ius eſſent de quaqua re dicturi, palam proponere ſolebant, *l. 2. §. 10. ff. de O. J.* ea autem edicta perpetua non erant, ſed ſimul cum magiſtratu ipſo finiebantur, qui & ipſe annuus erat, vnde Cicero, qui plurimum, inquit, tribuunt edicto prætoris, legem annuam eſſe dicunt. Nam hoc tantum effecit Cornelius lege lata, cuius meminit Aſconius, vt varie ius non dicerent prætores, ſed ex edi-

Digitized by Google

edictis ſuis perpetuis; id eſt, quæ iurisdictionis perpetuæ ac generalis cauſa ſemel a ſe propoſita eſſent, quamdiu magiſtratu fungerentur, vt ius dicerent. Quare cum ſingulis annis edicta noua fere proponerentur, tam ingens multitudo & varietas ſecuta eſt edictorum, vt ea res Saluium Iulianum ICtum, (non Didium Iulianum, imperatorem, vt Grotius putat *in ſparſ. flor. ad l. 2. ff. de O. J. in f. verb. Saluius Julianus*, v. Menagius *amœnit. iur. ciuil. cap. 24.*) ad ea vndique conlegenda (nam prius vaga & diſperſa erant) & in vnum volumen redigenda impulerit, cui compoſitioni imperatoris Hadriani ac ſenatus quoque acceſſit autoritas, vt ius perpetuum atque immutabile eſſet, quod prætores in iure dicendo poſtea ſequerentur, Franc. Duarenus *diſput. anniuerſ. l. 1. c. 55.* Alia huc pertinentia v. apud Iacobum Gothofredum *in manuali iuris p. 1. de hiſtor. progreſſ. iur. Rom. c. 2. §. 5. & p. 2. de biblioth. iur. ciu. c. 1. §. 6.*

§. XI. Hoc edictum Iuliani mox interpretati ſunt nobiliſſimi iureconſultorum, Paulus atque Vlpianus, quorum hic LXXXIII, ille LXXX. libros ad edictum ſcripſiſſe legitur, vnde etiam illæ inſcriptiones: *Vlpianus ad edictum*, *Paulus ad edictum*, in libris pandectarum paſſim reperiuntur, Duaren. *d. l. 1. diſp. anniu. c. 55.* Profecit etiam iurisprudentia aliorum iuriſconſultorum ſcientia, non modo publica profeſſione, qualem primus inchoaſſe memoratur A. V. C. Tiberius Coruncanius; verum etiam ac potiſſi-

Digitized by Google

tiſſimum, ſcriptis eorum, ſeu reſcriptis & reſponſis, & in tantum per hos gradus profecit hac ætate iurisprudentia, vt mole ſua laborare videretur, ſunt verba I. Gothofredi *d. l. de hiſtor. iur. tom. c. 2. §. 6. & c. 3. verſ. tertio & ICtorum.* Hinc eſt, quod dicit imperator in *l. 3. §. 1. C. de vet. iur. enucl.* libros veterum iuris conditorum, ex quibus pandectæ compilatæ, ad duo millia pene librorum & trecentas myriadas verſuum adſcendiſſe.

§. XII. Quemadmodum itaque iam antea alii, vt Cicero & Pompeius, & inter eos præcipue C. Iul. Cæſar, ius ciuile ad certum modum redigere atque ex immenſa diffuſaque legum copia optima quæque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros deſtinauerat, v. Suetonius *in Cæſ. c. 44.* Iac. Gothofred. *d. c. 2. §. 6.* Georg. Schubartus *de fatis iurisprud. Rom. exerc. 3.* infelici tamen morte præuentus non præſtiterat: ita tamen imperator Iuſtinianus poſt bella parthica æterna pace ſopita, poſtque Vandalicam gentem, ereptam & Carthaginem, imo omnem Lybiam Romano imperio iterum ſociatam, *l. 2. pr. C. de vet. iur. enucl.* poſt confectum etiam & promulgatum primum codicem, qui tamen poſtea iterum ſublatus fuit, ex tot antiquorum ICtorum voluminibus vtiliſſima conligere & in vnum volumen, quod deinde pandectas appellauit, conferre iuſſit.

§. XIII. Emanauit in eum finem *conſtitutio Deo auctore*, quæ eſt *l. 1. C. de vet. iur. enucl. de conceptio-*

Digitized by Google

*ceptione digeſtorum* ad Tribonianum. (quem Tribonianum paſſim adpellat Pardulphus Prateius *in iurisprudentia media*, nec non corpus gloſſatum,) d. XIIX. Kal. Ianuariis a. DXXX. *Tribonianus* ille illuſtriſſimus, nec non prudentiſſimus magiſter & exquæſtor palatiorum imperatoris, & exconſul, vir & ipſis rerum experimentis, & in eloquentia, & in legibus ſcribendis ſatis ſpectatus & qui nihil vnquam imperatoris iuſſionum contempſerat, *l. 3. §. 9. C. de vet. iur. enucl.* (autore Procopio autem admodum auarus, v. Grotius *in ſparſ. flor. ad ius Juſtin. in præfat. tot. libri & in ſpecie in præf. nouell.*) director totius negotii conſtitutus fuit, ipſique iniunctum, vt quos probauerit tam ex facundisſimis anteceſſoribus, quam ex viris diſertisſimis togatis fori, ad ſociandum laborem eligeret, *l. 1. §. 3. C. de vet. iur. enucl.*

§. XIV. Elegit ille in hunc finem *Conſtantinum*, comitem ſacrarum largitionum & antigrapharium ſeu magiſtrum ſacri ſcrinii, & ſacrorum libellorum & cognitionum imperialium: porro *Theophilum*, profeſſorem iuris Conſtantinopolitanum: *Dorotheum*, quæſtorem & profeſſorem iuris apud Berytienſes deſignatum: *Anatolium*, profeſſorem iuris apud Berytienſes & *Cratinum*, comitem ſacrarum largitionum: præter hos ex rhetorum quoque, ſiue aduocatorum, numero adiunxit *Stephanum*, *Mennam*, *Proſdocium*, *Eutolmium*, *Timotheum*, *Leonidem*, *Leontium*, *Platonem*, *Iacobum*, *Conſtantium & Ioannem*,

viros

viros prudentisſimos, prout vocantur in *l. 3. §. 9. C. de vet. iur. enucl.*

§. XV. Iniunxit vero imperator Triboniano & ſociis, vt antiquorum prudentum, quibus autoritatem conſcribendarum interpretandarumque legum principes quondam tribuiſſent, libros ad ius Romanum pertinentes & legerent & eliminarent & ex iisdem omnem materiam conlegerent. Nulli interim ſcriptori prærogatiuam aliquam tribuere voluit imperator, ne quidem Papiniano, vbi ſine dubio reſpexit ad *l. 1. C. Theod. de reſponſ. prud.* in qua Theodoſius iunior. conſtituerat, vt ICtorum, Papiniani, Pauli, Caii, Vlpiani, Modeſtini, & eorum, qui ab his adlegantur, reſponſa vim legis perpetuæ haberent, eoque caſu, ſi ICti illi inter ſe diſſentirent & numerus diſſentientium æqualis eſſet, (alias enim numerus maior minorem vincebat,) illa ſententia præualeret, cui Papinianus accedit, qui & alias duobus quidem cedebat, ſingulos tamen vincebat. Iuſtinianus vero in *l. 1. §. 6. C. de vet. iur. enucl.* compilatoribus pandectarum ita reſcripſit: *ſed neque ex multitudine autorum, quod melius & æquius eſt, iudicatote, cum poſſit vnius forſan & deterioris* (i. e. minori autoritate pollentis) *ſententia & multas & maiores in aliqua parte ſuperare. Et ideo ea,* pergit, *quæ antea in notis Æmilii Papiniani ex Vlpiano & Paulo, nec non Marciano adſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem ſplendidisſimi Papiniani, non ſtatim reſpuere* (*iubemus*) *ſed ſi*

Digitized by Google

*ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationum neceſſarium eſſe perſpexerit, & hoc ponere vicem legis obtinens non moremini, &c.*

§. XVI. Hanc quoque poteſtatem compilatoribus tribuit imperator in *d. l. 1. §. 7. C. de vet. iur. enucl.* vt ſi quid in ICtorum veterum libris non bene poſitum, vel ſuperfluum, vel minus perfectum, vel recentioribus conſtitutionibus iam mutatum & abrogatum inuenirent, illud reformarent, ſine vlla criminis nota mutarent, atque ita ad mores temporum Iuſtiniani adcommodarent, ita tamen, vt nomina prudentum, ex quibus ſingulæ leges deſumtæ, retinerentur & ſingulis legibus nihilominus inſcriberentur, *l. 2. §. 10. C. d. t.* Præſtiterunt hæc omnia compilatores & verba ICtorum ſæpe mutarunt eaque ſeculo Iuſtiniani adcommodarunt. Conlegit multa huius rei exempla ſub nomine *emblemata Triboniani* Wiſſenbachius, qui tractatus noſtræ pandectarum doctrinæ ſubiectus eſt.

§. XVII. Nullam *antinomiam*, ſiue legum contradictionem, in pandectis ſibi locum vindicare, ſed vnam concordiam, vnam conſequentiam, aduerſario nemine conſtituto, eſſe voluit Iuſtinianus, *l. 1. §. 8. C. de vet. iur. enucl.* Hæc ita quidem ſeria imperatoris voluntas fuit; nihilominus tamen in omnibus effectum non habuit, nam remanſerunt nonnullæ antinomiæ, quæ nullo modo conciliari poſſunt, quales notauimus in doctrina pandectarum ſub *tit. de donat.*

Digitized by Google

*mat. int. vir. & vxor.* §. *V.* & ſub *tit. de condit. inſtit.* §. *IIX. inf.* it. ſub *tit. ad SCtum Trebell.* §. *IIX. &c.* it. ſub *tit. de adqu. vel amitt. poſſ.* §. *X.* adde infra §. *XXVI.* Plures notarunt Wiſſenbachius, Antonius Matthæi, Dn. Thomaſius *in notis ad Strauchium, ſcholiis ad Huberum & diſputationibus Lipſienſibus paſſim*, Franciſcus Balduinus *in Iuſtiniano ſiue commentariis de iure nouo*, conf. etiam Hotomannus *in Anti-Triboniano* præcipue *c. 11.* e contrario pro conciliandis hiſce antinomiis peculiares libros ἐναντιόφανα, ediderunt Pacius, Bronchorſt, Giphanius, Struuius, Bergerus, Nicolaus de Paſſeribus, Gratianus de Garzatoribus, &c. v. Dn. Beyer *in poſ. ff. de orig. iur. membr. 2. poſ. 20.*

§. XIIX. Notanda hic quoque eſt Pardulphi Prateii *iurisprudentia media.* In huius enim libro I. recenſet *geminationes*, ſeu *tautologias*, quæ pandectis inſertæ: in libro II. *omiſſiones* eorum, quæ tamen neceſſario adduci debuiſſent, & in libro III. *inuerſiones* legum adducit. Excuſanda hæc putarem, non reprehendenda. Si quid autem, inquit Iuſtinianus in *l. 2.* §. *14. C. de vet. iur. enucl.* in tanta legum compoſitione, quæ ab immenſo librorum numero conlecta eſt, ſimile forſan (geminatum & iteratum) raro inueniatur, nemo hoc vituperandum exiſtimet: ſed primum quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis quam humanitatis eſt.

§. XIX. Ceterum pandectæ tam ſecundum



Digitized by Google

codicis conſtitutionem, quam *edicti perpetui* (de quo ſupra §. X. propterea diximus,) *imitationem* compoſitæ ſunt, prout eas componi iusſit imperator in *l. 1. §. 5. C. de vet. iur. enucl.* vnde edictum illud perpetuum fontem omnis iuris tum publici, tum priuati, recte dici poſſe Duarenus *diſpp. anniu. l. 1. c. 55.* exiſtimat & ſimul acriter inuehitur in quosdam ſui tempotis profeſſores, qui ordinem alium ac diſpoſitionem excogitare voluerunt. Mihi ita videtur, non eſſe quidem in priuati poteſtate, vt alium ordinem conſtituat, interim tamen negare neminem cordatum poſſe, quod pleræque pandectarum materiæ non bene cohæreant, eo modo, quo a compilatoribus diſpoſitæ ſunt.

§. XX. Equidem Iacobus Gothofredus *in manuali iuris* ſeriem digeſtorum, ſiue connexionem omnium titulorum exhibere conatus eſt, ex quo pleraque in *ſyntagma iuris ciuilis* transtulit Georgius Adamus Struuius. Aſt, quod pace tanti viri dictum ſit, nec illa ipſa ſeries bene connectitur. Ita, ſi v. g. quæro, quare titulus *de his, qui notantur infamia*, iungatur titulo *de poſtulando?* Gothofredus reſpondet, quia hi poſtulare nequeunt. Verum, plures alii adhuc ſunt, quibus poſtulare non permittitur, v. g. minores, milites, &c. quare ergo tituli de minoribus, re militari, &c. non ſtatim ſubiunguntur? ſi quæro, cur materiæ *de reſtitutione in integrum* iungatur titulus *de receptis?* reſpondet Go-

Digitized by Google

Gothofredus, quia & hic non actio, ſed prætoris cognitio poſtulatur. Aſt, ſi hæc vera ratio eſſet, certe etiam titulus *de extraordinariis cognitionibus*, vbi prætoris cognitio itidem poſtulatur, dicto titulo iungi debuiſſet. Plura adducere anguſti limites, quos nobis propoſuimus, non permittunt.

§. XXI. Compilationem vix intra decem annos fieri poſſe, ab initio exiſtimabat Juſtinianus, nihilominus tamen Tribonianus eiusque ſocii *intra tres annos* inregrum opus perfecerunt. Laudat hoc imperator in *l. 2.* §. *12.* & in *l. 3.* §. *12. C. de vet. iur. enucl.* ſed alii aliter ſentiunt. In eo, inquit Arthurus Duck *de author. iur. ciu. Rom. l. 1. 4.* §. *8.* merito videtur reprehendi Tribonianus & ſocii, quod cum Juſtinianus eis decennium indulſiſſet pro componendis pandectis ex libris ICtorum, qui numerum duorum millium ſuperabant, & minori tempore id negotium fieri non potuiſſe imperatori videbatur: hi præpoſtere & feſtinanter triennio perfecerunt, cum euoluendis tot libris tanti ponderis & ſcientiæ nullum tempus nimium fuiſſet: & in pandectis ſi quid imperfectum, contrarium, incertum, aut obſcurum occurrere videatur, iis, non ICtis ipſis, eſt tribuendum.

§. XXII. Conſtitutionibus, quas de confirmatione digeſtorum, ſiue pandectarum, promulgauit Juſtinianus in *l. 2.* & *3. C. de vet. iur. enucl.* duas prohibitiones adnectit. Vna eſt, ne quis audeat leges *per ſiglorum obſcuritates* ſiue

*per ſigla* conſcribere, pœna falſi, & in autorem eiusmodi libri & in librarium, qui librum ita conſcriptum imprimere curaret, ſtatuta, *l. 2. §. 22. C. d. t.* Sunt autem *ſigla* ſingulariæ literæ, ſic dictæ, quod *ſingulæ* verbum componant, v. g. S. P. Q. R. ſenatus populusque romanus: S. C. ſenatus conſulto, &c. du Freſne *in gloſſar. voc. ſigla* Cauere hoc ipſo imperator voluit, ne legum ſenſus per eiusmodi ſigla & diuerſam eorum lectionem corrumperetur. Ipſe enim Tribonianus hic ſæpe lapſus. Sic in *l. 7. pr. ff. de cap. min.* habebatur E. H. Q. I. I. A. P. P. D. id eſt, *exceptis his, quæ in iure agnationis proximis potiſſimum deferuntur*, pro quo poſuit: *exceptis his, quæ in iure alieno perſonis poſitis deferuntur*; v. Gothofr. *ad d. l.* Riccius *de libr. iur. aph. 17.* vbi alia. Zœſius *ad ff. in proœm. n. 19.*

§. XXIII. Altera prohibitio tendit ad euitandam nouam iuris incertitudinem, quæ ex diuerſa diuerſorum interpretatione oriri poſſet. Scilicet conſtituit imperator, neminem audere debere, *legibus pandectarum commentarios adnectere*, hoc ſaltem permiſſo, aut easdem ex latina in græcam linguam transferre, aut *paratitla* (i. e. breues & ſummarias titulorum recenſiones) componere liceret *l. 2. §. 21. C. de vet. iur. enucl.* ſi quid vero alibi ambiguum fuerit viſum, hoc ad imperiale culmen per iudices referri & ab eo interpretationem peti debere, *d. §. 21.* Exiſtimat tamen Duarenus *ad 1. ff. part. in proœm. c. 3. in f.* imperatorem non ipſam interpretationem,

quip-

Digitized by Google

quippe ſine qua ius non poſſit conſiſtere, ſed hoc ſolum prohibuiſſe, ne eiusmodi interpretationes in literas referrentur & per conſequens opinionum diuerſitas atque confuſio oriretur.

§. XXIV. Sæpe autem numero, inquit Cuiacius *in parat. ff. in dedic.* mirari mihi contigit atque ſtatim ſtomachari, quod cum ad titulos digeſtorum monita tantum quædam breuia, quæ paratitla vocat, Iuſtinianus edi permiſerit, commentarios diſtricte vetuerit: exiſtant tamen innumeri, qui in id ſolum incumbant, quod is vetuit, permiſſo qui vtatur, nullus? reſpondet, de commentariis ſe facile accipere excuſationem, non fuiſſe, cur Iuſtiniani ætate his impenderetur opera, qua ius cum eſſet omne clarius, & poſitum in vſu quotidiano, periculum erat, ne ei potius tenebras obducerent longiores commentariorum disputationes; verum a Iuſtiniano mox, quia iacuit in occidente potiſſimum diu ius omne in occulto, nobis fuiſſe neceſſe, iuri antiquo & longa deſuetudine corrupto obſcuratoque ex commentariis lumen fœnerare, non ſufficiente eo, quod ab illo tempore adtulerant *ſummarum*, (quo pertinet Azonis & Odofredi ſumma,) vel *gloſſarum* auctores primi; hi cauerant maxime, ne ab Iuſtiniani edicto migrare viderentur, editis primum ſummis, quas habuere pro paratitlis, deinde etiam gloſſis, pro ea, quam idem Iuſtinianus κατὰ πόδα interpretationem adpellat. Sed hæc cum non explerent obtuſiora ingenia, nec ſatis ius



Digitized by Google

ius illuſtrare viderentur, ſuperuenere alii, qui non mutato nomine gloſſas auctiores redderent, quam pateretur ipſum gloſſarum nomen, atque ita paulatim gloſſæ factæ grauidæ quæſiuerunt ſibi libros ingentes, immanes, inſanos commentarios &c. elegantisſimum interim paratitlorum ſpecimen ad codicem & pandectas edidit ipſe Iacobus Cuiacius: ſcripſit etiam paratitla pandectarum Matthæus Weſenbecius, quæ deinde in commentarium fere excreuerunt, & quorum repetitionem edidit Iohannes Brunnemannus. Ceterum vocem *paratitlorum* plane aliter explicat Menagius *amœn. iur. ciu. c. 15.* de repletionibus titulorum, ſiue, quando ex reliquis titulis ſupplentur ea, quæ ad titulum pertinere adhuc videntur; ſed v. Huber. *in præl. ff. procem.* §. *5.*

§. XXV. Publicatæ ſunt pandectæ & vim legis acceperunt ex tertio Kalend. Ianuar. a. 533. eodemque die etiam inſtitutiones promulgauit Iuſtinianus, *l. 2. §. 23. C. de vet. iur. enucl.* Vnde quæritur: *vtrum pandectæ derogent inſtitutionibus, an hæ illis?* pandectæ quidem ratione *compoſitionis* ſunt priores, inſtitutiones vero poſteriores; aſt ratione *promulgationis*, quæ vim legis demum tribuit, nulla adeſt temporis prioritas, vnde, ſi illud intuemur, quod fieri debebat, neutrum alteri derogat, ſed alterum ex altero eſt explicandum, cuius famoſum exemplum habemus in §. *25. I. de R. D.* circa quæſtionem: an frumentum ex ſpicis excuſſum noua ſpecies fiat? de

qua

Digitized by Google

qua egimus in doctrina ff. *tit. de adqu. rer. dom. ſſ. XIIX.* oſtendendo, quod *l. 7.* §. 7. *d. t.* non integra fuerit excerpta a compilatoribus inſtitutionum.

§. XXVI. Dixi §. præc. inſtitutiones ff. non derogare, ſi illud intuemur, *quod fieri debebat.* Verum hic non adeo adcurate proceſſerunt compilatores, adeoque cogunt nos, vt dictæ regulæ exceptionem ſubiungamus. Scilicet inſeruerunt illi compilatores nonnulla pandectis, quæ tamen in inſtitutionibus abrogata eſſe deprehenduntur. Exemplum de pictura adfert Dn. Thomaſius *in delineat. hiſtor. iur. ciu.* §. *52.* nam in *l. 23.* §. *3. ff. de R. V.* dicit Paulus, picturam tabulæ cedere: at in *ſſ. 34. J. de R. D.* huic ſententiæ derogatur, idemque habetur in *l. 9.* §. *2. ff. de A. R. D.* vt adeo inter hanc *l. 9.* §. *2. & d. l. 23.* §. *3. ff. de R. V.* manifeſta ſit repugnantia. Ita quoque olim iure prætorio ſola ſignacula in teſtamentis ſufficiebant, quo referunt *l. 12. pr. ff. de iniuſt. rupt. l. 7. ff. de bon. poſſ. ſec. tabb.* ſed hoc mutatum in §. *3. J. de teſtam.* ita, quatenus ex nouisſimis conſtitutionibus Juſtiniani, iuris veteris controuerſias decidentibus, aliquid ex codice inſtitutionibus inſertum eſſe deprehenditur: nullum dubium eſt, quin inſtitutiones pandectis derogent, v. Dn. Stryk. *in præc. iur.* §. *12. in f.* ſed melius forſan fuiſſet, ſi compilatores talia iura antiquata in pandectis etiam omiſiſſent. Non iuuat compilatores, quod in eorum fauorem adfert Duarenus *ad ff. in procem. c. 3. circ.*

 *fin.*

*fin.* ſcilicet, non fuiſſe illos in componendis pandectis adeo ſolicitos de nouis conſtitutionibus, quoniam id non fuerat iis diſerte mandatum, quod tamen intuitu inſtitutionum imperator mandauerat, v. *l. 3. §. 11. C. de vet. iur. enucl.* nam ſufficit, vt ipſe Duarenus fatetur, quod imperator compilatoribus etiam veterum ICtorum libris & dictis addere aliquid, vel detrahere, eademque mutare permiſerit, v. ſupra §. XVI. in quem vero finem hoc factum? certe in nullum alium, quam vt omisſis antiquatis talia iura insererent operi, quæ æuo Juſtiniani conuenirent.

§. XXVII. Pandectas *433. titulos* & *9132. leges* complecti, adſerit Lauterbachius *in comp. iur. in præfat.* Alii vero, prout ad dictum Lauterbachii locum adnotauit Dn. Stryk. 8134. leges ſolum numerant, totidemque agnoſcit gloſſa. Et hæ tantum etiam in foro habent autoritatem iuxta tritum illud: quos textus non agnoſcit gloſſa, eos nec agnoſcit forum: ceteræ ergo leges manent dubiæ, cum priuata induſtria reſtitutæ ſint a Contio & Cuiacio, v. *l. 8. ſeqq. ff. de bon. damn. l. 10. ſqq. ff. de interdict. & releg.* infra §. LVI. Interim in editionibus vulgatis diuerſis & titulorum & legum numerus variat. Ita in editione Gothofredi titulus *pro ſoluto* coaluit cum titulo *de vſurpationibus & vſucapionibus*, & titulus *de priuilegiis eruditorum* cum titulo *de rebus autoritate iudicis poſſidendis*, in gloſſato corpore autem illi tituli diſtinguuntur & prior quidem

a. l.

Digitized by Google

a. *l. 46. ff. de vſurp. & vſuc.* poſterior vero a. *l. 16. ff. de reb. aut iud. poſſ.* incipit, idem in editione Haloandrina inuenitur, prout obſeruauit Gothofredus *in not. ad dd. LL.* ita porro numerus legum in nonnullis editionibus variat, quia interdum duæ pro vna referuntur, quod in ſua editione Gothofredus maiori litera indicauit, v. Dn. Stryk. *in d. not. verb. titulos & verb. leges.*

§. XXIIX. Juxta imp. Juſtiniani conſtitutionem pandectæ *centum quinquaginta millia verſuum* pene continent, *l. 2. ʃ. 1. in f. C. de vet. iur. enucl.* ſed quid *verſuum* nomine intelligitur? Gothofredus *in not. ad. d. l. 2. lineas* intelligendas eſſe putat, in eumque finem Contium & Duarenum adlegat; verum, quemadmodum credi vix poteſt, quod Juſtinianus ſingulas lineas numerari curauerit: ita quoque Duarenus a Gothofredo adlegatus ipſi plane contrarius eſt, verſus explicans de membris orationis integris. ſiue *periodis*, quem morem numerandi verſus veteribus admodum frequentem fuiſſe, ſimul oſtendit *ad ff. in proœm. c. 3. & lib. 2. diſpp. anniu. c. 6.* ita quoque ipſe imperator in *d. l. 2. §. 1.* libros veterum ICtorum plus quam trecenties decem millia verſuum complexos fuiſſe adſerit.

§. XXIX. Hæc de compilatione pandectarum, quam cum clypeo Herculis comparat idem Duarenus *ad ff. in proœm. c. 2.* vt enim, inquit, in clypeo Herculis magna erat varietas rerum inſignium depicta; ita in his libris ingens re-



Digitized by Google

rerum cognitu dignarum copia & varietas deſcripta repetitur. Progredimur nunc ad fata pandectarum, quæ poſt tempora Juſtiniani illæ expertæ ſunt.

§. XXX. Duo autem hic diſtincte conſideranda erunt, ſcilicet fata ff. in *oriente* primum, deinde in *occidente*. Quod *orientem* adtinet, pandectæ & alia iura Juſtiniani ab initio pura & in lingua latina florebant per XL. annos ſub Juſtino, Tiberio & Mauritio, Arthur. Duck. *de autor. iur. ciu. l. 1. c. 5.* §. *2.* ex quo ſua deſumſit. Dn. Beyer *poſ. ff. de orig. iur. membr. poſ. 2. 3. ſqq.* In græcum translata hæc iura recipiebantur in forum ſub Phoca imperatore ignauo & imprudenti, qui occiſo Mauritio A. 600. in imperium ſucceſsit, & durabant per annos 260. circiter. An omnia ſub eo, an vero iam ante eum in græcam linquam verſa fuerint, certo non conſtare dicit id. *poſ. 5.* & Duck. *d. l.* §. *3.* Mauritius vero in *diſſ. de libris iuris commun. poſ. 13.* ex *notitia iuris* Joſephi Mariæ Suarelii, Vaſionenſis epiſcopi, teſtatur, digeſta a Thalelæo, anteceſſore, iam ætate Iuſtiniani græce reddita fuiſſe, hoc enim permiſerat imperator in *l. 2. ∫. 21. C. de vet. iur. enucl.*

§. XXXI. Subſequentibus temporibus Baſilius Macedo, ad imperialem dignitatem a. 867. euectus nouam iuris collectionem meditabatur, cauſam adlegans nimiam prolixitatem, obſcuritatem & ordinis in corpore iuris iuſtinianei defectum, inductum vero, prout alii exiſtimant, æmulatione,

ne,

Digitized by Google

ne, famam Juſtiniani ex compoſitione iuris non ferentem, Arth. Duck *d. c. 5. §. 3. 4.* Marquard. Freherus *in præfat. ad ius Græco-romanum.* Non vero perficiebat opus deſtinatum Baſilius morte præuentus, edebat tamen *epitomen codicis Juſtinianei*, *πρόχειρον τῶν νόμων*, in quo tituli diſponuntur ordine alphabetico: multæ leges prætermittuntur: multæ etiam ex diuerſis titulis ſub vno colliguntur, v. Pacius *in proleg. ad J. ſſ. 5.* Gothofred. *in not. ad rubr. nouell. Leon.*

§. XXXII. Baſilii filius, Leo, deinde a 868. edebat integrum volumen in *LX.* libros diuiſum, illudque *baſilica* (Βασίλικα νόμιμα) adpellabat, vel a patre ſuo Baſilio, vel quod conſtitutiones regias opus hoc contineret. Hic ſub vnum titulum ſunt relata, quæ in iure iuſtinianeo diſperſa. Idem enim titulus continet, primo leges pandectarum ad ipſum titulum ſpectantes: deinde leges codicis ex eodem titulo ſumtas: tandem nouellas & inſtitutiones, ſi quid in his occurrit ad eundem titulum pertinens. Omiſit tamen Leo nomina ICtorum & imperatorum, ex quorum ſcriptis & conſtitutionibus leges deſumtæ, necnon ſubſcriptiones legum codicis, v. Julius Pacius *in prolegom ad J. d. §. 5.* Gothofr. *d. l.* Arth. Duck. *d l. 1. c. 5. §. 3. ſeqq.* & ex eo Dn. Beyer *d. l. poſ. 18. ſqq.* Riccius *de libr. iur. Rom. aph. 89. ſqq.*

§. XXXIII. Juris iuſtinianei in nouas eiusmodi formas ſubinde recocti, apud orientalis im-

imperii ſubditos continuus vſus fuit vsque ad annum 1453. quo capta eſt a Muhammede conſtantinopolis, deinde vero omne deletum fuit, Mauritius *de libr. iur. comm. poſ. 18.* Equidem Iohannes Leunclauius *in parat. iur. antiqu. in proleg.* & ex eo Arthurus Duck *d. l. 1. c. 2. §. 6.* teſtatur, turcas etiam habere codicem Juſtiniani eoque vti in cauſis decidendis; verum refert Pauli *de princip. iur. p. 2. qu. 19.* ſe hac de re aliquando Arſenium, Metropolitam Tyberiopoleos in Prusſia exulem, interrogaſſe, ab eoque reſponſum tuliſſe, quod de modernis ad minimum temporibus illud falſum ſit.

§. XXXIV. Iam de *occidente.* Jus Juſtinianeum in Illyricum veniſſe coniiciunt, quia pandectarum publicatio præfecto prætorii illyrici a Juſtiniano demandata fuit, *l. 2. in f. C. de vet. iur. enucl.* Italiam tenuerunt Gothi per ſexaginta annos poſt Juſtinianum, quibus pulſis in vlteriorem galliam per Longobardos, reges eorum (Longobardorum) per ducentos annos Italia potiti ſunt, eodemque tempore in Hiſpania Viſigothi & Vandali, in Gallia Gothi, &c. dominabantur. Hi nullas patiebantur leges, niſi a ſe conditas, longobardicas, gothicas, &c. quas adhuc habemus in codice legum antiquarum: illum tamen honorem romanis præbuerunt, vt leges ſuas omnes latine ſcripſerint, & contractus omnes ſecundum leges romanas inierint & eas iuris romani reliquias, quas adipiſci potuerunt, in vſu iudiciorum vna cum legi-

gi-

gibus ſuis obſeruauerint, Arth. Duck. *d.l.1.c.5.§.11.* cum quibus conciliari facile poſſunt, quæ habet Conring. *de orig. iur. germ. cap. 11. in fin.*

§. XXXV. Illud interim notandum, per ius Romanum, quo ſimul vſi ſunt Longobardi, non tam intelligi Iuſtinianeum, quam potius ius vetus, quod ante eum obtinuit. Pertinent huc, quæ idem Duckius ex aliis autoribus refert: *obſeruaſſe Longobardos codicem Theodoſianum, Caii inſtitutiones, Vlpiani fragmenta, Pauli notas ac ſententias, forſan maiorem honorem delaturi libris Iuſtinianeis, ſi in eos incidiſſent.* Conſentit Conringius *d. tr. c. 20. p. 115. ætate tamen Longobardorum regum in vſu manſiſſe quædam iuris Romani ante Iuſtinianum vſitati perfecit veroſimile, ſecus, quam Cuiacio eſt viſum, Salmaſius de mutuo p. 99.* nec aliud probat lex Luitprandi regis, quam ex *l. 1. Cod. Longob. tit. 29. l. 11.* adducit idem Conringius *c. 11. in fin.* Præterea notandum, quod, quando Conringius *c. 20. p. 114.* dicit, *deuictis Gothis magnam Iuſtiniani per Italiam omnem fuiſſe exiſtimationem*; hoc non de eo tempore intelligendum ſit, quo Gothi a Longobardis Italia pellebantur, ſed de eo, quo Iuſtinianus antea Gothos ex Italia expulerat, prout contextus hoc oſtendit, quamuis interdum hæc ab aliis confundi videamus.

§. XXXVI. Hæc de *ea parte Italiæ, quam Longobardi tenebant.* Quod *Romam, exarchatum Rauennatenſem aliaque Italiæ loca Longobardica do-*

*mi-*

*minatione libera* adtinet, Conringius *d. c. 20, p. 109. ſq. & p. 115.* admodum probabiliter dicit, iuris iuſtinianei ibidem vſum non fuiſſe nullum, ſed tamen exiguum. In ſpecie vero, & quod ad ſcopum noſtrum maxime ſpectat, ex codice ſolum & nouellis, non vero ex pandectis aliquid adductum ea ætate legi teſtatur, vnde codicis quidem & nouellarum aliquam, pandectarum autem nullam autoritatem fuiſſe colligit. Ita Conringius, cum quo iterum conſentit Duckius, niſi quod *d. c. 5. §. 12.* ex Deciano *in apolog. aduerſ. Alciat. c. 8.* adducat, quintam partem pandectarum, quæ tractat de vltimis voluntatibus & ſucceſſionibus hereditatum, apud exarchos græcos repertam fuiſſe.

§. XXXVII. His ita præmiſſis, recte intelligi poteſt, quomodo accipienda ſit adſertio citati Conringii, quam in *d. c. 20.* deducere voluit, quod nempe ante Lotharium II. vſus aliquis iuris iuſtinianei in Italia ſuperfuerit. De codice ſcilicet ac nouellis loquitur, non de pandectis. Quod vero haſce adtinet, tempora Lotharii omnino notari debent, illis enim pandectæ antea quaſi ſepultæ in lucem iterum prodierunt. Scilicet Lothario circa annum 1127. vna cum Innocentio II. pontifice romano bellum gerente contra Normannum Rogerium, regem Siciliæ & Neapolis, imploratoque Piſanorum auxilio (qui tum liberæ reipublicæ iure vtebantur) in excidio vrbis Amalfitanæ in Apu-

lia

Digitized by Google

lia libri pandectarum reperti, atque in honorem rerum a Piſanis ſtrenue geſtarum præmium, vt optima ſpolia, eisdem tributa ſunt, Conring. *c. 21. p. 130.* Duck. *d. c. 5. §. 13.* qui alios autores adducit.

§. XXXIIX. Seruabant Piſani pandectas vsque ad a. 1406. quam religioſe, & ad eos in controuerſiis ſuis doctores aduolabant. Irnerius etiam Bononiæ a. 1128. priuata autoritate occaſione controuerſiæ de ſignificatione vocis *as*, ſiue *aſſis*, iura romana docere cœpit operamque poſuit in euoluendis codice, digeſto veteri & nouo, atque inſtitutionibus, Bononiam tunc perlatis: inde etiam oblatum illi infortiatum, ſed primo tribus partibus mutilum, mox vero integrum, Conring. *p. 129. & 322.* Eo autem anno 1406. Ginus Caponius, (Duck eum vocat Guium Coponium,) exercitus florentini præfectus ciuitate Piſarum capta pandectas in magnam triumphi ſui partem Florentiam transtulit, vbi eadem cura, vti apud Piſanos, adhuc hodie intra cimelia magni ducis ſeruantur, vnde pandectarum florentinarum nomen, de quibus in ſpecie mox pluribus dicetur.

§. XXXIX. In Germaniam pandectæ ſimul cum reliquis iuris partibus ex Italia translatæ fuerunt. Quamuis enim iam antea nonnulli legum romanarum aliquam notitiam habuerint, & Vrbanus IIX. papa Erfordenſi academiæ a. 1389. facultatem conceſſerit, docendi & ciuile pariter & canonicum ius, eandemque licentiam & forte

te alia quædam academia receperit; illa tamen tenuia admodum fuere initia & ſeculo XV. demum longe maior ſolito autoritas romani iuris in Germania excreuit, de quo pluribus Conringius *de orig. iur. German. c. 32.*

§. XI. Recenſitis ita fatis pandectarum nunc proxime de diuerſis earundem editionibus agendum eſt. Tres potiſſimum vulgo recenſentur, *Vulgata*, *Haloandrina*, ſiue *Norica*, & *Florentina*, adſunt tamen adhuc aliæ, de quibus deinde dicetur.

§. XLI. *Vulgata* editio dicitur, vt verbis Riccii *de libr. iur. aph. 36.* vtamur, quæ non eſt norica, neque florentina, ſeu, quæ in omnium manibus & qua DD. antiquiores poſt Irnerium vſi ſunt. Hæc ipſa tamen non ſemper eadem fuit, ſed multiplex eſt, nimirum vt ſcriptum aliquod exemplar vetuſtum aliter legebat & doctor quidam inſignis lectionem variandam eſſe putabat: ita exemplaria conficiebantur & quælibet manus ſua adiiciebat vitia, quapropter viri eruditi multum laboris impenderunt in genuinam textuum iuridicorum reſtitutionem. Interim tamen ea adhuc hodie multis & quidem eiusmod vitiis ſcatet, vt ſæpe perlecta lege neſcias, quid autor legis ſibi velit, vnde in doctrina pandectarum non ſemel textu Haloandri vſi ſumus. Sic v. g. in *l. 19. §. 2. ff. de iudic.* in vulgata legitur: *nam vbi ſic venit, vt confeſtim diſcedat, quaſi a viatore emtis: vel eo, qui transuehebatur, vel eo, qui præternauigat, emit:* in Haloandrina vero

vo-

Digitized by Google

vocabulum *emtis*, omiſſum eſt, quia ſenſum turbat. Sic *in l.34. §. 4. ff. de iureiur.* legitur, quod iuramentum *neque patrono*, *neque parentibus* remittatur: Haloander vero rectius legit: *aeque patrono & parentibus*. Alia plurima obſeruauit Dionyſius Gothofredus *in notis ad edit. vulg. corp. iur.* quæ eius notæ nunc in omnium fere manibus ſunt.

§. XLII. Altera editio vocatur *Haloandrina* ab autore ſuo Gregorio Haloandro, (alias *Hoffmann* dicto, Dn. Stryk. *in not. ad Lauterb. præfat. voc. Haloandri*) nec non *Norica*, quia a. 1529. calend. April. Noribergæ ſumtu ſenatus edita. Ita enim habet rubrica: *Digeſtorum ſeu pandectarum libri quinquaginta*, *editi Norimbergæ per Gregorium Haloandrum munificentia ac liberalitate ampliſſimi ordinis ibidem*. Huic Haloandro D. Iulius Pflugk primus autor extitit iuris ciuilis capeſſendi, ſuo etiam ſumtu illum in Italiam miſit, vbi Iohannes Baptiſta Egnatius, Venetus, & conſilio & vetuſtis codicibus eum adiuuit, prout ipſe in *præfat. pandect.* commemorat.

§. XLIII. Haloander tamen ipſas pandectas florentinas non inſpexit, ſed ita ait in *cit. præfat.* *Notas pandectarum florentinarum, quæ olim Piſanæ fuerunt, quarum inſpiciendarum deſcribendarumque poteſtatem magnus ille Politianus beneficio Laurentii Medicis excellentiſſimi viri habuit, in commune profero.* Quod vero de *notis* ſcribit, ſic accipiendum eſſe dicit: *ſe non per omnia illarum fidem ſecutum eſſe; ſed eatenus duntaxat, quatenus peruulgata*

*gatæ lectionis bonitate manifeſte præcelluerint, vel alioqui probabilior ratio ſuaſerit: maxime ſi antiquorum codicum conſenſus, quos neque paucos, neque peſſimos cum iis contulerit, accederet.*

§. XLIV. Haloander itaque pandectas ſuas ad normam pandectarum Politiani ſeſe edidiſſe adſerit. Inter omnes ſcilicet, qui iuris ciuilis pandectas ad archetypum & vetuſtiſſimorum exemplarium fidem reſtituere atque interpretari adgreſſi, primus fuit Angelus Politianus. At vero Haloandrum pandectas Politiani nunquam inſpexiſſe docet Anton. Auguſtinus *emendat. l. 3. c. 3.* idque ex hac ratione, quia Politiani ſcripta, quæ de iure & ad ius compoſuit, excuſa non extant, neque eiusdem manuſcripta vllibi reperiuntur, ſed ea Bologninus omnia ſuppreſſit, Sim. Leeuwius *in hiſtor. iur. ciu. rom. p. 737. 738.* vnde non ex Politiani, ſed Bologuini libris ſua deſumſit Haloander. Aſt cur Bolognini non fecit mentionem, ſed potius Politiani? rationem adſignat Anton. Auguſtinus *d. l. 3. c. 3.* cuius verba ſubiicere e re eſſe videtur. *Non ignotum eſt*, inquit, *quanta religione coli ſuos libros Bologninus ipſe voluerit. Itaque, qui ad ea myſteria adeunt, ab his, qui illis ſacris præſunt, aut nullam earum rerum memoriam, aut ſine ipſius autoris nomine prodituram, polliceri coguntur. Et hæc ratio eſt, cur Politiani libros edere ſe Haloander, quos viderat nunquam, ſcripſit. Sed & illud credo*, addit, *leuem eum ipſi autorem viſum, vt eius nominis crebra ipſi fieret mentio. Huc acceſſit, quod vt omnes probi viri*

Digitized by Google

*viri ſolent: facile dicentibus, ita florentiæ ſcriptum eſſe, credidit.*

§. XLV. Quamuis vero hæcce Haloandri editio vulgatæ editioni omnino in plurimis præferenda ſit, v. ſupra §. XLI. nihilominus tamen eandem tum pandectis florentinis in omnibus non conuenire deduxit Auguſtinus. Scilicet Haloander, vt §. *præc.* diximus, nonniſi Bolognini libros vidit, hi autem ex libris Politiani ad florentinum codicem correctis emanarunt; quoniam vero Politianus florentinum codicem non ſemper diligentiſſime conſulerat, nec Bologninus ex Politiano omnia exacte deſcripſerat, v. Ant. Auguſtin. *emend. l.4. c.16.* hinc inter Haloandrinum & Florentinum exemplar nonnullæ diſſonantiæ facillime euenire potuerunt, conf. Riccius *de libr. iur. aphor. 36.* Exemplum habet Ant. Auguſtin. *d. l. 3. emend. c.3.* ex *l.17. §.5. ff. de hered. inſtit.* vbi in florentina ita ſcriptum: *Quod ſi quis dupondium diſtribuit, & tertium ſine parte inſtituit, hic non in alium aſſem, ſed in trientem venit. vt Labeo libro quarto poſteriorum ſcripſit, Ariſto, vel Aulus vtpote probabile notant.* Haloander autem ita poſuit: *Quod ſi quis dupondium diſtribuit & tertium ſine parte inſtituit: hic non in alium dupondium, ſed in trientem venit, vt Labeo libro quarto poſteriorum ſcripſit. Sed & Ariſto & Paulus ſcripta Labeonis probauerunt, proque probabilibus accepit Vlpianus, quæ ab eis notata ſunt.* Origo huius diſſonantiæ ſequens eſt. Politianus, cum verba *d. l.* in ff. florentinis eo modo, quo addu-



Digitized by Google

ximus, legiſſet, in libri margine hanc ſententiam ſcripſit: *Ariſto & Paulus* (male tamen pro *Aulo Paulus* poſuit) *ſcripta Labeonis notauerunt, proque probabilibus accipit Vlpianus, quæ ab eis notata non ſunt.* Bologninus non acutiſſimus ingenio vir, hæc ipſa Politiani verba Vlpiani eſſe exiſtimans, ineptam quandam ſententiam pandectarum verbis commiſcendo confecit, ex quibus verbis Haloander ſcripturam ante adductam effecit, & in margine, *hæc verba compilatorum eſſe*, notauit, item de ſuo *dupondium* pro *aſſe* ſcripſit. Illud quidem certe ſine dubio eſt, addit Auguſtinus, Haloandrum, ſi aut Tuſcos libros, aut ſaltem Politiani vidiſſet, neque hæc, neque alia ſatis multa, quæ reprehendimus, ſcripturum fuiſſe.

§. XLVI. Poſuimus hæc ſpeciminis loco. Ceterum, quæ prima parte Noricorum digeſtorum maxime mendoſa ſint, idem Auguſtinus, (Ilerdenſis epiſcopus & Tarraconenſis archipræſul, vt commemorat Leeuwius *in hiſt. iur. rom. p. 738.*) recenſet *l. 3. emendat. cap. 6.* quæ ſecunda parte emendanda *d. l. 3. c. 7.* quæ tertia parte, *d. l. 3. c. 9.* Hæc omnia excerpere anguſti limites, quos nobis poſuimus, non permittunt, in tractatum enim facile excreſceret hiſtoria noſtra, ſi ſingula exequi vellemus.

§. XLVII. Progredimur ad pandectas *Florentinas*, de quarum denominatione iam ſupra §. XXXIIX. egimus. Adſeruantur eæ adhuc hodie Florentiæ duobus diſtinctæ tomis, quorum alter

Digitized by Google

alter XXIX. alter vero XXXI. libros continet, Anton. Auguſtin. *emendat. l. 3. c. 3. in med.* in holoſerico rubro ligatæ & clauſulis argenteis exornatæ, ibidemque A. 1553. poſt editionem Noricam primum prelo vulgatæ & inde Europæ communicatæ fuerunt, ex Beſoldo Riccius *de libr. iur. Aph. 38.* & quidem cura Franciſci Taurelli, Lælii Taurelli filii, qui hanc editionem ſumma fide in omnibus, vel minutisſimis authentici figuris repræſentauit, Sim. Leeuwius *hiſt. iur. rom. p. 738.* v. Maurit. *de libr. iur. poſ. 9.*

§. XLIIX. Angelus Politianus *miſcell. cap. 14.* Iuſtiniani tempore, pnblico iuſſu florentinas haſce conſcriptas eſſe arbitratur; verum illi omnes fere contradicunt, v. Duarenus *diſpp. anniu. l. 2. diſp. n 9.* Alber. Gentilis *de libr. iur. ciu. c. 2.* Haloander *in præfat. ff.* Cuiacius *l. 2. obſ. 1.* Alciatus *l. 3. diſpunct. c. 12.* apud Arthur. Duck. *de author. iur. ciu. l. 1. c. 4. §. 10.* præ aliis vero Anton. Auguſtinus *emendat. l. 1. c. 1.* cui ipſi Lælius Taurellus, ICtus, Florentiæ pandectas florentinas oſtendit, & in quibus varios defectus deprehendit Auguſtinus, de quibus mox dicetur. Quamuis ergo probabile ſit, dictas florentinas vel tempore Iuſtiniani, vel paulo poſt, priuata tamen induſtria conſcriptas eſſe; de ipſo tamen tempore, & de ipſo autore nihil certi conſtat, Riccius *de libr. iur. aphor. 39.* Priuata induſtria ſcriptas eſſe florentinas, vel ex hoc conſtat, quod numerorum & verborum notis vſi multis locis ſint librarii, quas tamen notas fieri Iuſtinia-

nianus prohibuit, v. ſupra §. XXII. Auguſtin. *l. 1. c. 1. inf.*

§. XLIX. Hoc tamquam peculiare quid adhuc notandum, quod pandectæ florentinæ, more veterum, qui characteres minutiores non habuerunt, ſcriptæ, & *capitalibus*, ſeu *quadratis* vncialibus, quas Hieronymus, aut ingentibus, quas Petruuius vocat, *literis* depictæ ſint, quales nempe ad ſignandas pharmacopœorum pyxides vſurpari ſolent, Riccius *d. l. aph. 40.* Deinde hoc non prætermittendum, quod Florentinæ *absque interpunctionibus ſcriptæ*, & illæ, quæ tam in vulgata, quam Haloandrina deprehenduntur, pleræque a DD. mera priuata autoritate adiectæ ſint, Anton. Auguſtin. *emend. l. 1. c. 4. verſ. nam vt alio loco*, vnde idem *d. l. 1. c. 9. inf. omnibus*, inquit, *ſuadeo, vt ſi quid aut iniquum, aut minus apte ſcriptum reppererint, quod facile punctis ablatis, aut additis, reſtituatur, id facere non dubitent*, in quo capite 9. citatus autor multa exempla hancce rem illuſtrantia adducit. Porro etiam alibi, præcipue *l. 1. c. 2. & l. 4. c. 17.* oſtendit, in multis locis negationem aut additam, aut detractam eſſe, etiam in Norica editione, contra florentinarum fidem, quæ aliquando, Deo vitam & vires concedente, pluribus exponemus.

§. L. Cum ante §. XLIIX. dixerimus, florentinas pandectas priuato ſaltem ſtudio confectas eſſe; mirandum non eſt, quod illæ etiam diuerſis defectibus laborent. Ita quando in *l. 5. §. 19. ff. vt in poſſeſſ. legat.* in florentinis dicitur: *ſex*

*ſex autem menſium puto continuum tempus, non poſſeſſionem, computandum:* euidens eſt, non debere legi: *poſſeſſionem*, ſed *ſeſſionem*, Franc. Duarenus *diſpp. anniuerſ. l. 2. c. 16.* qui *d. l. 2. c. 14. & 15.* alia etiam exempla adducit. Contius *l. 1. diſp. 5. 6. & 7. & l. 2. lect. 3. n. 1.* exemplar florentinum multas lacunas aliunde ſupplendas habere, nonnullisque aliis laborare vitiis teſtatur, v. Ricc. *de libr. iur. aph. 41.* Ant. Auguſtin. *emend. l. 1. c. 1.* Mauritius *de libr. iur. poſ. 9.*

§. LI. Interim tamen Florentinæ omnibus reliquis pandectarum editionibus, ipſi etiam Haloandrinæ, merito præferuntur. Ita Haloander in *l. 6. § 4. ff. de R. D.* legit: *& licet poſtea ratum non habuerit*, in Florentinis pandectis vero habetur: *& licet poſtea ratum habuerit*, omiſſa particula *non*, vt ſit ſenſus, ratihabitionem æquiparari mandato. Alia exempla habet Mauritius *d. l. aph. 10.* & Anton. Auguſtinus *locis ſupra §. XLVI. allegatis.* Neque optimi illi, inquit Id. *l. 4. cap. vlt. in f.* vetuſtiſſimique libri, omnibus mendis carent; ſed tamen tam multa librariorum & temporum peccato in ceteris mendoſa reperiuntur, vt præclare de iure ciuili mereatur, qui ſacroſanctos illos theſauros patefecerit & eorum opes omnibus voluerit eſſe communes.

§. LII. A florentinis pandectis etiam omnes libros, quibus hodie vtimur, manaſſe, eruditorum eſt opinio, v. Ant. Auguſtin. *d. l. 4. c. vlt. in f.* idque ideo, quia errores illi, qui in florentinis ſunt, vt plurimum in aliis etiam libris inueniun-



Digitized by Google

tur. Ita in editionibus antiquis omnibus, & recentiorum nonnullis, v.g Haloandri, v. ſupra §. XXVII. titulus *pro ſoluto* legitur, qui tamen neque in indice, neque poſt tractatum de vſucapionibus eſt in florentina. Error hoc caſu originem inde ducit, quod recentiori manu in margine florentini libri addita ſint ad *l. 46. ff. de vſurpat.* verba iſta: *pro ſoluto*, quæ deſcribentes antiqua eſſe exiſtimarunt. Alia adhuc vide apud Mauritium *in diſſ. de libr. iur. commun. poſ. 11.* & Antonium Auguſtinum *emendat. l. 1. c. 1.* vbi in ſpecie originem oſtendit, quare ordo legum ſub titulo *de regulis iuris* quam maxime variet, ſcilicet, quia librarius, qui florentinas conglutinauit, duas chartas non recte conſtituit, ſed eas permiſcuit, quod facile potuit, quia, ſi recte recordor, in Auguſtino legi, numerum legum in Florentinis non adeſſe. Hinc eſt, quod *l. 118. ff. de R. J.* iuxta Haloandrinam (quæ Florentinas mendoſas cum Bolognino ſequitur,) in editione Gothofredi (quæ Florentinas emendatas ſequitur,) ſit *l. 158.* item *l. 159.* in Haloandrina ſit *l. 199.* in editione Gothofredi. Ergo, dicit Auguſtinus, *l. 159.* cum *l. 200.* eſt coniungenda, quæ vero inter eas leges ſunt, ante *l. 118.* ſcribi debent, prout fecit Dionyſius Gothofredus.

§. LIII. Errorem librarii in transponendis chartis, de quo diximus, Lælius Taurellus adducente Auguſtino *loc. cit.* ita deprehendit. Extremum caput, ſiue lex, chartæ tertiæ (ex chartis extremis) Florentinæ eſt 159. iuxta Haloandri-

drinam & reliquas editiones pleraſque, ibique ita ſcriptum: *non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non.* Vltimum ergo verbum deſideratur, quod ſuppleuerunt vulgo per vocem *obtemperat.* Aſt in Florentina charta quinta & vltima ante initium *l. 200.* veſtigia quædam tenuia adparent huius verbi: *paruit*, quod verbum ſi *d. l. 159.* coniungatur, mire quadrat expuncto verbo *obtemperat*, quod Florentinæ non eſt. Ergo perſpicuum eſt, quod ea charta tertia immediate ante chartam quintam poni debuiſſet.

§. LIV. Hæc de tribus famoſis editionibus in præſenti quidem ſufficiant. Dantur vero adhuc aliæ celebres editiones ab illis tribus diuerſæ. Pertinet huc editio *Johannis Heruagii* maiori charactere 1541. Baſileæ duobus voluminibus impreſſa, additis Modeſtini legibus græcis in *tit. ff. de excuſ. tut.* & græcorum interpretatione latina ad calcem operis adiecta, nec non variorum lectionibus, Mauritius *de libr. iur. poſ. 7.* Leeuwius *hiſtor. iur. ciu. p. 739.*

§. LV. Porro a. 1551. prodierunt *Antonii Syphriani* pandectæ manuales in minori forma, poſt omnium editiones & Haloandri caſtigationem ac librorum florentinorum fidem innumeris in locis emendatæ: *Hugonis de Porta* duæ editiones, quarum poſterior limatior Lugduni impreſſa a. 1552. pandectis ad textum florentinum diligentisſime conlatis, legumque inſcriptionibus iterum reſtitutis, (quippe quæ in florentinis deſunt,) & græcis ſanctionibus cum latina Franc.



Digitized by Google

Hotomanni interpretatione inſertis, Leeuwius *d. p. 739. & p. 740.* De hac editione ita Franciſcus Taurellus *in præfatione ff. florentinis præmiſſa. Accepit*, ait ibi, *Hugo multa a bono quodam viro, cui familiariter priuatorum librorum Lælius pater non adeo tum emendatorum copiam fecerat, ex quibus cum alia, tum annotatiunculas deſcripſit Hugonique exhibuit nobis ignaris. Hæc ille omnia pro ſuis edidit, plurima tamen omiſit, plurima ſecus, quam in florentino exemplari habentur, tradidit*, v. Mauritius *de libr. iur. poſ. 7.*

§. LVI. Succesſit *Ludouici Ruſſardi* ius ciuile, manuſcriptorum librorum ope emendatum & perpetuis notis illuſtratum, adiutore Franc, Duareno, qui ſummaria in pandectas præſcripſit. Impreſſum Lugduni primum a. 1561. in folio, repetitum poſtea in octauo Antwerpiæ apud Chriſtoph. Plantinum 1567. Porro *Ant. Contius a. 1562.* edidit Pariſiis digeſtorum libros in octauo ex pandectis florentinis repræſentatos, adiectis Fr. Hotomanni ſummariis, nec non additionibus ex Baſilicis ad *tit. de bonis damnatorum, & tit. de interdictis & relegatis*, v. ſupra §. XXVII. indicibus item legum, nec non rerum atque verborum, quæ editio a. 1571. a Guilielmo Rouillio, Lugdunenſi typographo, in 16. repetita, Leeuwius *d. p. 740. 741.* Maurit. *d. poſ. 7. in f.*

§. LVII. Antwerpiæ ex officina Plantiniana prodiit a. 1575. *Ludouici Charundæ* editio, qua præter cetera ab Ant. Contio edita pandectæ florentinæ repræſentatæ breuisſimis ICtorum quorundam adnotationibus, partim antea a Ludo-

uico

nico Ruſſardo conlectis, plerisque locis vel reſtituuntur, vel diligentius explicantur. Hoc opus ſecuta eſt *Julii Pacii* editio Lugduni a. 1580. & tandem *Dionyſii Gothofredi* Geneuæ a. 1583. quæ notas marginales ad omnis iuris ciuilis partes in iisque varias lectiones, leges ſimiles, contrarias abrogatas, verborum legumque difficilium interpretationes ſelectas, argumenta, &c. continet. Hæc plurimis vicibus recuſa inter alia Lugduni, an. 1653. item an. 1663. & 1688. Francofurti ad Mœnum,& a. 1705. Lipſiæ. Et hodie in omnium fere manibus eſt. Laudari vero præ aliis meretur editio auctior & emendatior ab Amſtelodamenſi & Batauo - Lugdunenſi ſocietate A. 1663. in lucem emiſſa, in qua quid præſtitum fuerit, fuſe recenſet Leeuwius *p.742.ſeqq.* Gothofredus interdum textus reſtituit, qui in Florentina & Haloandrina deſunt, cuius exemplum in *l. ſi filiusfam. poſt. l. 18. ff. de R. J.*

§. LIIX. Iam de *modo adlegandi* pandectas. Florentinæ quondam per notam P. vel Pi (id eſt, Piſanæ) adlegabantur, quamuis interdum etiam DD. Pilei illum vetuſtioris gloſſatoris librum, reliquis vulgaribus correctiorem, intellexerint, Ant. Auguſtin. *emend. l. 3. c. 3.* Riccius Profeſſor quondam Regiomontantus, *de libr. iur. aph. 38.*

§. LIX. Hodie vel litera D. vtimur, quæ digeſta indicat, vel nota *ff.* de qua nota, eiusque origine diuerſæ admodum reperiuntur opiniones

nes Huberus *in prælect. ff. proœm. n. 2. & in f.* ita: in citandis legibus pandectas deſignamus digammate *ff.* quod eſt corruptum e græco π. Id enim, vbi celerius ſcribitur, lineam transuerſam fere habet per medias rectas. Accurſiani, pergit, & Bartoliſtæ cum viderent π ita negligentius pictum, ignari græcarum literarum, putarunt eſſe *ff.* v. Zœſ. *ad ff. in proœm. n. 11.* qui addit, literam π olim cum circumflexo ſcriptam fuiſſe hoc modo π͂, & inde errorem prouenisſe. Alii duplex ff. adhiberi putant, vt ſignificetur, pandectas *factas fuiſſe:* alii exiſtimant, pandectas antiquitus ſcriptas fuiſſe per D. & G. (Digeſta) easque literas in coniunctione ſua noſtro ff. ſimiles fuiſſe: iuxta alios primitus pandectæ per duplex // notatæ fuerunt, quæ duæ literæ L. libros notarunt, ex quibus deinde ff. factum: alii in ea ſunt opinione, quod liber hic ideo per ff. adlegetur, quia per duos imperatores, patrem & filium, vtrumque Fridericum nominatum, maturius ruminatus & digeſtus fuerit, v. Riccius *ad libr. iur. aph. 18.* Anonymus *in modo legendi abbreuiaturas Colon. 1570.* Aliam adhuc deriuationem habet Haloander *in præfat. ff.* quod ſcilicet olim nomen operis ſignificauerint per litteram græcam θ in medio transuerſum circumflexum habentem. Notariorum inuentum eſſe, quod plerumque nullam habet rationem, putat Gothofred. *in not. ad rubr. C. de vet. iur. enuci.*

§. LX.

Digitized by Google

§. LX. Ex his nunc elige, cui dicas, tu mihi ſola places. Omnia ſunt incerta, prima tamen opinio de lit. π probabilis quodammodo eſſe videtur. Lepide Riccius *de libr. iur. aph. 18.* forte, inquit, ſi ſors alibi decollauerit, dici poſſet, quod, veluti græcis ſignum Θ, denotauit mortis ſupplicium; ita nobis græcum π denotet iuſtitiam, vel furcam, vnde natum prouerbium: abi in græcum π, in criminalibus autem pandectas operoſe occupatas eſſe atque adeo inde hanc notam accepiſſe.

§. LXI. Olim in adlegationibus nomen libri, pandectarum ſcilicet, vel digeſtorum, præponebatur, & deinde demum titulus, vel rubrica, tandem vero lex & paragraphus ſubiungebatur: hodie vero illum ordinem plerique inuertunt & primo legem, deinde paragraphum, poſt verſiculum & tandem titulum, ſiue rubricam demum adlegant. Olim leges & paragraphi, (qui per notam §. indicantur a græca littera θ, quæ θέμα ſignificat, id eſt paragraphum,) per voces initiales, hodie ſolum per numeros adlegantur; ſed melius eſt, vt voces initiales atque numeros coniungamus, non ſolum propterea, quod typographus in alterutro facilius, quam in vtroque errare poſſit, ſed & propter varietatem exemplarium, præſertim vulgatæ editionis, quæ ſæpe aliter ordi-

Digitized by Google

ordiuntur leges atque paragraphos. Ceterum, ſi in adlegatis nullius libri, id eſt, nec pandectarum, nec codicis, ſit mentio, pandectæ ſecundum excellentiam intelliguntur: item; ſi legis alicuius, longioris præſertim, paragraphus non adiicitur, eo ipſo tacite indigitatur, adſertionis probationem ex principio adlegatæ legis deſumendam eſſe, Riccius *d. l. aphor. 19. 20. 21. 22.* Huber. *in prælect. ff. proœm. n. 2. inf.*

§. LXII. Numeri librorum & titulorum non adlegantur, quamuis hoc admodum vtile eſſet, ſed ſolum rubrica tituli, v. g. *l. 6. ff. de contrah. emt.* Ergo iuris cultor ſtatim ſcire debet, quotus ſit liber & titulus libri, v. g. qui de contrahenda emtione inſcribitur. Lepide hic memoriam adiuuare voluit Iohannes Buno *in memoriali iuris ciuilis Romani Hamburgi a. 1673.* impreſſo. Titulum de *origine iuris* indicat per hominem balbum, (eum balbum eſſe ex labiis compreſſis colligi debet,) penes quem Benedictorum liber eſt collocatus, ex qua ſcaturit ius, iuris liquor, ſeu iuſculum, patinaque excipitur. Titulum *de rerum diuiſione & qualitate* repræſentant hirci ab hœdis ſepimento ligneo diuiſi, quia ſunt diuerſarum qualitatum. Hœdi ſunt diuini iuris & hinc radiis diuinis illuſtrantur. Titulus *de hereditatis petitione*

Digitized by Google

*tione* denotatur per caducam caſam, quam ſupplex quis petit: titulus *de publiciana in rem actione* per bouile publicum; (quod ex ſigno ſuſpenſo colligendum,) cuius tecto aliquis inſidet calicem cum ſigno crucis in manibus habens, quod bonæ fidei poſſeſſorem deſignat: titulus *de inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu* per fœminam prægnantem, cuius ventrem inſpicit obſtetrix anus, vtens perſpicillo, vt cognoſcat, num ſit grauida: eadem obſtetrix tenet haſtam, vt ea partum cuſtodiat: titulus *de conditionibus inſtitutionum* per Generalem bellicum, duos lituos tenentem, qui figura ſua formant generalem particulam conditionalem: *ſi*. Hanc vt recte obſeruet diſcens adoleſcens, inſtituit eum Generalis iſte. Adſunt etiam condita in pixide, quæ ſignificant conditionem, condita enim arbitrio teſtatoris ita erant facta. Titulum *de iure fiſci* denotat orcus. Alia recenſere tædet. Puto, numerum titulorum & librorum ex frequenti euolutione pandectarum facilius memoriæ imprimi poſſe, quam per eiusmodi fabulas, vt ipſe Buno eas vocat. De guſtibus interim & hic non eſt diſputandum.

§. LXIII. Autores, qui ad pandectas, ſingulasque partes, titulos ac leges commentati ſunt, magna diligentia conlegit poſt alios Iohannes Wolfgangus Freymonius *in elencho*

*omnium*

*omnium autorum, ſiue ſcriptorum, qui in iure tam ciuili, quam canonico, vel commentando, vel quibuscunque modis explicando & illuſtrando ad noſtram ætatem vsque claruerunt, Francof. ad Mœnum. An. 1585. in 4to.* De recentioribus, Duareno, Mornacio, Brunnemanno, Schiltero, Wiſſenbachio, Struuio, Lauterbachio, Hubero; aliisque fuſe agere in præſenti non vacat. Vnde hic finis eſto.

Digitized by Google

IAC. FRIDER. LVDOVICI, D.

# DOCTRINA PANDECTARVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PANDECTARVM

### *LIB. I. TIT. I.*

## De Iuſtitia & Iure.

§. I.

IVſtitia ſumitur vel in ſenſu *philoſophico & morali*, & actio iuſta non dicitur, niſi illa *ex habitu virtuoſo* proficiſcatur. Huc pertinet definitio Vlpiani in *l.10.pr.ff. h.t.* quod iuſtitia ſit *conſtans & perpetua voluntas*, ius ſuum cuique tribuendi. Vel ſumitur in ſenſu *iuridico*, & nihil aliud eſt, quam *conformatio externa* actionum ſubditorum cum voluntate legislatoris.

§. II. Diuiſionem inter iuſtitiam *vniuerſalem* & *particularem* interpretes ex Ariſtotele mutuati ſunt. *Vniuerſalis* nihil aliud eſt, quam *complexus omnium virtutum*, & ſic illa fortitudinem, patientiam, caſtitatem &c. ſub ſe comprehendit. Hæc non eſt finis adæquatus iurisprudentiæ, ſed ethicæ. *Particularis* autem, ſi obedientiam externam reſpicias, ad iurisprudentiam pertinet, atque dirigit ſolum illa officia, quæ homines *intuitu mei & tui ſibi inuicem præſtare* neceſſe habent.

§. III. Particularis ſubdiuiditur in *diſtributiuam* & *commutatiuam*. *Illa* vocatur, quando *princeps ſubditis* aliquid diſtribuit, ſiue hoc ſit *gratum*, vt



Digitized by Google

honores & officia, ſiue *ingratum*, vt pœnæ. Metaphorice dicitur, quod princeps hic proportionem *geometricam* obſeruet. Debet enim quaſi menſuram aliquam habere, vt cognoſcat, quisnam maiora habeat merita in conferendis honoribus, & penes quem maior ſit culpa, aut dolus, in dictitandis pœnis.

§. IV. Talis menſuratio non eſt, quando *priuati ad ſe inuicem* referuntur, ſed ibi *arithmetice* proceditur & vocatur *commutatiua* iuſtitia. Sic ædes meas vendo illi, qui plus pecuniæ offert, licet alter maiori virtute polleat, qui minus dare vult. Interim has diſtinctiones vſum in praxi non habere oſtenſum in *vſu pract. diſt. iurid. h. t. diſt. II.*

§. V. *Iuris* vocabulum alias diuerſos habet ſignificatus, *l. pen. & vlt. ff. h. t.* Hic accipitur *pro lege.* Diuiditur *ratione legislatoris* in *diuinum* & *humanum.* *Illud* eſt, quod *Deus* conſtituit, *hoc*, quod *hominem* habet autorem.

§. VI. Iuris *humani* tot ſunt ſpecies, quot ſunt res publicæ & diuerſa earundem iura. Ius *diuinum* autem diuiditur *ratione perſonarum, quæ illo obligantur*, in *vniuerſale*, quod omnes omnino homines tam in veteri, quam nouo teſtamento obſtringit, & *particulare*, quod iudæos in V. T. ſolum obligat, idque vel in *eccleſiaſticis*, vnde *ius ceremoniale*, vel in *politicis*, vnde *ius forenſe.* Hoc particulare ſublata rep. iudaica ſimul quoque ſublatum eſt, de quo Pufendorffius in libello *de habitu religionis*, conf. etiam Spencerus *de legibus Hebræorum ritualibus*, item Goodwini *Moſes & Aaron.*

§. VII.

Digitized by Google

§. VII. Ius diuinum vniuerſale *ratione modi cognoſcendi* diſpeſcitur in *naturale*, quod ex lumine rationis hauritur, ſcilicet, id faciendum eſſe quod tranquillitatem, ſiue ſocialitatem communem promouet, id vero omitti debere, quod eandem turbat; & *poſitiuum*, ſiue *reuelatum*, quod ex lumine reuelationis, ſeu ſacra ſcriptura hauritur & adhuc omnes homines obligat. Hoc exinde cognoſcitur, quando aliquod præceptum V. T. in N. T. repetitur, v. g. de interficiendo homicida, *Matth. 26. v. 52.* vel quando in ſcriptura dicitur, Deum puniuiſſe gentiles etiam propter aliquod factum, quo pertinent prohibitiones *Leuit. 18.* conf. hic Seldenus *de iure naturæ & gentium iuxta diſciplinam Hebræorum.*

§. IIX. Quando ius explicatur & adplicatur: exinde naſcitur *iuriſprudentia*, quæ eſt rerum diuinarum atque humanarum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia, *l. 10. §. 2. h. t.* ſiue, habitus interpretandi leges, easdemque ad facta controuerſa adplicandi.

§. IX. Interpretatio eſt vel *declaratiua*, quando termini artis explicantur, v. g. quid in iure *triticum, tignum* &c. ſignificet, item, quomodo vocabulum *heres* in iure ciuili & feudali ſumatur, &c. vel *extenſiua* ob identitatem rationis, licet verba legis deficiant, vnde in iure aliæ ſunt actiones *directæ* ex verbis legum, aliæ *vtiles* ex mente earum profluentes: vel denique *reſtrictiua*, quando quidem verba legis ad caſum obuenientem quadrare videntur, ſed ratio legis reſiſtit. Sic v. g. minor ſine curatoris conſenſu contrahere ne-



Digitized by Google

quit,quia facile lædi poſſet,aſt vero teſtandi facultas ſine curatore ipſi competit, quia tunc nulla læſio metuenda. Exempla alia ſub ſingulis fere titulis occurrunt, conf. Grot. *de I. B. & P. l. 2. c. 16.* §. *1.* Pufendorff. *de I. N. & G. l. 5. c. 12.* Pertinet huc Albert. Bolognetus *de æquitate, iure & legibus.* Alias integra volumina *de iuſtitia & iure* ediderunt Molina, Soto, Lugo, Leſſius, & ſimiles, quæ farraginem diuerſarum quæſtionum continent.

*LIB. I. TIT. II.*

Cod. l. 12.

## De origine Iuris & omnium magiſtratuum &c.

§. I. IN hiſtoria iuris romani ad hæc tria potiſſimum reſpiciendum: (1) *ad ſtatum Regium*, ſub quo vigebant *leges regiæ*, a Romulo & ſucceſſoribus latæ, de quibus *l. 2.* §. *1. h. t.* Verum hæ exoleuerunt, poſtquam reges exacti erant ob ſtuprum violentum a Tarquinio Sexto Lucretiæ Collatinæ illatum A. V. C. 244. Vnicum veſtigium harum legum adeſt in *l. 2. ff. de mort. infer. Leges Romuli* edidit Franc. Balduinus, add. Lipſius *de LL. regiis & decemuiralibus.*

§. II. Sequebatur tunc (2) *ſtatus popularis*, vel potius turbidus & irregularis ob diſſidia patrum cum plebe. Hic notandæ (a) *Leges XII Tabb.* a Græcis petitæ. (b) *Leges in comitiis populi in campo Martio latæ*, quæ deſcribuntur, in *l. 1. ff. de LL.* (c) *Plebiſcita*, a ſola plebe facta interrogante tribuno,

qua-

Digitized by Google

qualis eſt lex Aquilia, Falcidia, &c. quæ tamen vim legis plenam demum poſt ſeceſſionem plebis in montem Auentinum & Ianiculum A. V. C. 467. obtinuerunt, vbi lex Hortenſia, Hortenſio dictatore lata, Liu. *epit. l. 11.* (d) *Prætorum edicta* ex quibus deſcendit materia reſtitutionis in integrum ob metum, dolum, &c. item bonorum poſſeſſio, aliaque diuerſa. (e) *Reſponſa prudentum*, a quibus recedere non licebat.

§. III. Quod (3) *ſtatum monarchicum ſub Impp.* attinet, ibi occurrunt (a) *Senatus conſulta*, ab Auguſto aliisque Impp. abſolutum imperium diſſimulantibus facta, præuia ſenatus adprobatione (b) *Conſtitutiones principum*, quod nomen tempore imperii D. Marci cœpiſſe coniiciunt His omnibus vim legis tribuit Iuſtinianus eademque ſibi exæquauit in compilatione corporis iuris ciuilis.

§. IV. Quoad *receptionem* iuris romani in germania notandum eſt ſeculum XV. vbi occaſione introductarum academiarum illud in fora germaniæ ſenſim introductum fuit. Ceterum huc pertinent: Holtermann *de origine iuris hiſtorica*, Cuiacius *de origine iuris*, Lewius *de origine & progreſſu iuris romani*, Forſterus *in hiſtoria iuris romani*, Polletus *in hiſtoria fori romani*, Iac. Gothofredus *in hiſtoria iuris ciuilis romani*, *quæ habetur in manuali iuris*, Eberlinus *de origine iuris*, Dn. Stryk. *in præcognitis iuris*, D Thomaſius *in delineatione hiſtoriæ iuris romani*, Grauina *de iuris ciuilis ortu & progreſſu*, Keyſerus *in hiſtoria iuris ciuilis*, Zaſius *ad l. 2. ff. h. t.* aliique.

*LIB. I. TIT. III.*

Cod. I. 14. 16.

# De Legibus SCtis & longa conſuetudine.

§. I. LEx eſt regula a ſuperiore maieſtatem habente præſcripta, iuxta quam actiones ſtudiorum inſtituendæ. Per *ſubditos* intelligimus etiam eos, qui ſolum ad tempus in rep. noſtra commorantur, hi enim ſi teſtamenta condunt, aut contrahunt, leges noſtras ſequi tenentur, per *l. 6. ff. de euict.* & ſi delinquunt, iuxta leges noſtras puniuntur. Carpzou. *pr. cr. qu. 54. n 50. ſeqq.* Sic quoque, qui bona in hac rep. poſſidet, quoad illa bona pro ſubdito reputatur, Gail. *2. O. 124. n. 17.*

§. II. Ipſe legislator ergo non obligatur legibus *a ſe*, bene tamen *ab alio ſuperiore* latis, v. g. princeps LL. diuinis. Ex quo etiam profluit, quod *leges fundamentales* in diuerſis rebuspubl. vſitatæ principem obſtringant. Nihil aliud enim ſunt, quam conuentiones, has autem eſſe ſeruandas, ius naturale diuinum præcipit.

§. III. Lex promulgatur vel *expreſſa voluntate* ſuperioris, & tunc dicitur *ſcripta*, licet ſcriptura non acceſſerit, quia promulgatio vt plurimum per ſcripturam fieri ſolet; vel robur ſuum accipit ex *tacita* principis *voluntate*, quando princeps patitur, vt hoc vel illud in rep. obſeruetur, & hæc vocatur lex *non ſcripta*, ſeu *conſuetudo*.

§. IV. Non debet autem illa pugnare cum lege diuina, alias eſt *irrationabilis*, quod requiſitum tamen eodem modo ad legem ſcriptam pertinet,

nam

Digitized by Google

nam & hic princeps nihil contra voluntatem DEI ſtatuere poteſt.

§. V. Quot *anni* & quot *actus* requirantur, hoc in iure communi non eſt determinatum. Ergo iudex in arbitrando hoc principium ſequi tenetur: *tot actus & tot annos requiri, vt probabile ſit, conſuetudinem ad ſcientiam principis perueniſſe*. Si ergo intra breue tempus multi conformes actus exiſtant; breuius tempus etiam ſufficiet. *Iudiciales* actus quidem de neceſſitate non requiruntur, meliores tamen ſunt, quam extraiudiciales, quia citius ad notitiam principis peruenire cenſentur. Ius ſaxonicum interim requirit, vt a tempore primi actus 30. anni, annus & dies ſint elapſi, Carpzou. *p. 2. c. 3. def. 21.*

§. VI. Lex ſcripta & non ſcripta mutantur per legem nouam contrariam. Lex noua autem pertinet ſolum ad negotia futura, quia normatum (actiones) non eſt ante normam. Exceptio eſt, niſi princeps aliud expreſſe voluerit, *l. 7. C. de LL.* vel niſi declaret ſaltem legem priorem. Declaratio enim ad priorem legem retrotrahitur.

§. VII. Si quæritur; *an conſuetudo exiſtat?* ea *facti* eſt atque probanda ex diuerſis actibus. Iudex etiam de conſuetudine teſtimonium ferens, tales actus allegare debet, Brunnem. *ad l. 34. ff. de LL. n. 4.* Meu. *p. 4. dec. 2. 3.* Poſtquam autem probata eſt, ſi tunc quæritur: *an obliget? iuris* eſt, vid. *vſ. pract. diſtinct. h. t. diſt. 1.* De *legibus, ſtatutis & conſuetudine* ſcripſerunt Sebaſt. Medices, Rochus Curtius & Petr. Rauennas. Add. Suarez. *de legibus*, Petr. Salazar *de vſu & conſuetudine*, Anton. Auguſtinus *de legibus & ſectis Romanis*.

*Lib. I. Tit. IV.*

Cod. I. 14. 15.

# De Conſtitutionibus Principum.

§. I. QVænam apud Romanos fuerit differentia inter leges & conſtitutiones principum, de eo dictum ad *tit. II.* §. *II. & III.* Hodie in rebuspubl. monarchicis illa ſynonyma ſunt. Interim ſub hoc titulo duo explicanda: quomodo edicta, reſcripta, decreta & mandata inter ſe differant, & (2) materia priuilegiorum.

§. II. *Reſcriptum* fit ad inſtantiam *vnius* partis, & hinc clauſulam tacite in ſe continet: *ſi preces veritate nitantur, c. 2. X. de reſcript.* & per conſequens non tranſit in rem iudicatam, ſed opponitur ei exceptio ſub- & obreptionis, v. *tot. tit. C. commin. epiſt. programm. ſubſcript. aut. rei iud. non haber.* *Decretum* e contrario fit audita prius *vtraque* parte, & hoc tranſit in rem iudicatam, niſi quis beneficio ſupplicationis vtatur. Controuerſia: *an tale decretum ius vniuerſale faciat etiam in aliis cauſis?* quam DD. occaſione *l. f. pr. C. de LL.* admodum varie tractant, facili negotio ita componi poteſt. Aut princeps *ſuper puncto iuris dubio* pronunciauit, v. g. cui in ducatu Magdeburgico debeatur gerada, & quid ad eam referendum, &c. & adfirmatiua ſine dubio vera, quo collineat Gothofred. *in not. ad d. l. f.* Stryk. *vſ. mod. tit. de re iud.* §. *27.* Greuen *in concluſ. ad Gail. in proœm. num. 16.* aut vero ſententiam tulit ſuper *facto dubio*, v. g. an actor actio-

Digitized by Google

actionem ſuam, vel reus exceptionem legitime probauerit? & tunc euidens eſt, quod decretum principis vim legis vniuerſalis habere non poſſit, quia in quolibet facto nouæ circumſtantiæ obueniunt, iuxta quas decretum concipiendum. De *ſummorum tribunalium* ſententiis res eſt certa. Non enim pollent maieſtate, ergo nec ius ferendi leges habent. Si dicis: eorum tamen ſententias ſuper puncto iuris dubio prolatas conſuetudinem introducere poſſe; tunc reſpondeo, quod in iudicum inferiorum ſententiis idem obtineat, interim tamen robur talis conſuetudinis a tacito ſummæ poteſtatis conſenſu vnice dependeat, v. Brunnem. *de ceſſ. act. c. 1. n. 79.*

§. III. *Edictum* differt a reſcripto & decreto dupliciter, (1) quod fiat *motu proprio* principis & (2) quod concernat *omnes ſubditos*. Hoc in ſtatu monarchico apud nos idem eſt, quod lex. De edictis prætorum vid. *tit. II. §. II.* *Mandatum* quidem cum edicto eatenus conuenit, quod itidem fiat *motu proprio*; ſed differt tamen in eo, quod ſolum *certas perſonas* reſpiciat, vnde quia publice non adfigitur, facti eſſe dicitur & ab adlegante probandum eſt, *l. 1. C. de mancip.* Conſtat ſimul ex hactenus adductis, quod ſolum *edictum* ad ſpecies legis pertineat, non vero reſcriptum & mandatum, neque ſemper decretum *v. §. præced.*

§. IV. Nunc ad *priuilegium*, quod dicitur lex non intuitu eius, *cui datur*, hic enim eidem pro lubitu renunciare poteſt; ſed intuitu *reliquorum con-*

Digitized by Google

*conciuium*, ne illum, cui priuilegium datum eſt, in eius exercitio impediant.

§. V. Priuilegium eſt vel *odioſum*, ſi princeps alicui grauiorem pœnam propter ſpeciales circumſtantias imponit, v. §. *6. I. de I. N. G. & C.* cuius elegans exemplum in *l. 2. §. ff. de his, qui ſui vel al. iur. in fin.* de Vmbricia matrona, quam Hadrianus in quinquennium relegauit, quod ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſime tractaſſet. Aliud exemplum in pœna perduellium.

§. VI. Vel priuilegium eſt *fauorabile*. Idque iterum vel *perſonale*, quod ad heredes non tranſit, nec ad alios poſſeſſores, v. g. immunitas a capitatione, ad *liberos* tamen, *vxores* & *viduas* ſimul pertinet. Vel eſt *reale*, quod ad omnes poſſeſſores tranſit, v. g. immunitas a collectis certo prædio conceſſa. Priuilegium ſi *gratuito* conceſſum, *præſumitur perſonale*; ſi titulo *oneroſo* & per *modum contractus*, *reale*, Gail. *2. obſ. 2. n. 13. ſeqq.* ad quod vltimum etiam refertur priuilegium ob bene merita conceſſum, Myler. *de princip. & ſtat. imp. p. 2. c. 49. §. 5.*

§. VII. Cum priuilegio perſonali vero non eſt confundendum *ius ſingulare*, ſiue, vt Mylerus *loc. cit. §. 9.* loquitur, *priuilegium in corpore iuris clauſum*. Differunt enim ita: (1) priuilegium conceditur *certis ſolummodo perſonis*, ius ſingulare autem *integro alicui ordini*, v. g. omnibus minoribus, omnibus vxoribus, fœminis, filiisfam. &c. (2) Priuilegium *per preces eſt impetrandum*, ius ſingulare *iam in legibus continetur*. (3) Priuilegium *ab adlegante probandum*, quia facti, ius ſingulare *probatione*

Digitized by Google

*non indiget*: (4) priuilegium perſonale *nunquam tranſit ad heredes*, ius ſingulare autem *regulariter tranſit*. Dico *regulariter*; nam dantur etiam nonnulli caſus, quamuis pauciſſimi, vbi ius ſingulare non tranſit, v. g. in beneficio competentiæ & fori priuilegiati. Tetigit hanc diſtinctionem, ſed paucis ſolum & obſcure, Strauchius *in diſſ. ad vniu. ius Iuſtin. diſſ. 1. th. 8.* conſtat interim ex adductis, adlatam diſtinctionem non in ſolis verborum conceptibus conſiſtere, ſed reuera vtilem eſſe.

§. IIX. Priuilegium, quia ſpecies legis eſt, ſolus princeps concedit. Quoad eius *interpretationem* nobis placet opinio Myleri *d. p. 2. c. 49. §. 3.* ſtatuentis, *priuilegium quam ſtrictiſſime intelligendum eſſe, cum ſui natura ſit contra vel præter ius commune*. Latiſſima vel pleniſſima interpretatio, de qua in *l. 3. h. t.* (ad quam legem peculiarem commentarium ſcripſit Carolus Tapia,) explicatur ab eodem Mylero *d. l. §. 6.* aliisque communiter ita, vt ſolum locum habeat, quando agitur de *præiudicio principis*, non vero *tertii*; verum hac ratione parum obtinebimus, cum Celſus in *l. 191. ff. de R. I.* recte adſerat, hoc non pertinere ad interpretationem doctrinalem, *cum ipſius principis æſtimatio ſit, quem modum eſſe ſui beneficii vellet*. Ergo regula in *d. l. 3.* nullius eſt momenti, v. Brunnem. *ad cit. l. n. 6.* Dn. Thomaſ. *de interpret. priuileg. principis*.

§. IX. Priuilegia conceduntur illis, *qui ſunt in territorio*, ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus. Territorium vero non egrediuntur. *Imperator* qui-

Digitized by Google

quidem omnibus, *qui in vniuerſo imperio ſunt*, priuilegia concedendi facultatem habet; aſt vero hæc facultas ita limitata eſt, *ne vergat in præiudicium ſuperioritatis territorialis* ſtatibus competentis, Rhet. *inſt. iur. publ. lib. 1. tit. 4. §. 63.*

§. X. Conceſſio profluit vel ex voluntate principis *expreſſa*, vel ex conceſſione *tacita*, quando ſcilicet quis conniuente ſuperiore per tempus immemoriale iure aliquo vſus eſt, quod poſterius DD. communiter ad ſpecies præſcriptionis referunt, ſed non adeo adcurate, cum præſcriptio tribuat firmum ius, priuilegia autem iuxta mox dicenda reuocari queant.

§. XI. Scilicet priuilegia *gratioſa* comparantur precario iuris ciuilis & ſic *quocunque tempore reuocari poſſunt*, ſiue ex tacita, ſiue expreſſa voluntate profluant, cum taciti non ſit maior vis, quam expreſſi. Ea autem, quæ titulo *oneroſo* per modum contractus adquiſita ſunt, ita promiſcue *reuocari nequeunt*, niſi forſan caſus non cogitatus publicæ vtilitatis ſuperueniat, Rhet. *inſt. iur. publ. l. 2. tit. 7. §. 4.* ſed tunc pretium ſolutum alteri reſtituendum erit, qui fructibus priuilegii iam cariturus eſt, Myler. *de princ. & ſtat. imp. l. 2. c. 49. §. 15.*

§. XII. Quod ea, quæ ad certum tempus, vel intuitu certæ qualitatis perſonæ, conceſſa ſunt, *lapſu temporis* & *ceſſante qualitate* expirent; hoc per ſe patet. Ceſſat etiam priuilegium atque amittitur per *non vſum* decem annorum, *l. 1. ff. de nundin.* *renunciationem* atque *abuſum*, etiam per *contrauentionem* priuilegii propriam, *l. fin. §. 2. ff. de* vete-

Digitized by Google

*veteran.* Sed an etiam *morte concedentis* expirant? diſtingue. *Oneroſa non expirant*, ſiue ſucceſſor titulo vniuerſali, ſiue ſingulari ſuccedat. Intuitu *gratioſorum* autem *confirmatio ſucceſſoris requiritur*, ſi titulo ſingulari ſuccedat, v. g. electionis, non ſi vniuerſali, Myler. *d. l.* §. *11.* Dn. Stryk. *in not. ad Lauterb. h. t. ad verb. morte concedentis, et: vtilis videtur.*

§. XIII. Quando interim duo priuilegia, vel iura ſingularia concurrunt: cauſa redigitur ad ſtatum iuris communis, v. g. ſi perſona miſerabilis aliam eiusdem generis conuenire velit; aut ſi duo minores inter ſe contractum celebrauerint, tunc enim reſtitutioni locus non erit, niſi forſan *vnus grauiter læſus fuerit*, huc enim reſpiciunt DD. adſerentes, reſtitutioni locum eſſe, ſi vnus de lucro captando, alter autem de damno vitando certet. Alia exempla habet Carpzou. *P. 2. C. 5. def. 2.* Pertinet huc: Cornel. Benincaſius *de conſtitutionibus*, Enenckel. *de priuilegiis*, Horatius Lucius & Tiraquellus *de priuilegiis.*

*Lib. I. Tit. V.*

## De Statu Hominum.

§. I. SVb hoc titulo oſtenditur, quomodo diuerſitas ſtatus diuerſitatem iuris inuoluat. Eſt enim ſtatus conditio, vel qualitas, ſecundum quam iura hominum in ciuitatibus variant. Hic ſtatus vel eſt a natura, & dicitur *naturalis*; vel ex diſpoſitione legum ciuilium ille prouenit, & *ciuilis* adpellari conſueuit.

Digitized by Google

§. II.

§. II. Quoad ſtatum *naturalem* homines I. in *maſculos* & *fœminas* diuiduntur, & ſimul quæritur: *an vterque ſexus iiſdem, an diuerſis, & quibus iuribus vtatur?* Reſpondemus, pro regula tenendum eſſe, quod *in dubio* quoad bona allodialia eodem iure fruantur maſculi & fœminæ; ſcil. quoad dominia, hereditates, ſeruitutes, pignora, poſſeſſiones, contractus & delicta, vid. *vſ. pract. diſtinct. h. t. tit. 1.*

§. III. Hæc regula interim duas habet exceptiones. Prima eſt: *maſculi interdum ſunt melioris conditionis, quam fœminæ*, v. g. quoad munera publica, ſucceſſionem feudalem & in fideicommiſſis familiæ, adoptionem, iura patriæ poteſtatis, teſtimonium teſtamentarium, &c. Altera eſt: *fœminæ interdum ſunt melioris conditionis, quam maſculi*, v. g. quod excuſentur propter ignorantiam iuris ciuilis, item in fideiuſſione ob SC. Velleianum: quod 12 anno puberes fiant & 18 veniam ætatis impetrent, &c. quæ late cum plurimis aliis recenſet Frid. Pruckmann. *de differ. int. vtr. ſexum*, add. Tabor. *de iure hominum*.

§. IV. *Hermaphroditi* referuntur ad eum ſexum, qui in illis præualet, *l. 10. ff. de ſtat. hom.* ſi in vtroque æque potentes ſunt: vnum eligere, & præcipue ſi matrimonium contrahere volunt, alterum abiurare tenentur, Lauterb. *comp. iur. h. t.* verum hic caute procedendum eſſe monet Dn. Stryk. *ad d. l. & in tr. de iur. ſenſ. diſſ. 1. c. 1. n. 60. 61. 62.*

§. V. Porro quoad ſtatum naturalem diuiduntur II. in *natos* & *naſcituros*. Verum inter hos

hos quoad effectum iuris non eſt differentia, nam naſcituri habentur pro natis, quoties de ipſorum fauore agitur, *l. 7. h. t.* vnde a patre heredes inſtituendi, alias rumpunt teſtamentum, *l. 1. C. de poſth. hered. inſtit.* ſuccedunt etiam ab inteſtato, *l. 3. ff. ſi pars hered.* & in poſſeſſionem mittuntur dato curatore, *t. t. ff. de ventre in poſſ. mitt.* Vxor prægnans propterea etiam nec torquetur, nec pœna corporali adficitur, *l. 3. ff. de pœn.* Patri vero non proſunt, vt e. g. numero naſcendorum a tutela ſe excuſare queat, *l. 2. §. 6. ff. de excuſ. tut.*

§. VI. Pendent interim iura naſcendorum a natiuitate, id eſt, requiritur, vt deinde *viui* naſcantur; ita tamen, vt ad transmiſſionem hereditatis ſufficiat, modo vno momento viuant, *l. 2. & 3. C. de poſth. her. inſt.* Vitalitas colligitur non ſolum ex vagitu, de quo *Sæchſ. Lehnrecht c. 20.* ſed etiam ex motu cordis, anhelitu, item motu membrorum corporis, & in dubio præſumitur, partum vixiſſe, niſi modo violento, aut tempore intempeſtiuo natus, aut niſi mater puerpera peſte laborarit. Carpzou. *p. 3. c. 17. def. 17. vsque ad D. 20.* Dn. Stryk. *intereſſ. controu. c. 2. §. 4.*

§. VII. Circa *tempus naſcendi* ſequentes caſus ſunt ſeparandi. Si de *ipſo partu* & quidem *viuis parentibus* nato quæritur; menſium computatio non requiritur, ſed ſufficit, partum poſt benedictionem ſacerdotalem editum eſſe, *v. l. 11. C. de nat. lib. in f.* Si vero partus *poſt mortem patris* natus; vsque ad initium vndecimi menſis pro legitimo adhuc reputatur, *nou. 39. c. 2.* DD. etiam duo-



Digitized by Google

decimeſtrem admittunt, ſi fœmina honeſte vixerit, Dn. Stryk. *de S. A. I. diſſ. 1. c. 2. §. 16.* immo apud Pariſienſes viduam, quæ 14 menſe pepererat, admiſſam fuiſſe propter ſingulares circumſtantias, teſtatur Gothofr. *in not. ad nou. 39. c. 2. in f.* Verum hæc exempla non conſtituunt regulam vniuerſalem.

§. VIII. Quod ſi *de parentibus* quæſtio eſt, annon concubitum anticipauerint? reſpicitur ad ſeptimum menſem, *l. 12. h. t.* ſed quia tempora partus incerta, hinc etiam ſextimeſtris admittitur. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 14.* Leges enim circa ea, quæ ex operatione naturæ dependent, nihil abſolute determinare poſſunt. Habet hæc obſeruatio quoque vſum eo caſu, ſi maritus vxorem ſtupri propterea velit inculpare, quod ſexto, vel ſeptimo menſe peperit. Item, ſi ſtuprator negare vellet, partum ex ſuo concubitu eſſe, conf. Harprecht *conſ. Tubing. conſ. 51. n. 6. ſeqq.*

§. IX. Liberis opponuntur *monſtra* quæ ex capite diiudicantur, & portenta quoque & prodigia & phantaſmata dicuntur, *l. 38. ff. de V. S.* Hæc liberorum iura non habent, *l. 14. h. t.* nec adeo baptizantur, nec teſtamenta rumpunt, occidi tamen non debent, ſed occiſoribus pœna extraordinaria imponitur, prout vult Dn. Stryk. *intereſſ. contr. c. 2. §. 6. & 7.* Interim olim a pœna orbitatis excuſabant, *l. 135. ff. de V. S.* A monſtris differunt *oſtenta*, quando partus membrorum humanorum officia ampliauit *l. 14. h. t. & d. l. 38. d. V. S.* Hæc omnibus iuribus fruuntur. De pumilio-

Digitized by Google

milionibus quoque nullum dubium eſt, conf. Alphonſ. a Caranza *de partu naturali & legitimo.*

§. X. Sequitur *ſtatus ciuilis*, qui eſt conditio, quæ efficit, vt quis diuerſo iure communi cum alio vtatur, ſcilicet iure *teſtamentorum, connubiorum* & *contractuum*, i. e. commerciorum. Diuiduntur hic homines I. in *liberos* & *ſeruos*. *Libertas* eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi quid vi, aut iure prohibetur, §. *1. I. de iur. perſ. Seruitus* autem eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam (i. e. naturalem inclinationem) ſubiicitur, §. *2. I. eod.* & ſic *ciuiliter mortuus* dicitur, *v. tit. de cap. diminut.* Hodie capti inter chriſtianos non fiunt ſerui, exceptis *turcis*, v. infra *tit. de captiuis.* Homines proprii etiam cum Romanorum ſeruis aliter comparari nequeunt, quam *intuitu glebæ, Hoff und Hoffwehr*, legata enim, donationes, &c. ſibi adquirunt. v. Ioh. Herm. Stamm *in tr. de ſeruit. perſonali lib. 3.* Meuius *vom Zuſtand und Abforderung der Bauren*: Dn. Thomaſ. & Hertius *de hominibus propriis*: Laur. Pignorius *de ſeruis*: Titius Popma *de operis ſeruorum*: Huſanus & Tabor *de ſeruis & hominibus propriis*: Bonacaſſa *de ſeruis.*

§. XI. II. Diuiduntur homines in *ciues Romanos* & *peregrinos*, qui ius ciuitatis Romanæ non erant adepti. Hi iure veteri neque condebant teſtamenta, neque ex teſtamentis capiebant; vxores quidem ducebant, ſed non habebant patriæ poteſtatis effectus ciuiles, v. g. vſumfructum aduentitiorum, v. late Barn. Briſſonius *antiqu.*

 *iur.*

*iur. ciu. l. 1. c. 13.* Sic etiam ſerui ancillis ſe iungebant; ſed vocabantur ſaltem *contubernales*, non coniuges, *l. 12. §. 33. ff. de inſtruct.* Peregrini interim ciuibus iure nouo ſunt exæquati, *auth. omnes peregrini C. commun. de ſucceſſ.* Vnde hæc diſtinctio hodie vſum non habet, niſi (1) quis ius ciuitatis amiſerit *propter delictum*, e. g. banniti, & (2) niſi *certa ſtatuta* aliud diſponant.

§. XII. Diuiduntur III. in *patresfam.* & *filiosfamilias.* Verum de his ſub titulo ſequenti agendum erit. Habes nunc ſtatum *libertatis, ciuitatis* & *familiæ*, tamquam ſubdiuiſionem ſtatus ciuilis.

*Lib. I. Tit. VI.*

Cod. IIX. 47.

## De his, qui ſui vel alieni iuris ſunt.

§. I.

SVb hoc titulo itaque duo ſunt expedienda; (1) *in quonam conſiſtat patria poteſtas*, ſub qua ſunt conſtituti filiifamilias, & (2) *quibus modis illa adquiratur*?

§. II. Patria poteſtas eſt ius liberis *imperandi*, ſiue actiones illorum *dirigendi* ad communem familiæ vtilitatem, & per liberos *adquirendi*, ſcil. intuitu peculii profectitii & aduentitii. Quoad imperium, ſiue directionem, eſt iuris naturæ & apud omnes gentes vſitata, & hoc imperium quoque modicam caſtigationem ſub ſe comprehendit. Acceſſerunt tamen multa, quorum intuitu



Digitized by Google

tuitu hæc poteſtas ciuium Romanorum propria dicitur in §. 2. *I. de patr. pot.*

§. III. Sic pater filium magiſtratui offerre poteſt, vt puniatur ex patris arbitrio, carcere, incluſione ergaſtuli, &c. modo tamen pater pœnam corporis adflictiuam non deſideret, tunc enim cauſæ cognitio inſtituenda eſſet, *v. l. 3. C. de patr. pot. ibique Brunnem.* Filii fam. non poſſunt nuptias celebrare ſine patris conſenſu: non poſſunt teſtari, ſed pater illis pupillariter ſubſtituit: pater habet vſumfructum aduentitiorum, &c. de quibus omnibus & aliis ſuis locis dicetur.

§. IV. Adquiritur autem poteſtas (1) per *iuſtas nuptias*, (2) per *legitimationem* & (3) *adoptionem.* De *nuptiis* infra ſub ſpeciali titulo agitur; vnde hoc loco ſaltem notandum eſt, filium legitimum haberi, quamuis mater eum adulterinum eſſe adſerat, *l. 29. inf. ff. de probat.* imo & pater in teſtamento, *l. 1. §. 4. ff. de Carbon. edict.* v. Gail. 2. *obſ. 97.* vel licet mater adulterii conuicta ſit, *l. 11. §. 9. ff. ad L. Iul. de adult.* modo tamen maritus tempore conceptionis non fuerit abſens, vel impotens, *l. 6. h. t.* Brunn. *ad d. l. 11. §. 9. de adult.* tunc enim neceſſario ceſſaret præſumtio. Hoc quoque notandum, quod liberi quoque legitimorum iure fruantur, licet parentes in gradu prohibito *per ignorantiam facti* matrimonium contraxerint, ſi ſcilicet durante illa ignorantia vtriusque parentum, vel vnius, procreati. Imo ex parte mulierum etiam ignorantia iuris prodeſt, ſcilicet in gradibus iure ciuili prohibitis, *l. 57. §. 1. ff. de rit. nupt.* Aliud



Digitized by Google

exemplum de bigamia eſt in *c. 14. X. qui filii ſint legit*. Tales nuptiæ a DD. *putatiuæ* vocantur.

§. V. *Legitimatio* olim fiebat tribus modis (1) per *ſubſequens matrimonium*, (2) *reſcriptum principis*, & (3) per *oblationem curiæ*, qui vltimus tamen modus hodie non frequentatur, vnde duo ſaltem remanent.

§. VI. Legitimatio per *ſubſequens matrimonium* continet in ſe *fictionem iuris*, & retrotrahitur ad tempus concubitus, id eſt, fingitur, ac ſi perſonæ illæ, quæ filium naturalem generarunt, tempore concubitus iam in matrimonio vixerint. Ergo pertinebat olim ſaltem ad eos liberos, qui *ex concubina* ſuſcepti, §. 2. *I. de ſucceſſ. quæ ab inteſt. defer.* hodie vero ad illos, qui ex *duabus perſonis ſolutis alias honeſte viuentibus* progeniti. Non autem proprie loquendo legitimari poſſunt *adulterini & inceſtuoſi*, quia horum parentes tempore concubitus non potuerunt eſſe coniuges: nec *ſpurii*, quia de horum patre non conſtat. Et hinc, ſi legitimorum iura ipſis nihilominus tribuuntur: *diſpenſatio ſuper macula natiuitatis*, vel *ſuper illegitimis natalibus* hoc vocari conſueuit.

§. VII. Quæcunque alias ad matrimonium legitimum requiruntur, illa quoque intuitu huius legitimationis ſunt neceſſaria. Debent ergo perſonæ contrahentes *conſentire*, qui conſenſus olim ex *pactis dotalibus* probabatur, §. *13. I. de nupt. l. 10. & 11. C. de nat. lib.* (quia alias concubina a vera uxore diſtingui vix poterat,) hodie vero illa probatio regulariter, ex *benedictione ſacerdotali* deſumi-

Digitized by Google

ſumitur. Dico: *regulariter.* Nam & liberi legitimari cenſentur, licet ob præmaturum obitum illa benedictio non acceſſerit, modo conſenſus matrimonialis aliter probari poſſit, Meu. *p. 2. dec. 81.* Carpzou. *p. 3. c. 14. d. 12.* Limita tamen, quod legitimatio tunc ſaltem effectum habeat quoad ſucceſſionem ex *iure ciuili*, non vero quoad illam, quæ ex *ſtatuto* debetur. Dn. Stryk. *in not. ad Lauterb. de rit. nupt. verb. ſuccedunt.*

§. IIX. Quia conſenſus parentum retrotrahitur, hinc ille etiam *in articulo mortis* adhuc declarari poteſt, ſi ſcilicet intellectus adhuc adeſt. De *conſenſu liberorum legitimandorum* ita tenendum; quando agitur *de tollenda macula natiuitatis:* liberorum conſenſus non eſt neceſſarius, nec probabile eſt, eos eſſe diſſenſuros; quando vero agitur *de effectibus patriæ poteſtatis ciuilibus*, v. g. vt pater facta legitimatione vſumfructum aduentitiorum filii conſequatur, tunc conſenſu liberorum omnino opus eſt. Brunnem. *ad l. fin. ff. h. t.*

§. IX. *Effectus* legitimationis per matrimonium eſt, *vt liberi ita legitimati omnibus iuribus fruantur, quæ legitime natis competunt*, idque tam in *allodialibus*, quam *feudalibus* bonis. Gail. *2. obſ. 141.* Exceptio eſt ex iure prouinciali intuitu *feudorum*, vnde in Marchia, ducatu Brunſuicenſi & Magdeburgico non ſuccedunt ita legitimati, Dn Stryk. *ex iur. feud. c. 15. qu. 38. b.* Ordin. polit. Magdeb. *c. 44.* §. 14. vbi tamen ſermo ſolum eſt de feudis auitis, & nati ex duobus deſponſatis etiam excipiuntur. Conſt. Duc. Henr. Iulii Brunſuic. *d. a. 1593.* Engelbrecht. *ad ff. diſp. 1. §. 26.*

§. X. Legitimati per reſcriptum principis ad opificia quidem admittendi ſunt, in feudis tamen non ſuccedunt, niſi legitimatio ad hunc effectum ab eo, qui ſimul feudi dominus eſt, in ſpecie facta fuerit, vbi *deficientibus agnatis* admittuntur, v. Struu. *S. I. F. cap. 9. th. 3. num. 9. ſeqq.* Quoad allodialia diſtingue. Si de iure ſucceſſionis *nihil dictum* in reſcripto: nihil etiam prætendere poſſunt legitimati. Si vero iura ſucceſſionum ipſis tributa, tunc ſubdiſtingue. Aut tempore legitimationis *iam extant liberi legitimi*, aut *nondum extant*. *Priori* caſu nondum admittuntur, quia reſcriptum in ſe continet tacitam clauſulam, ſaluo iure tertii; bene tamen *poſteriori*. Sed quid ſi princeps clauſulam *non obſtante* (ſcil. quod liberi legitimi iam adſint,) inſeruerit reſcripto? tunc ſuccedunt vna cum legitimis, ita tamen, vt hisce portio legitima præcipua relinquatur, v. *nou. 89. c. 9.* Carpzou. *p. 2. c. 6. def.* 27. Struu. *S. I. C. ex. 3. th. 55.*

§. XI. Hæc legitimatio regulariter fit *viuo patre*. Poteſt quidem poſt eius quoque mortem fieri, ſed tunc quoad ſucceſſionem non præiudicatur aliis, quibus hereditas eo momento, quo pater obiit, iam delata fuit. Exceptio eſt, niſi forſan pater in teſtamento ſuo dixerit, quod filios naturales legitimos ſuos ſucceſſores eſſe velit, & deinde confirmatio principis accedat, *nou. 74. c. 2. nou. 89. c. 10.* tunc enim perinde habetur, ac ſi legitimatio viuo patre facta fuiſſet. Idem eſt, ſi pater quem filium ſuum nominauerit. *Nou. 117. c. 2.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII. Legitimatio hæc ſit vel *ab ipſo imperatore*, & tunc nullum dubium eſt, quin eius effectus per totum imperium ſeſe diffundat. Idem ſentiendum de eo caſu, quando *Comites palatini* auctoritate imperatoria iura legitimitatis tribuunt. Quodſi vero reſcriptum legitimationis a *Statibus imperii* impetratur: hoc extra territorium ex iure perfecto effectum non exſerit. Rhetz. *I. inſtit. iur. publ. l. 2. tit. 9. §. 11.*

§. XIII. Tandem hoc non prætermittendum, quod Mynſing. *cent. 4. obſ. 31.* exiſtimet, legitimatos per reſcriptum non admitti ad honores quoscunque, & in ſpecie eos ab adſeſſoratu Cameræ excludi; huic enim ſeſe oppoſuit Gregor. Mundius a Rodach. *in tract. de comit. palat. cap. 3. & a num. 95. vsque ad n. 100.* rationibus, exemplis & auctoritatibus contrarium probauit. Et ſane contra principia iuris eſſe videtur, quod adſerit Mynſingerus, *legitimatos nihilominus manere infames de facto inter bonos & graues viros*, quaſi vero ipſi vnquam infames fuerint? Pertinent huc Clementinus *de patria poteſtate:* Ioh. Harpprecht *de patria poteſtate:* Petrus Ærodius *de iure patrio:* Phil. Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis.*

*Lib. I. Tit. VII.*

Cod. IIX. 48. 49.

## De Adoptionibus, & Emancipationibus & aliis modis, quibus poteſtas ſoluitur.

§. I. TErtius modus adquirendi patriam poteſtatem eſt *adoptio*, quæ in genere deſcribitur, quod ſit adſumtio in locum filii eius, qui natura talis non eſt. Eſt ergo modus quærendi liberos *pure ciuilis* & *ſubſidiarius*, vnde, ſi quis liberos iam quæſiuit modo ordinario, id eſt, per generationem, regulariter locus non datur adoptioni, ne illorum, quos pater iuſtis nuptiis procreauit, diminuatur ſpes, *l. 17. §. 3. h. t.* item, quamdiu ſpes adeſt conſequendi liberos per generationem, v. g. ſi quis adhuc minor 60. annis, tamdiu etiam adoptio non facile conceditur, niſi forte morbus aut valetudo generationem impediat, *l. 15. §. 2. h. t.*

§. II. Eſt autem adoptio duplicis generis. Alia vocatur *adrogatio*, quando adſumitur homo *ſui iuris*, idque *principis autoritate*, & exinde adrogans conſequitur *patriam poteſtatem* in adrogatum. Alia dicitur *adoptio in ſpecie*, quando adſumitur homo, qui eſt *alieni iuris* (filiusfam.) idque *magiſtratus imperio*. Non vero hæc adoptio ſemper inuoluit ius patriæ poteſtatis, vnde ſubdiſtinctio nata. Scilicet illa eſt vel adoptio *plena*, (aliis *perfecta*,) quæ fit ab *adſcendente*, v. g. ſi auus maternus nepotem ex filia in locum filii adſumit: vel *minus plena*, (aliis *imperfecta*,) quæ fit ab *extraneo*, qualis hic omnis ille dicitur, qui non eſt adſcendens. *Plena* tribuit patriam poteſtatem, *minus plena* vero eandem patri naturali relinquit, & filius ex hac nihil conſequitur iuris, præter ſucceſſionem ab inteſtato, in teſtamento autem

pater

Digitized by Google

pater adoptiuus ipſi nihil relinquere tenetur, §. 1. & 2. I. *de adopt. l.* 2. *ff. l.* 10. *pr.* & §. 1. *C. eod.*

§. III. Ad adoptionem requiritur *conſenſus* vtriusque partis. In adoptione tamen in ſpecie ſic dicta ſufficit *tacitus*, ſatis enim eſt patrem conſentire & filium in hac materia fauorabili non contradicere, *l.* 5. *ff. h. t.* in adrogatione autem conſenſu filii adrogandi *expreſſo* opus eſt, *l.* 2. *pr. eod.* vnde fluit, quod ſi quis *impuberem* adrogat, hic vero ante pubertatem moritur, adrogator bona proximis alias ſucceſſoribus reſtituere teneatur, quo nomine cautio ab adrogante præſtanda, §. 3. *I. h. t.* durante enim impubertate adrogatio nondum eſt perfecta, quia maturitas iudicii deficit. Et quamuis tutoris autoritas accedat, *l.* 8. *h. t.* impubes tamen nihilominus poſtea adrogationem improbare poteſt, ſi eandem ſibi non eſſe proficuam probet, *l.* 33. *h. t.* interim *agnatorum* patris adrogantis conſenſus non requiritur, *l.* 7. *h. t.* neque, vt puto, filii adrogati, quia & pater & filius de bonis ſuis eorumque ſucceſſione pro lubitu diſponere poſſunt.

§. IV. Adoptio *imitatur naturam*, §. 4. *J. de adopt.* id eſt, fingitur, ac ſi filius adoptatus ex iuſto matrimonio ſuſceptus fuiſſet. Hinc varia fluunt. Adoptans pater *plena pubertate* (i. e. 18. annis) *filium adoptandum præcedere debet*, quia pro monſtro eſt, vt maior ſit filius, quam pater, *d.* §. 4. add. *l.* 16. *ff. h. t. l.* 40. §. 1. *eod.* non poſſumus adoptare *ad tempus*, quia filium temporalem non habemus, *l.* 43. *h. t.* non adoptat, *qui plane non ge-*

*ne-*

Digitized by Google

*nerat*, v. g. caſtratus, aliud in ſpadone, *§. 9. I. h. t.* *l. 40. §. 7. ff. h. t.* idem in eo, *qui liberos generatos in poteſtate habere non poteſt*, v. g. filius familias, *v. l. ff. ad L. Iul. de adult. ibique Gothofr.* & fœminæ, niſi in ſolatium liberorum amiſſorum ex iure ſpeciali, *§. 10. I. h. t. l. 5. C. h. t.* Ergo etiam non poſſum aliquem adoptare *vt patrem*, vel *fratrem meum*, quia hoc iterum pro monſtro eſſet, *l. 7. C. de her. inſt.*

§. V. Illud vero non officit, quod adoptans *uxorem non habeat*, *l. 30. h. t.* neque ſi in locum nepotis, vel neptis, pronepotis vel proneptis, & deinceps adoptet, *quamuis filium non habeat*, *§. 5. I.* *l. 37. ff. h. t.* ſufficit enim, adoptantem uxorem, vel filium habere potuiſſe. Hoc tamen ex ante dictis conſequitur, quod is, qui aliquem in locum nepotis adoptat. 36. annis filium præcedere debeat.

§. VI. Quemadmodum parentum naturalium adfectus erga liberos omnes reliquos adfectus vincit: ita quoque *adoptio bona intentione erga adoptatum fieri debet*, *l. 17. pr. ff. h. t.* inde iterum varia deducuntur. Itaque quis eum, quem *ſemel adoptauit*, ſed *poſtea iterum emancipauit*, vel *alteri in adoptionem dedit*, denuo non poteſt adoptare, odio leuitatis, *l. 37. §. 1. ff. h. t.* cui non obſtat *l. 12. eod.* quippe quæ de filio adoptato non loquitur, Brunnem. *ad l. 37. §. 1. h. t.* Porro, *pauperiori ditiorem adoptare* non permittitur, niſi adoptantis ſobrietas clara ſit, vel adfectio honeſta, nec incognita, ita tamen, vt & hoc caſu ſatisdatio præſtetur, *l. 17. §. 4. & 5. ff. h. t.* *Tutor*, vel *curator*, pupillum, vel minorem non adrogat, ne forte turpis cauſa adrogandi ſubſit, ſcilicet, rationum redditioni ſe ſubtra-

Digitized by Google

trahat, *d. l. 17. pr. §. 1.* imo in genere in pupilli adrogatione eo reſpiciendum eſt, quæ facultates pupilli & adrogantis, nec non cuius vitæ adrogator ſit, *d. l. 17. §. 2.* Quod ſi adrogator filium ſine iuſta cauſa exheredauerit, vel emancipauerit: non ſolum propria bona filio reſtituuntur, (v. ſupra §. *III.*) ſed ſimul etiam *quarta* bonorum adrogantis, *§. 3. I. h. t. l. 22. ff. eod.* quam non de quarta *omnium bonorum*, ſed *portionis ab inteſtato neceſſario debitæ* communiter explicant, id eſt vno verbo, de legitima, *v. l. 8. §. 8. & 15. ff. de inoff. teſtam.* quæ olim quarta erat, ſed hodie in trientem mutata, *nou. 18. c. 1. in f.* Zoeſ. *ad ff. h. t. n. 11.* B. Brunn. *rep. parat.* *Weſenb. h. t. qu. 17.* & ad *l. 22. ff. h. t.*

§. VII. Quando de *effectu adoptionis* quæritur, tunc hoc fit vel intuitu *adoptantis*, vel *adoptati*. De *adoptante*, an & quando ille patriam poteſtatem in adoptatum conſequatur, iam antea diximus *§. II.* quæſtio itaque de *adoptato* nunc ſaltem remanet. Hic vero diſtinguendum eſt inter illa, quæ ſunt *iuris communis*, & ea, quæ ex *iure ſpeciali* deferuntur. *Priora* conſequitur adoptatus, v. g. ſuccedit in allodialibus patri adoptanti & illis, qui in adoptantis familia (i. e. poteſtate) ſunt, non vero adoptantis vxori, nec eius matri, nec aliis conſanguineis, quia pactum, quod in adoptione ſubeſt, ad tertium non extenditur, *v. l. 23. h. t.* & hinc omnia iura tam realia, quam perſonalia, exercere poteſt, quæ patri ex iure communi competebant. *Poſterioribus* autem non fruitur, inde filius adoptatus non fit nobilis: non exercet ius retractus ex capite conſanguinitatis: non ſuccedit in

feu-

Digitized by Google

feudis & fideicommiſſis familiæ &c. quia hæc omnia ad *iura ſanguinis* pertinent, *v. d. l. 23. h. t.* Tiraquel. *de retract.* §. *1. gloſſ. 8. n. 26.* & *de nobil. c. 15. n. 5. 6.* Brunnem. *ad l. 33. h. t. n. 2.* Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *8.* add. Gail. *2. O. 136. n. 13.* Struu. *S. I. C. ex. 3. theſ. 65.*

§. IIX. Quemadmodum vero adoptio non confert nobilitatem: ita quoque eandem non aufert, *l. 35. h. t.* vnde nobilis a plebeio adoptatus adhuc nobilis manet. Solent etiam adoptati citra dignitatis augmentum, vel imminutionem, nomen adoptantis nomini ſuo iungere, Gothofr. *ad l. 23. h. t.* vti & apud Romanos *nominis ferendi conditio* ſæpe adiiciebatur fideicommiſſis, *l. 63. §. 10. ff. ad Sc. Trebell.* de quo multa habet Krebſius *de nominum mutatione.* Scribunt tales ſe hoc modo: N. dictus (genannt) N. quod poſterius eſt nomen adoptiuum.

§. IX. Quod vſum attinet, adoptiones non quidem adeo frequentes ſunt apud nos, non tamen plane abolitæ, quod exempla adoptionum recentiorum euincunt, v. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *2. & 9.* vnde ſi hodie confirmatio iudicis non accedit, perſona adſumta ius ſuccedendi non habet, ſed vocatur *alumnus.* Id. *d. l.* §. *1. v. l. 132. ff. de V. O.* Excipe tamen *adoptionem plenam.* Nam nepotes ex filia, vel filio emancipato, auo eodem modo, vt reliqui, ſuccedunt, quod apud Romanos ſecus erat. Ex iure *Saxonico* notandum, quod ibi in adrogatione confirmatio etiam a magiſtratu inferiore quocunque (quia eſt voluntariæ iuriſdictionis,) fieri poſſit. Schilter. *ad ff. exerc.*

Digitized by Google

*exerc. 3. §. 16.* Adrogationes quoque & adoptiones hodie a comitibus palatinis confirmantur. Mundius a Rodach *de com. palat. c. 3. n. 139. ſeqq.*

§. X. Cum *vnio prolium* adoptioni ſit adfinis, hinc de ea quoque DD. ſub hoc titulo agere conſueuerunt. Eſt vero illa *pactum, quo liberi diuerſi matrimonii ratione ſucceſſionis ſibi exæquantur*, ita vt vitrico etiam & nouercæ ſuccedant, quorum intuitu ius ſuccedendi alias non habebant.

§. XI. Fit illa regulariter, quando vterque nouorum coniugum liberos ex priori matrimonio iamdum habet, poteſt tamen etiam viduus cum puella vnionem inire, quæ firma manet, licet matrimonium poſtea ſterile fuerit. Dn. Stryk. *de ſucc. ab int. diſſ. 8. c. 6. §. 6.* Quia vero *pactum* eſt, hinc ſine dubio conſenſu parentum, quibus ſucceditur, & liberorum, qui ſuccedunt, opus eſt, & ſi liberi propter minorennitatem conſentire non poſſunt, tutor, vel curator adhiberi debet. Sequitur exinde etiam, quod ſucceſſio ſolum reſpiciat *ipſos parentes paciſcentes*, quia pacta tertios non ſtringunt, neque etiam liberi vniti ſibi inuicem ſuccedunt, quia verba pacti hoc non inferunt.

§. XII. Præter conſenſum paciſcentium autoritas publica etiam accedere debet. Primo quidem magiſtratus *cognoſcit*, annon altera pars liberorum vniendorum detrimentum ex hac vnione patiatur; quod fieri poſſet, ſi diſpar eſſet eorum numerus atque valde diſpares facultates, vid. Hahn. *de iur. rer. c. 10. n. 9. 10.* Quod ſi tale quid non deprehendit iudex, *decretum interponit* eo-

que

que ipſo vnionem corroborat. Hæc confirmatio fit vel a iudice *domicilii*, vel *rei ſitæ*, Hahn. *l.c.n.6.* ea vero plane deficiente vnio nulla eſt. Gail. *2. obſ. 175.*

§. XIII. Vitricus interim in priuignos ita cum ſuis liberis vnitos ob deficientem legis diſpoſitionem ius patriæ poteſtatis non conſequitur, neque etiam inter ipſos vnitos cognatio, vel adfinitas aliqua introducitur, quia hoc per pactum fieri nequit. v. Dn. Stryk. *d. diſſ. 8. c. 6. §. 25.* it. *vſ. mod. ff. h. t. §. 10. ſeqq.* Rickius *in pecul. tract. de vnione prolium.* Barthol. Muſculus *de vnione, ſeu pariatione prolium diuerſi matrimonii ad ſucceſſionem.*

§. XIV. Sequitur *ſecunda pars* huius tituli, *de ſolutione patriæ poteſtatis.* Soluitur autem illa (1) *morte naturali & ciuili, §. 1. & 3. I. quib. mod. ius pot. ſolu.* (2) dignitate *patriciatus §. 4. eod.* & poſtea etiam *conſulari* atque *epiſcopali nou. 81. c. 1. & 3.* cui hodie comparant, ſi quis inter *conſiliarios principis intimos* adſumitur, Meu. *ad ius Lub. l. 1. tit. 3. n. 25.* (3) per *adrogationem & adoptionem plenam*, v. *§. 11. h. t.*

§. XV. Soluitur illa (4) per *emancipationem*, quæ olim fiebat cum iniuriis & alapis, *l. 6. C. de emanc. nou. 81. princ.* v. Huber. *in digreſſ. p. 1 l. 1. c. 4. §. 4.* tempore autem Iuſtiniani *nuda apud magiſtratum conteſtatione l. 6. de emanc.* hodie vtplurimum *tacite*, eo ipſo ſcilicet, quando filii ſeparatam œconomiam inſtituerunt, Hering. *de fideiuſſ. c. 7. n. 622.* filiæ autem per ſolum matrimonium in alienam familiam tranſeunt. Iure Saxonico elect. in filiis requiritur, vt ſint maiorennes, *Conſt. elect. 19. p. 2.* alibi non.

§. XVI.

Digitized by Google

§. XVI. Emancipatio fit conſenſu vtriusque, patris & liberorum, *v. l. 4. & 5. de emanc.* cogitur tamen interdum pater ad emancipandum, ſi in liberos ſæuiat, aut filiarum pudicitiam proſtituat, *l. fin. ff. ſi a parente quis manum. l. 12. C. de epiſc. aud.* Rurſus liberi inuiti ob eas cauſas emancipantur, ob quas exheredari poſſunt, *v. l. 132. pr. ff. de V. O.* Nota tamen, quod hæc emancipatio ſola liberis ius ſuccedendi hodie non auferat, vti apud Romanos, & ſic præterea exheredatione opus ſit.

*Lib. I. Tit. IIX.*

# De diuiſione rerum & qualitate.

§. I.

HActenus ius perſonarum diuerſum pro diuerſitate ſtatuum conſiderauimus; nunc de ipſis rebus agendum erit. Eſt autem *res omne id, quod hominibus vtilitatem præſtat, vel præſtare poteſt.*

§. II. Summa rerum diuiſio eſt, quod aliæ ſint *in patrimonio priuatorum*, aliæ vero *extra patrimonium*, ad quam poſteriorem claſſem pertinent res *communes*, *publicæ*, *vniuerſitatis*, & quæ *diuini iuris* dicuntur.

§. III. Res *communes* ſunt, quarum *proprietas* ſpectat ad neminem, *vſus* vero ad omnes & ſingulos homines, v. g. aer (quatenus ambit terrarum orbem & eo ad reſpirandum vtimur,) aqua profluens, vaſtus oceanus, v. *§. 1. I. de R. D.* Differt autem aqua profluens a flumine, vt pars a toto, & quia aqua profluens continuo moue-

Digitized by Google

tur, ipſum autem flumen immobile eſt. Pacius *ad d.* §. *1.*

§. IV. Res *publicæ* ſunt in rep. democratica, quarum *proprietas* ſpectat ad totum populum, *vſus* vero ad ſingulos ex populo, vt flumen, maria particularia, portus, &c. *v.* §. *2. l. d. t.* In rep. monarchica autem, quarum & proprietas & vſus ad ſolum principem ſpectat, non ad priuatos, niſi ex beneficio & conceſſione principis, vnde ius piſcandi, de quo in *d.* §. 2. cum aliis hodie ad regalia refertur. In electoratu Saxoniæ tamen priuati adhuc molendina extruere poſſunt, vti contra Carpzou. *p. 2. c. 4. d. 10.* oſtendit Ziegler *de iur. mai. l. 2. c. 15. n. 44.* de iure Romano *v. l. 44. pr. ff. de damn. inf.*

§. V. Res *vniuerſitatis* ſunt, quarum *proprietas* ſpectat ad totam vniuerſitatem, *vſus* vero ad ſingula membra eiusdem vniuerſitatis, vt apud Romanos theatra, ſtadia, *l. 6.* §. *1. ff. h. t.* apud nos paſcua communia & ſyluæ communes in aliquibus locis. *Patrimonium ciuitatis*, quod vocant, cum rebus vniuerſitatis quidem quoad *proprietatem* conuenit, ſed differt tamen ab iisdem ratione *vſus*, vtpote qui non ad ſingulos, ſed ad totam vniuerſitatem, qua talem, pertinet, vnde reditus ad ſalaria officialium, refectionem ædificiorum publicorum, aliique ſumtus deſumuntur, v. g. prædia ciuitatum, academiarum, æraria collegiorum, &c.

§. VI. Res diuini iuris ſunt *ſacræ*, *ſanctæ*, & *religioſæ*. Res *ſacræ* dicuntur, *quæ per pontifices Deo rite conſecratæ*, §. *8. l. h. t.* & quidem gentiles

templa

Digitized by Google

templa dicabant *diis ſuperis* vtriusque ſexus, Ioui, Marti, Mineruæ, Dianæ, v. Manz. *ad* §. *7. J. h. t. &c.* in quorum locum deinde pontificii plerumque apoſtolos & ſanctos ſurrogarunt, adhibito chriſmate in conſecratione, v. omnino Linck. *de iur. templ. c. 6.* & *ad tit. X. de conſecr. eccleſ.* §. *8.* Stryk. *ad Brunnem. ius eccleſ. l. 2. c. 2.* §. *3. verb. ab epiſcopo conſecrari.* Euangelici talia non agnoſcunt, ſed res immobilis ſacra fit accedente principis autoritate, mobilis vero per deſtinationem & adhibitionem, v. Linck. *d. c. 6. n. 19. ſqq.* vt adeo nomen quidem adhuc habeamus, reuera tamen res ſic dictæ ſacræ publicis quoad proprietatem adnumerandæ veniant, Pacius *ad* §. *8. I. h. t.*

§. VII. Alia ſunt *bona eccleſiaſtica*, quæ non vt res ſacræ cultui diuino immediate, ſed ſuſtentationi perſonarum eccleſiaſticarum, reparationi ædium parochialium, templorum &c. inſeruiunt. Res *ſacræ* ab adminiſtratoribus non alienantur, niſi ob *neceſſitatem*, v. g. ſi captiui ab infidelibus redimendi, §. *8. I. h. t. l. 21. C. de SS. eccleſ.* ſi æs alienum vrgens ſoluendum, *auth. præterea C. d. t.* accedente, vt in rebus minorum, cauſæ cognitione & decreto, Dn. Stryk. *caut. contr ſect. 1. c. 3.* §. 7. *Bona eccleſiaſtica* autem propter *vtilitatem* etiam alienare permittitur, id. *d. l.* §. *8. ſqq.* Puto etiam apud euangelicos res ſacras accedente conſenſu principis propter vtilitatem alienari poſſe. Rebuff. *de alienatione rerum eccleſiaſticarum.* Redoanus *de rebus eccleſiæ non alienandis.*

§. IIX. *Religioſæ* res ſunt loca, *in quæ mortui illati ab iis, qui ius inferendi habent.* §. *9. I. de R. D.*

olim priuata autoritate mortui inferebantur in quemcunque locum, & gentiles illas res *diis inferis* dedicabant, v. g. Plutoni, &c. hodie non niſi in cœmeteriis ſepelire licet. Reliqua dicentur infra ſub titulo *de religioſis.* De *rebus religioſis* ſcripſit Carolus Tapia.

§. IX. Res *ſanctæ* ſunt, *quæ ſanctione pœnali aduerſus violatores munitæ*, & ita quidem, vt violatoribus grauior pœna immineat, *v. l. 8. l. 9. §. 3. l. 11. ff. h. t.* Hæ *diis medioxumis*, ſiue *mediis*, i. e. *heroibus* dedicatæ erant, quo pertinent muri & portæ, v. Briſſon. *de V. S. voc. ſanctus*, reſidentiæ principum, aſyla, &c. Muros ſolum tranſcendere olim capitale erat, *d. l. 11. h. t.* hodie non, niſi animo hoſtili fiat, alias plerumque relegationis pœna obtinet, Carpz. *prax. crim. qu. 40. n. 20. ſqq.* quamuis & hæc in oppidis minoribus adhuc temperari queat.

§. X. Porro res vel ſunt *corporales*, vel *incorporales. Illæ* dicuntur, quæ ſua natura *tangi* poſſunt, ita tamen, vt vocabulum tactus hic generaliter pro omnibus ſenſibus accipiatur, *l. 1. §. 1. h. t.* & diuiduntur rurſus in *mobiles*, atque *immobiles.*

§. XI. *Mobiles* ſunt, quæ natura ſua *ſaluæ* ac *integræ* de loco in locum moueri poſſunt, v. g. libri, pecora, &c. *immobiles* autem, quæ ita moueri nequeunt, v. g. fundi, ædificia, &c. Et hæ iterum ſunt vel *natura tales*, vt in exemplis adductis, quo etiam molendina pneumatica referimus, v. Finckelth. *obſ. 26.* diſſent. Carpz. *p. 3. c. 28. d. 8. n. 5.* & omnia quæ ædibus adfixa, ſolo implantata & infoſſa ſunt: vel *iuris intellectu*, quæ ſcilicet ſua

Digitized by Google

na-

natura quidem mobiles, ad rem immobilem tamen *deſtinatæ* & *adplicatæ* ſunt, v. g. molendina naualia, lecti & ſuppellex in diuerſoriis, &c. Diſſ. Carpz. *p. 3. c. 24. d. 10. v. l. 17. §. 5. 10. & 11. ff. de act. emt.* De vſu diſtinctionis conf. *vſum pract. diſt. h. t. diſt. IV.*

§. XII. *Incorporales* dicuntur, quæ tangi nequeunt, i. e. per ſe in ſenſus externos non incurrunt, *l. 1. §. 1. h. t.* vt ſeruitutes, dominia, & vno verbo *omnia iura.* Hæ quidem proprie loquendo neque mobiles, neque immobiles ſunt; interim tamen, quia illa diſtinctio magnum vſum habet, per analogiam interdum alterutri ſpeciei adnumerantur, idque vel ratione *obiecti*, vnde rei vindicatio, ſi res mobilis petitur, & ipſa pro re mobili; ſin immobilis, pro immobili habetur: vel ratione *ſubiecti*, cui inhærent, vnde omnes ſeruitutes pro immobilibus reputantur, quia ſine rebus immobilibus concipi nequeunt: vel denique ratione *facultatis exigendi*, vnde annui reditus pro mobilibus habentur, ſi dies venit; ſin ſecus, pro immobilibus, v. Gail. *2. O. 10. n. 3.*

§. XIII Ius, quod intuitu rerum enumeratarum nobis competit, eſt vel *in re*, vel *ad rem.* Ius *in re* eſt facultas, quæ competit *in ipſam rem nobis deuinctam* ſine reſpectu certæ alicuius perſonæ, & ideo exinde *aduerſus quemcunque poſſeſſorem* agere poſſumus, quamuis ille alias nobis plane incognitus & neque ex contractu, neque ex delicto obligatus ſit. De ſpeciebus huius iuris valde quondam diſceptatum inter Hahnium, Bornium, Glæſerum, Suendendœrfferum aliosque, quæ omnia con-

coniunctim edita ſunt *Helmeſtadii a. 1664.* Bornius nihil præter dominium agnoſcit, illud tamen varie ſubdiſtinguit, ſcilicet in dominium *vniuerſale*, quod eſt in hereditate, & *particulare*. Hoc iterum vel rerum *corporalium* eſſe dicit, id eſt illud, quod vulgo adpellant dominium, vel *incorporalium*, vt ſeruitutis & pignoris. Poſſeſſionem autem plane ex hoc numero extirpat.

§. XIV. Nos retineri poſſe quinque ſpecies, *dominium*, *ius hereditarium*, *ſeruitutis ius*, *pignoris ius* & *poſſeſſionem* arbitramur, cum hoc tamen monito, (1) quod poſſeſſioni effectus iuris in re, agendi ſcilicet contra quemcunque poſſeſſorem, demum in iure canonico tributus ſit per *can. redintegranda 3. c. 3. qu. 1.* de iure ciuili v. tit. *de vi & vi armat.* §. *II.* & (2) quod nihilominus illud ſaltem ſit ius aliquod *temporalium*, quia, licet in poſſeſſorio quis vicerit, alter tamen in petitorio contrarium euincere non prohibetur.

§. XV. Circa *adquiſitionem* iuris in re diſtincte procedendum. In actibus *inter viuos* & ſi ius reale *per priuatos* transfertur, traditione vera in corporalibus, vel quaſi, i. e. patientia & exercitio, in incorporalibus regulariter opus eſt, alias enim ius perſonale ex promiſſione ſolum habemus, *v. l. 20. c. de pact.* Dixi: *regulariter.* Exceptio eſt in *hypotheca*, quæ per ſolam conuentionem conſtituitur, *l. 1. pr. ff. de pign. act.* nec non in *ſeruitutibus negatiuis*, quippe quæ conſiſtunt in ſolo non facto, & ſic traditio per rerum naturam fieri non poteſt. Quod ſi autem *autoritate iudicis* translatio ſit: ſpeciali traditione opus non eſt, §. *fin. I. de offic.*

Digitized by Google

*offic. iud.* Idem obtinet in illis, quæ *mortis cauſa* fiunt, nam & hic ipſo iure, id eſt, ſine traditione ius reale obtinemus, vt in hereditate teſtamentaria & ab inteſtato, legato, &c. conf. Hoppius *in comm. J. ad d. §. fin. de off. iud.*

§. XVI. Ius *ad rem* eſt facultas, quæ competit in perſonam nobis obligatam ad dandum aliquid, vel faciendum, *l. 3. pr. ff. de obl. & act.* Ex hoc non oritur actio aduerſus tertium, & prouenit illud vel ex contractu, vel ex pollicitatione, vel ex delicto, de quibus ſingulis ſuo loco agemus.

Reliquos titulos huius libri I. quia de officialibus romanis ſolum agunt, cum Lauterbachio aliisque ſtudio omittimus; leges autem ſpeciales, quæ in decidendis quæſtionibus iuris vtilitatem habere poſſunt, conuenientibus locis inſeremus.

*LIB. II. TIT. I.*

Cod. III. 13.

## De Iurisdictione.

§. I. IVrisdictio eſt *publica poteſtas de cauſis controuerſis cognoſcendi, illas per ſententiam definiendi & rem iudicatam exequendi.* In legibus romanis communiter denotat iurisdictionem ciuilem, & ſic opponitur mero imperio in criminalibus, v. *l. 3. ff. h. t.* hodie tamen generaliter accipitur & ſic vtramque, ciuilem & criminalem, iurisdictionem complectitur.

§. II. In iure romano etiam differentia inter *iudicem* & *magiſtratum*, ſiue prætorem, probe ob-



Digitized by Google

ſeruanda. Iudex, qui *pedaneus* dicebatur, plane non habebat iurisdictionem, ſed erat ICtus priuatus, cui prætor hanc illamue cauſam delegabat, Briſſonius *de V. S. voc. pedaneus*. hinc *nuda notio* ipſi adtribuitur, v. Huber. *prælect. ff. h. t. num. 2.* Struu. *ex. 4. th. 44.* Magiſtratus vero proprie exercebat iurisdictionem, quæ comprehendebat (1) *facultatem decidendi*, ſiue iurisdictionem in ſenſu ſpecialiori, (2) *mixtum imperium*, i. e. facultatem *exequendi* per pignoris captionem, perſonæ prehenſionem, mulctam, &c. *v. l. 1. §. f. ff. de offic. eius, cui mand. iurisd. l. 9. §. f. ff. ad L. Iul. pecul.* Hodie iudices pedaneos non habemus.

§. III. Iurisdictio varie diuiditur. I. in *voluntariam* & *contentioſam*. *Voluntaria* exercetur inter partes *conſentientes*, v. g. in adoptione, manumiſſione, emancipatione, teſtamenti factione, &c. etiam in *cauſis propriis*, *v. l. 3. & 4. ff. de adopt.* in *loco extraiudiciali*, *l. 36. pr. ff. de adopt. §. 2. I. de libert.* in *feriis diuinis*, *l. 8. C. de fer.* nec non *extra territorium*, *l. 36. §. 1. ff. de adopt. l. 2. ff. de offic. proconſ.* aut ſi iudex alias *incompetens* eſſet, *l. 27. & 30. C. de donat.* excepto caſu, *vbi periculum ex actu geſto vltimato in magiſtratum ordinarium redundat*, vt in alienatione prædii minoris & transactione de alimentis, tunc enim ipſe iudex ordinarius & competens neceſſario debet cognoſcere, v. *l. 16. C. de præd. minor.* Dn. Stryk. *vſ. mod. ff. de adopt. §. 12.* *Contentioſa* iurisdictio inter partes *litigantes*, in loco iudicii coram competente iudice exercetur.

§. IV. II. In *ordinariam* & *extraordinariam* diuiditur iurisdictio. *Ordinaria* iure magiſtratus com-

Digitized by Google

competit, & ad illam pertinent actus, qui ſine nota manifeſtæ contradictionis a perſona & officio iudicis ſeparari nequeunt, v. g. *citare*, *mandare*, *teſtes examinare*, *decreta & ſententias concipere*, &c. *Extraordinaria* apud Romanos ex ſpeciali legis conceſſione competebat, illosque actus comprehendebat, qui ſine nota contradictionis a iudicis perſona & officio ſeparari poſſunt, v. g. *datio tutorum*, *l. 6. §. 2. ff. de tutel.* & reliqui actus, quos alio reſpectu ad iurisdictionem voluntariam antea retulimus, Struu. *S. J. C. ex. 4. th. 67.* Hodie huius diuiſionis nullus vſus ſupereſt, ſed extraordinaria quoque iurisdictio iure magiſtratus competit, ſiue cum officio coniuncta eſt.

§. V. Porro III. diuiditur in *propriam*, ſiue *principalem*, & *non propriam*, ſiue *minus principalem*. *Propria* eſt, quæ *ſuo iure* competit, ſiue clarius, quæ ab *ipſo principe* conceſſa, v. g. dicaſteriis, præfectis, &c. *Minus principalis* itaque, ſiue *non propria* eſt, quæ ab *alieno beneficio* dependet, ſiue clarius, quæ *a priuato* in alterum collata. Hæc iterum vel *mandata* eſt, vel *prorogata*.

§. VI. Quemadmodum alia negotia ciuilia per mandatarios expediri poſſunt: ita quoque iurisdictio ciuilis & criminalis hodie, & hinc quæ alias in materia de mandato occurrunt, hic quoque adplicari poſſunt, v. g. iurisdictio mandata morte mandantis, (ſi res nondum cœpta,) & mandatarii extinguitur, *l. 6. ff. h. t.* mandatarius alium ſubſtituere nequit, *l. fin. pr. ff. de off. eius, cui mand. iur.* niſi a principe datus, hic enim quaſi ordinariam iurisdictonem habet, *l. 5. C.*

*de iudic.* Eiusmodi mandata iurisdictione gaudent in Saxonia & aliis locis *iuſtitiarii nobilium & præfectorum*, die Gerichtshaltere, a quibus proinde non ad nobilem, tanquam mandantem, ſed ad mandantis ſuperiorem adpellatur, *l. 1. §. 1. ff. quis a quo adpell. ibique Brunnem. n. 2. & 3.*

§. VII. Iuſtitiariis illis *vniuerſa iurisdictio* demandatur: aliud ergo obtinet, ſi facultas cognoſcendi & iudicandi ſuper *certa aliqua cauſa* ſolum mandata, vel, vt alii malunt, *delegata*, quod in *commiſſionibus* fieri ſolet; tunc enim, ſi quis per commiſſarii ſententiam ſe grauatum eſſe putat, adpellatio ad committentem dirigi debet, v. Gail. *1. obſ. 121. num. 2.* Ruland. *de commiſſ. p. 1. l. 5. c. 13. n. 4. ſeqq.* Interim tenor commiſſionis inſpiciendus, quia commiſſariis ſæpiuscule non iurisdictio, ſed nuda ſaltem notio committitur.

§. IIX. Sequitur *prorogata* iurisdictio, quando iudex alias incompetens in hac tamen cauſa pro competente reputatur, idque vel ex *conuentione partium*, vel ex *legis diſpoſitione.* Priori caſu prorogatio *voluntaria*, poſteriori autem *neceſſaria* dicitur.

§. IX. Conuentio autem illa vel eſt *expreſſa*, ſi partes ſcientes iudicem incompetentem adeant, quod etiam maior, vel æqualis facere potet, *v. l. 14. & 15. h. t. l. 1. C. h. t.* & hodie ſola conuentio ſufficit ob efficaciam pactorum, ſecus ac iure romano, *l. 18. h. t.* vel eſt *tacita*, ſi reus ab incompetente iudice citatus ſponte

com-

Digitized by Google

comparet, neque per exceptionem oppoſitam eius forum declinat, quod facere potuiſſet, *l. 2. pr. ff. de iudic.*

§. X. Fundamentum huius prorogationis eſt, quod quilibet fauori introducto renunciare poſſit. *Fauor* autem ille vel eſt *perſonæ*, vel *cauſæ*. Regula procedit ſolum in *fauore perſonæ*, vnde etiam clericus prorogare poteſt iurisdictionem, non obſtante *c. ſignificaſti 12. & c. ſi diligenti 18. X. de for. compet.* vtpote qui textus ex principiis clericalibus ad firmandam eo firmius clericorum exemtionem & excludendam plane laicorum ſic dictorum iurisdictionem originem habent, conf. Dn. Stryk. *ad Brunnem. ius eccleſ. l. 3. c. 1.* §. *12. verb. & prohibentur.* Schilter. *inſtit. iur. can. l. 1. tit. 18.* §. *9. Einleit. zum conſiſt. proc. c. 5.* §. *11. ſeqq.* E contrario autem *fauori cauſæ* nemo renunciare poteſt, v. g. vt cauſæ matrimoniales aliæque conſiſtoriales, feudales, foreſtales, coram ſenatu oppidano, vel præfecto, vel nobilium iudiciis ventilentur, Brunnem. *ad l. 18. h. t. n. 2.* Prorogationem adhuc hodie in *cauſis ſingularibus* locum habere, euidentiſſime demonſtrauit Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *22. ſqq.* Ita vero non valet prorogatio, vt quis eo ipſo ordinario iudici *ſe in totum ſubtrahat.*

§. XI. Prorogatio *neceſſaria* in reconuentione deprehenditur, actor enim, ſi a reo reconuenitur, coram eodem iudice (alias incompetente,) reſpondere tenetur, coram quo conuentionem ſuam inſtituit. *Reconuentio* autem nihil aliud eſt, quam *mutua, ſiue reciproca actio a reo inſtituta*,

Digitized by Google

*ta*, & in illa, non minus ac in prorogatione voluntaria, nullus fauor, aut priuilegium perſonæ attenditur, ſed ſaltem priuilegium cauſæ, vnde v. g. cauſæ matrimoniales ne quidem per modum reconuentionis coram magiſtratu ſeculari tractari poſſunt, v. *l. 22. ff. de iudic.* Carpz. *p. 1. c. 7. def. 4.* Aliud eſt, ſi iudex intuitu conuentionum *reſtrictam poteſtatem habet*, v. g. quod non poſſit iudicare de ſumma, quæ 50. thal. excedit, v. Struu. *ex. 4. th. 58.* nam tunc in reconuentionibus nihilominus de maiore ſumma iudicare poteſt, quia hic priuilegium cauſæ non adeſt, *l. 74. §. 1. ff. de iudic.*

§. XII. Cæterum reconuentio, ſecundum ius ſaxonicum & commune diſtincte conſiderata, in duobus præcipue differt. *Primo* ſecundum ius ſaxonicum reconuentio non habet locum, niſi *in cauſis connexis*, v. g. emti & venditi, actio directa & contraria, poſſeſſoria & petitoria, Zanger. *de except. p. 2. c. 1. n. 387.* iuxta ius commune autem in illis etiam, quæ diuerſiſſimæ naturæ ſunt, e. g. rei vindicatio & actio ex contractu, Martini *ad O. P. S. tit. 6. §. 1. n. 14.* *Secundo* iuxta ius ſaxonicum reconuentio non peragitur, *niſi demum finita conuentione*, vnde hoc nomine cautio præſtanda, *v. tit. qui ſatisd. cog. §. IX.* iure communi vero conuentio & reconuentio *ſimultaneo proceſſu expediuntur*, Dn. Stryk. *introd. ad prax. c. 14. §. 2.* Paucis ſaltem caſibus exceptis, (1) ſi *conuentio ſummaria* eſt, v. g. in liquidis inſtrumentis fundata, *reconuentio* autem *ordinaria* per teſtes probanda:

(2) ſi

Digitized by Google

(2) ſi reconuentio, v. g. actio iniuriarum, *ex cauſa principali oritur*, quæ non poteſt inſtitui, niſi cauſa principali diſcuſſa, *l. 10. C. de iniur.* (3) ſi reconuentio *ante litem conteſtatam non inſtituta*, quod fieri debet, Brunnem. *proc. ciu. c. 10. n. 11.* v. noſtr. introd. *ad proc. ciu. c. 38. §§. 2. 3. 4.*

§. XIII. Præter eas, quæ hactenus adductæ, aliæ adhuc iurisdictionis diuiſiones apud nos in germania occurrunt. Ita diuiditnr in iurisdictionem *eccleſiaſticam & ſecularem. Eccleſiaſticam* apud pontificios exercent epiſcopi & papa, ſed contra intentionem Chriſti, vnde poſt reformationem iure quaſi poſtliminii principes euangelici eandem ſibi iterum vindicarunt, ipſisque liberum eſt, an per conſiſtoria, vel alio modo illam exercere velint, *Einleit. zum conſiſt. proc. c. 3.* Pertinent huc cauſæ perſonas & res eccleſiaſticas reſpicientes, & in aliquibus iudicia eccleſiaſtica cum ſecularibus concurrentem iurisdictionem habent, v. g. vſurariæ prauitatis, relaxationis iuramenti, ſortilegiorum, perſonarum miſerabilium, &c. v. Schilt. *inſt. iur. canon. l. 1. tit. 5. §. 6. ſqq.* Si *delicta* commiſſa a clericis, conſiſtoria de iis cognoſcunt, ſi pœna remotionem non excedit. Carpz. *iur. eccl. l. 3. def. 3.* Schilt. *l. 1. tit. 18. §. 7.*

§. XIV. Iurisdictio *ſecularis* ſubdiuiditur in *altam, criminalem, ſeu ſuperiorem*, & *baſſam, ciuilem, ſeu inferiorem*. Ad iurisdictionem *inferiorem* pertinent reguläriter ſolæ cauſæ *ciuiles*, vbi ad intereſſe priuatum agitur, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 8.* Ad *ſuperiorem* autem omnes *criminales*,

quan-

quando pœna publica cuiuscunque generis irrogatur. In Saxonia tamen, ducatu Brunſuicenſi & Magdeburgenſi etiam delicta leuiora ad iurisdictionem ciuilem ſpectant, Carpz. *pr. crim. qu. 109. n. 26. ſeqq.* Hahn. *ad Weſenb. h. t. n. 8. circ. fin.* Ord. Polit. Magdeb. *cap. 58. §. 2.* vbi ea enumerantur. Et hinc iudex inferior carcerem ad octo dies, vel mulctam quatuor aut quinque thalerorum dictare poteſt, Carpz. *qu. 70. n. 49.* Imo hoc in plerisque Germaniæ prouinciis ita obtinere cenſemus, v. multa huc pertinentia apud Wehnerum *obſ. pract. voc.* Zent. Ceterum *iurisdictione ſimpliciter conceſſa* inferior ſaltem intelligitur, v. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 13.*

§. XV. Porro iurisdictio eſt vel *perſonalis*, vel *realis*, ſiue *patrimonialis.* *Perſonalis* cum perſona expirat, neque ad heredes transmittitur, niſi ex noua ſuperioris conceſſione, & talem officiales communiter habent; *patrimonialis* autem tamquam acceſſorium feudi per modum inueſtituræ vtplurimum concedi ſolet, & hinc ad heredes feudales, in feudo fœminino etiam ad fœminas ſuccedentes transmittitur. Hæc poſterior iuri Romano plane incognita eſt.

§. XVI. Alia eſt iurisdictio *vniuerſalis*, quæ competit magiſtratui in integro aliquo diſtrictu absque reſtrictione ad certum locum, v. g. ſenatui in tota ciuitate, &c. alia *particularis*, quæ reſtricta vel *ad certum locum* v. g. iurisdictio circumſepta, Die Zaun-Gerichte, vel *ad certas perſonas*, v. g. iurisdictio academica. Datur

etiam

Digitized by Google

etiam iurisdictio *militaris*, *feudalis*, *foreſtalis*, & centum aliæ ſpecies ex arbitrio principum & moribus regionum, v. Dn. Stryk. *d. l.* §. *14. ſeqq.*

§. XVII. Qui iurisdictionem prætendit, eandem probare tenetur, & quamuis in poſſeſſione vel quaſi ſit conſtitutus, nihilominus tamen ad edendum principi titulum obligatur, vid. Menoch. *retin. poſſ. rem. 3. n. 590. & recuper. remed. 15. n. 469.* Meu. *1. dec. 44. n. 6. in not.* Rite autem adquiſita & probata iterum *amitti* poteſt (1) per *non vſum decem annorum*, quod generale eſt in omnibus iuribus, quibus quis *vti potuit* & tamen vſus non eſt; (2) per *abuſum*, præſumtio tamen pro magiſtratu militat, Gail. *1. obſ. 17. n. 7.* vnde cauſæ cognitio, & ſi leuior ſaltem abuſus fuerit, admonitiones præcedere debent.

§. XIIX. Actio *de albo prætoris corrupto*, quæ cuilibet de populo ad pœnam 500 aureorum dabatur, *l. 7. pr. h. t.* hodie non eſt in vſu, quia nec prætorem Romanum habemus, nec pœna actoribus adplicatur. Quod vero illi, qui edicta ſuperiorum violant, pœna adficiendi ſint, hoc iuris naturæ & apud omnes populos in vſu eſt. Pertinent huc: Valent. Forſterus *de iurisdictione Romana*: Marta, Thom. Michael, Arnold. Vinnius, Iac. Menochius, Bocerus & Stephani *de iurisdictione*, qui tamen non raro, vt & Paurmeiſterus, multa ex iure publico admiſcet. Franc. Zypæus *de iurisdictione eccleſiaſtica & ciuili.*

Lib. II.

Digitized by Google

*Lib. II. Tit. II.*

# Quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, vt ipſe eodem vtatur.

§. I. Hic duplex dolus punitur, (1) eius, qui *ius nouum iniquum ſtatuerat*, (2) illius, qui tale ius *impetrauerat*, cum hac tamen differentia, quod intuitu magiſtratus *ſtatuentis* non ſolum decretum ſufficiat, ſed *executio* quoque requiratur, intuitu autem *impetrantis ſola impetratio* ſufficiat, quia impetrans, quantum in ipſo fuit, delictum iam conſummauit, *v. l. 1. h. t.* Pœna doli in eo conſiſtit, vt non ſolum ſtatuens, ſed & impetrans quandoque in ſimilibus caſibus aduerſario poſtulante eodem iure vtatur, *d. l. 1.*

§. II. Ita de iure Romano. Hodie DD. ſub hoc titulo etiam de *iure retorſionis* agunt, vi cuius *diuerſa prouinciarum iura* (in ſe non iniqua) *aduerſus illarum prouinciarum incolas & ciues per magiſtratum retorquentur.* Sic in Saxonia defunctæ alicuius fœminæ cognatis fœminis, in aliis prouinciis, vbi gerada vſu non obtinet, commorantibus, nulla etiam gerada datur, nec maſculis res expeditoriæ, *conſt. elect. 38. p. 3.* & quæ ſunt ſimilia, v. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. 4. *ſeqq.* Plura exempla habet Carpzou. *p. 3. c. 38. def. 1.* conf. etiam Struu. *de vind. priuat. c. 11.*

§. III. De

Digitized by Google

§. III. De eo diſputant: *an indultum moratorium contra creditorem, qui aduerſus ſuos creditores indultum impetrauit, retorqueri poſſit?* Nobis rem diſtincte pertractandam eſſe videtur. Aut quæſtio eſt: an debitores iure retorſionis *priuata* autoritate vti velint, an vero *publica*. *Prius* ſicut alias non, ita neque hoc caſu fieri poteſt. Circa *poſteriorem* caſum ſubdiſtinguendum. Si debitores, qui ius retorſionis vrgent, ſunt *ſub eodem principe:* res ab arbitrio principis dependet, an hiſce debitoribus ſimiliter indultum concedere velit, an non, magiſtratus vero inferior nihil ſtatuere poteſt. Quod ſi debitores ſunt *ſub alio principe*, tunc nihil obſtare videtur, quo minus ex ſententia Carpzouii *d. p. 3. c. 38. def. 1. in f.* ius retorſionis locum habere queat: quamuis enim indultum non ſit iniquum ius, in retorſionibus tamen iniquitas iuris plane non deſideratur, ſed ſaltem diuerſitas, & huc collineat *ord. polit. ducat. Magdeb. c. 55.* §. *6.* Quod ſi quis indultum *illegitimo modo & per falſa narrata* impetrauerit, de quo caſu Brunn. *ad l. 25. ff. de LL. 6. n. 3.* res principi exponenda & caſſatio indulti expetenda erit.

*Lib. II. Tit. III.*

## Si quis ius dicenti non obtemperauerit.

§. I. IS videtur ius dicenti non obtemperaſſe, [illegible] *quod extremum in iuriſdictione eſt, non fecit*, id eſt, qui executioni reſtitit, *l. vn.* §. *1. h. t.* & hinc tenetur ſoluere, quanti ea res eſt, ſeu, vt explicat Huberus *in prælect. h. t. n. 1.* pœnam arbi-

Digitized by Google

D bi-

bitrariam. Hodie pro grauitate contumaciæ etiam carcer, vel alia pœna dictari poteſt.

## LIB. II. TIT. IV.
## Cod. II. 2.
# De in ius vocando.

§. I. SVb hoc titulo explicatur modus in ius vocandi, ſiue citandi, nec non diuerſæ citationum ſpecies.

§. II. *Ius* hic ſignificat *locum, vbi prætor ius dicere conſtituit, l. 11. ff. de I. & I.* Vnde *in ius vocare* nihil aliud eſt, quam vocare ad prætorem, quod olim priuato auſu fiebat, & ita quidem, vt aduerſarius renitens *paſſim obuius*, obtorto collo raperetur, niſi ſatisdaret, quod certo tempore ſe ſtiturus eſſet. Huber. *prælect. I. tit. de pœn. tem. litig. n. 5.* Sola domus excepta erat, ex qua nemo inuitus extrahi poterat, *l. 18. §. 21. h. t.*

§. III. Quoniam itaque hic modus in ius vocandi reuerentiam lædebat, hinc parentes, patroni & ſimiles, quibus talis reuerentia debebatur, *ſine impetratione veniæ*, vel ſine permiſſu prætoris, in ius vocari non poterant, *l. 4. §. 1. h. t.* ſed actor ſine venia vocans *ad pœnam 50. aureorum* condemnabatur, *l. 24. h. t.* aut ſi non habebat in ære, luebat in corpore, *l. 25. eod.* vnde nomen *tergi ſubſidiarii*, quod tamen ad obligationes ex delicto ſolum pertinet, non ad eas, quæ ex contractu oriuntur. Hodie veniæ impetratione opus non eſt, quia noſtræ citationes reuerentiam non lædunt.



Digitized by Google

§. IV. *Citatio* nec olim incognita erat, ſed ſiebat ea ſolum *intuitu abſentium*, poſtquam ante litigantes *iamdum in ius venerant*, voce præconis, vel legitimis edictis, *l. 7. pr. ff. de int. reſt. l. 68. 69. 70. ff. de iudic.* vt ad *iudicium*, ſiue *iudicem pedaneum* venirent. Hodie vero citatio mox ab initio decernitur, & proinde eſt *legitima vocatio aduerſarii ad iudicium, iuſſu & autoritate iudicis ſuſcepta.*

§. V. Diuiditur *a loco*, in quo peragitur, in *publicam atque priuatam. Publica* fit in loco publico per *vocem præconis*, v. g. intuitu militum fugitiuorum, vel etiam per *edictum* in valuis curiæ, vel templi, & interdum etiam, præſertim in criminalibus, ratione delinquentium, qui per fugam ſibi couſuluerunt, in trium dominorum territoriis. Hæc *publica* locum non habet, niſi *ignoretur citandus, vbi ſit*, vt in delinquente fugitiuo: vel citatio *ad fauorem citati tendat*, v. g. in concurſu creditorum: vel *inſinuatio priuata ſit impoſſibilis*, v. g. ſi alter iudex requiſitus citationem ſubſidialem deneget. Brunnem. *proc. ciu. c. 3. n. 20.* Quod ſi extra hoſce caſus iudex aliquem publice citare vellet; iniuriam citato inferret & propterea conueniri poſſet.

§. VI. *Priuata* itaque regulariter ſolum permiſſa eſt, quando ſcilicet citatio *ipſi citando* in ædibus ſuis, vel alio loco congruo, vel eo non præſente *ipſius domeſticis* inſinuatur. Prius *in faciem*, hoc *ad domum* fieri dicitur. Sed quid, *ſi domeſtici acceptare nolint citationem*? tunc in conſpectu eorum in menſa, ſella, aut quod alias forſan



Digitized by Google

ſan obuium eſt, reponi poteſt; quod ſi vero ædes aperire nolint, *valuis ædium citatio adfigi* ſolet.

§. VII. Ratione *modi citandi* diuiditur in *verbalem*, quæ vel oretenus, vel in ſcriptis fit, & regulariter ſolum permiſſa eſt; & in *realem*, vbi ipſa perſona rei adprehenditur, cui locus non eſt, niſi in *criminalibus* indiciis veroſimilibus quis grauatus ſit & delictum imputatum pœnam corporis adflictiuam mereatur, item in *ciuilibus* cauſis, ſi debitor de fuga ſuſpectus, vel cauſa cambialis ſit.

§. IIX. Pertinet huc etiam altera diuiſio in citationem *immediatam*, quando iudex citans alterius iudicis ope neutiquam indiget, id eſt, quando reus citandus eſt in iudicis citantis territorio, ſiue intuitu primæ, ſiue intuitu ſecundæ inſtantiæ, ſiue etiam intuitu certarum cauſarum v. g. in conſiſtorialibus, quamuis in electoratu Saxoniæ aliud obtineat, v. *Einleit. zum conſiſt. proc. c. 9.* §. *2. ſeqq.* & *mediatam*, ſiue *ſubſidialem*, quando citandus eſt extra territorium citantis, eius tamen præſentia, v. g. propter connexitatem cauſæ, vel propter teſtimonium dicendum, aut inſtituendam confrontationem ſumme neceſſaria eſt, vnde iudex alterius territorii imploratur, vt citando comparitionem iniungat, cum oblatione, quod ex noſtra parte in ſimilibus caſibus idem obſeruari debeat.

§. IX. Ratione *obiecti* diſtinguitur in *vniuerſalem*, quæ fit *ad totam cauſam*, & *ſpecialem*, quæ ad *certum actum*, v. g. litis conteſtationem, teſtium examen, &c. dirigitur. *Prior* in camera im-

Digitized by Google

imperiali, iudicio aulico & tribunali Wiſmarienſi obtinet; *poſterior* autem in reliquis iudiciis communiter adhibetur.

§. X. Denique ratione *finis* alia (1) eſt *peremtoria*, quæ præciſam iniungit comparitionem, nec vlteriorem dilationem concedit, vnde nihilominus de cauſa cognoſcitur, licet citatus non comparuerit, *v. l. 70. & 71. ff. de iudic.* alia *dilatoria*, quæ quidem comparitionem etiam iniungit, ſed tamen vlteriorem dilationem non denegat, vnde citato non comparente in cauſa non proceditur. Hæc iure romano iuxta *l. 69. ff. de iudic.* ſpatium *decem*, iuxta *nou. 53. c. 3.* autem *viginti* dierum comprehendebat, peremtoria autem ſpatium trium dilatoriarum, *l. 53. §. 1. ff. de re iud.* Hodie ad ordinationes proceſſuales reſpicitur, quæ ſi nihil determinauerint, terminus ab arbitrio iudicis dependet, v. Martini *ad O. P. S. tit. 4. §. 1. n. 182.* Peremtoria in dubio non præſumitur, niſi fuerit tertia citatio, aut citationi inſerta vox: *peremtorie*, vel ſub pœna *præcluſi*, *recogniti*, *confeſſi & conuicti*, *&c.*

§. XI. Alia (2) eſt *monitoria*, quæ fit ad talem actum expediendum, ex quo citato non adeo magnum præiudicium enaſcitur, v. g. ad videndum iurare teſtes, publicationem rotuli teſtium, inrotulationem actorum, publicationem ſententiæ, &c. & hinc licet citatus non compareat, ille tamen actus nihilominus expeditur; alia *arctatoria*, quando talis actus expediendus, qui fundamentum totius cauſæ reſpicit, v. g. ſi quis citatus



Digitized by Google

ad litem conteſtandam, vel documenta recognoſcenda. Hic, ſi citatus non comparet, non ſtatim in contumaciam proceditur, quia citatus maximum exinde præiudicium ſentiret, ſed prior citatio iterum renouatur, Dn. Stryk. *introd. ad prax. c. 4. §. 5.* introd. noſtra *ad proceſſ. ciuil. c. 10. §. 6.*

§. XII. Citatio in nullis cauſis omitti poteſt, & licet aliquis præſens ſit in iudicio, is nihilominus tamen eſt citandus, ne ſpatium deliberandi ipſi adimatur. Intuitu teſtis vero iamdum præſentis citatione opus non eſt. Exprimendum in citatione eſt (1) *nomen iudicis*, ita tamen, vt in iudice ordinario nomen officii ſufficiat, commiſſarii vero nomina propria ſubſcribere tenentur, (2) *nomen citati*, & ſi plures ſunt, in *prima* citatione ſingulorum nomina exprimenda, vnde non valet formula, ſi citatio dirigatur *an Titium und conſorten*, (3) *nomen actoris*, in ciuilibus enim iudex ex officio nihil decernere poteſt. (4) *cauſa citationis*, vnde in camera imperiali omnia libelli contenta citationi inſeruntur, in aliis vero iudiciis copia eiusdem libelli vna cum citatione transmittitur. (5) *locus iudicii*, qui tutus eſſe debet atque honeſtus. (6) *dies*, quo comparendum, qui ſi forte feriatus fiat, tunc ſequenti die iuridico comparendum, Dn. Stryk. *vſ. mod. ff. h. t. §. 10.*

§. XIII. Citatio ita legitime concepta deinde etiam rite eſt *inſinuanda*. Fit autem inſinuatio vel per *nuncium iudicii*, vel per *notarium*, in multis locis etiam per *homines priuatos*, de quo v. introd. noſtr.

Digitized by Google

noſtr. *ad proc. ciu. cap. 10.* §. *18. 19. 20.* Hæc inſinuatio ab actore ſemper eſt probanda, quia in facto conſiſtit.

§. XIV. Effectus citationis inſinuatæ in eo conſiſtit, quod (I) inducat *præuentionem iurisdictionis*, quando ſcilicet duo iudices, v. g. iudex domicilii & rei ſitæ, vel contractus, concurrentem iurisdictionem habent. Hoc caſu, ſi coram vno citatio impetrata, variare & alterum eligere non licet, v. Carpzou. *p. 1. c. 7. def. 21. n. 1.* niſi reus citationi inſinuatæ non paruerit, ſed contumaciter emanſerit, tunc enim præuentionem adlegare nequit, Zanger. *de except. p. 2. c. 3. n. 18.* (II) quod *interrumpat omnem præſcriptionem & vſucapionem*, Dn. Stryk. *ad Brunnem. ius eccleſ. l. 2. c. 11.* §. *7. verb. nuda citatio*, ibique alii citati. Id. *vſ. mod. tit. de eo per quem fact. fuer.* §. *II.* (III) citatio *rem litigioſam facit*, v. infra *tit. de litigioſis.* Vbertus *de citationibus.*

*Lib. II. Tit. V.*

# Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit.

§. I. IN ius, id eſt, ad prætorem vocatus ſimpliciter comparere tenetur, licet *dubitet*, an etiam magiſtratus, ad quem vocatus eſt, iurisdictionem habeat, *venire enim debet, vt hoc ipſum ſciatur, an iurisdictio eius ſit*, alias *mulcta* ipſi

dictatur, *l. 1. ff. h. t.* Quod ſi vero *notorium* ſit, magiſtratui iurisdictionem non competere, v. g. ſi ſenatus oppidanus ciuem academicum citare præſumeret, tunc nec comparendum, nec exceptio incompetentis iudicis in ſcriptis opponenda, ſed omnia, quæ forſan talis magiſtratus ſuſcipit, ipſo iure nulla ſunt. Frantzk. *ad. ff. h. t. n. 5.* v. omnino Gail. *1. obſ. 48. n. 9. & 10.* De illis, qui contra edictum vocant, diximus *tit. praeced.* §. *III.*

*Lib. II. Tit. VI.*

## In ius vocati vt eant, aut ſatis, vel cautum dent.

§. I. IN ius vocatus regulariter e veſtigio ſequi tenebatur actorem vocantem, *v. tit. de in ius voc.* §. *1.* Exceptio erat, ſi cautionem offerebat fideiuſſoriam, quod certo die ſe ſiſtere velit, *v. l. 5. ſſ. 1. ff. qui ſatisd. cog.* fideiuſſor debebat eſſe locuples, *d. l. 5.* §. *1.* & facil. conueniendo, *l. 7. pr. eod.* pro perſonis coniunctis tamen quilibet admittendus & accipiendus, *l. 1. & 2. ff. h. t.* ſub pœna 50. aureorum, *l. 2. eod.* Hodie, quia in ius vocatio priuata penitus exoleuit, præſentis quoque tituli nullus vſus eſt. Quod ſi vero iudex aliquem citauerit: aut comparendum, aut legitimum impedimentum adducendum: oblatio namque cautionis a neceſſitate comparendi inuita altera parte non liberat.

*Lib. II.*

Digitized by Google

LIB. II. TIT. VII.

## Ne quis eum, qui in ius vocabitur, vi eximat.

§.I. QVod ſi itaque in ius vocatus vocantem ſtatim ſequebatur, eum autem aliquis obuiam procedens *vi adhibita* impediebat, vel plane eximebat, ne ſcilicet vocatus in ius veniret, tunc ille eximens, inſtituta contra eum actione in factum, condemnabatur in id, quanti res, de qua controuerſia eſt, ab actore fuerit æſtimata, *l. 5. §. 1. h. t.* quamuis vocatio per calumniam facta fuiſſet, quia hæc exceptio de iure tertii, *l. 4. §. 1. h. t.* ſinguli eximentes tenebantur in ſolidum, & qui exemtus erat, nihilominus obligatus manebat, *l. 5. §. 3. h. t.* contra heredes non dabatur, nec regulariter heredibus, niſi eorum intererat, v. g. interim actionis dies exierat, i. e. præſcripta actio erat, *d. l. 5. §. 4. & l. 4. pr. h. t.* poſt annum non dabatur, *l. 5. §. 4. h. t.* Hodie pœna *arbitraria* imponitur ei, qui citatum impedit, Dn. Stryk, *vſ. mod. h. t.*

Lib. II. Tit. IIX.

Cod. II. 57.

## Qui ſatisdare cogantur, vel iurato promittant, vel ſuæ promiſſioni relinquantur.

§. I. SVb hoc titulo duo explicantur: (1) *quid & quotuplex ſit cautio?* & (2) *quis ſatisdare co-*

*gatur in iudicio?* Extraiudiciales enim cautiones pertinent ad conuentiones & pacta contrahentium.

§. II. Cautionem vulgo deſcribunt, quod ſit adſecuratio aduerſarii, qui ſine illa fidem nobis integram non adhibet. Hæc adſecuratio vel fit *datis fideiuſſoribus*, & in ſpecie dicitur *ſatisdatio*, *l.7.ff. de prætor. ſtipul.* vel etiam per *pignora*. Vtraque communi nomine dicitur *cautio realis*. De qualitate fideiuſſorum *v. tit. 6. h. libr. §. 1.*

§. III. Pignora iure Romano in cauſis incertis, v. g. ſi ad intereſſe agitur, locum non habebant, quia ipſa certam habent æſtimationem, & ſic non plene ſatisfit aduerſario, *d. l.7.* Hodie autem promiſcue admitti ſolent, ita tamen, vt iudex certam quantitatem determinet, in quam probabiliter aduerſarius condemnari poſſet, v. g. in cautione pro reconuentione & expenſis.

§. IV. Reali cautioni opponitur *verbalis*. Hæc iterum vel *iuratoria*, vel *nude promiſſoria*, quæ fit ſtipulata manu. Ad iuratoriam nemo admittitur, niſi integritate vitæ ſit conſpicuus, qui iurat: (1) *ſe credere, quod adhibita ſumma diligentia non queat reperire fideiuſſores*, & (2) *ſe ſancte facturum ea, de quibus alias cauendum erat*, v. g. ſe expenſas reſtituturum, ſi ſuccubuerit: in Saxonia, ſe reconuentioni reſponſurum, &c. v. exemplum in *nou. 134. c. 9.*

§. V. *Nude promiſſoria* in poſſeſſoribus rerum immobilium obtinet, quamuis hodie in plurimis



Digitized by Google

mis locis extra Saxoniam pro ſuperflua habeatur, & ſola poſſeſſio ſufficiat. Quis autem *poſſeſſor* dicatur, hoc ex *l. 15. ff. h. t.* eſt addiſcendum. Ille ſcilicet, qui *iure dominii* poſſidet, ſiue illud ſit dominium *ſolitarium*, ſiue *partiale*, ſiue *plenum*, ſiue *minus plenum*, ſiue *ciuile*, ſiue *naturale*, ſiue *reuocabile*, ſiue *perpetuum*, ſiue *lis de eo mota ſit*, ſiue *non*, modo ſit dominium. Hactenus *cit. l. 15.* Doctores etiam addunt, licet bona poſſeſſa *obærata* ſint, Carpz. *p. 1. c. 5. d. 14.* quod tamen ſolum procedit in cautione de iudicio ſiſti. Plane vero non liberantur a cautione *vſufructuarius* & *creditor hypothecarius*, quia dominium non habent, *l. 15. §. 1. & 2. h. t.* nec *qui ſperat ſucceſſionem* in immobilibus, licet ſimultanee inueſtitus ſit, Brunn. *proc. ciu. c. 8. n. 9.*

§. VI. Immobilibus adcenſentur etiam *annui reditus* irredimibiles & qui ex certa re immobili præſtantur. *Pecuniæ hereditariæ* ex re immobili ſoluendæ, ſi dies nondum venit. Nec non ex mobilibus rebus a cautionis præſtatione liberant *taberna* & *bibliotheca inſtructa*, Brunnem. *loc. cit.* Debent interim bona immobilia ſita eſſe ſub eodem iudice. Alias enim non liberant, licet in illa prouincia ſita, niſi lis *coram ipſo principe* pendeat, Dn. Stryk. *introd. ad prax. c. XI. §. 4.* quia tunc facilis eſt executio.

§. VII. De *actione reali* a cautione liberante ita tenendum: debet illa *ex dominio profluere*, vt rei vindicatio & hereditatis petitio, actio enim hypothecaria & confeſſoria iuxta *cit. l. 15. ff. 1.*

*& 2.*

*& 2*. prodeſſe nequit. Deinde debet illa competere *contra tertium*, vnde actio, *de qua iam quæritur*, non proficit, nam nec ipſa poſſeſſio *rei quæſtionis* a cautione liberat, Brunnem. *l. c.*

§. IIX. Sequitur nunc *ſecunda pars* huius tituli: *quis cautionem præſtare teneatur?* Iure *romano reus* in ius vocatus priuata autoritate cauebat, quod certo die in iudicio ſe ſiſtere velit, *rubr. ff. in ius voc. vt eant, aut ſatis, vel cautum dent*, ibique Huberus *in prælect. n. 1. & 2.* Mutata priuata in ius vocatione, & hæc cautio mutata eſt, vnde rei apud nos non cauent in *ciuilibus*, niſi de fuga ſint ſuſpecti, aut ſi cauere nequeunt, arreſto detinentur. Idem in *criminalibus*, de quibus plenius ad tit. *de cuſtodia & exhibitione reorum* dicetur.

§. IX. Apud nos ergo cauet *actor* & quidem *extra Saxoniam*, quod in caſum ſuccumbentiæ reo omnes expenſas refundere velit: *in Saxonia* præterea, quod reconuentioni reſpondere velit, quippe quæ in foris ſaxonicis finita demum conuentione inſtitui ſolet, ſecus ac iure communi, vbi conuentio & reconuentio ſimultaneo proceſſu expeditur, v. ſupra *p. 44.* De cautione *procuratorum* ad *tit. de procuratoribus §. XVI. & XIIX.* agemus.

§. X. Quia reus in omnibus cauſis ſecuritatem deſiderat: ergo & cautio ſemper præſtanda, ſiue cauſa ſit ſummaria, ſiue ordinaria, executiua, matrimonialis, &c. Excipitur ſolum ſummariiſſimum poſſeſſorium, quippe in quo nullæ exceptioes dilatoriæ, præter exceptionem legitimationis, admittuntur. In Saxonia quoq; in matrimonialibus exce-

Digitized by Google

pti-

ptioni cautionis non datur locus, v. *Einleit. zum conſiſt. proc. c. 12. §. 5.*

§. XI. Subiicimus elegantem diſpoſitionem *l. 15. §. 7. h. t.* poſſeſſor autem nec ne quis fuerit, tempus cautionis ſpectandum eſt. Nam ſicut ei, qui poſt cautionem poſſeſſionem vendidit, nihil obeſt: ita nec prodeſt ei, qui poſt cautionem poſſidere cœpit. Schenk. *de ſatisdationibus, quæ in iudicio præſtantur.* Pyrrhus Maurus *de ſatisdationibus & fideiuſſionibus.*

*Lib. II. Tit. IX.*

## Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caueatur.

§. I. Dominum apud Romanos propter ſeruorum delicta *priuata* actione noxali conueniri potuiſſe, dicetur infra ad tit. *de noxalibus actionibus.* Si ergo talis actio inſtituta erat, dominus cauere tenebatur, *quod ſeruum in iudicio ſiſtere velit*, & quidem *in eadem cauſa*, ſcilicet nec alienatum, nec manumiſſum, nec potentiori datum, *l. 1. ff. h. t.* Nos tales ſeruos non habemus, & licet haberemus, reus tamen, qui hic eſt dominus, cauere non adſtringeretur.

*Lib. II. Tit. X.*

## De eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat.

§. I. Coercet hic prætor dolum eius, qui impedit aliquem iudicio ſiſti, v. g. ſi quis ve-

Digitized by Google

venienti ad iudicium aliquod triſte nunciauerit. Additur quidem in *l. 1. §. 2. h. t. quosdam putare, ſibi eum imputare, qui credulus fuit*; verum ſufficit, alterum dolo feciſſe & probabilitatem adfuiſſe.

§. II. Datur propterea actio ad id, *quanti intereſt l. 3. pr.* Ergo datur etiam heredi, ſed non contra heredem, quia eſt ex delicto, nihi heres ex delicto defuncti aliquid lucretur, *l. 1. §. 6.* quod ita contingere poteſt, ſi actor agit, cuius actio principalis propterea, quod reus ſe non ſiſtit, præſcripta eſt, præſcriptio enim per ſolam L. C. interrumpebatur. Quod ſi tamen hoc caſu is, qui reum dolo impediit, non ſit ſoluendo: priſtina actio contra reum reſtituitur, *l. 3. pr. & §. 1. h. t.*

§. III. Plures impedientes ſinguli in ſolidum tenentur, ſed ſi vnus intereſſe præſtitit, reliqui liberantur, quia actio eſt rei perſecutoria, *l. 1. §. 4. h. t.* Actio interim anno expirat, *l. 1. §. 6. h.*

§. IV. Differt hic titulus a *tit. 7. hui. libri.* Ibi enim de eo, qui per *vim* eximit, ſermo erat: hic de eo, qui *dolo* facit. Ibi *actor* agebat; hic etiam *reus*, vti colligunt ex *l. 3. §. 2. h. t.* Hodie cum poſt citationem actio non præſcribatur, *l. 2. C. de annal. except.* hinc tituli vſus directo non adeſt, ſed agitur ſaltem ad refuſionem expenſarum, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. 2.

*Lib. II.*

Digitized by Google

*Lib. II. Tit. XI*

# Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit.

§. I. SVb hoc titulo de *contumacia* eiusque *pœna* agitur, nec non, quomodo ab illa pœna quis liberari poſſit.

§. II. Scilicet ſupra *tit. VI. hui. lib.* dictum fuit, reum in ius vocatum a comparitione ſe liberare potuiſſe, ſi ſatisdederit, *quod certo die ſe ſiſtere velit.* Si ergo hoc non faciebat, *vadimonium deſeruiſſe*, quod ſi vero poſt litem conteſtatam emanebat, *eremodicum* contraxiſſe dicebatur, Huber. *prælect. h. t. n. 4.* vid. Briſſon. *de V. S. voc. eremodicum & vadimonium.* Hodie vocabulo *contumaciæ* vtimur.

§. III. Eſt igitur contumax, qui in termino præfixo non comparet, ita tamen, vt, licet quis citatus ſit ad comparendum zu rechter früher tagezeit, adhuc dum tamen excuſetur, ſi a meridie vsque ad horam VI, in Saxonia ad IV, ſe ſiſtat, Dn. Stryk. *introd. ad prax. c. 4. §. 14.* Berlich. *p. 1. concluſ. 17. n. 80.* Quodſi terminus generaliter inſertus citationi, v. g. Er ſolle auff den 30 tag nach der inſinuation erſcheinen, quod in camera imp. vſitatum; dies inſinuationis non

non connumeratur, ſed a ſequenti die inchoatur terminus. Gail. *3. O. 48. n. 13.*

§. IV. Poteſt vero, vt omnia ſimul pertractemus, tam *actor*, quem *reus* contumax eſſe. Si *actor* contumax eſt, ſiue *terminum circumduxit*, iuxta *l. 73. §. 1. & 2. ff. de iudic.* reus (1) ab inſtantia abſoluitur, i. e. actor nouam actionem inſtituere nouamque citationem impetrare tenetur: (2) actor reo expenſas reſtituere & (3) ſi deinde in cauſa pergere velit, cautionem de proſequenda lite præſtare obligatus eſt. Poteſt etiam reus, ſi actor *poſt L. C.* contumax exiſtit, probationes ſuas adferre, innocentiam demonſtrare & abſolutionem a tota cauſa petere, *v. l. properandum 13. §. 2. C. de iudic.* Brunnem. *proc. ciu. cap. 14. n. 3. & 4.*

§. V. Si *reus* emanet ad emiſſam citationem *dilatoriam:* expenſas actori ſolum reſtituit. Si vero emiſſa fuit citatio *peremtoria: extra Saxoniam* lis *pro negatiue conteſtata* habetur, quo ipſo reus exceptiones dilatorias amittit, *l. 13. §. 3. C. de iudic. Rec. imp. de a. 1654. §. 36.* Iure *Saxonico electorali* reus emanens *vsque ad legitima impedimenta*, & ſi hæc in ſecundo termino non probat, *vsque ad executionem, bis auff die hülffe*, condemnatur *O. P. S. tit. 10. §. 4. iure Sax. communi* præuia iterata citatione & comminatione *pro confeſſo & conuicto habetur, Landrecht l. 2. art 9.* quo procedendi modo etiam in electoratu Saxoniæ ſæpe vtuntur.

Digitized by Google

§. VI. Ceterum pœna contumaciæ non infligitur ipſo iure, ſed eius accuſatio præcedere debet, vnde dicunt *contumacia non accuſata non nocet*, Carpzou. *p. 1. c. 9. d. 15.* hinc ante accuſationem mora purgari poteſt, nec pœna contumaciæ ad heredes tranſit, niſi viuo contumace ſuper accuſatione ſententia lata fuerit, prout intelligo Carpzou. *d. l. n. 5.*

§. VII. Liberatur autem quis a pœna contumaciæ, ſi *legitima impedimenta*, *ehehafften* Saxonibus, adlegare poſſit, quorum exempla plurima in legibus *ff. h. t.* adducuntur, v. g. ſi quis valetudine, tempeſtate, vi fluminis, funere domeſtico, grauiditate, ſi grauida partui vicina, &c. impediatur, imo in *l. 2.* §. *9. & l. 4. pr. &* §. *1. h. t.* huc etiam refertur, ſi quis a magiſtratu retentus, vinculis, aut cuſtodia militari impeditus, vel rei capitalis condemnatus fuerit. Abſentia aduocati non eſt iuſtum impedimentum, niſi cauſa ſit grauis & intricata, vt alius facile ſubſtitui non potuerit. Reliqua includuntur huic regulæ: *quotieſcunque abſenti nec dolus, nec culpa imputari poteſt, toties habet legitimum impedimentum*, caſum enim nemo præſtat.

§. IIX. Impedimenta talia cum facti ſint, ab adlegante non quidem ſolenniter probari, ſed tamen *demonſtrari* (*beſcheinigen*) debent. Hinc ſufficit v. g. atteſtatum ſummarium medici, vel alterius, Carpzou. *p. 1. c. 9. d. 12. n. 4. & 5.* imo iuramento adſerentis fides habetur, id. *d. l. def. 11.*

§. IX. Si impedimentum *iam aliquo tempore ante terminum obuenit*, aduerſario illud eſt denun-

 cian-

Digitized by Google

ciandum, alias emanens in culpa eſſet atque expenſas refundere teneretur. Sed quid, *ſi quis omnibus impedimentis renunciauerit*, quod ſcilicet illis vti nolit? valet hæc renunciatio per *l. 4. §. 4. h. t.*

*Lib. II. Tit. XII.*

Cod. III. 11, 12.

# De Feriis, & dilationibus, & diuerſis temporibus.

§. I. A neceſſitate comparendi in iudicio excuſant etiam feriæ & diuerſa tempora, item pœnam contumaciæ quis euadere poteſt, ſi iuſto tempore dilationem petat, vnde hæc materia cum præcedenti titulo connectitur.

§. II. *Feriæ* itaque ſunt *dies a cognitione & disceptatione forenſi vacui*, v. Briſſon. *d. V. S. hac voc.* qui dies, vt alii, in iure Romano a media nocte ad mediam noctem computantur, *l. 8. ff. h. t.* cuius cauſam reddit Gothofred. *ad d. l.* & hæc computatio etiam vſum habet, quando canonicus v. g. vltimo die Ianuarii mortuus, & ſic quæſtio incidit: *vtrum in menſe papali, an capitulari ille mortuus?*

§. III. Feriæ ſunt vel *diuinæ*, quæ diuinis vſibus deſtinatæ, vocantur etiam *ſacræ* & *feſta*, quæ iure canonico de veſpera in veſperam computantur, *c. 1. X. de feriis*: vel ſunt *humanæ*, quæ vſibus humanis inſeruiunt, eæque iterum vel

*vrba-*

Digitized by Google

*vrbanæ*, vt nundinarum, vel *ruſticæ*, vt meſſium & vindemiarum. Vrbanæ ſolis mercatoribus proſunt, ruſticæ omnibus, Brunnem. *proc. ciu. c. 6. n. 24. & 25.*

§. IV. Porro diuiduntur in *ordinarias*, quæ quotannis ſuo tempore recurrunt, vt diuinæ & humanæ modo adductæ: & *repentinas*, quæ repente, v. g ob res proſpere geſtas aliasque cauſas indicuntur, *Danckfeſte &c.* vocantur etiam *honorariæ*, & his renunciatum eſſe non cenſetur, licet quis feriis ſimpliciter renunciauerit, quia præuideri non potuerunt, *v. l. 26. §. 7. ff. ex quib. cauſ. maior.*

§. V. In feriis *diuinis* omnia ſunt prohibita, *quibus cultus diuinus impeditur*, non ergo actus voluntariæ iurisdictionis & transactiones. Neceſſitas quoque exceptionem facit, v. g. ſi æger examinandus, delinquens adprehendendus, vel frumenta ob tempeſtatem aliis diebus colligi non potuerunt, *l. 3. C. de fer.* ibique Brunnem. *c. 3. X. eod.* Alias vero actus conſentientibus etiam partibus expeditus ipſo iure nullus eſt, quia partes legi prohibitiuæ renunciare non poſſunt, *c. fin. X. eod.*

§. VI. Hoc quoque addendum, in feriis diuinis diiudicandis reſpici debere ad *perſonam citati.* Hinc euangelici catholicos in diebus illis, quos tamquam feſta colunt, citare non poſſunt, nec chriſtiani iudæos die ſabbathi, v. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 5.*

§. VII. Feriis *humanis* partes pro lubitu renunciant, quia earum intuitu lex permiſſiua ſaltem adeſt, *l. 1. ff. 1. h.* Expediuntur quoque in illis parte inuita res tempore perituræ, alimentorum, damni infecti, *l. 1. §. 2. l. 2. & 3. h. t.* criminalia & publica, *l. 5. C. de fer.* & quæ ad diſciplinam militarem pertinent, *l. 9. ff. h. t.*

§. IIX. Altera pars tituli eſt de *dilationibus*, per quas negotium in præſenti expediendum in aliud tempus reiicitur. Diuiditur dilatio in *legalem*, quæ a lege determinatur, vt fatale adpellationis, terminus probatorius, &c. *conuentionalem*, quam partes in cauſis mere priuatis in infinitum ſibi concedere poſſunt; & denique *iudicialem*, quæ impetratur a iudice.

§. IX. Ita vero iudex procedere debet. *Primam* dilationem concedit fere ad nuda narrata, v. Carpz. *proc. tit. 13. art. 1. n. 70.* & eam tunc quoque conceſſiſſe intelligitur, ſi ſupplicatum ſine decreto ad acta poſuerit, aut hæc verba: *ad acta*, eidem inſcripſerit, v. Meu. *5. dec. 161.* *Secundam* dilationem non indulget, niſi impedimentum adlegatum ſummarie demonſtratum fuerit, *v. tit. præced. §. IIX.* Antequam vero *tertia* locum habeat, plenaria probatio impedimenti & præſtatio iuramenti calumniæ interuenire debet, quod vocatur *ſolemnitas legalis*, *v. R. I. de a. 1654. §. 50.* Brunn. *proc. ciu. c. 6. n. 9. ſqq.* & procurator eam petens ſpeciali mandato inſtructus ſit, Mev. *5. dec. 391.* idem in quarta obtinet, niſi impedimentum notorium ſit, quo caſu ſolemnitas remitti poteſt, v. Carpz. *d. tit. 13. art. 1. n. 165. & 166.*

§. X.

Digitized by Google

§. X. Dilatio ab vna parte impetrata alteri quoque prodeſt ſuper eodem puncto, v. g. probationis, nec impetrans in præiudicium alterius eidem renunciare poteſt, poſtquam ſcilicet decretum dilationem concedens alteri inſinuatum, Brunn. *proc. ciu. c. 6. n. 19.* Interim tempus dilationum eſt continuum, niſi feriæ totam dilationem abſorbeant, id *d. l. n. 17.* Reliqua ad proceſſum pertinentia v. in *introd. noſtr. ad proc. ciu. cap. 11. per tot.* Lanfrancus de Oriano *de dilationibus.*

*Lib. II. Tit. XIII.*

Cod. II. 1.

# De Edendo.

§. I. ACtum hactenus fuit de in ius vocatione, oblata cautione ad euitandam comparitionem, (*tit. VI.*) cautionis violatione & ſimilibus, quæ ipſam comparitionem antecedere ſolent; nunc videndum, quid agatur coram prætore, poſtquam in ius vocatus ſe ſtitit.

§. II. Scilicet actor tunc edebat actionem, qua agere volebat, Gothofr. *ad l. 3. C. h. t.* add. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* quo facto dilatio *deliberatoria* reo concedebatur, velitne cedere, an contendere, *v. auth. offeratur C. de lit. cont.* Hodie libellus, vel actio, ſtatim cum citatione transmittitur, & hinc eſt, quod DD. dicunt, *dilationem citatoriam abſorbere deliberatoriam.*

§. III. Agitur itaque ſub hoc titulo de editione *libelli & aliorum inſtrumentorum.* *Libellus* eſt breuis



Digitized by Google

uis narratio, futuræ litis ſpeciem, vel delineationem continens. Vt *nomen actionis* ſpecifice in eo exprimatur, neceſſitatis non eſt, ſed ſufficit, illud ex facti narratione colligi poſſe. Et ſi duæ actiones ex eodem facto reſultant, v. g. ex furto rei vindicatio & condictio furtiua, actor faciliorem elegiſſe cenſetur, id eſt, condictionem, quia in illa dominium non eſt probandum.

§. IV. Quondam libellos *articulatim* per vocem *wahr* concipere moris erat, ſed quia hac occaſione variæ lites oriebantur, an v. g. articuli ſint pertinentes, releuantes, concludentes &c. hinc ad abbreuiandas quodammodo lites eiusmodi libelli prohibiti iure communi & ſaxonico, *R. I. de a. 1654. §. 34. Conſt. elect. ſax. 2. p. 1.* vnde hodie *ſimplices* libelli offerendi, qui tamen per numeros 1. 2. 3. diſtingui poſſunt, v. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 2.*

§. V. Alias vero hodie libellus I. vel eſt *ſolemnis*, ſeu *ordinarius*, quo vtimur in cauſis ordinariis, & vbi petimus, *daſs Beklagter ſich einlaſſen, antworten und den Krieg rechtens beſeſtigen ſolle*; vel *ſummarius*, ſiue *minus ſolemnis*, cui in cauſis ſummariis locus eſt, & omiſſa voce: *den Krieg rechtens beſeſtigen*, petitur ſaltem *die einlaſſung und ſummariſche Antwort*, vel in proceſſu executiuo *recognition, oder eydliche diffeſſion*. II. Libellus eſt vel *ciuilis*, qui in cauſis ciuilibus, vel *criminalis*, qui ab accuſatore in criminalibus offertur, in quo ſufficit generaliter petiiſſe, *vt accuſatus condigna pœna adficiatur*, in ciuili autem certum quid ſpecifice petendum.

§. VI.

Digitized by Google

V. VI. Libellus ex tribus propoſitionibus conſtat, *maiore*, in qua ius, *minore*, in qua factum exponitur, & *concluſione*, quæ petitum continet, vnde etiam cum ſyllogismo comparari ſolet. Advocati præterea multas clauſulas fruſtraneas adiiciunt, de quibus in *introd. ad proc. ciu. cap. 9. §. 29. ſeqq.* hæc tamen *ſalutaris* eſt, vnde & *herba betonica* vocatur, quando *ſuper petitis atque petendis nobile iudicis officium pro adminiſtrando iure atque iuſtitia omni meliori modo imploratur*, tunc enim iudex fructus, expenſas, vſuras, &c. adiudicare poteſt, licet actor eas nominatim non petierit, v. Gail. *1. obſ. 61. n. 11. 12.* & ineptitudo eo ipſo tollitur atque ſanatur, vnico *contrarietatis* vitio excepto, de quo §. *X.*

§. VII. *Cauſam petendi* in libello quod adtinet, diſtinguendum eſt inter actiones reales & perſonales. In *realibus* cauſam *proximam*, ſiue *generalem* adlegaſſe ſufficit, v. g. peto ex *dominio*, *iure hereditario*, &c. in *perſonalibus* vero hoc non ſufficit, v. g. peto ex contractu, ſed cauſa *remota* ſiue *ſpecialis* eſt addenda, v. g. ex mutuo, emto, &c. imo & in realibus remotam adduxiſſe *vtile* eſt, v. g. peto ex dominio, quia *emi*, *donata* eſt res, &c. ſi enim vna cauſa adducta in petitione ſuccumbam, ex alia cauſa proceſſum denuo inſtaurare licebit, nec metuenda rei iudicatæ exceptio, quæ alias locum haberet, ſi cauſam proximam ſaltem adlegaſſem, *v. l. 14. §. 2. ff. de except. rei iud.* Gail. *d. obſ. 61*

§. VIII. *Petitum* in libello debet *certum quid* in ſe continere, alias libellus dicitur *ineptus*. Ex-

ceptio eſt (1) in actionibus *vniuerſalibus*, v. g. hereditatis petitione, & *generalibus*, v. g. tutela, pro ſocio, vbi petitum *generale* locum habet, vt ſcilicet reus inuentarium, vel iuratam ſpecificationem edat, v tit. *de iudic.* §. *IV.* (2) in aliquibus *alternatiue* agi poteſt, v. g. ſi quis ad factum obligatus, in noxalibus, ex l. 2. C. de reſcind. vend. &c. Brunnem. *proc. ciu. cap. 5. n. 7. & 11.*

§. IX. De iure ſaxonico *tres* ſaltem actiones contra *eundem reum* cumulari poſſunt *Ord. proc. ſax. tit. 5. §. 3.* extra Saxoniam vero certus numerus non eſt definitus, ſed res arbitrio iudicis relinquitur, qui eo reſpicere debet, ne ex cumulatione illa confuſio aliqua oriatur. Contra *diuerſas perſonas* autem actiones in eodem libello cumulari nequeunt, niſi connexitas cauſarum adſit, de qua infra *ad tit. ex quib. cauſ. ad eund. iud. eat. lib. XI. tit. II.*

§. X. Poſſunt tamen & contra eundem reum illæ ſaltem actiones cumulari, quæ tendunt ad *diuerſa*, v. g. actio furti & condictio furtiua contra furem, non ergo, quæ *eundem* finem habent, vt condictio furtiua & rei vindicatio: neque illæ, quæ ſibi directo *contrariæ*, vt rei vindicatio & interdictum retinendæ poſſeſſionis, v. Brunnem. *proc. ciu. c. 5. n. 2.*

§. XI. De mutatione & emendatione libelli ita tenendum. *Emendatio* non tollit genus prioris actionis, ſed minus principalia libelli ſaltem reſpicit, v. g. ſi ſumma petita augetur, vel minuitur, & hæc ideo *ante & poſt litis cont. vsque ad con-*

*clu-*

*cluſionem in cauſa* fieri poteſt, quia noua L. C. non requiritur. *Mutatio* autem nouam actionem in locum prioris ſubſtituit, & ſic *vsque ad litem cont.* ſolum fieri poteſt, niſi quis expenſas aduerſario reſtituere & litem de nouo plane inchoare velit, id. *d. c. 5. n. 17.*

§. XII. Ceterum, vt iuxta §. *II.* reus deliberare queat, ipſi non ſolum libellus, ſed & *alia inſtrumenta* edi debent. Eduntur ea iure Rom. *ante L. C.* in copiis, *l. 11. h. t.* ſine die & conſule, ne quid excogitetur e die & conſule, exceptis rationibus, *l. 1. §. 2. h. t.* & denique illa ſolum edit actor, quibus ipſe vſurus eſt, *l. 1. §. 3. h.* Hodie communiter etiam ante L. C. dies & conſul reo communicari ſolet. *Poſt L. C.* ipſa originalia edenda, quia tunc ad probationem deuenitur, & reus ad eo melius probandam exceptionem ſuam rationes creditoris implorare poteſt, vt fides rei conſtet, *l. 5. C. h. t.* ex quo colligunt DD. actorem ea etiam inſtrumenta edere debere, quibus vſurus non eſt, Brunnem. *ad l. 1. h. t. n. 6.*

§. XIII. Ita *actor* edit. *Reus* actori autem viciſſim edere regulariter non tenetur, *l. 4. C. h. t.* Niſi (1) actor inſtrumenta *per caſum fortuitum amiſerit:* (2) ad *fundandam replicam*, v. g. conuenio te ex mutuo: excipis, te ſoluiſſe: replico, te ſoluiſſe quidem, ſed in aliam cauſam, quod ex apocha, quam poſſides, probare volo: (3) ſi cauſa actoris ſit *fauorabilis*, v. eccleſiæ, dotis &c. & (4) ſi ſit inſtrumentum *commune*, quo pertinent inuentaria, libri mercatorum, &c. v. Dn. Stryk. *vſ. mod.*



Digitized by Google

*h. t.* §. *18. & 20.* Meu. *5. dec. 317.* Sed quid in *criminalibus?* Equidem in *l. 2. §. 2. ff. de re iur. fiſc.* dicitur, in cauſa *capitali* inſtrumenta a reo non eſſe edenda; verum praxis hodie contrarium docet, dum in cauſis adulterii, falſæ monetæ, famoſi libelli, &c. omnes reorum res ſtatim perueſtigari ſolent, vt veritas eo melius detegi & vtilitas publica promoueri poſſit.

§. XIV. *Tertius*, qui non in lite eſt, litigantibus *acta* quidem *publica* edere tenetur, *l. 2. C. h. t.* non tamen regulariter *inſtrumenta priuata*, niſi ad alterutrum ex litigantibus in totum, vel pro parte pertineant, *v. l. 7. C. h. t.* quo pertinent iterum inuentaria, documenta a notario noſtro mandato confecta & apud notarium adhuc exiſtentia, &c.

§. XV. Si alter negat, ſe poſſidere inſtrumentum, cuius editio petitur, is, qui petit, vel contrarium probare, vel iuramentum deferre debet, & tunc iurat alter, *ſe nec habere inſtrumentum*, nec *dolo poſſidere deſiiſſe.* Quod ſi nec iurare vult: ſi *actor* eſt, cauſa cadit; ſi *reus*, inſtrumentum habetur pro edito, id eſt, copiæ ab aduerſario productæ, vel etiam nudo extractui, vt vocant practici, perinde, vt originali creditur. Contra tertium *mandatis pœnalibus* opus eſt, v. Carpzou. *p. 1. c. 17. def. 30. & 31.* Aſt tamen & *petitor ad præſtandum iuramentum calumniæ tenetur*, ſi aduerſarius id vrgeat, & de eius intereſſe clare non conſtet, *v. l. 6. ſ. 2. ff. h. t.* Sutorius *de edendo, recognoſcendo, vel iurato diffitendo.*



Digitized by Google

## *LIB. II. TIT. XIV.*

### Cod. II. 3.

# De Pactis.

§. I. *Conuentio*, quæ eſt duorum vel plurium in idem placitum conſenſus, *l. 1. h. t.* apud Romanos diſtinguebatur in *pactum* & *contractum*. De contractibus *ad tit. de rebus creditis* agemus. Pactum erat vel *nudum*, quod in ſimplicibus conuentionum terminis ſubſiſtit, v. g. omnia pacta, quæ præcedunt contractus nominatos reales, & innominatos quoscunque, *v. l. 1. ſſ. 2. ſſ. de permut.* ex quibus non oriebatur actio, *l. 15. ſſ. de præſcr. verb.* vel *non nudum*, ſiue *veſtitum*, quod vel lege confirmatum erat ſpecialiter, vnde *legitimum* audit, *l. 6. ſſ. h. t.* v. g. donatio, dotis datio, &c. vel vim obligandi ex contractu principali capiebat, hinc *adiectum* dicebatur, v. g. addictio in diem, &c.

§. II. Hodie fatentibus omnibus ad ſimplicitatem iuris naturæ reuerſi ſumus, vel potius illas tricas iuris romani in germania nunquam recepimus, & hinc adlata diſtinctio vſum non habet, ſed ex quolibet pacto firma naſcitur actio. Ad vtiliora itaque progredimur.

§. III. Pactum diuiditur (1) in *expreſſum*, quando *verbis*, & *tacitum*, quando *factis* mentem noſtram declaramus, v. g. nutu, redditione, vel laceratione chirographi, &c. *v. l. 2. §. 1. l. 4. pr. ſſ. h. t.* (2) in *reale*, quod ad heredes & fideiuſſores extenditur, & *perſonale*, quod ſolas paciſcentium per-

Digitized by Google

perſonas reſpicit. In dubio præſumitur reale, *v. l. 40. pr. h. t.* niſi perſonæ induſtria electa, v. g. in mandato & ſocietate.

§. IV. Paciſci poſſunt, *qui intellectu & voluntate* pollent. Si vtrumque *plane deficit*, v. g. in furioſis, &c. paciſcens conditionem neque meliorem, neque deteriorem reddere poteſt, *v. §. 8. I. de inutil. ſtipul.* ſi vero *aliquis ſaltem defectus adeſt*, vt in pupillo, minore, infantiæ & pubertati proximis, prodigo, &c. meliorem conditionem reddere poſſunt eiusmodi perſonæ, ſed non deteriorem, *v. §. 9. & 10. de inut. ſtip.* vnde contractus *claudicant*, de qua materia fuſe agit B. Stryk. *de caut. contract. ſect. 1. cap. 2. per tot.* Atque hæc in omnibus conuentionum ſpeciebus deinde adplicanda.

§. V. Quod *fœminas ſaxonicas* attinet, diſtingui oportet inter *ius ſaxonicum commune* & *electorale*. *Illo* iure *virgines* & *viduæ* in extraiudicialibus curatore non indigent, ſed ſolæ *uxores*, quarum curator maritus communiter eſt. *Hoc* autem, ſc. electorale ius, indiſtincte curatorem requirit, quemadmodum etiam in *iudicialibus* vtrumque ius curatoris præſentiam exigit, Struu. *Jur. R. G. l. 1. tit. 28. §. 4.* Remittitur vero neceſſitas habendi curatorem, ſi fœminæ *mercatrices* ſunt, nec non in *matrimonialibus cauſis* & pactis dotalibus, v. *conſt. elect. 15. p. 2. ibique* Carpz. *def. 11.*

§. VI. Quod denique *obiectum* pactorum concernit, expediti iuris eſt, non valere pacta de rebus *extra commercium*, *impoſſibilibus* & *turpibus*, *§. 2. & 10. J. de inut. ſtipul.* nec de iis, quarum intuitu *nullum intereſſe habemus*, *l. 15. pr. ff. de ſeruit.*

De

Digitized by Google

De differentia autem inter facta diuerſa ſequentia obſeruari debent.

§. VII. Facta ſcilicet alia *nuda* eſſe dicunt, quæ conſiſtunt in nuda operarum præſtatione & *non inuoluunt translationem dominii*, aut *alterius iuris*, v. g. ire, tigna præparare & exinde ædificium exſtruere, &c. alia vero *non nuda*, ſiue *qualificata*, quæ eiusmodi translationem inuoluunt, v. g. tradere, reſtituere, ſoluere, &c. Coincidit hæc diſtinctio cum altera inter obligationem *ad rem* & *ad factum*. Obligatio enim ad factum qualificatum idem eſt, ac obligatio ad rem, obligatio autem ad factum indigitat factum nudum. Vſus itaque in eo conſiſtit, quod qui obligatus eſt ad rem, ſiue factum qualificatum, ad illud *præciſe* teneatur, qui autem factum nudum promiſit, *præſtando intereſſe liberetur. v. l. 6. C. de reſcind. vend. l. 13. §. 1. ff. de re iud.* Pertinent huc Val. Guil. Fœrſter & Arn. Vinnius *de pactis*: Matth. Cuno & Chriſt. Phil. Richter *de pactis*: Mantica *de tacitis & ambiguis conuentionibus*.

*Lib. II. Tit. XV.*
Cod. II. 4.

# De Transactionibus.

§. I. TRansactio a pacto differt, quod in transactione requiratur (1) cauſa *dubia*, *l. 1. ff. h. t.* qualis etiam eſt, ſi lis iuſte metuitur, *l. 2. C. h.* deinde (2) vt non fiat gratis, ſed *dato* aliquo, *retento*, vel *promiſſo*, *l. 38. C. eod.* ſi ergo vnum ex illis requiſitis deficit, pactum adeſt, non transactio.



Digitized by Google

§. II. Initur transactio vel de vniuerſis litibus, & vocatur *vniuerſalis*: vel de certo genere, v. g. de proceſſibus ex iure perſonali, de rebus allodialibus, &c. vt reliqui in ſaluo maneant, quæ eſt *generalis*: vel de vna cauſa controuerſa, & hæc *ſpecialis* vocatur. Vbi notandum, quod vniuerſalis & generalis transactio ad eas lites non porrigatur in dubio, de quibus tempore transactionis non cogitatum, *l. 9. §. f. h. t.* Quod ſi transactio *iuramento confirmata*, & tranſigens ei nihilominus contrauenit: hic omnibus emolumentis ex transactione profluentibus priuatur & infamia notatur, ſi maiorennis eſt, *l. 4. C. h. t.*

§. III. Tranſigere poſſumus de rebus *priuato arbitrio noſtro obiectis*, non ergo (1) de *criminalibus* in præiudicium fiſci, Carpz. *pr. crim. qu. 148 n. 2.* inter tranſigentes tamen valet illa transactio, *ſi crimen capitale concernit*, quia ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemtum voluit, *l. 1. ff. de bon. eor.* Equidem in *l. 18. C. h. t.* adulterium excipitur, ſed hoc ideo, quia olim ex L. Iulia illud delictum capitale non erat, Briſſon. *lib. ſing. de adult. p. m. 34.* Dn. Thomaſ. *de crim. bigam. §. 66.* vnde, quia hodie ſæpe capitis pœnam meretur, transactio etiam permiſſa eſt, Carpz. *prax. crim. qu. 55. n. 14.* E contrario autem in delictis *non capitalibus* transſigere non licet, *d. l. 18. C.* ſed reus habetur pro confeſſo & infamis fit, *l. 4. in f. l. 5. ff. de his, qui not. infam.* qua pœna etiam accuſator adficitur, *d. l. 18. C. h. t.* Hæc omnia, vt vides, ad eum caſum pertinent, ſi ad *pœnam publicam* agatur. Quod ſi actor ad

*pri-*

Digitized by Google

*priuatam ſatisfactionem* agit, v. g. condictione furtiua, illi tranſigere licet, quia res eius arbitrio ſubiecta, ſed reus nihilominus pro confeſſo habetur & hinc infamis fit, *d. l. 4. in f. de his, qui not. infam.* Exceptio eſt, niſi quis *gratis pactus*, aut *autore prætore* tranſegerit, *l. 6. §. 3. ff. de his, qui not. infam.*

§. IV. Non licet (2) tranſigere in matrimonialibus *contra matrimonium*, i. e. vt illud diſſoluatur, bene tamen *pro matrimonio*, idque ex hypotheſi iuris canonici, quod matrimonium ſit ſpirituale quid & ſacramentum, prout habetur in *c. f. de transact.* vnde illa hypotheſi reiecta minus recte concluſionem inde fluentem in praxi retinuimus.

§. V. Transactio (3) non eſt permiſſa ſuper *alimentis futuris in teſtamento relictis*, v. Duaren. *l. 1. diſp. anniu. c. 44.* Cognoſcere ergo debet prætor, *annon forſan per eiusmodi transactionem alimentorum conditio deterior fiat*, & ſi hoc non metuendum, decretum interponit & ſic transactio permittitur, *l. 8. ff. h. t.* iuramentum vicem decreti hic obtinere nequit, quia lex prohibitiua adeſt.

§. VI. Denique (4) tranſigere prohibitum *ſuper relictis in teſtamento, tabulis teſtamenti non inſpectis*, *l. 6. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. teſtam. quemadm. aper.* cuius ratio in eo ſita eſſe videtur, quia res per aperturam tabularum in continenti certa fieri poteſt, quod idem eſt, ac ſi iam certa eſſet, & per conſequens obiectum transactionis, res dubia, deficit.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII. Quidquid alias in conuentionibus conſenſum impedit, illud quoque transactiones reſcindit, v.g. *metus* & *dolus*, vide de dolo *l.9. §. 1. ff. h. t. l. 4. l. 42. C. eod.* Sed quid de *errore?* Nec propter hunc reſcinditur transactio, quia in omni transactione vnus errat, & ſic alea ſubeſt, v. *tit. de condict. indebit. §. XVII.* vnde nec propter inſtrumenta nouiter reperta quis a transactione recedere poteſt, *l. 19. C. h. t.* exceptis cauſis *publicis*, *l. 35. ff. de re iud.* Equidem Lauterbach. *h. t.* opponit *l. 29. C. h. t.* ſed illa non loquitur de effectu transactionis intuitu tranſigentium *ad ſe inuicem relatorum*, ſed quod non obſtante transactione rem apud *alium*, id eſt, *tertium*, exiſtentem petere poſſim, licet ab initio exiſtimauerim, quod alter eam poſſideat, cum quo transactio inita eſt.

§. IIX. Propter *enormem læſionem* transacta non reſcindi, expreſſe habetur in *l. 78. §. f. ff. ad SC. Trebell.* quod principiis iuris conuenit, quia hic non adfuit *res certa*, cuius intuitu alias illa læſio æſtimatur. Sed praxis hæc principia deſerit & reſciſſionem concedit, ſcilicet in transactionibus *extraiudicialibus*, Carpzou. *p. 2. c. 34. def. 1. & 4.*

§. IX. De *inſtrumentis nouiter repertis* hoc quoque addendum, quod nempe tunc transactio non obſtet, ſi ex illis *noua cauſa agendi* deſumi poteſt, quia de hac non transactum, v. g. ſi ſuper teſtamento transegi, & poſtea codicilli reperiantur, *l. 3. §. 1. l. 9. §. 3. l. 12. ff. h. t.* Transactio enim rei iudicatæ æquiparatur, *l. 20. C. h. t.* hæc vero

non

Digitized by Google

non nocet, ſi noua cauſa petendi adeſt, *v. tit. de except. rei iud.*

§. X. Si aduerſa pars transactionem *implere recuſat*, mihi contra illam datur actio, quam præſcriptis verbis vocare poteris, inuitus enim non poſſum cogi, vt & ego a iure quæſito recedam, *l. 14 C. h. t.* ſi alter autem *iuſto tempore non præſtet promiſſa*, ad intereſſe actionem inſtituo, v. B. Stryk. *caut. contr. ſect. 3. c. 7. §. 22. ſeqq.* ſimpliciter enim propter moram alterius recedere non licet a transactione ſemel inita. Loriottus, Borcholt & Valeronius *de transactionibus*: Richter *de transactionibus & errore calculi*: H. Donellus *de pactis & transactionibus*, qui tractatus deinde auctus & commentario ad codicem inſertus.

*Lib. III. Tit. I.*
Cod. II. 6. 7. 8.

## De poſtulando.

§. I. SVb hoc titulo materia de *aduocatis* eorumque officio pertractatur. Eſt enim *poſtulare* deſiderium ſuum, vel amici ſui, in iure apud eum, qui iurisdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere, *l. 1. §. 2. ff. h. t.*

§. II. *Aduocati* ergo ſunt, qui litigantibus in iudicio patrocinium præſtant, vnde etiam *patronos cauſarum* ſeſe adpellant. In aliquibus locis certus eorum numerus eſt conſtitutus, vnde qui intra illum numerum ſunt, *ordinarii*, quibus autem præterea ex ſpeciali gratia facultas poſtulandi permittitur, *ſupernumerarii*, vel *extraordinarii* dicuntur. *Fiſcus* etiam peculiarem ſuum aduocatum plerumque habet.

Digitized by Google

§. III. Poſtulare *non poſſunt* infames, *l. 1. §. 5. ff. h. t.* minor 17 annis, *l. 1. §. 3.* quod hodie a principis arbitrio dependet. Nec fœminæ, propter Carſaniam illam in *l. 1. §. 5.* (exceptio eſt ob fauorem piæ cauſæ, pro parentibus & liberis in caſu neceſſitatis & in foro mercatorum, Dn. Stryk. *in not. ad Lauterb. h. t. voc. Fœminæ.*) Porro nec cœci, *ibid.* ſurdi, *l. 1. §. 3.* imperiti ſtudiorum, *l. 11. §. 1. C. de aduoc. diu. iudicior.* hæretici, *l. f. C. de poſtul.* & in camera imperiali qui non ſunt doctores, vel licentiati, *ord. cam. p. 1. cit. 18.* ibi: *der rechten gewürdiget*, vel non ex iuſto matrimonio nati, *Ord. cam. d. l.*

§. IV. Hi in *omnibus cauſis* prohibentur. Sunt vero aliæ perſonæ, quæ in *certis ſolum cauſis* a poſtulando repelluntur, vt *arbitri* & *iudices*, quamdiu tales ſunt, *l. 6. pr. C. h. t.* in ſecunda itaque inſtantia pro ſua ſententia poſtulare non prohibentur, Stryk. *ad Lauberb. p. 58. voc. iudices. Clerici*, contra eccleſiam, a qua beneficia habent, nec in cauſa & foro ſeculari, niſi cauſa ad eccleſiam, perſonam coniunctam, aut miſerabilem pertineat, *c. 1. X. de poſtul.*

§. V. Illi etiam, quibus alias poſtulare permiſſum, interdum a foro excluduntur, vel in perpetuum, vel ad tempus, ſi ſcilicet non aduocatos, ſed rabulas ſe præſtiterunt. Hæc tamen prohibitio ad alia fora ſeſe non extendit, niſi ob cauſam, quæ infamiam irrogat, facta fuerit, *l. 9. ff. h. t.* In dubio eiusmodi prohibitio non conceditur, vt in ſcriptis partibus litigantibus inſeruiat, quia & hic maledicus eſſe poteſt, Brunnem.

Digitized by Google

nem. *ad l. 1. C. h. t.* ergo hodie in pleriſque locis aduocati nomina ſua ſcriptis ſubiicere debent, vt iudex videre poſſit, quis ea conceperit.

§. VI. Aduocatum adhibere in *omnibus cauſis* licet. Imo aduocati ad ſuſcipiendum patrocinium *inuiti* cogi poſſunt, *l. 7. C. de poſtul.* niſi ex iuſta cauſa ſeſe excuſent, v. g. quod litem iniuſtam eſſe exiſtiment, vel, quod aduerſarius ſit eorum patronus, cognatus, vel amicus, vel quod alias multitudine negotiorum iam obruti ſint. *Pauperibus* gratis inſeruire tenentur, ſub pœna remotionis, Finckelth. *obſ. 98. n. 6. & 22.* præſtito prius ab his iuramento paupertatis, cuius tenor: *ſe non habere neceſſaria vitæ ſubſidia, ſi honoraria aduocatis & ſportulas iudici ſoluere obſtringerentur*, quod ſi ergo deinde ad pinguiorem fortunam perueniunt, omnia & aduocato & iudici adhuc ſoluere coguntur, v. Gail. *1. O. 43. n. 11. ſqq. & n. 19.* in multis locis peculiaris *aduocatus pauperum* deprehenditur, cui certum ſalarium a principe datur, alias vero cauſæ pauperum inter omnes aduocatos diſtribuuntur, Brunn. *proc. ciu. c. 1. n. 70.*

§. VII. Aduocatus & cliens *pro vna perſona reputantur*, hinc dicta aduocati regulariter clienti nocent & proſunt, *l. 1. C. de error. aduoc.* Quoniam tamen aduocatus in *facto* eiusque narratione facile errare poteſt; hinc ſi ab illo aliquid dictum fuerit, quod clienti nocere queat, leges clienti hoc modo ſuccurrunt. Scilicet cliens aut fuit *præſens* eo tempore, quo error commiſſus, aut vero *abſens*. *Priori* caſu, aut reuocatur error *intra triduum*, &



Digitized by Google

ſola reuocatio ſufficit: aut vero *poſtea*, *vsque ad ſententiam*, & reuocans ad contrarii probationem tenetur. *Poſteriori* caſu reuocationi vsque ad ſententiam ſimpliciter locus eſt, *v. l. vlt. C. de tit. ibique Brunnem.* imo & in adpellationis inſtantia reuocatio fieri poteſt, Id. *l. c.*

§. IIX. Aduocatus pro præſtita opera *ſalarium* petere poteſt, quod iure Romano ſummam 100 aureorum excedere non debebat, *l. 1. §. 12. ff de extr. cogn.* Poſtquam vero hodie proceſſus fere immortales ſunt, ſecus ac apud Romanos, dicta diſpoſitio amplius adtendi nequit, ſed taxa, prout vocant, in ordinationibus proceſſualibus communiter habetur, qua deficiente, ſi inter aduocatum & clientem non conueniat, iudex honorarium pro modo litis & aduocati facundia determinat, *d. l. 1. §. 10.*

§. IX. Honorarium autem vel pro *ſingulis ſcriptis* ſoluitur, vel *annuatim* præſtatur, prout hac de re ab initio conuenit. Vtrumque debetur, licet aduocatus in cauſa non obtinuerit, modo illi dolus, aut culpa imputari non poſſit. Tunc enim nec medico mors ægroti imputatur. Sic quoque in caſum victoriæ promiſſum debetur, ſi cauſa amicabili compoſitione tranſacta ſit, arg. *l. fin. ff. mandat.* Lauterb. *h. t.*

§. X. De *annuo* autem *ſalario* in ſpecie notandum, quod eius dies ſtatim cedat ſub initium anni, *v. l. 12. §. 1. ff. quando dies legat. ced.* hinc debetur, licet aduocatus intra annum deceſſerit, de quo caſu intelligunt, *l. 1. §. 13. ff. de extr. cognit.*

Idem

Digitized by Google

Idem, ſi cliens mortuus, vel inchoato iam anno renunciauerit contractui, quia aduocatus ius quæſitum habuit, vel ſi proceſſus alias finitus fuerit ante lapſum totius anni, Carpz. *p. 1. c. 1. def. 34.* v. Brunnem. *ad l. 4. ff. de offic. adſeſſ. n. 3. & 4.* Debetur etiam, licet aduocatus vno, vel altero anno operas ſalario proportionatas non præſtiterit, *v. l. 38. ſ. 1. ff. loc.* quia alio tempore maiores forſan præſtare tenetur, & tamen plus non conſequitur.

§. XI. A ſalario differt *pactum de quota litis*, quando cliens in caſum victoriæ aduocato dimidiam, tertiam, aliamue partem eius promittit, quod per ſententiam ſe conſecuturum eſſe ſperat. Hoc pactum in *l. 1. §. 12. ff. de extr. cogn.* prohibitum, add. *l. 53. ff. de pact.* olim quidem ob eam cauſam, quia lex Cincia honorarium accipere plane prohibebat, v. Brummerus *in comm. ad L. Cinciam*, in cuius legis fraudem talia pacta inibantur: hodie vero ex illa ratione, quia illud pactum aduocatus ad delinquendum inuitare cenſetur, qui ne gratis operas præſtent, ſed victoriam reportent, omnia media, licita & illicita adhibituri eſſe præſumuntur. Corn. van Eck *de quota litis.*

§. XII. Aliud iterum eſt *palmarium*, quando quidem in caſum victoriæ aliquid promittitur, ſed nihilominus etiam conſuetum honorarium ſoluitur. Hoc permiſſum eſt in *d. l. 1. §. 12. ff. de extr. cognit.* quia ratio adducta ceſſat. Aduocatus enim operas gratis non præſtat, licet victoriam non reportauerit,



Digitized by Google

§. XIII. De eo quæritur: *an aduocatus, ſi in propria cauſa operas præſtiterit & obtinuerit, ab aduerſario eo nomine ſalarium exigere queat?* nos quidem adfirmantibus accedimus eo caſu, ſi aduocatus probare poſſit, quod eo ipſo aliarum cauſarum patrocinium ſuſcipere impeditus fuerit, v. Gail. *1. obſ. 151. n. 17.* interim tamen eam probationem admodum difficilem eſſe exiſtimamus.

§. XIV. Aduocatus ad conſequendum ſalarium implorationе officii iudicis, tamquam remedio generali & ſubſidiario, vel etiam actione præſcriptis verbis ex contractu do, vt facis, vtitur. Conceditur ipſi quoque ius retentionis intuitu documentorum, quæ a cliente habet, imo integrorum actorum, Finckelth. *obſ. 98. n. 31. ſq.* Pertinent huc: Ioh. Bapt. Caccialupus & Ioc. Bouricius *de officio aduocati:* Caſp. Mantzius *de aduocatis, procuratoribus & defenſoribus:* Joh. Bapt. Magonus *in cynoſura aduocatorum:* de peruerſis vero aduocatis egit Caſp. Ziegler *in rabuliſtica.*

*LIB. III. TIT. II.*

Cod. II. 12.

## De his, qui notantur infamia.

§. I. HVnc titulum cum præcedenti ideo connecti dicit Struu. *S. I. C. ex 7. th. 15.* quia infames non poſſunt poſtulare, *v. §. III. tit. præced.* ſed hæc quidem connexio nimis remota eſſe videtur. Interim tamen de infamibus agendum.

§. II. Eſt autem *infamia*, quæ famæ bonæ opponitur, *macula ex turpi & legibus prohibito facto*

*con-*

Digitized by Google

*contracta.* Quoniam vero delicta diuerſi ſunt generis, ergo etiam duæ infamiæ ſpecies exinde oriuntur. Scilicet infamia eſt vel *iuris*, vel *facti.*

§. III. Infamia *iuris* eſt, quæ autoritate legis infligitur ob *delictum atrocius*, ſcilicet tale, *quod communem ſecuritatem directo lædit & propter quod Iudex apud nos vtplurimum mox ex officio inquiſitionem inſtituit.* Hæc infamia iterum dupliciter contrahitur, ſcilicet vel *immediate* quis a lege notatur, vel demum *per iudicis ſententiam.*

§. IV. *Immediate* quis a lege notatur, *quando factum ita aperte iniuſtum eſt, vt nulla ratione defendi queat*, quo pertinet, ſi quis in adulterio depre-henſus, *l. 43. §. 12. ff. de R. N.* lenones, bina ſponſalia binasue nuptias contrahentes, vidua intra annum luctus nubens & qui eam ducit, & parentes, qui hoc fieri patiuntur, *l. 1. h. t.* quæ tamen infamia hodie ceſſat, non minus ac in illis, qui lucri cauſa in ſcenam prodeunt, B. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 8. ibique Schoockius & Albericus Gentilis de actoribus & ſpectatoribus fabularum non notandis*, *allegatus.* Poſſet tamen diſpoſitio iuris romani forte adhuc hodie ad funambulos & agyrtas adplicari, id *d. l. §. 7.* Porro huc referuntur tutores & curatores, qui nondum redditis rationibus nuptias cum pupillis contrahunt, vel eas filiis ſuis deſpondent, *l. 7. C. de interd. matrim. int. pup. & tut.* id. *l. c. §. 11.* De tranſigentibus ſuper delicto iam habuimus *tit. de transact. ſſ. III.*

§. V. Per *ſententiam iudicis* infamia infligitur in omnibus reliquis *delictis doloſis*, quæ ita aperta



Digitized by Google

non ſunt, *v. l. 7. ff. de publ. iudic. l. 10. C. h. t.* item in nonnullis *contractibus*, in quibus ſcilicet de ſingulari fide rupta agitur *actione directa*, quales ſunt hi quatuor: *tutela*, *diſpoſitum*, *ſocietas* & *mandatum l. 1. h. t.* quoniam itaque in actione *contraria* de perfidia non agitur, hinc condemnatus quoque non fit infamis, *l. 6. §. 7. h. t.* vnico caſu ex materia mandati excepto, ſi quis pro altero fideiuſſit & ſoluit, debitor vero illum indemnem ſeruare renuit, *l. 6. §. 5. h. t.* nam hic magna eſt perfidia. Ceterum ſuper hisce contractibus tranſigere & ſic infamiam, ſecus ac in delictis, euitare licet, *l. 7. h. t.*

§. VI. Infamia iuris per *vnicum factum illicitum contrahitur*: probatur *duobus teſtibus* omni exceptione maioribus: remouet a *dignitatibus iam ſuſceptis, l. 12. C. de dignit.* nec tollitur eius effectus, *licet turpitudo poſtea intermiſſa fuerit, l. 43. §. 4. ff. de rit. nupt.* vnde principis diſpenſatione opus eſt.

§. VII. Infamia *facti* eſt, vbi quidem lex factum illicitum ſpecialiter non notat, *exiſtimatio tamen apud graues & honeſtos viros læditur*, quando ſcilicet *delictum ſecuritatem communem non directo lædit, nec iudex propterea mox ſpecialem inquiſitionem inſtituit.* Huc pertinent delicta, quæ homines pro *leuioribus* reputant. Exempla ſunt in prodigis, decoctoribus, filiis immorigeris & exheredatis, *v. l. 13. C. h. t.* ebrioſis, item ſi quis olim cum cauponæ ancilla concumbebat, *l. 25. & l. 29. C. ad L. Iul. de adult.* ſi coniuges, vel liberi & parentes ſibi quid ſubtrahunt, *l. 2. ff. de obſequ. parent.*

Digitized by Google

*rent.* & quoties quis in contractibus, vbi ſingularis fides non eſt electa, alterum decipit. Tales non dicuntur *Schelme*, ſed *lüderliche Leuthe.*

§. IIX. Hic requiruntur *multa iterata facta*: & hæc infamia probatur *pluribus teſtibus*, qui dicunt famam eſſe, quod hic homo male audiat, Weſenbec. *parat. ff. h. t. n. 7.* illa impedimento eſt in *honoribus conſequendis*, *l. 2. C. de dignit.* tollitur vero, *ſi quis ad ſanos mores reuertatur.*

§. IX. Ab his infamiæ ſpeciebus differt *leuis notæ macula*, cuius mentio fit in *l. 27. C. de inoff. teſt.* quæ non quidem ex facto legibus prohibito, ſed tamen *vili*, *abiecto*, *& ſordido* vel etiam ex *illegitimis natalibus* oritur. Tali laborant carnifices, lictores, caſtratores ſuum, ſpurii, adulterini & inceſtuoſi. Effectus eiusdem iidem ſunt, qui infamiæ facti erant. Hi vocantur *veræchtliche Leuthe.*

§. X. Vbi ergo nullum factum, nec turpe, nec vile adeſt, ibi quoque nulla macula, e. g. in lictoris filiis, iniuſte fuſtigato, *l. 22. ff. h. t.* iniuſte torto, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *13.* Struu. *deciſ. opiſ. 37.* molitorum, textorum, chirurgorum, paſtorum ouium, balneatorum, &c. liberis, imo nec eorum parentibus, *R. I. de a. 1548. tit. von Handwercks Sæhnen.* De iis, qui concubitum anticiparunt, v. Fabri *Staats-Cantzeley c. 6. n. 6. part. 2. p. 608. ſeqq.*

§. XI. Quamuis vero hodie moris ſit, *vt in iniuriis leuioribus* fama in ſententia condemnato reſeruetur, v. Meu. *5. dec. 367.* conf. *c. 23. X. de ſent. & re iud.* vbi lepidum exemplum; propterea

tamen nulla ratio adeſt, quare non in reliquis delictis eadem condemnatos ſequatur. Equidem apud Romanos ita euitari poterat infamia, ſi quis per procuratorem in cauſis ciuilibus, ſc. ex 4. illis contractibus §. *1. h. t.* ſeſe defendebat; hoc tamen hodie vix vtilitatem habebit, poſtquam ſententia non in procuratorem fertur. Imo in *l. 2. ff. de obſequ. parent.* dicitur, tales re ipſa & opinione hominum non effugere infamiæ notam.

§. XII. Vna quæſtio reſtat: *an temporis lapſu tollatur infamia:* ſi ſcilicet v. g. relegatio, vel condemnatio ad opus publicum temporalis dictata. Diſtinguitur. Si pœna dictata ex cauſa *ſua natura famoſa*, v. g. propter adulterium, furtum: tempore elapſo infamia non tollitur, *l. 6. C. h. t.* ſi vero ex cauſa *arbitraria*, v. g. quod delictum commiſſum ex ira, propter iuſtum dolorem, ſi iuuentus &c. concurrat, Brunnem. *ad l. 3. C. h. t.* tempore elapſo effectus pœnæ ceſſat, *l. 3. C. h. t.* v. omnino Carpzou. *pr. crim. qu. 135. n. 57. vsque ad. f.* Mart. Azpilcueta *de detractione famæ eiusque reſtitutione:* Marquardus Freherus *de fama & infamia*, item *de exiſtimatione.*

*Lib. III. Tit. III.*

Cod. II. 13.

# De Procuratoribus & Defenſoribus.

§. I. REdimus nunc ad perſonas, quæ alieno nomine negotia expediunt. Hic præter aduocatos, de quibus *tit. I.* etiam procuratores

Digitized by Google

res deprehenduntur. Eſt itaque *procurator*, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat, *l. 1. pr. h. t.*

§. II. Ab aduocato ita differt. Aduocatus *in iure inſtruit*, id eſt, ſcripta conficit, vel oretenus momenta cauſæ deducit: procurator autem ea, *quæ facti ſunt*, reſpicit, v. g. offert ſupplicata iudici, decreta vrget, parti aduerſæ ea inſinuari curat, &c. vno verbo: labores corporis peragit. In multis locis ideo hæc officia ſunt diſtincta, vt in camera imperiali, dicaſterio ſupremo Lipſienſi, &c. in aliquibus autem coniuncta. Aduocatus etiam, qua talis, mandatum ſuum in iudicio producere non tenetur, bene autem procurator.

§. III. Procurator vel *ad omnes lites* conſtituitur, qui *vniuerſalis*, vel ad *quasdam*, qui *ſingularis* dicitur, quod ex conuentione partium dependet. Conſtituitur quidem interdum *cum libera*, interdum *ſine libera*, ſcilicet poteſtate, peragendi omnia, quæ principalis peragere *potuiſſet* & *voluiſſet*; verum hæc diſtinctio eſt odioſa, cum etiam procurator cum libera nihil in præiudicium principalis facere poſſit, quia hoc *potuit* quidem ille principalis, ſed *non voluit*, v. Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 11. §. 4.* Suendendorff. *ad proc. Fibig. c. 2. §. 6. n. 138.*

§. IV. Porro procurator vel eſt in *rem alienam*, de quo nobis hic ſermo, vel in *rem ſuam*. Hic eſt *ceſſionarius*, de quo ad *tit. de hered. vel actione vendita*, vel ſi *venditor* emtorem, cui tertius rem emtam euincere vult, vel etiam *debitor principalis* fideiuſſorem

ſorem a creditore conuentum defendit, *v. l. 42, §. 2. ff. h. t. l. 66. §. 2. ff. de euict.* Hic reuera propria negotia expedit, non aliena.

§. V. Ceterum procurator conſtituitur *mandato*, expreſſo & tacito, v. g. per acceptationem literarum, & non ſecutam contradictionem, *v. clem. 1. de procur. l. 18. ff. mandati.* Non cogitur de iure Romano *inuitus*, quia procuratorum munus mere priuatum erat, *l. 8. §. 1. h. t. l. 17. C. eod.* quod hodie in multis locis aliter ſe habet, ita tamen, vt eædem excuſationes admittantur, de quibus *tit. de poſtulando §. VI. Partes*, vt *inuitæ* conſtituant procuratores, regulariter etiam cogi non poſſunt, ne quidem perſonæ illuſtres hodie, licet ſecus per *l. 25. C. h. t. & nou. 71.* Exceptio eſt, ſi principalis impedimentum perpetuum, vel diu duraturum habeat, quo minus comparere in propria perſona poſſit, vel ſi plures ſint conſortes, vel ſi principalis longe abſit a loco iudicii, quo caſu *procuratorem ad acta*, vt vocant, conſtituere cogitur, v. Mynſing. *cent. 4. obſ. 58.*

§. VI. Procuratores *conſtituere* poſſunt omnes, qui ſunt vel *domini rei* liberam adminiſtrandi poteſtatem habentes, vel *negotiorum*, vt pater ratione peculii aduentitii ordinarii, *l. 1. C. de bon. matern.* vel *litis*, vt tutores & curatores poſt L. C. antea *actorem* ſolum conſtituunt, qui tamen in effectu idem poteſt, quod procurator *l. 11. C. h. t.* vnde etiam in *Stat. Hamburg. p. 1. tit. 9.* §. 2. procurator dicitur. Hic interim actor & poſt L. C. procurator non ſolum ſuam, ſed & tutoris perſonam legitimare, & ſic præter actorium etiam tu-



Digitized by Google

torium producere tenetur, niſi forſan tutor ab eodem iudice, coram quo litigatur, conſtitutus fuerit, tunc enim ad ſcientiam iudicis prouocaſſe ſufficit, & iudex conſtitutionem factam eſſe ad acta teſtatur, v. Gail. *2. obſ. 107. n. 1. & 5.*

§. VII. Procuratores *eſſe* poſſunt omnes, qui *ad negotia peragenda habiles ſunt.* Prohibentur tamen *potentiores*, *t. t. C. ne liceat potentior. Fœminæ*, *v. tit. de poſtul. §. 111. & l. 18. C. h. t. Clerici*, *nou. 123. c. 6.* exceptiones vide *d. tit. §. IV. Milites*, niſi in cauſa cohortis, *l. 8. §. 2. h. t. Minores* iure canonico, per *c. 5. de proc. in 6.* quod tamen in dubium vocat Brunnem. *ad l. 51. ff. h. t.* quia minor hic non poteſt petere reſtitutionem in integrum; *v. l. 23. ff. de minor. Infames* de iure quidem Romano non prohibiti, *§. vlt. I. except.* poſtquam tamen hodie officium procuratorum non amplius vtile eſt, merito repelluntur, B. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 20.*

§. IIX. *Plures* procuratores, quam vnus, ita conſtitui poſſunt, vt *ſinguli in ſolidum* negotium peragant, quo facto is præfertur, qui actionem prior inſtituit, vel defenſionem ſuſcipit, *l. 32. ff. h. t.* Vt vero omnes *coniunctim* agant, de iure Romano conſtitui nequeunt, ne iuxta *l. 5. ff. iudicat. ſolu.* defenſio per plures ſciſſa incommodo aliquo adficiat aduerſarium. Imo nec in *c. 6. pr. de procurat. in 6.* partibus facultas contra tales procuratores excipiendi denegatur, v. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 27.*

§. IX. Admittuntur procuratores in cauſis *ciui-*

*libus*

Digitized by Google

*libus* quibuſcunque. Non autem in *criminalibus* iure Rom. nec ex parte accuſatoris, nec accuſati, quia ſententia in perſona procuratoris non poterat executioni dari, nam accuſator quoque ad ſimilitudinem ſupplicii ſe inſcribere tenebatur, *l. 7. pr. ff. de accuſ.* Hodie illa inſcriptione ceſſante ex parte accuſatoris procurator indiſtincte admittitur: non autem ex parte rei, ſcilicet, vt procurator ipſius loco litem conteſtetur, interim cauſas abſentiæ rei allegare & poſt L. C. defenſionem in ſcriptis offerre poteſt, v. Carpz. *pr. crim. qu. 105. per tot.* In *matrimonialibus* quoque partes ipſæ in primo termino præciſe comparere debent, vt amica compoſitio tentetur, deinde vero procuratores admittuntur, Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 15.*

§. X. *Mandatum* ipſum, quo conſtituuntur procuratores, vel eſt *iudiciale*, quando principalis in præſentia iudicis ſeſe declarat, quod hunc ſuum procuratorem eſſe velit, vbi nullis ſolemnitatibus opus eſt; vel *extraiudiciale*, quod continere debet nomen mandantis, procuratoris, aduerſarii & iudicis, coram quo cauſa agitur: mentionem heredum: cauſam ipſam, *l. 65. h. t.* clauſulam de rato & grato, cum libera & indemnitatis, (quæ clauſulæ tamen magis ad ſtilum curiæ pertinent, quam quod aliquid operentur; melior vero eſt clauſula oppignorationis bonorum in fauorem mandatarii,) deinde etiam annum & diem, ſubſcriptionem & ſubſignationem, v. Mynſing. *cent. 4. obſ. 99.* Carpz. *p. 1. c. 1. def. 27.* ſi ſigillum deficit, ſubſcriptioni additur: *in mangel meines Petſchaffts.*

§. XI.

§. XI. Hoc mandatum vel eſt *generale*, quando totius cauſæ expeditio in genere committitur, & hoc ſufficit ad oblationem libelli, opponendas exceptiones, litem negatiue conteſtandam, teſtes producendos, &c. vel *ſpeciale*, quando certus aliquis actus nominatim exprimitur, quod fieri debet, *quoties actus in præiudicium ſingulare mandantis vergere poteſt*, v. g. transactio, *l. 60. h. t.* reſtitutio in integrum, *l. 25. §. 1. ff. de minor.* additio hereditatis, *l. 25. §. 5. ff. de acq. hered.* alienatio, *l. 63. h. t.* iuramenti præſtatio & delatio, *l. 17. §. vlt. ff. de iureiur.* item in relatione, litis readſumtione, vel renunciatione, documentorum recognitione, adfirmatiua litis conteſtatione, &c. v. Carpzou. *de proc. tit. 5. art. 2.*

§. XII. Hæc de mandato *vero*. Datur autem certis caſibus etiam mandatum *præſumtum*. Sic parentes & liberi, nec non fratres & adfines & liberti tale habere cenſentur, *l. 55. pr. h. t.* iure Saxonico etiam collaterales in tertio gradu admittuntur, & quod de affinibus in *d. l. 35.* dicitur, de adſcendentibus & deſcendentibus, & quidem de ſolo *ſocero* & *genero* durante adfinitate (Dn. Stryk. *V. M. h. t. §. vlt.*) intelligunt, Carpz *p. 1. c. 1. d. 29. Ord. proc. Sax. tit. 7. §. Wir laſſen.*

§. XIII. Eodem gaudet præſumto mandato *maritus*, ſclicet intuitu bonorum vxoris *receptitiorum*, *l. 21. C. h. t.* Quod enim hic textus ad receptitia ſit reſtringendus, exinde colligunt, quia intuitu *paraphernalium* nullo mandato indiget maritus, ſed legitimus eſt adminiſtrator, adeo-

Digitized by Google

adeoque absque cautione de rato agit, *l. fin. C. de pact. conuent.* in *dotalibus* autem plane dominus eſt, & proprio nomine agit, *v. l. 7. §. 3. ff. de iur. dot. l. 9. C. de R. V.* Gail. *1. O. 133. n. 6. & 7.* vnde hic formula: *Curatorio nomine meiner Ehefrauen*, non eſt opus, vti in prioribus caſibus, ſed maritus nomen ſuum ſimpliciter ſubſcribit.

§. XIV. Porro vi præſumti mandati comparere poſſunt *conſortis litis* poſt L. C. *l. 2. C. de conſort. eiusd. lit* v. g. ſi plures tutores, ſocii, coheredes, in lite verſantur, item ſi integra *vniuerſitas* in lite eſt, tunc enim ſi cauſa *ſingulorum* concernit *vtilitatem*, vel *damnum*, v. g. ſi quæſtio eſt de paſcuis communibus, iure decimarum, &c. ſingula membra illius vniuerſitatis admittuntur, quod ſecus eſt, ſi cauſa *integram vniuerſitatem qua talem* concernat, v. g. ſi de iurisdictione, iure patronatus ciuitati competente, &c. agatur, Schilter. *ad ff. exerc. 10. §. 53. ſeq.*

§. XV. Denique huc referunt, ſi aliquis non quidem mandato conſueto inſtructus ſit, ſed tamen *inſtrumenta ad cauſam pertinentia penes ſe habeat*, & vir integræ fidei ſit, vt non probabile, eum talia inſtrumenta inuito domino poſſidere, aut ſubripuiſſe, *Ord. cam. p. 1. tit. 21. §. Weiter ſetzen 2.*

§. XVI. Ceterum tamen, vt quis vi huius mandati valide agere poſſit, ſupponitur (1) non adeſſe tale negotium, *quod ſpeciale mandatum requirit*, Struu. *ex. 7. th. 28.* (2) principalem ita comparatum eſſe, *vt expreſſe mandare poſſet*, non ergo

ergo quis pro pupillo, minore &c. nec in Saxonia maſculus pro fœmina admittitur: (3) vt principalis *non habeat alium procuratorem expreſſe conſtitutum*. Id. *d. l.* & (4) vt *cautio de rato præſtetur*. Carpz. *p. 1. c. 1. d. 29. n. 7.*

§. XVII. Qui itaque *nullum*, nec verum, nec præſumtum mandatum habet, ille *falſus procurator* dicitur, quem iudex etiam ex officio repellere poteſt, ob nullitatem proceſſus alias metuendam, dictata ſimul arbitraria pœna, Carpz. *d. l. def. 26.* Quod ſi tamen non fuerit repulſus, principalis eius acta per ratihabitionem conualidare poteſt, *l. 56. ff. de iudic.* Gail. *1. O. 47. n. 4.* quamdiu ſcilicet & ab aduerſa parte ante, vel poſt ſententiam exceptio nullitatis nondum oppoſita.

§. XIIX. Si mandatum eſt *mancum*, id eſt, vnum ex requiſitis §. *X.* recenſitis omiſſum, procurator iterum ſub cautione rati admittitur, quæ tamen a tali præſtari debet, qui immobilia poſſidet, & in Saxonia cum conſenſu iudicis, Carpz. *d. l. def. 29. n. 7.* Sed quid de *charta blanca?* ſi non eſt *extenſa* (ſtilo practicorum) id eſt, ſi nihil continet præter ſubſcriptionem & ſubſignationem: illa non ſufficit, Carpzou. *d. l. def. 28.* Stryk. *intr. ad prax. c. 10.* §. *10.* integrum ergo mandatum ei inſcribendum.

§. XIX. *Officium* procuratoris in eo conſiſtit, vt bona fide omnia loco domini expediat. Poteſt vero non ſolum ea expedire, quæ expreſſe mandata ſunt; ſed iſta quoque, ſine quibus ſco-



Digitized by Google

pum principalis obtinere nequit, licet in mandato diſertis verbis non contineantur, v. g. actione principali mandata ad exhibendum quoque agit, *l. 56. & l. 62. ff. h. t.* A ſententia grauante adpellat, in ſecunda vero inſtantia inuitus cauſam non peragit iure canon. *c. pen. X. de procur.* imo nec iure Rom. *l. 17. C. h.* Quod ſi itaque aliquid *negligat* in proceſſu, dominus ad intereſſe aduerſus ipſum agit. *l. 10. C. h. t.* non tamen reſtituitur in integrum, niſi eo caſu, *ſi procurator non ſit ſoluendo*, v. Gail. *1. O. 45. n. 6. 9. 10.*

§. XX. Procurator per L. C. fit *litis dominus*, vnde iure Romano varia conſequuntur, (1) quod poſt litem cont. procurator ſine permiſſu ſpeciali principalis ſui *ſubſtituere* queat, *l. 23. C. h. t.* (2) quod eius officium *mandantis morte non finiatur*, *d. l. 23.* (3) quod *in ipſum ſententia feratur*, *l. 1. C. de ſentent. & interlocut.* (4) quod *non poſſit eius officium reuocari*, niſi ob inimicitiam, vel aliam prægnantem cauſam, *l. 22. C. h. t.* adde *l. 17. ſeqq. ff. h. t. &c.*

§. XXI. Verum hic hodie plurima ſunt mutata. Scilicet (1) ſubſtituere nunquam permiſſum, nec ante, nec poſt L. C. *ord. cam. p. 1. tit. 20. §. 1.* Carpzou. *proc. tit. 5. art. 5. n. 5. 6.* (2) in *rec. imp. de a. 1654. §. 99.* diſponitur, quod mandata heredum nomine ſimul concipi debeant, ne per readſumtionem litis cauſa protrahatur; at vero, ſi morte mandantis non ſolueretur mandatum, heredum mentione opus etiam non eſſet. (3) Praxis eſt notoria, ſententiam hodie

non

non ferri in procuratorem, quod etiam fatetur ipſe Gail. *1. obſ. 111. n. 3.* quippe qui ſolas cauſas iniuriarum, ſed & has tamen ſine fundamento excipit, & (4) ſimiliter experientia docet, quod procuratores ante & poſt L. C. ſæpe mutentur, v. Schilt. *ex. 10. th. 43. ſqq.* De modis ipſis, quibus ſoluitur mandatum, v. infra *tit. mandati.*

§. XXII. Hæc de procuratoribus. Alterum membrum rubricæ huius tituli de *defenſoribus* agit. Dicitur autem *defenſor*, qui reum abſentem *ſine mandato* in iudicio defendit, & qui proinde ad cautionem de iudicato ſoluendo obſtringitur, v. *l. 46. §. 2. l. 76. ff. h. t.* ſi forſan ſuccubuerit eiusque principalis illo caſu geſta ratihabere nolit, ne eluſorium fiat iudicium. In ſignificatu *latiori* alias etiam *rei procurator* defenſor audit, *l. vn. C. de ſatisd.* & hodie in criminalibus inquiſiti aduocatus. Caſp. Mantzius *de aduocatis & procuratoribus*: Scipio Gentilis *de procuratoribus & negotiorum geſtoribus.*

## LIB. III. TIT. IV.

# Quod cuiuscumque Vniuerſitatis nomine, vel contra eam agatur.

§. I. QVemadmodum perſonæ phyſicæ per procuratores: ita vniuerſitas, v. g. ciuitates, collegia licita, &c. tamquam perſonæ morales, per *Syndicos* negotia ſua expediunt. Vnde hic titulus cum præcedenti connectitur.

§. II. Eſt ergo *Syndicus* procurator vniuerſitatis. Hinc qui procurator eſſe nequit, is quoque



Digitized by Google

ad ſyndicatum non admittitur. Et quæcunque alias de procuratoribus dicuntur, illa hic eodem modo in plerisque adplicari poſſunt.

§. III. Syndicus æque, vt procurator, *conſenſu* conſtituitur. Requiritur autem omnium vniuerſitatis membrorum conuocatio, & ad minimum duæ partes adeſſe debent, ita tamen, vt ipſe ſyndicus conſtitutus, ipſiusque pater ac filius connumeretur, *l. 3. 4. & 5. ff. h. t.* Tunc iuxta maiora vota conſtitutio fit, *l. 19. ff. ad municip.* Hoc tamen ſingulare eſt, quod vrgente aduerſario vniuerſitas *inuita* ſyndicum conſtituere cogatur, ne quis ob multitudinem aduerſariorum incommodo afficiatur, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. 1.

§. IV. Quemadmodum procuratori mandatum; ita ſyndico *inſtrumentum ſyndicatus* datur, in quo hoc iterum ſpeciale, quod ſolum vniuerſitatis ſigillum ſine ſubſcriptione ſufficiat, ſi vero tali deſtituatur vniuerſitas, omnes ſubſcribere & ſubſignare tenentur, id. *l. c.* §. 5. Præterea, ſi vniuerſitas *actoris vice fungitur*, conſtituentes beneficio diuiſionis renunciare debent, Suendend. *ad Fibig. p. 207.* quo deficiente ſyndicus ad cautionem pro reconuentione & expenſis obſtringitur, Brunnem. *proc. ciu. c. 8. n. 8.* De mandato *præſumto* ſyndicorum, v. *tit. præced.* §. *XIV.*

§. V. *Plures* ſyndici in dubio in ſolidum conſtituti eſſe cenſentur, vt alter ſine altero agere poſſit. Brunnem. *ad l. 32. n. 3. in f. ff. de procur.* Hodie etiam quilibet ſyndicus *lites futuras* expedire poteſt,

Digitized by Google

eſt, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *12.* & *13.* ſi ſcilicet generaliter & non ſolum ad certam cauſam conſtitutus, quod ſæpe fieri ſolet.

§. VI. *Iuramenta* vniuerſitati delata ſyndici hodie non præſtant, ſed ſeniores ex vniuerſitate aut qui optimam rei notitiam habent, *ord. cam. p. 2. tit. 10.* In Saxonia tres, vel quatuor ex collegio, Carpz. *p. 1. c. 13. def. 1.* itidem tales, quibus res præ aliis nota.

§. VII. Hoc non prætermittendum, quod *ſyndicatus* interdum ſit *officium publicum cum dignitate coniunctum*, interdum *mere priuatum*. *Prius* deprehenditur in ciuitatibus præcipue maioribus, aliisque vniuerſitatibus, v. g. capitulis, academiis, &c. *poſterius* in pagis, collegiis opificum, &c v. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *2.* *Prioris* generis ſyndici ſæpe a ſolo ſenatu conſtituuntur, & ſine iuſta cauſa deponi nequeunt, Id. §. *16.* *poſteriores* per pluralitatem votorum, v. §. *III.* & ratione reuocationis mandati hic idem iuris, quod in procuratoribus. Ceterum hoc generale eſt, quod licet maior pars conſtituentium mortua ſit, ſyndicatus tamen non expiret, quia nomen vniuerſitatis manet, *l. 7.* §. *2. h. t.* Nic. Loſæus *de vniuerſitatibus*: Henr. Bruning. *de variis vniuerſitatum ſpeciebus & iuribus*.

*Lib. III. Tit. V.*

Cod. II. 16.

## De Negotiis geſtis.

§. I. NEgotiorum *geſtio* eſt quaſi contractus, quo quis alterius *ignorantis* negotia vtiliter



Digitized by Google

liter gerenda ſponte ſuſcipit, §. *1. J. de oblig. quæ quaſ. ex contr.* Conuenit itaque cum procuratore quidem negotiorum geſtor, quod *aliena* negotia, & cum defenſore, quod ea *absque mandato* gerat; ſed differt tamen ab vtroque, quod defenſor circa *iudicialia* ſit occupatus, negot. geſtor vero circa *extraiudicialia*, (vnde fœminæ etiam gerere poſſunt, *l. 5. §. 1. h. t.*) & quidem *ſine præſtita cautione*, ad quam defenſor tenebatur, & quod procurator *partim iudicialia, partim extraiudicialia* expediat, *mandato inſtructus*, quale non habet negotiorum geſtor, conf. *tit. de procur. §. vlt.*

§. II. Negotiorum geſtor ſibi obligat quemcunque, *cuius vtilitatem promouit*, etiam furioſum, *l. 3. §. 5. ff. h. t.* & licet in perſona errauerit, gerens negotia Titii, cum Meuii eſſent, *l. 5. §. 1. h. t.* imo ſufficit, geſtorem *ab initio vtiliter geſſiſſe*, licet vtilitas deinde per caſum fortuitum fuerit intercepta, quia hunc ſentit dominus, *v. l. 10. §. 1. l. 12. §. 2. ff. h. t.*

§. III. Vt vero vtiliter geſſiſſe dici poſſit, requiritur ex parte gerentis *exacta diligentia*, ſiue præſtatio *culpæ leuis*, i. e. debet gerere, vt bonus paterfamilias, *l. 11. h. t. l. 20. C. eod.* Quæ tamen regula tres limitationes patitur. I. Si quis ſuſcipit negotia *alias peritura*, i. e. quorum curam nemo habet, tenetur ſaltem de dolo & *lata culpa*, *l. 3. §. 9. h. t.* II. Si autem e contrario *alius diligentior aderat*, commodius adminiſtraturus negotia, cui ego me prætuli, ad *culpam leuiſſimam* obligor, *§. 1. in f. J. de oblig. quæ quaſ. ex contract.* III. Si non *cum ratione geſſit*, vel tale negotium,

quod

Digitized by Google

*quod abſens facere ſolitus non eſt*, obſtringitur geſtor ad *caſum fortuitum* præſtandum, *l. 11. ff. h. t.*

§. IV. Quicunque *aliqua* negotia ſuſcepit, is propterea ad reliqua ſimiliter expedienda non tenetur, *l. 15. & 16. h. t.* quia geſtio ex mero humanitatis officio deſcendit. Excipe, ſi negotia ſint *connexa*, aut iterum *alius adſit*, qui omnia gerere velit, *l. 6. §. 12. ff. h. t.* Quod ſi vero geſtor omnia ſuſcepit, & *aliqua vtiliter geſſit*, in *aliquibus* autem *damnum dedit*, abſens penſare lucrum cum damno debet, *l. 11. in f. ff. h. t.* ſecus, ac in ſocietate, v. *tit. pro ſoc. ſſ. IX.*

§. V. Oriuntur ex negotiorum geſtione duæ actiones. Vna eſt *directa*, quæ ſtatim oritur ab initio, & *datur domino aduerſus geſtorem, ad id, vt rationes geſtionis reddat, accepta reſtituat & damna data præſtet*, iuxta caſus ante recenſitos, add. *l. 19. §. 1. h. t.*

§. VI. Altera dicitur *contraria*, quæ ex poſtfacto & accidenti oritur, & *datur geſtori aduerſus dominum ad conſequendam indemnitatem*, id eſt, ad repetendas impenſas neceſſarias & vtiles, *v. l. 10. h. t.* Animum enim donandi has impenſas in dubio nemo habuiſſe cenſetur, excepta *matre & auia*, *l. 34. ff. h. t.* ſecus in reliquis cognatis, v. Brunn. *ad l. 27. ff. h. t.*

§. VII. Sed quid, *ſi prohibitoria* negotia quis geſſerit, v. g. pro prohibente fideiuſſerit & deinde ſoluere coactus fuerit, an nihilominus actio contraria ipſi datur ad pecuniam ſolutam repetendam? Negatur in *l. vlt. C. h. t.* in caſu tamen adlato actionibus a creditore ceſſis vti pot-



Digitized by Google

poteſt fideiuſſor. Exceptio etiam eſt, *ſi prohibitio ſit contra publicam ſalutem*, v. g. ne ædes ruinoſæ fulciantur, aut reparentur, v. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. vlt. in f.* Scipio Gentilis *de procuratoribus & negotiorum geſtoribus.*

## *LIB. III. TIT. VI.*
Cod. IX. 46.

# De Calumniatoribus.

§. I. VOx *calumniatorum* diuerſimode accipitur. Mox denotat *malitioſos accuſatores in criminalibus*, innocentes homines delictorum arguentes, de quibus *ad tit. ad SC. Turpill.* Mox tales, qui alios *iniuriis verbalibus adficiunt*, de quibus ad *tit. de iniuriis.* Mox eos, qui *repugnante conſcientia litigant*, quibus proinde iuramentum calumniæ defertur. v. *tit. de iureiur. §. XXXIIX. ſeqq.*

§. II. Sub hoc titulo per calumniatores intelliguntur maleuoli homines, qui *pecuniam accipiunt, vt calumniæ cauſa aliis negotium faciant*, vel *non faciant*, vnde ei, cui calumnioſa lis imminebat, contra *accipientem* actio datur in quadruplum eius, quod datum eſt, & quidem intra annum, quia prætoria actio; poſt annum in ſimplum, *l. 1. pr. ff. h. t.*

§. III. Si datum eſt, *vt tale negotium fiat*, tunc dedit tertius quiſpiam itidem maleuolus homo, qui ex capite iniuriarum conueniri poterit; ſi datum eſt, *ne fiat*, tunc dedit vel ipſe, *cui negotium imminebat*, & hic iterum habet actionem ad quadruplum, cui tamen ſimplum, quod de-

dit,

dit, ineſt, *l. 5. §. 1. h. t.* vel dedit *tertius* bona mente, quo caſu hic tertius rem condicit, alter autem, cui negotium ante imminebat, nihilominus quadruplum ab accipiente exigit, quod tunc mera pœna eſt, *l. 7. pr. h. t.*

§. IV. *Heredibus* non datur actio ad quadruplum, quia illa ad vindictam tendit, cuius perſecutio eſt perſonale quid. Interim ſi ipſe dedit, cui negotium imminebat, ne fieret, condictio ob turpem cauſam heredi denegari nequit, quia hæc eſt rei perſecutoria, *v. l. 4. h. t. contra heredes* non agitur, niſi in quantum ad eos peruenit, *l. 5. pr. eod.* Actio in quadruplum hodie nullibi quidem prohibita eſt, ſed raro tamen inſtituitur, cum plerumque ad pœnam aliquam arbitrariam agere ſoleant, & quia pœnæ non amplius adplicantur actoribus, ſed fiſco.

*Lib. IV. Tit. I.*

Cod. II. 47. ſeqq.

## De in integrum Reſtitutionibus.

§. I. R*Eſtitutio in integrum* eſt rei in priſtinum ſtatum reductio. Fit ea vel a *principe*, ſcilicet ex capite *gratiæ*, de qua infra ad *tit. de ſentent. paſſis & reſtitutis*; vel a *magiſtratu inferiore* ex capite *iuſtitiæ*. Et hæc reſtitutio vel eſt iuris *ciuilis ſtricte ſic dicti*, v. g. ob læſionem vltra dimidium, ex *l. 2. C. de reſc. vend.* ſi ex falſis inſtrumentis iudicatum, *l. 33. ff. de re iud.* vel ſi iuſiu-



Digitized by Google

randum ſuppletorium, aut purgatorium ex noui-ter repertis inſtrumentis retractatur, *l.31. ff. de iu-rei.* v. *tit. de iureiur.* §. *XXXVI.* quæ reſtitutio intra 30 annos peti poteſt; vel ea eſt ex iure *prætorio*, de qua & eius ſpeciebus in hoc libro IV. agitur.

§. II. Hæc reſtitutio prætoria in ſubſidium de-mum datur, ſi ius ciuile deficit, vnde minor, qui ſine tutoris autoritate contraxit, eodem non indi-get, *l. 16. pr. ff. de minor.* Exceptio eſt, *niſi reſti-tutio propria magis proſicua ſit*, quam remedium ciuile, ſic v. g. ſi minor vltra dimidium læſus, me-lius eſt, vt ex capite minorennitatis agat, quia ibi modica læſio facilius probari poteſt, quam enor-mis in remedio, *l. 2. C. de reſc. vend.* item ſi idem minor in alienatione bonorum læſus fuit, poſſet quidem ex iure ciuili contra tutorem actione tu-telæ directa agere, ſed magis proficuum eſt, vt contra alterum, cum quo contraxit, reſtitutio-nem petat, quia tunc *ipſam rem* iterum conſe-quitur, in quam forte adfectio cadit, tutor ve-ro intereſſe ſolum præſtat, *l. 3. C. ſi tut. vel cur. in-teruen.*

§. III. Reſtitutio hodie fit regulariter a iudice *domicilii* rei; in actione reſciſſoria ob abſentiam & ex capite metus etiam iudex *rei ſitæ* reſtituit, quia illæ actiones ſunt in rem ſcriptæ & ſic reales imitantur, v. infra *tit. de iudiciis* ibique de fori com-petentia §. *XIX.* In loco *contractus* autem reſtitu-tio nunquam petitur, v. *l. 2. C. vbi & apud quem.* ibique *Brunnem.* v. *tit.* §. *XIIX.*

§. IV. Omnis interim reſtitutio ſupponit *læ-ſionem* & quidem *non modicam*, qualis pro arbi-

trio

Digitized by Google

trio iudicis ex perſonarum qualitate & facultatibus diiudicanda eſt. Ortum hinc traxit famoſum illud: *modica non curat prætor*, *v. l. 4. ff. h. t.* quæ regula æquiſſima eſt & ſolum ad materiam *reſciſſionis* contractuum pertinet, ne propter rem nullius momenti lites inſtaurentur. Quod ſi vero de contractibus *implendis* ſermo eſt, minima etiam attenduntur.

§. V. Reſtitutione poſtulata *omnia in priſtino ſtatu manere* debent, *l. vn. C. in integr. reſt. poſt.* Vnica exceptio eſt, niſi illa *altioris indaginis* ſit, v. Brunnem. *ad d. l.* tunc enim reſtitutionis petitio ad reconuentionem remittitur. De *reſtitutione in integrum* ſcripſerunt Sfortias Oddus, Caſp. Mantzius, Frid. Martini, Ioh. Mauritius, Helfr. Vlr. Hunnius, Franc. de Caldas, Didacus Couarruuias, Cuiacius, Ioh. de Ferrariis, Rob. Lancellottus, Ant. Gomezius, Gabr. Mudæus, Ioach. Mynſingerus, Vdalr. Zaſius, Petr. Rebuffus, &c.

*Lib. IV. Tit. II.*

Cod. II. 20.

## Quod metus cauſa geſtum erit.

§. I. INter cauſas reſtitutionis prætoriæ *prima* eſt ex capite *metus*. Quamuis enim iure naturæ omnis actus per vim metumque celebratus nullus ſit, in qua ſimplicitate perſtitit ius rom. in *dotis datione*, *l. 21. §. 3. ff. t. h.* in *libertatis datione*, *l. 9. pr. l. 17. ff. qui a quib. manum.* in *matrimonio*, *l. 14. C. de nupt.* (adde ex iure canon. *c. 14. & c. 15. inf. X. de ſponſal.*) & vt DD. putant, in *teſtam. arg. l. 20. §. f. ff. qui teſt. fac. poſſ.* v. tit. *ſi quis aliqu.*

Digitized by Google

*aliqu. teſt. prob.* §. *11.* ſubtilitas tamen iuris romani effecit, vt, qui metu promiſit, *ipſo iure* (ſc. ſubtili) ſit obligatus.

§. II. Ortum hinc habet vulgatum illud: *coacta voluntas eſt etiam voluntas*, *l. 21.* §. *5. ff. h. t.* quod ſine dubio natales ſuos philoſophiæ ſtoicæ debet, cui veteres ICti addicti fuerunt, Iuſt. Reiffenberg. *ad Senecam de conſtantia p.* 3. Menagius *amœnitat. iur. c. 39. ab init.* Ita vero Stoici: *ſapientem eſſe imperturbabilem atque adeo omnes ipſius actiones voluntarias:* hinc, *ſi vratur ſapiens*, *ſi crucietur*, *in Phalaridis tauro ſi erit*, *dicet: quam ſuaue eſt hoc! quam hoc non curo!* v. Lipſius *in manud. ad philoſ. ſtoic. l. 3. diſſ. 6. & 7.* Prætor autem hæc principia non ſequitur, quia voluntas coacta non eſt voluntas libera, & hinc dat reſtitutionem in integrum.

§. III. Reſtituit ergo, ſi vis inferatur, *autoritate priuata* modo legibus prohibito, & talis quidem vis, ex qua *metus* prouenit, *qui in hominem conſtantiſſimum cadit*, *l. 6. ff. h. t.* quo pertinet metus *mortis* & *verberum*, *l. 3.* §. *1. in f. h.* licet quis in furto, vel adulterio deprehenſus, *l. 7.* §. *1. h. t. ſtupri*, *l. 8.* §. *2. ſeruitutis*, v. g. ſi iam in ſeruitutem petor & alter inſtrumenta ſtatus mei interuerſurus eſt, *l. 8.* §. *1. h. t.* Alia exempla ſæpe occurrunt, quæ ſingula recenſeri non poſſunt. Excipitur vero timor *vexationis* & *infamiæ*, *l. 7. pr. h. t.* metus *reuerentialis*, *l. 6. C. h. t.* metus *accuſationis*, *l. 10. C. eod.* quia ibi defenſio ſalua: *minæ*, ſi nullum factum accedit, reſtitutionem etiam non operantur, *l. 9. C. eod.*

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. Datur reſtitutio contra eum, *qui ipſe vim iniuſtam intulit.* Si ergo, quo magis te de vi hoſtium, vel latronum, vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid a te accepero, vel te obligauero; non debere me hoc edicto teneri Pomponius ait, niſi ipſe hanc tibi vim ſubmiſi. Ceterum ſi alienus ſum a vi, teneri me non debere, ego enim operæ potius meæ mercedem accepiſſe videor, ſunt verba *l. 9. §. 1. ff. h. t. edit. Haloandr.*

§. V. Actio, quam prætor concedit, dicitur *quod metus cauſa*, & datur illi, qui vim paſſus eſt, aduerſus metum inferentem & quemcunque rei per metum amiſſæ poſſeſſorem, *l. 14. §. 3. h.* (vnde *in rem ſcripta* dicitur) ab initio quidem ad rem ſolum reſtituendam, ſi vero reſtitutio non ſequitur ad iudicis arbitrium, id eſt iuſſum, ad quadruplum, (hinc *arbitraria* audit.) Quadruplatur autem res cum fructibus & omni cauſa, *l. 14. §. 7. h. t.* ſi res quidem promiſſa, ſed nondum tradita, reſtitutio etiam per modum *exceptionis* peti poteſt, ſi metum inferens ad rem tradendam agit. Hodie ad intereſſe & pœnam arbitrariam agitur.

§. VI. Si *plures* metum intulerunt, contra ſingulos in ſolidum datur dicta actio, vnius tamen ſolutio reliquos liberat, *l. 14. §. 15. ff h. t.* quia hic principaliter ad rem perſequendam agitur. Datur hinc etiam *heredi*, non vero *contra heredem*, niſi quatenus ad eum aliquid ex negotio coacto peruenit, *l. 16. §. 2. h. t.* ſufficit autem ad primum heredem perueniſſe, licet enim ille conſumſerit & mox deceſſerit, heres tamen ſecundus nihilominus conueniri poteſt, v. *l. 17. & 18. h. t.*

§. VII.

Digitized by Google

§. VII. Actioni huic quondam anno vtili præſcribebatur & poſt annum ſaltem in ſimplum ea competebat, *l.14 §.1. & 2. h. t.* Iuſtinianus vero illum annum in quadriennium continuum mutauit, quod clariſſime adparet non ſolum ex rubrica, ſed etiam ex *l.7. C. de tempor. in int. reſtit.* ibi: *ita & in maiorum* (reſtitutione) -- *vel aliis legitimis cauſis, quæ veteribus legibus enumeratæ ſunt.* Sine fundamento ergo diſſentit Lauterbach. *comp. iur. h. t. in fin.* qui intuitu huius actionis mutationem in quadriennium factam eſſe negat.

*Lib. IV. Tit. III.*

Cod. II, 21.

# De Dolo malo.

§. I. SEcunda cauſa, propter quam prætor reſtitutionem in integrum concedit, eſt *dolus malus*, id eſt, *omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, l. 1. §. 2. ff. h. t.* Huic opponitur dolus *bonus*, qui nihil aliud eſt, quam ſolertia legibus permiſſa, e. g. in ſtratagematibus aduerſus hoſtem, *d. l. 1. §. 3.* cautelæ in contractibus, &c.

§. II. Equidem iure naturæ contractus iterum nullus eſt, ſi alterius dolus concurrit, hic enim conſenſum excludit; ius vero Romanum hic iterum paulo aliter procedit. Scilicet diſtinguit illud (1) inter dolum *cauſam dantem contractui*, ſi quis dolo ad contrahendum inductus fuit,

fuit, qui alias contrahere plane nolebat; & dolum *incidentem*, ſi quis animum contrahendi quidem habuit, inter contrahendum tamen ab altero circumſcriptus fuit, *l. 7. pr. & §. 3. ff. h. t.* (2) inter contractus *bonæ fidei* (bilaterales) & *ſtricti iuris* (vnilaterales.)

§. III. Adplicatio ita fit. Si dolus *cauſam dedit contractui*, *b. f.* contractus ipſo iure nullus eſt, *d. l. 7. pr. h. t.* ſi *incidit*; contractus ſubſiſtit, & ex emto ſolum ad intereſſe agitur, *l. 13. §. 4. & 5. de act. emt.* Si contractus *ſtricti iuris* celebratus, ille ſemper ſubſiſtit, ſiue dolus cauſam dederit, ſiue inciderit, *l. 36. ff. de V. O.* quia iudex pedaneus in iſtiusmodi contractibus vltra expreſſa verba procedere non poterat. Ergo hoc demum caſu reſtitutione prætoris, ſiue actione de dolo opus eſt, *v. d. l. 36.* quæ & per modum exceptionis proponi poteſt, ſi res promiſſa quidem, ſed nondum tradita.

§. IV. Datur itaque *actio de dolo* deceptis in contractu ſtricti iuris aduerſus decipientes ad damni inlati reſtitutionem. Si reſtitutio illa ad arbitrium iudicis non ſequitur, reus ad omne intereſſe condemnatur, *l. 18. pr. h. t.* (inde hæc actio *arbitraria* dicitur.) *Plures* tenentur in ſolidum, vno vero ſoluente reliqui liberantur, quia eſt rei perſecutoria. Contra heredes non datur, quia ex delicto, niſi lis conteſtata cum defuncto, aut ad heredes aliquid peruenerit, *l. 17. pr. & §. 1. ff. h. t.* ſed & tunc *in factum* ſolum agitur, *l. 28. h. t.*

§. V. Actio de dolo *infamat*, *l. 1. §. 4. ff. h. t.* hinc non datur contra parentes & patronos, nec

nec vili & plebeio contra hominem vitæ emendatioris, aut in dignitate conſtitutum, *l. 11. §. 1. h. t.* nec contra heredes, vt §. *præc.* dictum. Item non datur propter *rem minimam*, id eſt, cuius pretium *duos aureos* non excedit, *l. 10. h. t.* nec illi locus eſt, ſi aliud remedium *non famoſum* in promtu ſit, v. g. ex ſtipulatu, ſi de dolo ſtipulatio interpoſita, *l. 1. ff. 4. h.* Omnibus tamen hiſce caſibus actio in factum inſtituitur, *dd. text.*

§. VI. Actioni de dolo *biennio* præſcribitur, etiamſi iam in iudicium deducta fuerit, quod alias ſecus, v. *tit. de iudic.* §. *XXXVI.* & hoc biennium non a die notitiæ, ſed commiſſi doli currere incipit, *l. f. C. h.* actio in factum autem 30. annos durat, *l. 28. in f. ff. h.* Celſus Bargalius *de dolo malo*: Gerhard. Noodt. *de forma emendandi doli mali.*

*Lib. IV. Tit. IV.*
Cod. II. 22. ſeqq.

## De minoribus viginti quinque annis.

§. I. TErtia cauſa, propter quam reſtituit prætor, eſt *minor ætas. Minores* autem hic etiam impuberes & infantes ſub ſe comprehendunt, omnesque in vniuerſum, qui ſecundum ius Romanum infra annum 25. (iuxta Saxonum leges autem infra 21. annum ſunt,) *v. l. 49. h. t.* Carpzou. *p. 2. c. 11 d. 9.* vbi *num. 2.* dicit, *in Saxonia aliquando maturius ſapere homines.* Computatur vero hoc tempus de momento in

mo-

Digitized by Google

momentum, id eſt, dies vltima inchoata non habetur pro completa, *l. 3. §. 3. h. t.*

§. II. Supponitur autem hic, quod minor *tutoris autoritate*, vel *curatoris conſenſu* aliquid geſſerit. Si ergo minor *ſolus* contraxit, reſtitutione prætoris non indiget, ſed mero iure munitus eſt, id eſt, *contractus ipſo iure nullus eſt*, v. *tit. de in integr. reſtit.* §. *II.* modo minor non fuerit locupletior factus, *l. 16. pr. h. t.* Ergo minor rem datam iterum vindicat, vel ſi iam conſumta eſt, eam condicit: ſi nondum tradidit, exceptionem *nullitatis* opponit, vbi læſionis probatione opus non eſt.

§. III. Ceterum vero minor toties reſtituitur *quoties ex negotio aliquo*, quod vel geſſit, vel gerere omiſit, v. g. aditionem hereditatis, *læſionem incurrit*, *v. l. 7. 8. ſeqq. ff. h. t.* ita, ſi minor adierat hereditatem, ſed reſtitutus eſt & repudiauit, contra repudiationem iterum reſtitui poteſt, & vice verſa, *l. 7. §. 9. h. t.* Pro læſione autem non habetur, ſi actionem amiſit, quæ *ad vindictam tendit*, v. g. iniuriarum, *l. 37. pr. ff. h. t.* Læſio alias probanda, niſi tale negotium ſubſit, vbi illa præſumitur, v. g. donatio, fideiuſſio & renunciatio, v. Struu. *ex. 8. th. 48.*

§. IV. Reſtitutio hæc datur etiam *heredibus*, etiamſi ſint maiores, cum hac tamen differentia. Si heredes ſunt quoque *minores*; illis tempus, intra quod defunctus reſtitutionem petere potuiſſet, ab eo demum tempore currit, ex quo ipſi maiores facti: ſi vero iam ſunt *maiores*, hoc tempus ſtatim ab adita hereditate cur-



Digitized by Google

rere incipit, *v. l. 18. §. 5. & l. 19. ff. h. t. l. 5. §. 1. 2. & 3. C. de temp. in int. reſtit.*

§. V. Circa *fideiuſſores* minorum diſtingue. Si minor *dolo* aduerſarii deceptus, fideiuſſori etiam ſuccurritur. *l. 2. C. de fidei. min.* non autem, ſi *ætatis imbecillitate* lapſus, *l. 13. pr. ff. h. t.* conf. *tit. de fideiuſſ. §. V.* Quod *ſocios* minorum attinet, illi iterum non reſtituuntur vna cum minoribus, niſi cauſa ſit *indiuidua*, v. g. ſi minor cum ſocio alicui ſeruitutem in fundo communi cõnſtituerit, *l. vn. C. ſi in commun. ead. cauſ. l. 10. pr. ff. quemadm. ſeru. amitt.* excepto vſufructu, *l. 5. in f. ff. de vſufr.*

§. VI. Petitur reſtitutio aduerſus illum, *cum quo negotium celebratum.* Non ergo contra *tertium rei amiſſæ poſſeſſorem*, niſi (1) tertius ille læſionem ſciuerit, & tamen rem comparauerit, (2) ſi is, cum quo contractum, non ſit ſoluendo, *l. 3. in f. h.* & (3) ſi res amiſſa pretium adfectionis recipiat, & ſic minoris interſit, eam habere, *l. 9. pr. h.*

§. VII. *Ceſſat* reſtitutio (1) propter *dolum* minoris, v. g. ſi maiorem ſe dixit, v. lepidum caſum ex gloſſa apud Pagenſtech. *de iur. virg. §. 11.* quo etiam pertinent delicta atrocia, *l. 37. §. 1. ff. h. l. 1. C. ſi aduerſ. delict.* item, ſi venundari ſe paſſus eſt doloſe pretii participandi cauſa, *§. 4. I. de iur. perſon. l. 9. §. 4. h.* (2) ſi ipſi *ſolutio ex decreto iudicis facta.* *§. f. I. quib. alien. lic.* v. *tit. de ſolut. §. II.* (3) propter fauorem *libertatis*, ſi aliquem manumiſit, *l. 31. ff. h. tit. C. ſi aduerſ. libert.* (4) ſi *matrimonium* celebrauit & *conſummauit*, Struu. *ex. 8. th. 57.* (5) ſi *artem profitetur*, ceſſat in rebus ad artem pertinentibus

Digitized by Google

tibus. id. *th.55.* (6) ſi cum *parentibus* contraxerit, *l. 2. C. qui & adu. quos.* (7) ſi alienatio bonorum *ſub haſta* facta ob debita *fiſcalia*, *l. 5. C. de fid. & iur. haſt. fiſc.* (8) ſi contractum *iuramento confirmauit*, vbi iam pubes erat, *auth. ſacramenta puberum, C. ſi adu. vendit.* (9) ſi poſt adeptam maiorennitatem geſtum *ratihabuerit*, *l. 1. 2. C. ſi mai. fact. rat. hab.*

§. IIX. Non reſtituuntur etiam, qui *veniam ætatis* probata ſua frugalitate & adminiſtrandi facultate a principe *impetrarunt*, hi enim pro maioribus habentur, excepto hoc vnico, quod immobilia ſine decreto iudicis alienare nequeant, *l. 1. & 3. C. de his, qui ven. ætat.* Vnde non ſatis accurate illud dicitur, *daß ſie ſich mündig machen laſſen.* Iure Romano maſculi 20. fœminæ 18. anno hanc veniam impetrabant, *l. 2. C. d. t.* ſed principes noſtri ad hunc terminum non ſunt adſtricti. Rhet. *inſt. iur. publ. l. 2. tit. 11. §. 2.* Mylerus ab Ehrenbach *de venia ætatis concedenda.*

§. IX. Reſtitutio eſt petenda intra *quadriennium* a tempore adeptæ maiorennitatis, *l. f. C. de tempor. in int. reſt.* vel impetratæ veniæ, vbi tamen interdum longius tempus datur, nam ſi v. g. venia anno 18. impetrata, nihilominus vsque ad annum 25. reſtitutio conceditur, *l. 5. C. d. t.* Minor interim quando reſtituitur, etiam ea alteri reddere debet, quæ ab eo accepit, quatenus ex iis locupletior factus, *l. 24. §. 4. l. 27. §. 1. ff. h. t.*

§. X. Minorum iure fruuntur etiam *eccleſiæ, ciuitas, & omnia collegia licita. c. 1. 2. 3. & 7. X. de reſt.*

*in integr.* Quia autem maiorennitatem nunquam adipiſcuntur, hinc quadriennium a tempore contractus celebrati illis currit, aut poſtquam læſionem reſciuerunt, *c. 1. & 2. de reſt. in 6.* Quintilian. Mandoſius *de ætate minorum:* Domin. Galeſius *de reſtitutionibus in integrum ex edicto minorum & ex generali clauſula prætoris.*

*Lib. IV. Tit. V.*

## De Capite minutis.

§. I. QVarta cauſa reſtitutionis eſt *capitis minutio*, id eſt, amiſſio capitis, ſiue ſtatus ciuilis. Eſt ergo triplex, prout ille ſtatus, *Maxima*, quando libertas: *media*, quando ciuitas: *minima*, quando ius familiæ amittitur, *l. fin. h. t.*

§. II. De maxima & media hic non eſt ſermo. Quamuis enim ob illam bona confiſcentur, v. g. olim damnatorum ad mortem & deportatorum, *v. tit. de bonis damnat.* & hodie etiam bannitorum: reſtitutione tamen opus non eſt, ſed ſi condemnatus alicui ære alieno obſtrictus fuit, hoc a fiſco, ad quem bona perueniunt, ſoluendum eſt, *l. 2. pr. ff. h. t.*

§. III. Reſtituit ergo prætor ob *minimam.* Scilicet filii emancipandi olim in imaginariam ſeruitutem vendebantur a patre, & deinde ab eo, qui illos emerat, manumittebantur, *l 3. §. 1. h. t.* in illo itaque momento, quo ſerui fiebant, amittebant omnia iura, actiones quoque, quæ contra eos competebant antea, extinguebantur, *l. 2. §. 1. h.* Prætor vero omnia reparat, cum a vera ſeruitute ad imaginariam argumentum procedere

Digitized by Google

dere ipſi non videatur. Hodie imaginariam ſeruitutem in emancipatione plane non habemus, & ſic ea reſtitutione quoque opus non eſt.

*Lib. IV. Tit. VI.*

Cod. II. 54.

# Ex quibus cauſis maiores XXV. annis in integrum reſtituuntur.

§. I. QUinta cauſa reſtitutionis ab *abſentia* aliisque circumſtantiis deſumitur. De abſentia notandum, illam eſſe vel *ordinariam*, (*negatiuam*, quando quis abeſt a loco, in quo nec alias commoratur: vel *extraordinariam*, (*priuatiuam*,) quando quis a loco domicilii per aliquod tempus abeſt. *Prior* huc non pertinet, ſed propter illam tempus præſcriptionis X. annorum duplicatur, *pr. l. de uſucap.* v. tit. *de uſurp. & uſuc.* §. *IX.* Poſterior itaque ſolum huius loci eſt.

§. II. Subdiuiditur autem *extraordinaria* in *neceſſariam* & *voluntariam*. Vtraque iterum tres habet ſpecies. Alia eſt *laudabilis*, vt in neceſſaria legatorum & militum, in voluntaria ſtudioſorum: alia *vituperabilis*, in neceſſaria relegatorum, in voluntaria ob delictum aufugientium: alia *indifferens*, ſiue *media*, in neceſſaria a latronibus captorum, in voluntaria mercatorum.

§. III. Ratione adplicationis porro diſtingue. Si *præſens contra abſentem* reſtitutionem petit, v. g. abſens rem aliquam mobilem ex bonis meis

ſecum habet b. f. & iuſto titulo, & poſt tempus v-ſucapionis completum, id eſt triennium, demum redit, hoc caſu ſemper reſtituor, ex *qualicunque etiam cauſa* alter abſens fuerit, *l. 21. pr. & §. 1. ff. h.* iia iure ff. Iure codicis autem diſpoſitum in *l. 2. C. de annal. except. vt ſi poſſeſſor præſcribens conueniri non poſſit propter abſentiam, potentiam, infantiam, vel furorem, interruptio præſcriptionis fieri poſſit per denunciationem & libelli porrectionem factam iudici, vel hoc abſente epiſcopo loci.* Si quis ergo hoc medio interrumpendi præſcriptionem non vtatur, ſibi hoc imputare debet & ſuæ negligentiæ, Bachou. *ad Treutl. vol. 1. diſp. 11. th. 17. lit. a.*

§. IV. Si *abſens contra præſentem* reſtitutionem petit, diuerſa iterum eſt adplicatio. *Tres* ſunt caſus, vbi reſtitutio conceditur, *licet abſens procuratorem non reliquerit*, ſcilicet in abſentia *laudabili, voluntaria* & *neceſſaria*, nec non in *neceſſaria indifferenti, l. 7. 8. 9. & 28 ff. h. t.* Si vero procuratorem reliquit abſens, per quem defendi potuit, & qui ſoluendo eſt, reſtitutio non datur, *l. 39. h. t. l. 28. pr. eod.* obſtantem *l. 26. §. vlt. h.* explicant de caſu, ſi defendi non potuit.

§. V. *Vnus* e contrario caſus eſt, vbi reſtitutio *nunquam* datur, ſcilicet in *voluntaria vituperabili*, v. *l. 2. §. 9. ff. ſi quis caut.* *Duo* tandem dantur, vbi reſtitutioni *aliquando* locus eſt, ſcilicet ſi abſens ante diſceſſum ſuum *non potuit procuratorem inuenire*, aut licet talem conſtituerit, ab eo tamen non fuerit defenſus & procurator ſoluendo non ſit, hoc obtinet in abſentia *voluntaria indifferenti*

&

Digitized by Google

& *neceſſaria vituperabili*, *l. 26. §. 1. h. t.* Struu. *ex 8. tit. 73.* Textum tamen ſpecialem de voluntaria indifferenti quoad hunc paſſum hactenus inuenire non potui.

§. VI. Præter abſentiam ex *ſalutari prætoris clauſula* etiam reſtitutio datur, dicit enim prætor in *l. 1. §. 1. in f. h. t. ſi qua alia mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, in integrum reſtituam.* Adeſt vero talis iuſta cauſa, *quoties ex circumſtantiis adparet, quod alicui nec dolus, nec culpa imputari queat*, caſum enim nemo præſtat. Exempla vide ſupra *lib. II. tit. XI. §. VII.* & in legibus huius tituli paſſim, Conf. Du. Galeſius *in fin. tit. IV. citatus.*

## *Lib. IV. Tit. VII.*
## Cod. II. 55.

# De Alienatione iudicii mutandi cauſa facta.

§. I. SExta cauſa reſtitutionis hic proponitur. Eſt vero *alienatio iudicii mutandi cauſa facta*, quando res, cuius intuitu lis metuitur, in alium *potentiorem*, vel *rixoſum* transfertur, ea intentione, vt hoc medio actio aduerſarii per indirectum eludatur, *l. 1. pr. &* §. *1. h. t.* Alienans itaque ex edicto prætoris nihilominus conueniri poteſt, perinde ac ſi adhuc poſſideret. Cum vero ex *l. 27. §. 3. ff. de R. V. l 2. §. f. ff. de tign. iunct.* vtilis etiam rei vindicatio competat aduerſus eum, qui dolo poſſidere deſiit; hinc prætorem



Digitized by Google

magis ex abundanti, quam neceſſitate hoc edictum propoſuiſſe cenſet B. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. 2.

§. II. Ceterum ceſſat hæc reſtitutio (1) ſi alienatio fit *mortis cauſa*, heredem inſtituendo, vel legando, *l. 8. §. 3. h. t.* (2) ſi quis *animo declinandi moleſtias proceſſus* alienauit, quia verecunda cogitatio eius, qui lites exſecratur, non eſt vituperanda, *l. 4. ff. 1. h. t.*

## *Lib. IV. Tit. IIX.*
## Cod. II. 56.

# De receptis, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant.

§. I. A*Rbitri* in genere dicuntur, qui *conſenſu* (pacto, ſiue compromiſſo, *l. 1. h. t.*) *priuatorum* (in quo a iudicibus differunt) conſtituti ſunt, vt res controuerſas ſua ſententia decidant. Alii hoc faciunt, conſueto alias ordine proceſſus obſeruato, qui in ſpecie *arbitri:* alii autem ſine eiusmodi ambagibus plano pede decidunt, v. g. ſi in contractibus determinatio pretii, mercedis &c. in alicuius arbitrium confertur, & hi *arbitratores* audiunt. Res ipſa fundata eſt in *l. 76. ff. pro ſoc. l. 25. ff. locat. l. f. C. de contrah. emt.* Hic autem de arbitris in ſpecie ſic dictis principaliter agimus.

§. II. Quicunque alias paciſci, illi etiam compromittere poſſunt, compromiſſum tamen ad heredes non tranſit, *l. 27. §. 1. h. t.* Ratione *obiecti* autem argumentum *a tranſactione* communiter

de

Digitized by Google

deſumunt, vt de illis cauſis compromittere non liceat, ſuper quibus tranſigere non permiſſum, ergo v. *tit. de transact.* §. *III. ſeqq. it. l.* 32. §. 6. & 7. *h. t. c.* 5. *X. de arbitr.*

§. III. Arbitrium recipere, ad officia humanitatis pertinet, ergo *nemo inuitus cogitur* ad recipiendum; poſtquam tamen quis ſemel recepit, ad cognoſcendum & ſententiam dicendam compellitur, *l.* 3. §. 1. *ff. h. t.* Poteſt etiam *infamis* arbiter eſſe, quia non eſt officium publicum, *l.* 7. *pr. h.* Excluditur tamen *minor* 20. *annis*, *l.* 41. *ff. h.* & *fœmina* in *l. f. C. h. t.* ob pudorem ſexus: verum hæc de iure canonico tunc admittitur, ſi iurisdictionem in ſubditos ſuos (id eſt, patrimonialem) exercere poteſt, *c.* 4. *X. de arbitr.* quod apud nos in feudis fœmininis poteſt.

§. IV. Sed an in ipſum *iudicem* compromitti poteſt? Negatur in *l.* 9. §. 2. *ff. h. t.* ſed adfirmatur iure canonico, v. *c.* 7. & 10. *X. de arbitr.* & moribus, Brunnem. *ad. d. l.* 9. §. 2. *h.* Iudex enim tunc non conſideratur vt iudex, ſed vt amicus. *Filius* quoque in cauſa patris arbiter eſſe poteſt, *l.* 6. *h.* aduerſario enim in ipſum compromittenti non fit iniuria.

§. V. *Si plures* arbitri eliguntur: omnes tempore cognitionis & ſententiæ latæ præſentes eſſe debent, adeo, vt arbitrium non valeat, licet vnus ſaltem abſuerit, quia forte præſentia eius reliquos in eius ſententiam trahere potuiſſet, *l.* 17. §. 7. *ff. h. t.* Exceptio deſumitur ex voluntate compromittentium, ſi nempe hi ſingulos in



Digitized by Google

ſolidum, vel vt in iure dicitur, alternatiue elegerint arbitros, *l. 8. h. t.*

§. VI. Quod ſi vero omnes præſentes ſunt, *maioris partis arbitrio ſtatur l. 17. §. 6. h.* paria vota irritum reddunt arbitrium, niſi in quantitate tantum diſſentiant arbitri, v. g. ſi ex tribus arbitris vnus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent, tunc enim quinque ſaltem præſtari debent, quia in hanc ſummam omnes conſenſerunt, *l. 27. §. 3. h.* Si in duos compromiſſum, & hi diſſentiunt, prætor cogit arbitros, tertiam certam eligere perſonam, cuius autoritati pareatur, *l. 17. §. 6. h. t.* alias enim totum negotium fruſtraneum eſſet. Hic apud nos vocatur *ein Obmann.*

§. VII. *Modus procedendi*, ſi a compromittentibus alius non determinatus, idem eſt, qui in iudiciis obſeruatur, prout variis exemplis illuſtrat Lauterbach. *comp. iur. h. t.* Interim *reconuentio* coram arbitro locum non habet, quia compromiſſa vltra literam ad cauſas diuerſas non extenduntur, *c. 6. X. de arbitr.*

§. IIX. Arbiter ipſe decidere debet, ſubſtitutio enim non valet, *l. 32. §. 16. h. t.* quia induſtria perſonæ electa. Ipſum deciſum in legibus romanis & iure canonico vocatur *ſententia*, vel etiam *arbitrium*, *laudum* recentioris latinitatis eſt, du Freſne *in gloſſar. voc. laudum.*

§. IX. Huic ſententiæ ſtari debet, ſiue æqua ſit, ſiue iniqua, & ſibi imputet, qui compromiſit, *l. 27. §. 2. ff. h.* Non obſtat, quod in *l. 5. C. de arbitr.* dicitur, ſola contradictione intra decem

cem dies a ſententia recedi poſſe, & ſic poſt lapſum huius temporis *laudum homologatum* demum fieri, id eſt, adprobatum; illa enim lex de compromiſſo *nudo pacto* inito loquitur, hodie vero illud pactum idem operatur, quod ſtipulatio, & ſic hodie arbitrio ſimpliciter parendum, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 11.* Non ergo datur reductio ad arbitrium boni viri pro lubitu, nam *l. 76. ff. pro ſoc.* quando illam admittit, non loquitur de arbitro, ſed arbitratore, v. diſp. noſtr. *de effectu & obligatione laudi.*

§. X. Quoniam itaque partes compromittentes ex *conuentione* obligantur, vt ſententiæ arbitri ſe ſubmittant; hinc de cauſis impugnandi talem ſententiam ſequentem formamus regulam: *ex quibuscunque cauſis aliæ conuentiones impugnari poſſunt, ex illis quoque compromiſſum & arbitri ſententiam*, quæ compromiſſo innititur, *reſcindere permittitur.* Reſcinditur ergo ſententia propter *dolum* arbitri, v. *l 32. §. 14. ff. h. t. l. 3. C. de arbitr.* item propter *læſionem enormem*, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 10.* vel, ſi arbiter de eo pronunciauerit, in quod *non conſenſerunt partes*, v. g. inhoneſtum quid iubendo. *l. 21. ff. 7. h. t.* Quid ſi etiam certa *pœna* a compromittentibus adiecta fuerit, ſoluta hac pœna a compromiſſo recedere licebit, *l. 34. §. 1. ff. h. l. 2. C. de arbitr.* Pertinent huc Camillus Borellus & M. Ant. Blancus *de compromiſſis:* Lanfrancus de Oriano *de arbitris:* Conr. Lancellottus *de arbitris:* Nic. Bellonus *de officio iudicis ocdinarii & delegati, arbitri, arbitratoris:* Bapt.

a S.

a S. Blaſio *de differentia inter arbitrum & arbitratorem.*

## *LIB. IV. TIT. IX.*

# Nautæ, Caupones, Stabularii, vt recepta reſtituant.

§. I. AD titulum hunc eo melius intelligendum, tres diſtincti caſus ſunt ſeparandi. Aut enim (1) *ipſe caupo* &c. damnum intulit, vel furtum fecit viatoribus & vectoribus, aut (2) *eius familia & inquilini*, aut (3) *hoſpites. Primus* caſus pertinet ad titulum *de L. aquilia & furto:* De *ſecundo* agitur etiam infra ſub tit. *furti aduerſ. naut. caup. ſtabul. Tertius* itaque huius loci proprie eſt.

§. II. Quoties itaque hoſpes hoſpiti damnum dedit, vel furtum fecit, toties exercitor nauis, cauponæ, ſtabuli, &c. ad illud damnum reſarciendum tenetur ex quaſi contractu, *l. 3. §. 1. ff. h. t. l. 1. inf. eod.* Actio exinde proueniens in factum, ſiue de recepto dicitur, & in vtilitatem iter facientium introducta eſt, vnde ſi v. g. nauta ipſe damnum paſſus, prætor ei non ſuccurrit, *l. f. §. 2. h.* quod eodem modo obtinet, ſi quis non viator in caupona hypocauſtum conduxerit & ibi ordinarie habitet, ratio enim, quæ in *l. 1. §. 1.* habetur, *quod neceſſe ſit, cauponum fidem ſequi*, tunc adplicari nequit, ſed ex conducto agendum eſt. Interim, ſiue caupo mercedem pro diuerſorio acceperit, ſiue non, nihil intereſt, *l. 6. pr. h.*

§. III.

Digitized by Google

§. III. Perinde quoque habetur, ſiue ipſe caupo, ſiue eius inſtitor, res in cauponam receperit, *l. 1. §. 5. h.* & in hac materia famuli, qui vocantur *die Hausknechte*, ad inſtitores omnino etiam referendi, illis enim hoc negotium demandatum. Secus eſt in rebus *ad mercaturam ſpectantibus*, de quo caſu Meu. *ad ius Lub. l. 3. tit. 6. art. 5. n. 14.* aut ſi quis *ſolius famuli* cuſtodiæ rem crediderit, de quo Carpz. *p. 2. c. 26. def. 11.* Dubium de *mediaſtinis* ex *d. l. 1. §. 5.* dictis non obſtat, quia mediaſtinus erat viliſſimum mancipium, quod in mediis ædibus ſtabat, vt ad cuiusque iuſſum præſto eſſe poſſet.

§. IV. Liberatur caupo a neceſſitate præſtandi damnum, vel furtum, *ſi prædixerit, vt vnusquisque vectorum res ſuas ſeruet, neque damnum ſe præſtiturum.* Sed hoc non aliter, quam ſi vectores, aut viatores *prædictioni conſenſerint*, tunc enim contrarium pactum adeſt, *l. 7. pr. h. t.*

§. V. Sed dicitur tamen, cauponem *damnum fatale non præſtare*, in *l. 3. §. 1. h.* at vero, ſi hoſpes hoſpiti damnum dat, hoc ſine dubio etiam eſt damnum fatale. Diſtingue inter caſus fortuitos, ſiue damna fatalia *in ipſa caupona exiſtentia* & *extrinſecus ſuperuenientia.* Ad *priora* pertinet caſus adlatus, & hinc eum præſtat caupo. Secus in *poſterioribus*, v. *d. l. §. 1.* v. g. ſi incendium in vicinia ortum & cauponam conſumſerit: ſi fures cauponam effregerint, &c. add. *l. 7. pr. h.*

§. VI. Quin hæc actio, quæ ad ſimplum datur, hodie locum habeat, nullum dubium eſt. Exten-

Digitized by Google

Extenditur autem ea ad *poſtarum magiſtros* quoque, & *aurigas*, qui ſtatis diebus de loco ad certum locum ire & ſiue perſonas, ſiue res transuehere conſueuerunt, qua de re fuſe Dn. Stryk. *de inueſt. act. ſect. 1. membr. 9. §. 35. ſeqq.*

*Lib. V. Tit. I.*

Cod. III. 1.

# De iudiciis, & vbi quisque agere, vel conueniri debeat.

§. I. IVdicium hic non ſumitur pro *loco*, vbi cauſæ forenſes ventilantur, ſed *pro ipſa cauſarum controuerſarum diſceptatione.*

§. II. Itaque *ratione illarum cauſarum* iudicium varie diuiditur. I. in *ciuile*, quando ad intereſſe priuatum, & *criminale*, quando ad pœnam publicam infligendam agitur. Illud alias etiam *priuatum*, hoc *publicum* iudicium vocari conſueuit. Ciuile ſubdiſtinguitur ratione *fundamenti* II. in *reale*, quando ex aliqua ſpecie iuris in re, dominio, iure hereditario, &c. agitur: *perſonale* quando ex iure ad rem, contractu, vel delicto actio inſtituta: & *mixtum*, vbi ius in re & ad rem concurrit, vt in iudicio finium regundorum, communi diuidundo & familiæ herciſcundæ, de quibus infra *lib. X.* de *petitorio* & *poſſeſſorio* agetur *lib. XLIII. tit. I. & XVII.*

§. III. Aliud iudicium III. eſt *ſimplex*, vbi vnus ſaltem ex rei natura actor eſſe poteſt, vt in pleriſque realibus & perſonalibus: aliud *duplex*, vbi vterque actor & reus eſſe poteſt, qualia iterum

Digitized by Google

rum ſunt illa, quæ in *lib. X. tit. I. II. & III.* pertractantur.

§. IV. Aliud IV. dicitur *vniuerſale*, v. g. hereditatis petitio, quæ vniuerſitatem bonorum reſpicit: aliud *generale*, in quo de certo genere bonorum, v. g. ad ſocietatem pertinentium, agitur: aliud *ſingulare*, in quo certa & determinata res petitur, v. g. equus, domus, 100. thaleri, &c. In ſingulari petitum ſpecifice formandum, in prioribus autem generale ſufficit, ſcilicet, vt reus inuentarium, vel iuratam ſpecificationem edat, v. *tit. de edendo* §. *VII.*

§. V. Ratione *modi procedendi* V. aliud eſt *ordinarium*, vt regulariter omnia: aliud *ſummarium*, quando cauſa eſt vel *pia*, vt eccleſiarum, dotis &c. vel *publica*, vt tributorum, vectigalium, &c. vel, *quæ moram non fert*, v. g. ſalariorum, alimentorum, noui operis nunciatio, &c. Huc tamen a Zangero *de except. p. 1. c. 1.* aliisque male referuntur cauſæ *voluntariæ iurisdictionis* & *puncta incidentia*, v. *Einleitung zum ciuil-proceſs. cap. 7.* §. *7. ſqq.*

§. VI. Quomodo libellus in ordinario & ſummario iudicio ſit formandus, de eo dictum ſub *tit. de edendo* §. *IV.* Hic adde, quod in ſummario iudicio breuius procedatur, v. g. quod citatio ordinarium terminum, vt in Saxonia ſpatium Saxonicum, continere neceſſario non debeat: quod probatio ad terminum ordinarium non ſit adſtricta, &c. De diuerſa litis conteſtatioöe deinde §. *XXXIV.* dicitur, v. *Einleitung d. c. 7.* §. *2. 3.*

cau-

cauſas ordinarias actor inuito reo ſummarie tractare nequit, Carpzou *p. 1. c. 2. def. 18.*

§. VII. Tandem VI. iudicium vel eſt *præparatorium*, quod viam ſternit iudicio principali, v. g. actio ad exhibendum rei vindicationi, actioni pignoratitiæ, hypothecariæ, &c. *v. l. 3. §. 3. ff. ad exhib.* vel *principale*, in quo de ipſo iure diſceptatur, v. g. rei vindicatio &c.

§. IIX. *Perſonæ*, quæ iudicium principaliter conſtituunt, tres ſunt: *iudex, actor & reus. Primo* de *iudice*. Hic eſt perſona, *quæ publicam habet poteſtatem de cauſis controuerſis cognoſcendi, eas decidendi & iudicatum exequendi.*

§. IX. Iudex quilibet eſſe poteſt, modo ſit *habilis*, id eſt, modo iudicio polleat, & iis ſcientiis ſit inſtructus, quæ ad deciſionem cauſarum controuerſarum neceſſariæ ſunt. Ad ætatem, vt ſcil. quis *XIIX. annis maior ſit*, hodie primario non reſpicitur, *v. l. 57. ff. de re iudic. c. 41. X. de offic. deleg.* ſi nempe *princeps* iudicium conſtituit; ſi vero *magiſtratus* alteri iurisdictionem mandat, ad illam ætatem omnino reſpiciendum, quia antea maturitas iudicii raro adeſſe ſolet. *Fœminæ* adhuc hodie excluduntur ab officio iudicis, ſi iurisdictio *perſonalis* eſt, non autem, ſi *patrimonialis*, v. *tit. de iurisdict. §. XV.* Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 9. Cæcus* etiam iudex eſſe poteſt, *l. 6. h. t.* quamuis melius ſit, ſi luminibus polleat.

§. X. Præter habilitatem requiritur, vt iudex non ſit *ſuſpectus*. Talis autem dicitur, quoties

ties ex circumſtantiis adparet, *quod vni magis, quam alteri parti faueat*, cuius exempla apud Zieglerum *in dicaſt. concl. 13. §. 4.* Cauſæ vero ſuſpicionis ſunt probandæ, quod quia difficile, hinc melius eſt, vt quis ad iuramentum *perhorreſcentiæ* ſeſe offerat. v. *c. 2. §. cum vero. de reſcript. in 6.* de quo ſcripſit Feltmann, & ad quod tam actor, quam reus admittitur, Stryk. *intr. ad prax. c. 9.* §. *17.* Diſſ. Meuius *p. 6. decis. 71. n. 4.* quoad reum, ſed ſine fundamento. Eſt vero etiam *filius in cauſa patris* ſuſpectus, *l. 10. ff. de iurisd.* cui non obſtat *l. 77. & 78. ff. h. t.* in his enim legibus de iudice pedaneo ſermo eſt, qui partibus *volentibus* eligebatur, hinc idem iuris, vt in arbitrio, v. *tit. de recept.* §. *IV.*

§. XI. *Quicunque iudex grauare aliquem poteſt, ille etiam poteſt recuſari ob ſuſpicionem.* Ergo inferior & ſuperior, etiam *totum collegium*, ſi *maxima pars* membrorum collegii ſuſpecta, vel *vnus magnæ autoritatis*, cui ceteri contradicere non audent, Meu. *1. dec. 94.* Zang. *de except. p. 2. c. 4. n. 17.* alias vero, ſi vnus & alter ſolum ex collegio ſuſpectus ſit, peti ſolet, vt hi in præſenti cauſa a iudicando & decernendo abſtineant. Poteſt etiam in iudiciis *inferioribus* peti, vt iudici ſuſpecto alius adiungatur, conf. B. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *10. 11. 12.*

§. XII. Licet vero iudex non ſit ſuſpectus, requiritur tamen vlterius, vt ſit *competens*, vnde nunc de competentia fori agendum. Forum autem ſortitur reus vel ex *iure communi*, vel ex *priuilegio*. Forum ex iure communi iterum eſt vel *generale*, vel *ſpeciale*. Nic. Rodriquetz Fermoſinus *de iudiciis & foro competente.*



Digitized by Google

§. XIII. *Generale* forum, in quo omnes cauſæ ſine vlla exceptione pertractari poſſunt, eſt forum *domicilii*, quod quis habet in eo loco, vbi ſedem fortunarum ſuarum fixit, (non vero ſola domus poſſeſſio domicilium facit, *l. 17. §. 13. ff. ad municip.*) vnde ſi in duobus locis domicilium conſtitutum, v. g. a mercatoribus, qui tabernas in diuerſis locis habent, in vtroque loco etiam ex placito actoris actio inſtitui poteſt, v. *l. 6. §. 2. l. 27. §. 2. ff. ad municip.* & contra, ſi quis nullibi fixam ſedem habet, ſed domicilium ſecum vbique quaſi circumfert, vt vagabundus, ille etiam vbique conueniri poteſt, vbi ſcilicet deprehenditur, Zanger. *de except. p. 2. c. 1. num. 101.*

§. XIV. Olim *domicilium originis*, ſiue paternum, immutabile erat, & hinc filius ibi conueniri poterat, licet alibi domicilium habitationis conſtituiſſet, *l. pen. & vlt. C. de municip.* Verum hodie illud non amplius adtenditur, poſtquam domicilium alibi conſtitutum. Ceſſat etiam hodie *domicilium commune*, quod Roma quondam erat, *l. 33. ff. ad municip.* neque enim hodie a Roma ad reſidentiam imperatoris, neque ad principum imperii aulas argumentum valet, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 19.*

§. XV. De *heredibus* autem quæritur: *vtrum illi adhuc in foro domicilii defuncti conueniri queant?* Adfirmatur hoc in *l. 19. pr. h.* ſed limitatur adſertio ex *l. 34. cod.* quod tunc ſolum procedat, *ſi defunctus iam iudicium accepit*, id eſt, litem conteſtatus eſt. Alius caſus eſt, ſi quidem defunctus iudicium nondum accepit, *hereditas tamen adhuc* in-

Digitized by Google

*indiuiſa eſt.* B. Stryk. *not. ad Lauterb. h. t. p. 104. verb. fuerit acceptum.* Ceterum ſi heres non vt heres, ſed ex *facto proprio* conuenitur, actio in ipſius foro ſemper inſtitui debet.

§. XVI. Sequuntur fora *ſpecialia.* Inter ea occurrit primo *forum contractus*, quod in eo loco quis ſortitur, in quo contractus *conſummationem* accipere debet, id eſt, vbi res tradenda, vel pretium ſoluendum, &c. *l. 21. ff. de O. & A. l. 19. § 1. ff. h.* quod ſi de loco conſummationis nihil in ſpecie dictum, reſpicitur ad locum, vbi conſenſus interpoſitus, quia ibi in dubio etiam conſummatio fieri debet, *v. l. 19. §. 2. ff. h. t.* & propterea, ſi inter abſentes per epiſtolas vltro citroque miſſas negotium celebratum, ad eum locum, in quo conſenſus vtriusque *coniunctus fuit*, v. g. ſi Lipſienſis pro equo meo mihi 100 thaleros offert, & ego, poſtquam Halæ literas accepi, illam objationem accepto, locus contractus Halæ eſt, *arg. l. 55. ff. de O. & A.*

§. XVII. Requiritur autem in eo, qui hoc forum agnoſcere debet, *vt ſuſcipiendæ alicuius expeditionis gratia* ad locum contractus peruenerit. Nam *vbi ſic venit, vt confeſtim diſcedat, &* (alter) *quaſi a viatore, vel eo, qui παρέπλει, prætemauigat, emit: duriſſimum eſt, quotquot locis quis nauigat, vel iter faciens delatus eſt, tot locis ſe defendere. At ſi quo conſtitit, non dico iure domicilii, ſed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, ſeu officinam conducens, ibique diſtraxit, vel egit: defendere ſe eo loco debebit.* Ita rem explicat Vlpianus in *l. 19. §. 2. ff. h. t. edit. Haloandr.*

§. XIIX. Ceterum, quamuis iure Rom. in hoc foro etiam *abſens* conueniri poſſit, prout ex *l. 19. §. 1. h. t.* colligit Lauterbach. *ad h. t.* hodie tamen requiritur, vt citatio prima reum in loco contractus adpreheñderit, *c. 1. §. contrahentes, de foro compet. in 6.* Gail. 2. *O. 36. n. 14.* alias ergo in foro contractus ad *reſciſſionem contractus* agi nequit, Brunnem. *ad l. 2. C. vbi & apud quem.*

§. XIX. Secundum forum ſpeciale eſt ratione *rei ſitæ.* In hoc enim ſolæ actiones *reales* (& quæ his adcenſentur *mixtæ*, v. g. familiæ herciſcundæ, &c. item *in rem ſcriptæ*, v. g. quod metus cauſa) inſtitui poſſunt, v. *l. f. C. vbi in rem act. l. 38. h. t.* Nullum priuilegium perſonæ hic adtenditur, nec an reus abſens, aut præſens ſit, Struu. *ex. 9. th. 49. ſqq.* Nec intereſt, an res immobilis, aut mobilis petatur. *l. 38. in f.* Licet enim res mobilis non dicatur *ſita* in ſenſu grammatico, aut geographico, dicitur tamen ita in ſenſu iuridico. Hic enim *ſitum eſſe* nihil aliud eſt, quam *deprehendi aliquo loco.* Diſſent. Dn. Beyer *in poſit. ff. h. t. poſ. 110.*

§. XX. Tertium forum ſpeciale eſt ratione *delicti.* Hic tamen diſtingue inter delicta *publica* atque *priuata.* Propter delictum *publicum* quis etiam *abſens* conueniri & edictaliter citari poteſt, ſine reſpectu dignitatis, vnde ſenatus oppidanus contra nobilem inquiſitionem formare poteſt, niſi receptum ſit, vt tales inquiſitiones ab aduocato fiſci inſtituantur, *l. 1. C. vbi Senat. ibique Brunnem.* Perinde quoque eſt, an delictum inchoatum, an con-

conſummatum fuerit, *l. 1. C. vbi de crim.* quamuis tunc locus præuentioni detur. Si in *confinio* delictum commiſſum, vterque vicinus iudex cognoſcit, quod iudicium *mixtum* vocant, v. Carpz. *prax. crim. qu. 110. n. 37.* de variis aliorum opinionibus, quisnam locus pro loco commiſſi delicti reputandus, v. Limn. *iur. publ. l. 4. c. 8. n. 189.*

§. XXI. Propter delictum publicum porro delinquens puniri poteſt *vbicunque deprehenditur, l. 1. C. vbi de crimin.* Neque *remisſiones delinquentium* ad locum delicti hodie ſunt *neceſſitatis*, vt iure romano, *l. 7. §. pen. & vlt. ff. de accuſ. l. fin. eod.* ſed *vrbanitatis*, niſi forte inquiſitio iam plene peracta & ſententia condemnatoria lata fuerit, atque reus tunc demum aufugerit, Carpz. *pr. crm. qu. 110. n. 54. & 63.* item in *Saxonia electorali*, ſi ex præfecturis delinquens fugerit & ſub iurisdictione nobilium, aut ciuitatum deprehendatur, Id. *n. 59. ſqq.* Ille vero, cui remiſſio ſit, *litteras reuerſales*, (in quibus continetur, *quod remiſſio remittentis iurisdictioni præiudicare non debeat*, & *alter in caſu ſimili idem facere velit,*) dare, & omnes expenſas reſtituere tenetur, *Id. d. l. n. 58. & 67.* Dandi etiam reuerſales illis, per quorum iurisdictionem tranſit delinquens, & exhibitio eiusdem communiter in finibus territorii, vel diſtrictus, fieri ſolet.

§. XXII. Hæc de publicis delictis. Propter *priuata* delinquens in eo ſolum loco conueniri poteſt, vbi delictum eſt *conſummatum*, v. g. vbi iniuria in ſcriptis inſinuata, Berlich. *p. 2. dec. 181.* neque vero & hoc caſu actio aliter locum habet,



Digitized by Google

quam *ſi ibi deprehendatur reus*, Carpz. *lib. 2. reſp. 26. n. 21.*

§. XXIII. Datur alias quoque forum ſpeciale ratione *connexitatis cauſarum*; verum cum hæc materia infra ſub *tit. de quib. rebus ad eund. iudic. eat. lib. XI. tit. II.* pertractetur, hinc eam anticipare nolumus.

§. XXIV. Sequuntur nunc fora *priuilegiata*. Tale habent *clerici* eorumque familia coram conſiſtoriis in ciuilibus & in caſu commiſſorum *delictorum leuiorum*, ſi pœna eſt pecuniaria, carcer, ſuſpenſio & remotio: de *atrocioribus* cognoſcit iudex ſecularis, vel licet alicubi conſiſtoria cognoſcant, executio tamen præuia degradatione iudici ſeculari committitur, Carpz. *iurispr. eccleſ. l. 3. def. 5.* Schilt. *inſt. iur. can. l. 1. tit. 18. §. 7. & tit. 19. per tot.* Brunn. *proc. inquiſ. c. 10. n. 16.*

§. XXV. *Profeſſores* & *ſtudioſi* in academiis coram ſuo rectore conueniuntur in cauſis ciuilibus, *auth. habita. C. ne filius pro patre.* Criminalis iurisdictio academiis regulariter non competit, niſi ex ſpeciali priuilegio, e. g. Hallenſi, Lipſienſi, &c. Schvveder *introd. in ius publ. part. ſpec. Sect. 1. c. 6. §. 6.* qui tamen Francofurtenſem & Wittenbergenſem erronee huc refert.

§. XXVI. Quod *milites* attinet, iure romano in delictis *communibus*, v. g. adulterio, &c. tam iudex ordinarius, quam magiſter militum iudicabat, vnde præuentioni locus; de *propriis* autem, v. g. ſi ſtationem deſeruit miles, ſolus magiſter militum cognoſcebat, *l. 2. ff. de re milit.* Hodie communiter ob quælibet delicta a ſolo

ma-

Digitized by Google

magiſtratu militari puniuntur milites, Brunnem. *ad l. 6. C. de iurisdict.* cauſæ tamen eccleſiaſticæ ad conſiſtoria ſpectant, v. Ziegler *de iur. maieſt. l. 1. c. 29. th. 35.* in terris Brandenburgicis peculiare caſtrenſe conſiſtorium conſtitutum, de quo v. Stryk. *vſ. mod. ff. de re milit.* §. 2.

§. XXVII. *Conſiliarii principum* & *aulici*, non coram magiſtratu loci, ſed coram ipſo principe conueniendi. Heig. *p. 2. qu. 25.* Myler. *hyparchol. c. 9;* ita quoque *adſeſſores cameræ imperialis* & qui *praxeos addiſcendæ cauſa in loco, vbi camera eſt, commorantur*, a iurisdictione ſenatus oppidani ſunt exemti, *ord. cam. p. 1. tit. 49.* §. *1. & 2.* modo in matriculam recepti fuerint, Blum. *proc. cam. tit. 26. n. 4.* *Aduocati* etiam *regiminis* coram regimine forum priuilegiatum habent.

§. XXIIX. Habent etiam *perſonæ miſerabiles* forum priuilegiatum, vi cuius, ſi ipſæ *agunt*, aduerſarium ſtatim in ſuprema inſtantia conuenire, & ſi *conueniuntur*, ad ſupremam quoque inſtantiam ſtatim prouocare poſſunt, *l. vn. C. quand. imper. int. pup.* quod tamen de ſupremo iudicio in cuiuslibet principis territorio, non autem de camera imperiali, vel iudicio aulico intelligendum, Gail. *1. obſ. 1. n. 40.*

§. XXIX. Perſonæ miſerabiles in *d. l. vn.* recenſentur *pupilli*, *viduæ*, *diuturno morbo fatigati* & *debiles* aliique *fortunæ iniuria miſerabiles*, v. omnino Huberum *in prælect. ff. h. t. rubr. de for. comp. n. 60. ſeqq.* vbi iocoſe diſtinguit inter virgines parentibus orbatas, *vetulas* & *florentis ætatis*, ita vt illæ ſint miſerabiles, non autem hæ. Priuilegium

 hoc

hoc competit etiam *illuſtribus perſonis*, Rhet. *Inſt. iur. publ. l. 1. tit. 22. §. 16.* Diſſentiens Carpzouius *l. 2. reſp. 19. n. 27 ſeqq.* in cauſa *comitiſſæ a Solms* contra *D. Heinzen prof. Lipſ.* hac inſufficienti ratione vtitur, ſcilicet *metuiſſe ſententiam ferentes, ne vidua illuſtris pro miſerabili perſona habita ſe iniuriis laceſſitam exiſtimaret.* Joh. Maria Nouarius *de priuilegiis miſerabilium perſonarum.*

§. XXX. Hæc de iudice. Quod perſonam *actoris* & *rei* attinet, vnica regula obſeruanda eſt, ſcilicet ille actoris & rei partes ſuſtinere poteſt, *qui liberam rerum ſuarum habet adminiſtrationem.* Exceptio intuitu *minorum* eſt in cauſis *ſpiritualibus*, *c. vlt. de iudic. in 6.*

§. XXXI. Nemo autem *inuitus* ad agendum regulariter compellitur. Exceptio (1) eſt, ſi quis prouocatur ex *L. diffamari. C. de ingen. manum.* ob præcedentem diffamationem, vt hanc probet, vel ipſi perpetuum ſilentium imponatur, quæ prouocatio coram quocunque iudice fieri poteſt. (2) ſi quis prouocatur ex *l. ſi contendat. 28. ff. de fideiuſſ.* quando ſcilicet fideiuſſor, poſtquam dies exigendi debiti iam venit, & tamen creditor contra debitorem agere differt, hunc creditorem eum in finem prouocat, vt vel contra debitorem agat, vel ſibi exceptionem ordinis opponi audiat, quæ poſtquam ſemel oppoſita fuit, deinde perpetua eſt, licet debitor bonis labatur. Hoc remedium & ad alias exceptiones adplicatur. De integro procedendi modo in vtraque prouocatione, v. *Einleit. zum ciuil-proceſs. cap. 5. & 6.* Ad *L. diffamari* ſcripſerunt Barth. Blarerus, Cæſar Contardus, Hieron. Cagnolus

&

Digitized by Google

& Ioh. Oldendorpius, coniunctim editi Coloniæ a. 1593.

§. XXXII. Tandem, quia *litis conteſtatio* fundamentum iudicii eſt, de ea quoque nonnulla ſubiicienda erunt. Eſt autem *litis conteſtatio* nihil aliud, *quam reſponſio rei ad contenta libelli.* In Saxonia *ſpecialis* deſideratur, vbi reus ad ſingula capita libelli reſpondere tenetur, *conſt. elect. 10. p. 1.* quod etiam alibi iuxta *rec. imp. de a. 1654. §. 37.* fieri deberet; verum in corrupta praxi plerumque *generalis* admittitur, *nego narrata, prout narrantur, & petita, prout petuntur.*

§. XXXIII. Alia L. C. dicitur *pura*, quando reus absque oppoſitione exceptionum dilatoriarum mox ad contenta libelli reſpondet, alia *euentualis*, quando exceptiones dilatorias opponit, iisdemque L. C. quidem ſubiungit, aſt tamen in eum ſolummodo caſum, ſi dictis exceptionibus prius ſatisfactum fuerit. Hæc in Saxonia præciſe requiritur, ita vt reus, ſi eam omiſerit, in expenſas termini condemnetur, v. Martini *ad O. P. S. tit. 11. §. 1. n. 81.* requiritur ea etiam iure camerali, *ord. cam. p. 3. tit. 13.* ſed in iudiciis inferioribus extra Saxoniam vbique accurate non obſeruatur.

§. XXXIV. Alia porro eſt L. C. *ſolemnis* (quæ etiam *explicita* vocari poteſt,) quando in cauſis *ordinariis* intentioni actoris directe contradicitur; alia *minus ſolemnis*, (*implicita*,) quæ ex qualiquali rei contradictione deſumitur, & in cauſis *ſummariis* ſufficit, v. g. ſi reus dicit. *Er wundere ſich über des Klægers Zunœthigung, bitte ihn a limine iudicii ab, oder zur Ruhe zu weiſen, &c.*



Digitized by Google

§. XXXV. Litis conteſtatio ſit per *negationem* intentionis actoris, vnde *adſirmatio* eiusdem pro L. C. proprie ſic dicta haberi nequit, quia exinde lis non oritur. Interim DD. vocem *L. C. adſirmatiuæ* eo caſu adhibent, quando reus contenta libelli fatetur quidem, ſed ſimul tamen *exceptionem peremtoriam eidem adnectit*, ſuper qua deinde controuertendum.

§. XXXVI. Poſt L. C. actiones, quæ temporariæ ſunt, perpetuantur ad 30. annos, *l. vlt. inf. ff. de fideiuſſ. tut.* quæ autem iam perpetuæ erant, 40. annos durant, computatione ab vltimo actu iudiciali facta, *l. vlt. C. de præſcript. 30. ann. l. 1. §. 1. C. de ann. except.* Deinde etiam, quia L. C. quaſi contractus eſt, actiones ex delicto orientes poſt eam in heredes transmittuntur, *l. 87. 139. & 164. ff. de R. I.* Plura vide apud Brunnem. *proc. ciu. c. 14. n. 21.* De *iudiciis* ſcripſerunt Petrus Barboſa, Ioh. Bapt. Coſta, Sigism. Scaccia, Nic. Cyſnerus, Mart. Azpilcueta & Ant. Matthæi. De *litis conteſtatione* Obrecht.

*Lib. V. Tit. II.*

Cod. III. 28.

## De inofficioſo teſtamento.

§. I. Diximus *tit. præced. §. IV.* quod iudicia in vniuerſalia & ſingularia diſpeſcantur: in hoc itaque libro *vniuerſalia* traduntur, in quibus de conſequenda hereditate agitur. Quia vero interdum diſpoſitio aliqua teſtamentaria obſtat, quo minus hereditas recta via obtineri poſſit, hinc illud impedimentum per querelam inofficioſi ante omnia remouendum, & de hoc ſub præſenti titulo agitur.

§. II. Dicitur autem *teſtamentum inofficioſum*, in quo illæ perſonæ, quibus portio legitima debetur, a teſtatoris hereditate *rite* quidem, ſed *inique* ſunt excluſæ, *pr. I. h. t.* Per conſequens *querela inofficioſi* datur illis perſonis aduerſus heredem in teſtamento inofficioſo ſcriptum, ad reſciſſionem teſtamenti & hereditatem conſequendam. Hæc interdum quoque per modum *exceptionis* inſtitui poteſt, ſi exheredatus in poſſeſſione hereditatis eſt, & heres ſcriptus eam petit.

§. III. *Perſonæ*, quibus legitima debetur, ſunt (1) *liberi*, qui ius ſuccedendi habent: (2) *parentes*, qui reciproco ſucceſſionis iure gaudent: & (3) *fratres atque ſorores*, non omnes tamen, ſed ſolum *germani & conſanguinei*, imo & hisce eo ſaltem caſu legitima relinquenda, *ſi turpis perſona; aut leuis notæ macula laborans heres inſtituitur*, v. *nou. 115. c. 3. & 4. & l. 27. C. h. t.*

§. IV. *Militia* hic exceptionem ſuppeditat. Miles enim ſiue iure militari, ſiue communi teſtamentum condens, liberis nihil relinquere tenetur, & multo minus parentibus atque fratribus, *l. 9. & 24. C. h. t.* etiamſi hi ſimiliter milites ſint, *l. 27. §. 2. ff. h. t.* idem eſt, ſi filiusfam. paganus de peculio *caſtrenſi & quaſi caſtrenſi* teſtetur, *l. f. C. h.* Neque hoc ius ſingulare per legem generalem poſteriorem in *nou. 115. c. 4.* eſt mutatum. Patet exinde ſimul, *legitimam non eſſe iuris naturalis*, prout exiſtimat quidem Gail. *2. obſ. 122.*

§. V. Ipſa *legitima* eſt certa portio hereditatis, quæ perſonis ante recenſitis neceſſario relinqui debet. Olim erat *quarta* pars, *§. 6. I. h. t.* iure nouo,

Digitized by Google

nouo, *ſi quatuor, aut pauciores ſuccedentes ſunt*, eadem eſt *triens*; ſi *plures, quam quatuor, ſemiſſis, nou. 18. c. 1.* Computatio fit deducto ære alieno, *l. 8. §. 9. ff. h. t.* Si legitima *intuitu omnium heredum coniunctim* conſideratur, eſt portio *totius hereditatis*; ſin vero *reſpectu ſingulorum heredum*, eſt portio portionis ab inteſtato cuilibet debitæ. Aliqua vero bona non imputantur in legitimam, de quibus ad *tit. de collatione* dicemus. De *legitima* ſcripſerunt Mercur. Merlinus, Claud. Battandier, M. Ant. Cucchus & Caſp. Mantzius, add. Claud. Chifletius *de portionibus legitimis*.

§. VI. Circa *nepotes* deſcendentes ita diſtinguendum: ſi illi ſunt ex *vno filio*, capita: ſi vero ex *diuerſis filiis*, ſtripes numerantur, Carpz. *p. 3. c. 12. def. 11.* reſpicitur enim ad modum ſucceſſionis ab inteſtato. Filii *legitimi exheredati* iuxta communem opinionem non connumerantur in fauorem reliquorum, ſed pro mortuis habentur, *l. 10. §. 4. ff. de bon. poſſ. contr. tab. l. 1. §. 5. ff. de coni. cum emanc. lib. ej.* pariter ac illi, qui *religionem ingreſſi* & monachi facti, Brunn. *ad auth. nouiſſima. C. h. t.* quod ſecus eſt in *repudiantibus* portionem ſuam, quæ reliquis adcreſcit, Brunnem. *ad d. auth. nouiſſima n. 4.*

§. VII. Sed quid *ſi mater vidua portionem ſtatutariam deſiderans cum liberis defuncti concurrat*? tunc legitima computabitur ex bonis defuncti parentis tantum, non quidem detracta prius portione ſtatutaria, ſed tamen tetractis illis bonis, quæ proprio iure ad uxorem pertinent, ſiue ad maritum inlatis. Legitima enim ex aliis bonis computari non poteſt, niſi quæ ad ipſum defunctum

ſolum

Digitized by Google

ſolum pertinuere. Si vero portio ſtatutaria primum eſſet deducenda, commixtio bonorum vtriusque coniugis fieri deberet, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 18.*

*ſſ.* IIX. Relinquenda interim eſt legitima *absque omni onere*, vnde ſi teſtator nihilominus onus adiecit, teſtamentum quidem ſubſiſtit, ſed onus tamen detrahitur, *l. 32. & 36. §. 1. C. h. t.* & hoc reſpectu infirmatur teſtamentum, *l. 15. ff. de cond. inſtit.* Exceptionem quidem adducunt ex *l. 25. C. h. t.* ſi onus *in fauorem filii* adiectum, v. g. ſi filius a matre heres inſtitutus ſub conditione: *ſi pater* (cuius mores ſuſpecti erant) *eum emancipauerit*; verum hoc ita ſaltem intelligendum, quod marito & patri *adminiſtratio* & *vſusfructus bonorum extra legitimam* adimi poſſit, vſusfructus *ipſius legitimæ* autem ad bona aduentitia pertinens marito ſaluus manere debet, *nou. 117. c. 1.* Brunnem. *ad d. l. 25. C. h. t. in f.*

§. IX. Deuenimus nunc ad explicationem verborum in §. *II.* adductorum, ſi quis *rite* quidem, ſed *inique* exheredatus. Si enim quis *non rite* exheredatus, querelæ nullitatis locus eſt, ſi vero *inique*, querelæ noſtræ inofficioſi teſtamenti.

§. X. *Non rite* quis eſt exheredatus ex adſcendentibus & deſcendentibus, ſi (1) exheredatio *non eſt expreſſa*, ſed filius præteritus, (2) ſi *non nominatim* facta: nec (3) ob *ingraditudinem*, & (4) talem, quæ in *nou. 115. expreſſa*, (quas cauſas recenſebimus *ad tit. de lib. & poſth. her. iuſt.*) & (5) licet talis cauſa adſit, *ea tamen teſtamento adiecta non fuit.* His ergo caſibus querela nullitatis, vt dictum, com-

Digitized by Google

competit, quod idem obtinet, ſi legitima liberis *titulo inſtitutionis non relicta*. Dn. Stryk *ad Laut. h. t. p. 111. verb. titulo ſingulari, v. nou. 115. 3. init.*

§. XI, Duo itaque ſolum caſus remanent, vbi querela inofficioſi opus eſt, (1) ſi cauſa a teſtatore adiecta *probari nequeat*, & (2) ſi *frater* præterito fratre (*v.* §. *III.*) *turpem perſonam, vel leuis notæ macula laborantem inſtituerit*, v. fuſius Dn. Stryk, *vſ. mod. h. t.* §§. *2. 4. & 5.* Dn. Thomaſius *in not. ad Strauch. diſp. 9. th. 39.* Struu. *S. I. C. ex. 10. th. 15.* modo tamen, quod fratrem adtinet, ipſe æquali macula non laboret, tunc enim querelam non habet, *l. 11. C. h. t.*

§. XII. Vtraque quidem querela, nullitatis & inofficioſi, in eo conuenit, quod intuitu deſcendentium & adſcendentium teſtamentum *quoad heredis inſtitutionem ſolum corruat*, Dn. Stryk. *l. c.* §. 7. (aliud infra in *tit. iniuſt. rupt.* §. *II.*) adſunt tamen ſequentes differentiæ: (1) quod querelæ inofficioſi *quinquennio l. 34. in f. C. h.* (quod computatur *ab adita hereditate*, *l. 36* §. *2. C. eod.*) querelæ nullitatis autem intra 30. annos præſcribatur, quia illa remedium ciuile ordinarium eſt. (2) quod ſi quis ex capite inofficioſi teſtamentum impugnet, ſed ſuccumbat, ille etiam *legata*, *quæ ipſi forſan relicta ſunt*, *amittat*, ſine tamen tertii præiudicio cui exheredatus ea fideicommiſſi nomine reſtituere tenetur, *l. 8.* §. *14. ff. h. t.* nihil autem imputatur ei, qui querelam nullitatis inſtituit atque ſuccubuit, quia hic defunctum iniuria non adfecit, *l. 1.* §*11. ff. de his, quæ vt indign.* (3) quod querela nullitatis *ſemper ad heredes transmittatur*, Dn.

Digitized by Google

Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *11.* non autem querela inofficioſi, *l. 6. inf. ff. h.* niſi iam præparata, *d. l. 6.* aut niſi exheredatus ante aditam hereditatem moriatur, tunc enim in deſcendentes transmittitur *l. 34. l. 36. ſſ. 2. C. h. t.*

§. XIII. Querela inofficioſi ceſſat, ſi exheredatus *voluntatem defuncti agnoſcit*, quod tacite factum cenſetur, ſi aliquid, v. g. legatum ipſi, vel ipſius filio, aut ſeruo, relictum, ex inofficioſo teſtamento petit, vel accipit, *l. 10.* §. *1. l. 12. ff. h. t.* add. *l. 23.* §. *1. ff. h.* idem eſt, ſi *alieno nomine ſponte*, v. g. tamquam aduocatus legatarii, ex illo teſtamento egit. *l. vlt. ff. h. t.* aliud vero, ſi hoc *ex officii neceſſitate*, v. g. tamquam tutor fecit, §. *4. I. h. t.*

§. XIV. Querela inofficioſi principaliter tendit *ad vindictam* & ſecundario rem perſequitur. Hinc regulariter non tranſit ad heredes, v. §. *XII. n. 3.* Non datur, ſi quis *honorabili heredis titulo inſtitutus*, licet in minima parte, nam iniuria non eſt adfectus, agitur vero tunc ad ſupplementum legitimæ, quæ actio a DD. *expletoria*, vel *ſuppletoria*, vocatur, *v. l. 30. & 36. C. h. t. iunct. nou. 115. c. 3. init.* durat ea per 30. annos & ad heredes transmittitur. Porro *legata & alia capitula teſtamenti non corruunt*, quia hæc nullam iniuriam continent, ſed ſola heredis inſtitutio infirmatur, *nou. 115. c. 3. inf. & c. 4. inf.*

§. XV. Sed vero hic obſeruanda differentia inter querelam ab *adſcendentibus & deſcendentibus*, & *a fratribus* inſtitutam. In hac *poſteriori* etiam legata & reliqua capitula corruunt, quoniam regula iuris veteris: *corruente principali, corruit &*



Digitized by Google

*acceſſorium*,in *nou. 22.c.47.* quæ de fratrum exheredatione agit, non reperitur mutata. Deinde fratribus legitima etiam legati titulo relinqui, imo fratres præteriri poſſunt, & ipſis onus probandi incumbit, ſe non fuiſſe ingratos. Neque enim *d. nou. 22. c. 47.* hic aliter diſponit, v. Struu. *Jpr. R. G. l. 2. tit. 17. §. vlt.* Io. Ant. Rubeus *de querela inofficioſi teſtamenti.*

*Lib. V. Tit. III.*

Cod. III. 31.

## De Hereditatis petitione.

§. I. SI nullum teſtamentum obſtat, ſtatim agitur *hereditatis petitione*, quæ eſt actio vniuerſalis competens heredi, aduerſus eum, qui res hereditarias pro herede, aut poſſeſſore poſſidet, ad illas res conſequendas & ad præſtationes perſonales, v.g. fructus reſtituendos, damna reſarcienda, &c. Vnde *mixta* audit & 30. annis demum ei præſcribitur, *l. 7. C. h. t.* Nonnulli DD. præſcriptionis terminum 90. annorum intuitu liberorum ponunt, vt Carpz. *p. 3. c. 14. def. 30.* ſed male adplicarunt *l. 1. pr. & §. 11. ff. de ſucceſſ. edict.* quippe quæ de tempore agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis loquitur, quod breue erat, v. Dn. Coccei. *diſſ. de eo, quod iuſt. eſt in dub. ſect. 6. §. 9.* Stryk. *vſ. mod. ff. de acquir. vel omitt. her. §. 3.*

§. II. Datur heredi *cuicunque*, etiam emtori hereditatis *vtilis* actio, *l. 54. pr. ff. h. t.* qui ex rei natura mortem eius, cuius hereditatem petit, probare tenetur. *An abſentem mortuum eſſe præſumatur & quando?* diſputatum fuit inter *Carpzouium* & *Finckelthauſium.* Hinc putat *obſ.* 100.

*100.* mortem non prius præſumi, quam ſi abſens *100. annos* expleuerit, Carpzouius autem *p. 3. c. 51. def. 57.* ſi abſens *70. annis* maior ſit. Carpzouii ſententia videtur præferenda, quia deſumta eſt ab eo; quod vt plurimum fieri ſolet, v *Pſalm. 90. v. 11.* ante expletum hoc tempus cura bonorum proximis heredibus ſub cautione committitur.

§. III. Datur hereditatis petitio aduerſus *poſſeſſorem.* Habetur vero etiam *ficte*, pro poſſesſore, (1) *qui dolo deſiit poſſidere, l. 13. §. 14. ff. h. t.* v. *tit. de alien. iud. mut. cauſ. §. 1.* (2) qui *liti ſe obtulit*, id eſt, per calumniam dixit, ſe poſſidere, vbi tamen non poſſidet, *l. 13. §. 13. eod.* & actor hoc ignorat, *l. 45. ff. h. t.* Hi ficti poſſeſſores ad æſtimationem litis (quod pœnale iudicium eſt,) conueniuntur, & deinde adhuc aduerſus verum poſſeſſorem agitur, *d. l. 13. 14.*

§. IV. Verus autem poſſeſſor vel poſſidet *pro herede*, id eſt, dicit, ſe eſſe heredem, ſiue b. ſiue m. fide, *l. 11. ff. h.* vel *pro poſſeſſore*, qui interrogatus nihil amplius reſpondet, quam *poſſideo, quia poſſideo, l. 12. & 13. pr. ff. h.* Quod ſi ergo quis ius hereditarium agentis non negat, ſed *titulum ſingularem* adlegat, v. g. ſe hanc, vel illam rem emiſſe, ſibi donatam eſſe, &c. contra illum rei vindicatio inſtituenda, *l. 7. C. h. t.* De eo, qui *integram* hereditatem emit, dicetur *ad tit. de hered. vel act. vend. §. IV.*

§. V. Datur ad res hereditarias quascunque, etiam illas, quæ non quidem in dominio de-

 functi

Digitized by Google

functi fuerunt, periculum tamen earum ad heredem pertinet, v. g. commodatæ, oppignoratæ, &c. *l. 19. pr. ff. h. t.* Circa fructus diſtingue. *B. f. poſſeſſor* reſtituit ſaltem *extantes*, *conſumtos* non, niſi exinde factus locupletior, vnde non tenetur, ſi quid dilapidauit, perdidit, donauit, quia re ſua ſe abuti putauit, *l. 25. §. 11. ff. h. t.* Aſt *m. f. poſſeſſor* omnes omnino reſtituit, etiam percipiendos, v. *l. 20. §. 6. l. 25. ſſ. 2. & 8. ff. h. t.* & pro tali etiam reputatur poſt lit. conteſtatam, qui ante in b. f. fuit, *d. l. 25. §. 7. ff. h.*

§. VI. Si aliquid *periit* ex rebus ad hereditatem pertinentibus, iterum diſtingue. *B. f. poſſeſſor*, vti dictum, ante L. C. plane non tenetur, bene tamen poſt eandem, ſi culpa eius ſubeſt. Caſum non præſtat, quia non cogitur, temere indefenſum ius ſuum relinquere, *l. 40. pr. ff. h. t.* & hinc explicanda eſt *l. 36. §. 4. ff. h. t.* quæ dicit, ad tempus rei iudicatæ reſpiciendum eſſe, ſi quæritur, an b. f. poſſeſſor locupletior ſit factus. Nempe, non habetur pro locupletiori, ſi caſu amiſit, bene tamen, ſi culpa quacunque, add. *l. 31. §. 3. ff. h. t.* *Malæ fidei poſſeſſor* de caſu ſemper tenetur, quia ſemper eſt in mora, *v. l. 20. §. vlt. l. 25. §. 2. l. 40. pr. ff. h. t.* neque diſtinctio inter *ſimplicem m. f. poſſeſſorem & prædonem* quoad hanc quæſtionem fundata eſſe videtur, v. Huber. *prælect. ff. h. t. §. 13.* licet ea in materia vſucapionis & aliis vſum habeat, v. §. *ſeq.*



Digitized by Google

§. VII. Quando autem poſſeſſor ita rem & fructus reſtituere tenetur, ille viciſſim quoque *expenſas* detrahere poteſt. Vbi ita tenendum. *Neceſſarias* in rem & fructus factas b. & m. f. poſſeſſor deducit, vel compenſat cum meliorationibus pro ſumma concurrente, *l. 48. ff. de R. V. ibique Brunnem.* hic tamen non, niſi res adhuc meliorata exſtet,& fructus nati fuerint, *l. 37. & 38. ff. h. t. Fur* & *raptor* nihil plane conſequitur, *l. 1. C. de infant. expoſ. l. 13. ff. de cond. furt.* De *vtilibus* idem eſt iudicium & eadem diſtinctio, *d. l. 38. Voluptuarias* b. f. poſſeſſor etiam in hoc iudicio vniuerſali deducit, m. f. paſſeſſor autem tollit, ſi ſine detrimento rei tolli poſſunt, *l. 39. §. 1. ff. h. t. v.* Huber. *prælect. ff. h. t. §. 18. & 19.*

*Lib. V. Tit. IV.*

## Si pars hereditatis petatur.

§. I. Hic idem iuris eſt, quod in petitione totius hereditatis. Non enim agitur aduerſus *coheredes* ad *diuidendam hereditatem*, de quo ſub *tit. famil. hercisc.* ſed aduerſus *tertium poſſeſſorem* ad reſtituendam hereditatis partem. Ceterum Paulus in *l. 3. ff. h. t.* dicit, quod eo caſu, ſi quis filium relinquat & vxorem prægnantem, filius ſaltem quartam partem hereditatis petere poſſit, quia poſſent tergemini naſci; & hanc deciſionem in eo fundat, *quod ſæpius tres, quam quatuor, quinque, aut ſeptem naſcantur.* Sed debuiſſet addere, quod ſæpius etiam vnus

K 2 naſca-

Digitized by Google

naſcatur,quam duo,aut tres. Non ergo peccabit hodie iudex,ſi filio dimidiam adſignet,ſub cautione tamen de reſtituendo reliquo, ſi plures nati fuerint. Tunc enim naſcituris nullum præiudicium metuendum.

*Lib. V. Tit. V.*

## De poſſeſſoria hereditatis petitione.

§. I. QVemadmodum ius ciuile ſuis heredibus: ita prætor ſuis bonorum poſſeſſoribus, id eſt illis, qui ex iure prætorio ſuccedunt, hereditatis petitionem concedit, per quam tantundem conſequuntur, quantum ſuperioribus ciuilibus actionibus heres (ciuilis) conſequi poteſt, prout habent verba *l. 2. ff. h. t.*

*LIB. V. TIT. VI.*

## De Fideicommiſſaria hereditatis petitione.

§. I. IDem obtinet, ſi quis per modum fideicommiſſi hereditatem accipit, *l. 2. h. t.* eademque a fiduciario huic fideicommiſſario *reſtituta eſt*, *l. 1. h. t. verbis* ſcilicet & nuda declaratione, non re ipſa, *l. 37. pr. l. 63. pr. ff. ad Sc. Trebell.* id eſt, ſi fiduciarius, qui alias agere & deinde fideicommiſſario hereditatem reſtituere debebat, ius agendi fideicommiſſario ceſſit.

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. VI. Tit. I.*
Cod. III. 32.

## De Rei vindicatione.

§. I. **F**Verunt illa iudicia *vniuerſalia*, nunc *ſingularia* ſequuntur, & in hoc quidem libro ea occurrunt, quæ intuitu rerum *corporalium* ex dominio dantur, in ſequentibus *lib. VII. & IIX.* autem de actionibus intuitu rerum *incorporalium* competentibus agetur.

§. II. *Rei vindicatio* itaque datur domino, ſiue plenum, ſiue minus plenum, perpetuum aut temporarium dominium habeat, quamuis enim, ſi dominus minus plenus agit, actio *vtilis* vocari ſoleat, in effectu tamen nihil intereſt. Hoc dominium non ex ſolo titulo, v. g. emtionis, donationis, &c. probatur, ſed quoque probandum eſt, *autorem meum dominum fuiſſe*, & ſic illum dominium in me transferre potuiſſe, *l. 20. pr. ff. de A. R. D.* Speciale quid eſt, quod nonnullis perſonis dominium adquiratur, *ſi res aliqua ipſarum pecunia emta*, v. g. *pupillis*, ſi tutor emit, *l. 2. ff. quand. ex. fact. tutor. militibus l. 8. C. h. t. vxori* intuitu omnium bonorum, *l. 55. ff. de donat. int. vir. l. 54. ff. de iur. dot.* quod alias non obtinet, nec res in locum pretii ſuccedit, *l. 8. C. ſi quis alteri, vel ſibi ſub alt. nom.*

§. III. Datur contra *poſſeſſorem*, qui hic itidem vel verus, vel fictus eſt, vt in *tit. de hered. petit.* §. *III.* vbi vide. Debet autem quis poſſidere *nomine proprio*. Ergo ſi quis *alieno* nomine nude detinet, v. g. commodatarius, depoſitarius, con-

ductor, &c. ille non opus habet, vt litem ſuſcipiat, ſed opponit exceptionem *laudationis*, vel *nominationis autoris*, idque ante L. C. quo facto totalis in principalem transfertur, *l. 2. vbi in rem act.* ſi vero litem proprio nomine conteſtatur, liti ſe obtuliſſe videtur.

§. IV. Tendit rei vindicatio ad declarationem dominii & petitam rem conſequendam. Res, prout in §. I. dictum, debet eſſe *ſingularis*, pro qua etiam habetur grex, armentum, equitium, *l. 1. §. ſ. ff. h.* aliaque ſub nomine collectiuo venientia. Quamus enim hæc a DD. interdum quoque vniuerſitates vocentur; non tamen ſunt vniuerſitates *iuris*, vt hereditas, ſed *rerum*, ſiue *facti*, vt alii loquntur.

§. V. Circa fructus, damna & expenſas eadem fere obtinent, quæ diximus ad *tit. de hered. pet. §. V. VI. & VII.* His ſaltem notatis: (1) quod in rei vindicatione m. f. poſſeſſor *vtiles* impenſas ſaltem *tollat*, *l. 37. ff. h. t. l. 5. C. eod.* & (2) quod etiam bonæ fidei poſſeſſor *voluptuarias* non deducat, ſed perinde, vt m. f. poſſeſſor, ſolum tollat, *v. l. 9. ff. de impenſ. in rem dot. ſ.* iure romano etiam hæc differentia adeſt, quod b. f. poſſeſſor non reſtituat fructus, etiam ſi locupletior factus *l. 4. §. 2. ff. fin. regund.* verum illa moribus ceſſat, Hopp. *ad §. 35. I. de R. D. in vſ. hod.*

§. VI. Ceterum intuitu *vtilium* expenſarum hoc quoque adhuc notandum, quod, licet quis b. f. eas fecerit, dominus tamen ad earum refuſionem cogi non poſſit indiſtincte. Hinc *ſi pau-*

*per*

Digitized by Google

*per eſt,* qui ſi reddere id cogatur, laribus, ſepulchris auitis carendum habeat, tollere poſſeſſori permittitur, ſi absque detrimento rei fieri queat. Verum, ſi iam tollere paratus eſt, iterum ſufficit, ſi modo dominus tantum ſoluere velit, quantum habiturus eſt poſſeſſor his rebus a blatis, *v. l. 38. ff. h. t.*

§. VII. Circa quæſtionem: *an poſſeſſor pretium pro re, quæ vindicatur, ſolutum a domino vindicante repetere poſſit?* diſtingue. Si poſſeſſor rem emit *in propriam vtilitatem* b. aut m. fide, pretium non conſequitur, *l. 3. & 23. C. h. t. l. 2. C. de furt.* licet deſuper proteſtatus ſit, quia proteſtatio conſeruat quidem ius proteſtantis, ſed nouum ius non tribuit; ſi vero *in vtilitatem domini* rem illam comparauit, v. g. rem amici ab hoſtibus, raptoribus, &c. tanquam negotiorum geſtor conſideratur & pretium repoſcit, quia res alias ciuiliter interiiſſet, id eſt, dominus eandem iterum conſecutus non fuiſſet, v. Carpzou. *p. 4. c. 39. d. 7.* in Saxonia electorali requiritur, vt emtor huncce ſuum animum iudicialiter declaret, *deciſ. nouiſſ. 90.* De *rei vindicatione* ſcripſerunt Georg. Obrecht & Chriſt. Phil. Richterus.

*LIB. VI. TIT. II.*

## De Publiciana in rem actione.

§. I. Dictum fuit *tit. præced. §. II.* iure *ciuili* non ſufficere ad dominii probationem, vt quis titulum demonſtret, ſed requi-

ri etiam, vt doceatur, autorem fuiſſe dominum; quoniam vero hoc admodum difficile eſt, hinc *Prætor Publicius* introduxit publicianam actionem, qua mediante res poteſt vindicari, licet dominium autoris probari nequeat, fingit enim prætor, ac ſi res ab actore iam vſucapta fuerit. *ſſ. 4. I. de act.* vnde actio publiciana nihil aliud eſt, quam *rei vindicatio prætoria*.

§. II. Datur itaque *actio publiciana* ei, qui rem non vitioſam, i. e. non furtiuam, *l. 9. §. 5. l. 12. ſſ. 4. ff. h. t.* a non domino bona fide, *l. 7. §. 11.* & titulo iuſto, oneroſo, vel lucratiuo, *l. 1. § 2. l. 23. 4. ſeqq. h. t.* accepit, eam vero ante completum vſucapionis tempus iterum caſu amiſit, aduerſus eum, qui infirmiori iure eam poſſidet, ad id, vt cum fructibus (pariter ac in rei vindicatione) reſtituatur.

§. III. Datur ei, qui rem *accepit*, id eſt, cui ex præcedenti titulo res eſt tradita, vere, vel ficte, *l. 9. pr. & §. 1. ff. h. t.* ſi igitur res mihi primum vendita, ſed non tradita, deinde vero ab eodem non domino alteri vendita & tradita, contra ſecundum hunc emtorem & poſſeſſorem publiciana non competit, *l. 7. §. 16. h.* ſed actione emti ad intereſſe aduerſus venditorem experiri teneor. Nec competit etiam publiciana, ſi *diuerſi non domini* eandem rem duobus vendiderint, & tradiderint, nam poſterior poſſeſſor æque forte ius habet, ac prior, atque adeo infirmiori iure non poſſidet, *l. 9. ſſ. 4. h. t.* Sane, ſi per modum *vltimæ voluntatis* rem accepi a non domino, publi-

Digitized by Google

publicianæ locus eſt, licet nulla traditio facta, *l. 12. §. 1.* nam & hic ipſum dominium ſine traditione transfertur, *v. tit. de diuiſ. rer.* §. *XV.*

§. IV. Circa *bonam fidem*, quam requiſimus, in §. *II.* occurrit quæſtio: *vtrum ea ſemper adeſſe debeat*, & ſic *mala fides ſuperueniens hanc actionem excludat?* negatur. Quamuis enim hodie ſecundum ius canonicum in materia præſcriptionis b. f. ſemper requiratur, per *c. f. X. de præſcript.* hic tamen adeſt diſpar ratio. Scilicet, in præſcriptionibus agitur de *iure ipſius domini excludendo*, atque adeo furtum morale inuolueret, ſi quis in m. f. conſtitutus illud ſibi adſcribere vellet: hic vero actori cum *tertio non domino infirmiori iure poſſidente* res eſt, vnde ſi hic malam fidem actori obiiceret, actor replicaret: *hanc exceptionem eſſe de iure tertii.* Diſſentit quidem Schilter *ex. 16. th. 70 ſeqq.* aſt deinde *th. 75.* nobis accedit, modo poſſeſſor adhuc habeat animum, quod vero domino ſuperuenienti rem reſtituere velit. At vero hic animus ſemper præſumitur, imo, licet non præſumeretur, tertii tamen iterum non intereſt.

§. V. In *l. 11. §. 1. ff. h. t.* publiciana actio ad eum quoque caſum adplicatur, ſi alicui *ſeruitus* aliqua a non domino conſtituta, vt adeo nec hoc caſu actor dominium conſtituentis probare teneatur, ſed ſolum b. f. & iuſtum titulum, vel eius loco patientiam, de quo infra ſuo loco pluribus.



Digitized by Google

*Lib. VI. Tit. III.*

Cod. IV. 66.

# Si ager vectigalis, id eſt, emphyteuticarius petatur.

§. I. REi vindicatio vtilis (*v. tit. de R. V.* §. *II.*) datur etiam emphyteutæ propter dominium vtile, eodem modo, vti rei vindicatio directa domino pleno. Competit ea etiam aduerſus *ipſum dominium directum*, ſi ſcilicet hic rem emphyteuticariam poſſideat & ius dominii vtilis ſine iuſta cauſa interuertere velit, *v. l. 1. in f. ff. h. t.*

§. II. Hac occaſione de emphyteuſi in genere ſub hoc titulo agitur, non quatenus ſolum eſt *ius in re*, ex quo modo dicta actio profluit, ſed etiam quatenus eſt *contractus*, ex quo actio perſonalis enaſcitur. Equidem olim dubitabatur, annon contractus emphyteuticus ad locationem, vel etiam ad venditionem referendus ſit, quia in aliquibus cum vtraque conuenit; verum imp. Zeno eum ſeparauit & propriam definitionem conceſſit, *l. 1. C. de iur. emphyt.* Eſt ergo *contractus conſenſualis*, v. §. *3. I. de locat.* quo mediante *vtile rei immobilis dominium* transfertur, ſub hac lege, vt emphyteuta rem illam *meliorem reddat* & præterea quotannis certum *canonem ſoluat*, *l. 1. ſeqq. C. h. t.*

§. III. In *cit.* §. *3. I. de locat.* dicitur ſolum, *quod prædia pro certa penſione perpetuo fruenda tradantur*, add. *l. 1.* §. *1. ff. h. t.* vnde adpellatio *dominii vtilis*

DD.

Digitized by Google

DD. adſcribenda, res interim in ſe certa eſt. Olim *agri ciuitatum* ita locabantur, *l. 1. h. t.* v. Petrus Burmannus *de vectigalibus populi romani*, item *fundi ſteriles*, prout colligunt DD. ex *l. 3. C. de iur. emphyt. ibi: ſuas meliorationes*; ſed poſtea contractus ad fundos etiam priuatorum, cultos, vrbana quoque prædia extenſus, v. Schilter *ad ff. ex. 16. th. 77. & 78.*

§. IV. Super quæſtione: *an ſcriptura ad eſſentiam huius contractus pertineat*? DD. vt ſolent, admodum controuertunt, v. Carpz. *p. 2. c. 38. def. 7.* Nobis negatiua placet, quia in §. *3. I. de locat.* emphyteuſis inter contractus conſenſuales refertur, & verba *l. 1. C. h. t. pactionibus ſcriptura interueniente habitis*, non ſunt diſpoſitiua, ſed enunciatiua. Interim in conſtitutione emphyteuſeos *eccleſiaſticæ perpetuæ* ſcriptura omnino eſſentiam contractus ingreditur, v. *nou. 7. pr. nou. 120. c. 5.*

§. V. Dominium, quod ante penes vnum erat, per hunc contractum diuiditur. Vnam partem retinet conſtituens, quæ vocatur *dominium directum*, cuius effectus ſunt: (1) quod dominus directus ab emphyteuta poſſit *canonem annuum exigere:* (2) emphyteuta *in alienatione ipſius conſenſum impetrare*, & (3) aliquando *laudemium ſoluere teneatur*, *v. l. 2. & 3. C. de iur. emphyt.*

§. VI. *Canon* vel in pecunia, vel in aliis rebus quibuscunque conſiſtere poteſt, quia leges nihil determinant: quod ſi vero ille in eccleſiaſticis intra biennium, & in ciuilibus intra triennium non ſoluatur, emphyteuta iure ſuo excidit,

dit, *l. 2. & 3. C. d. t. auth. qui rem. C. de SS. eccleſ.* Dominus directus tamen vnius voluntatem expellendi declarare debet, alias enim heres agere nequit, quia expulſio ſpeciem vindictæ continet, v. *d. l. 2.* Expulſio quoque locum non habet, ſi emphyteuta ante domini declarationem reſiduum canonem offerendo moram purgauit, *c. ſ. X. de locat. ibi: niſi celeri &c.* aut niſi exceptione *compenſationis* tutus ſit, Brunnem. *rep. par. Weſ. h. t. qu. 28.* Gothofr. *ad l. 4 ff. de compenſat.*

§. VII. *Conſenſum domini* emphyteuta non in omni alienatione impetrare tenetur, ſed ſolum in *venditione*, non ergo, ſi donat, legat, permutat, Gothofr. *ad l. 3. C. de iur. emph.* Domino enim directo ius protimiſeos ſolum competit, quod intra *duos merſes* exercere debet a tempore requiſiti conſenſus, *l. 3. C. d. t.* aſt vero illud ius in aliis contractibus, præter venditionem, locum non habet, quia retrahens easdem conditiones præſtare nequit, conf. *tit. de contrah. emt. §. XXII.*

§. IIX. *Laudemium* præſtat nouus emphyteuta, in quem emphyteuſis titulo ſingulari transfertur, & quidem eius nomine *quinquageſimam partem pretii*, id eſt, 2 pro 100. *d. l. 3. C.* idem in ducatu Magdeburgico, *Ord. polit. c. 48. §. 3.* in Saxonia 5. vel 10. pro 100. ſoluuntur, Carpz. *p. 2. c. 39. d. 12.* alibi mores variant. Solutio fit in eadem moneta, in qua pretium ſolutum, & attenditur, quidnam *ab initio* determinatum fuerit, v. Frantzk. *de laudem. c. 23. n. 37. ſeqq.* In Saxonia *liberi* non ſoluunt laudemium, bene tamen alii heredes,

Carpz.

Digitized by Google

Carpzou. *d. l. def. 20. 21. 22.* aliter, Iure Rom. ſoli ſucceſſores *ſingulares* ad hoc tenentur, vt paulo ante dictum. *Certum vero tempus*, intra quod laudemium præſtari debeat, vt in feudalibus annuum, nullibi eſt determinatum.

§. IX. Diximus de iure *dominii directi*, *v. §. V.* Alteram partem dominii habet emphyteuta, quod dicitur *dominium vtile*. Huius effectus eſt, quod non ſolum rem vindicare queat, v. §. I. ſed quod *omnia etiam emolumenta, ordinaria*, id eſt fructus, &c. percipiat dominus vtilis, Struu. *ex. 11. th. 68.* Verum e contrario ille quoque ad omnia *onera* & ad reddendas apochas tributorum domino tenetur, & *particulare damnum* fert, v. g. ſterilitatem in fructibus, vt propterea canon non minuatur, ipſe totius rei interitus vero ad dominum directum ſpectat, *l. 1. & 2. C. h. t.* quo hodie etiam referunt, ſi emphyteuta fundo emphyteutico *plane vti non potuit*, v. g. propter bellum, Brunnem. *ad l. 1. C. de iur. emph.*

§. X. Emphyteuſis regulariter ad *omnes heredes vtriusque ſexus* transmittitur, niſi pacto aliud conuentum. Poteſt tamen emphyteuta iuri ſuo iterum *renunciare*, niſi hoc fiat in præiudicium domini directi, v. g. ſi res nondum culta, aut melior reddita, nec alius ſtatim adſit, qui vices emphyteutæ in ſe ſuſcipere velit.

§. XI. Amittitur emphyteuſis, ſi emphyteuta fundum non reddit meliorem iuxta legem contractus, ſed *deteriorem*, *v. l. 3. C. d. t. inf.* quod

de

Digitized by Google

de deterioratione totius fundi intelligendum, alias enim, ſi pars ſolum deteriorata, pars quoque ſolum amittitur, quia inter delictum & pœnam proportio eſſe debet, v. Carpz. *p. 2. c. 38. def. 23.* Quod ſi itaque hoc modo emphyteuta expellitur, non poteſt meliorationes, vel expenſas, quas ante forſan fecit, repetere, *l. 2. C. d. t.* De hac materia emphyteuſeos peculiares tractatus conſcripſerunt Aluar. Valaſcus, Fr. Fulginus, Corbulus, Iulius Clarus, Franc. de Caldas, Barth. Cæpolla, Maulius, Rulandus, Blumblacherus, &c.

§. XII. Ab emphyteuticis differunt bona *cenſitica*, quando *dominium plenum* in cenſitum transfertur & dominus priſtinus ſolum ius hypothecæ in illis retinet. Hic ſoluitur certus cenſus, qui non remittitur, niſi eo caſu, de quo §. IX. dictum, aut niſi cenſus fructibus ſit proportionatus. Petitur quidem alicubi renouatio inueſtituræ & certum laudemium ſoluitur, aſt ob non ſolutum cenſum intra triennium expulſio cenſiti locum non habet. Pro his in Germania potius, quam pro emphyteuticis in dubio præſumitur, v. Seckendorff. *Teutſch. Fürſt. Staat. p. 3. c. 2. §. 5.* Carpz. *p. 2. c. 39. def. 1. ſeqq.*

§. XIII. Soluitur tunc cenſus *dominis* vt plurimum *iurisdictionalibus*. Alia ſpecies *bonorum cenſiticorum* eſt, quando *priuatus* vel in venditione prædii cenſum ſibi reſeruat, quia viliori pretio vendidit, qui *reſeruatiuus*: vel etiam alteri certam pecuniæ ſummam ſoluit & ſic cenſum emit, qui *conſtitutiuus* dicitur. Cenſus, ſiue *annuus reditus*,

Digitized by Google

*tus*, hoc caſu proportionem cum vſuris alias conſuetis habet, & reuera eſt contractus mutui, ideo tamen alio nomine inſignitus, ne quis generalem prohibitionem vſurarum iure canon. comprehenſam incurreret, Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. cap. 8. §. 13. ſeqq.* Dicuntur illi annui reditus *irredimibiles*, ratione ſcilicet *emtoris* & ſi cenſus in *fructibus incertis* conſiſtit. Emtor enim ſine dubio reditus iterum non offerret, quam ſi ſatis locupletatum ſe exinde deprehenderet, v. *Ord. polit. de a. 1548. tit. von wucherlichen contracten.* Dn. Stryk. *l. c. §. 17.* vbi excipit caſum, *ſi venditor in præſtandis reditibus ſe moroſum exhibeat.* Pertinent huc: Buſius & Caſp. Rodericus *de annuis reditibus*: Bened. Bonius *de cenſibus.*

*Lib. VII. Tit. I.*

Cod. III. 13.

## De Vſufructu & quemadmodum quis vtatur fruatur.

§. I. IN *libro VII. & IIX. ff.* materia de ſeruitutibus proponitur, & quidem *liber VII.* ſeruitutes *perſonales*, *liber IIX.* autem *reales* exhibet.

§. II. *Seruitus* in genere eſt ius in re aliena alteri conſtitutum, quo rei dominus in vtilitatem alterius *pati* aliquid, vel *non facere* tenetur, *l. 15. §. 1. ff. de ſeru.* vtilitas illa vel obuenit *ſoli perſonæ* ſine reſpectu ad certum prædium, & dicitur *perſonalis*, quales ſunt vſusfructus, vſus, habitatio, quæ in hoc libro explicantur: poſſunt

tamen

Digitized by Google

tamen & plures eſſe; vel vtilitas obuenit *ipſi prædio* principaliter & ſecundario perſonæ, atque *realis*, ſiue *prædialis* audit, v. *l. 1. ff. de ſeruit.* Reliquas diuiſiones explicabimus ſub *tit. de ſeruit.* Quod ſi alter aliquid *facit* in noſtram vtilitatem, ſeruitus plane non eſt, ſed ius perſonale ex tali conuentione ſolum oritur, niſi ſimul hypotheca in certa re conſtituta fuerit.

§. III. *Vſusfructus* eſt ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia, *l. 1. ff. h. t.* DD. hunc vocant vſumfructum *formalem*, eum vero, qui dominio coniunctus eſt, & ſic in re propria ſine ſeruitute competit, *cauſalem*, qui huc non pertinet.

§. IV. Conſtituitur vſusfructus interdum a *lege*, v. g. patri in bonis aduentitiis liberorum, v. infra *tit. de peculio:* marito in bonis vxoris paraphernalibus: aliquando *in pœnam*, ſi coniux ad ſecunda vota tranſit, tunc enim proprietatem rerum a priore coniuge relictarum amittit & vſumfr. ſolum retinet, *l. 3. & auth. vxore C. de ſec. nupt.* quod tamen in plerisque locis non amplius obſeruatur, Brunnem. *ad l. 10. C. de ſec. nupt.*

§. V. Interdum conſtituitur vſusfr. a *iudice* in iudiciis diuiſoriis, vt fam. hercifcundæ & communi diuidundo, ſi res commode diuidi nequeat, vbi vni proprietas, alteri vſusfructus ad dies vitæ adſignatur, *l. 6. §. 1. ff. h. t.* res tamen ad æquitatem redigenda, ita vt is, qui vſumfr. habet, proprietario quotannis certam quantitatem fructuum præſtet, proprietarius autem mortuo vſufr.

Digitized by Google

vſufr. eius heredibus partem æſtimationis ſoluat, Donell. *l. 10. c. 6.* Brunn. *ad l. 16. ff. fam. herc.*

§. VI. Regulariter quilibet vſumfr. conſtituit, qui *dominus eſt rerum ſuarum illarumque liberam adminiſtrationem habet*, etiam dominus *minus plenus*, quamdiu ſcilicet illius ius durat. Conſtituitur vel per modum *conuentionis*, vel *vltimæ voluntatis*, e. g. legati. &c. *Adquirere* vſumfr. poteſt, qui alias *conditionem ſuam meliorem reddere valet*, v. *tit. de pact.* §. *IV.*

§. VII. Vtitur fruitur vſufructuarius omnibus *fructibus*, ad neceſſitatem, commoditatem & voluptatem, proprietarii enim nihil intereſt, v. Lauterb. *h. t.* non vero capit emolumenta *extraordinaria*, v. g. theſaurum, *v. l. 7. §. 12. ff. ſolut. matrim.* prouentus metallicos, &c. *d. l. 7. §. 13.* ſi ſcilicet non renaſcuntur metalla, alias enim fructuum nomine & hæc veniunt. Hæc ita intelligenda, quod v. gr. theſaurum, quoad proprietatem, non capiat vſufructuarius, vſuras tamen percipit, quæ ex pecunia inuenta rediguntur, vel ipſe vtitur illa pecunia ſine vſuris proprietario præſtandis. Ita in aliis quoque.

§. IIX. De fructibus *vltimi anni* ſic tenendum. Vſufructuarius fructus *naturales* ad heredes transmittit, quos tempore mortis *perceperat*, id eſt, a fundo ſeparauerat, vel ipſe, vel alius eius nomine *l. 13. pr. ff. quib. mod. vſusfr. am.* non ergo quos fur decerpſerat, vel deſecuerat, *l. 12. §. 5. ff. h. t.* Circa *ciuiles* diſtingue: ſi illi percipiuntur ex *prædio vrbano*, pro rata transmittuntur, arg.

*l. 26. ff. h. t.* quod in cenſibus, reditibus & decimis quoque locum habet. Struu. *ex. 12. th. 19.* ſi vero ex *prædio ruſtico*: transmiſſio locum habet, ſi colonus viuo vſufructuario fructus iam ſeparauit, *l. 58. h. t.*

§. IX. De iure tamen Saxonico duo hic notanda: (1) in fructibus *naturalibus*, qui induſtriam requirunt; Struu. *ex. 12. th. 18.* non reſpicitur ad tempus perceptionis fructuum, ſed ad hoc ſaltem, an *ſemen raſtro fuerit ſubactum*, vel in aliis, an *maximus labor abſolutus*, *Landrecht lib. 2. art. 58.* (2) in fructibus *ciuilibus* cenſus, reditus, penſiones ex prædiis vrbanis locatis, &c. non tranſmittuntur, niſi *poſtquam dies venit*, Carpzou. *p. 3. c. 32. def. 19.* quando autem veniat dies diuerſarum decimarum, v. g. *Lammerzehend, Korn-Gans-Fleiſch-Garten-zehend*, de eo v. *Landr. d. art. 58.* mercedes ex prædiis ruſticis locatis eodem modo transmittuntur, vt iure communi, Carpz. *p. 3. c. 16. def. 7.*

§. X. *Tributa* omnia ſoluit vſufructuarius, & tenetur quoque ad *modicam refectionem*, id eſt, rem ſartam tectam conſeruat, *l. 7. §. 2. ff. h. t.* Faciem fundi autem non mutat, nec de nouo ædificat, nec cœpta perficit inuito proprietario, *l. 44. & 61. ff. h. t.* quippe qui alias valde grauari poſſet, ea interim ſunt permiſſa, quæ *ad fructus eo melius percipiendos* faciunt, *l. 13. §. 5. & 6. ff. h. t.*

§. XI. Denique re vti frui debet, *tanquam bonus paterfamilias*, vide exempla de mancipiis, veſtimentis, aliisque rebus in *l. 15. §. 1. ſeqq. ff. h. t.* ſic in vſufructu gregis in locum demortuorum capitum ex fœtu ſubmittere, & in vſufructu horti,

vel

Digitized by Google

vel vineis, in vinearum, vel arborum demortuarum locum alias ſubſtituere debet. §. 38. *I. de R. D.* De vſufructu in peculiari tractatu egit Ioh. del Caſtillo Sotomaior, & Elbert. Leoninus apud Struu. *ex. iu. th. 11.* item M. Aurelius Galuanus, Martinus Ludenius *de vſufructu, vſu & habitatione.*

*Lib. VII. Tit. II.*

## De Vſufructu adcreſcendo.

§. I. Quemadmodum, vt infra ſuo loco ad tit. *de legat.* §. *XI. ſeqq.* dicetur, in aliis legatis ius adcreſcendi locum habet: ita & in legato vſufructu. Sed hic tamen duo ſpecialia notanda. (1) in legata proprietate ius adcreſcendi ceſſat, quamprimum ſinguli legatarii ſuam quisque partem agnouerunt; ſed in vſufructu portio collegatarii adhuc adcreſcit, *licet ea iam acceptata fuerit ab altero, & is deinde mortuus, l. 1.* §. *3. h. t.* (2) in proprietate legata ius adcreſcendi non habet, *qui partem ſuam amiſit*; ſed hic habet, v. g. ſi alteri legatario ſua portio in iudicio ablata, & collegatarius deinde ſuam portionem forte non vtendo amiſit, hæc non pertinet ad proprietarium, ſed eum, cuius portio in iudicio ablata, *l. 10. ff h. t.* ad quam v. Cuiac. *l. 9. obſ. 11.* & Brunnem. *in comm. ff.*

*Lib. VII. Tit. III*

## Quando dies vſusfructus legati cedat.

§. I. Hic iterum illud ſpeciale notandum, quod licet in proprietate *pure* legata, dies


Digitized by Google

dies ſtatim a morte teſtatoris cedat; in legato tamen vſusfructus illa demum cedat *ab adita hereditate*, *l. vn.* §. 2. *ff. h. t.* ſcilicet, vt in proprietatis legato dies ſtatim cedat, hoc in fauorem heredum legatarii introductum eſt, quo illi nihilominus legatum petere queant, quamuis legatarius interim, dum heres ſcriptus deliberat, deceſſerit, *l. 5. pr. ff. quando dies legat.* Aſt vero vſusfructus ad heredes non tranſit, & ſic non erat opus, in eorum fauorem hic diſponere.

## *Lib. VII. Tit. IV.*

# Quibus modis vſusfructus, vel vſus amittitur.

§. I. AMittitur vſusfructus (1) *morte* vſufructuarii, *l. 3.* §. *3. h. t.* quod ſi tamen duæ perſonæ ſunt, quæ pro vna habentur, vtramque etiam mortuam eſſe oportet, e. g. ſi filiofam. vſusfruct. relictus, *l. 5. C. vſufr.* Si vſusfructus expreſſe etiam *heredibus* relictus, ad heredes primi gradus nihilominus ſolum tranſit, ne proprietas ſemper inutilis maneat, *l. 14. C. d. t.* Vſusfructus, *vniuerſitati* relictus, tollitur vel *diſſoluta vniuerſitate*, *l. 21. ff. h. t.* vel lapſu *100. annorum*, quia is finis vitæ longæui hominis eſt. *l. 56. ff. de vſufr.*

§. 2. Amittitur (2) *morte ciuili*, id eſt *maxima & media capitis diminutione*, *l. 16.* §. *2. C. de vſufr.* (3) per *non vſum* 10 (inter præſentes) vel 20 annorum, (inter abſentes,) *d. l. 16.* §. *1.* ſiue vſusfru-

Digitized by Google

fructus iam fuerit traditus, ſiue non; *ibid.* ſiue in re mobili; ſiue immobili conſiſtat, *l.* 13. *C. de ſervit.* ſi parte non vtitur vſufr. eam partem ſolum amittit, *l.* 25. *h. t.*

§. III. (4) *Rei interitu*, v. g. ſi ædes combuſtæ. v. *l.* 5. §. 2. *l.* 10. §. 1. *ſeqq. l.* 11. & 12. *ff. h.* aliud in inundatione ad tempus, *l.* 23. & 24. *h. t.* add. *l.* 10. §. 2. *eod.* Si vſusfructus gregis legatus, ille extinguitur, ſi minus, quam decem capita adſunt, *l. vlt. h. iunct. l. vlt. ff. de abig.* ſi vero proprietas legata, grex etiam in vno capite conſeruatur, *ff.* 18. *I. de legat.* ſi ager ab hoſtibus captus, ciuiliter quidem interit, iure poſtliminii tamen reſtituitur, *l.* 26. *h. t.*

§. IV. Quamuis etiam vſufr. perceptionem fructuum alteri ad dies vitæ vſufructuarii concedere queat, *ff.* 1. *I. de uſ. & hab.* cadit tamen (5) iure ſuo, ſi *ipſum ius vſusfr. in alterum transferre velit*, ita, vt huius demum morte expiret, *l.* 66. *ff. de iur. dot.* Quod *exiſtentia conditionis* & *diei* expiret vſusfructus, item per *conſolidationem*, ſi vſufr. ipſam proprietatem adquirat, hoc per ſe patet.

*Lib. VII. Tit. V.*

# De vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur.

§. I. SEquitur hic diſtinctio in *verum & quaſi vſumfructum*. Verus *tit.* 1. *hui. libr.*
§. II. deſcriptus fuit, quod ille fiat *ſalua rerum*

 ſub-

Digitized by Google

*ſubſtantia*; quaſi vſusfr. itaque conſtituitur in rebus, quæ (ſenſibiliter) vſu *conſumuntur*, vel *minuuntur*, *rubr.* & *l. 1. ff. h.* quo etiam veſtimenta *quotidiana* pertinent, §. 2. *I. de vſufr.* in feſtiuis autem eſt verus vſusfructus, de quo caſu explicanda *l. 15.* §. 4. *ff. de vſufr. v. l. 9.* §. 3. *ff. vſufr. quemadm. cauſ.*

§. III. Ipſa *proprietas* naturaliter hic ſimul conſumitur, fingitur tamen remanere ciuiliter, quia vſufructuarius ad ſimilem rem, vel æſtimationem eius reſtituendam obligatur, v. §. 2. *I. de vſufr.* Differt hic quaſi vſusfructus a *mutuo*: (1) mutuum fit ad *breue tempus* communiter, quaſi vſusfr. morte vſufructuarii demum expirat. (2) In mutuo ſoluuntur vſuræ ex conuentione, vel mora, hic nunquam: (3) in mutuo non præſtatur cautio a debitore, niſi de ea conuentum; hic vero, licet nihil pactum.

## LIB. VII. TIT. VI.

# Si vſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.

§. I. QVoniam de actione confeſſoria & negatoria in genere *lib. ſq. tit. V.* agitur; hinc ne idem bis agamus, lectorem eo ablegaſſe nunc ſufficiens erit



Digitized by Google

Lib. VII. Tit. VII.

## De operis ſeruorum.

§. I. HÆc ſeruitus hoc peculare habet, quod nec morte nec capitis deminutione eius, cui debetur, extinguatur, ſed tantum morte ſerui, qui operas præſtat, *l.* 2. *ff. h. t.* nec amittitur per non-vſum, *l.* 2. *ff. de vſufr.* conf. Huber. *prælect. ff. ad tit. J. de vſ. & habit. n.* 4.

Lib. VII. Tit. IIX.

## De vſu & habitatione.

§. I. V*Sus* eſt ius alienis rebus vtendi, ſalua earum ſubſtantia. Minus in vſu eſt, quam in vſufructu. Vtitur enim vſuarius omnibus quidem fructibus *naturalibus*, v. g. oleribus, pomis, floribus, ſtercore, §. 1. *J. h. t. induſtrialibus* autem non niſi *modice*, pro dignitate tamen vſuarii, v. *l.* 12. *ff. h. t.* ſi quid reſiduum eſt, hoc pertinet ad proprietarium.

§. II. Vſu ædium conſtituto, inquilinum quidem recipere & cum familia ibi habitare, *l.* 4. *ſeqq. ff. h. t.* (quod quondam vix licebat, §. 2. *J. h. t.*) non autem *integras ædes* locare licet, *l.* 8. *eod.* Neque alium ſubſtituere poteſt vſuarius, qui eius loco vtatur, *l.* 8. *pr. l.* 11. *h. t.* ne durior fiat proprietarii conditio. Exceptio eſt, niſi



Digitized by Google

niſi vſus alias *inutilis eſſet*, v. g. ſi vſus ſyluæ in remotiori locô ſitæ legatus, *l. 22. pr. h. t.* aut conſtituens *tacite hoc conceſſerit*, v. g. ſi aurigæ vſus equi relictus, *l. 12. §. 4. ff. h. t.*

§. III. *Habitatio* eſt ius alienas ædes inhabitandi & omne commodum ex illarum habitatione percipiendi. Non ergo mercedem pro taberna mercatoria, aut cella aliis locata capit habitator, quia illa ex *habitatione* non percipitur, v. Dn. Thomaſ. *in ſchol. ad prælect. Huber. ad I. de vſ. & habit §. 6.* in quo habitatio ab vſufructu differt; *locari* vero in totum aliis poteſt, *§. 5. I. h. t.* in quo ab vſu ædium recedit. Ceterum *nec capitis deminutione, nec non-vſu tollitur*, *l. 10. pr. h. t.* ratio tamen, *qui magis in facto, quam iure conſiſtit*, *l. 10. ff. de cap. min.* non eſt adæquata. Nam habitatio, tanquam ſeruitus, omnino in iure conſiſtit; ſi vero ad *factum habitationis* reſpicias; vſusfr. & vſus eodem modo in facto conſiſtunt. Mart. Ludenius *de vſufructu, vſu & habitatione.*

*Lib. VII. Tit. IX.*

# Vſufructuarius quemadmodum caueat.

§. I. NE autem vſufructuarius (idem in vſuario & habitatore, v. *l. 5. §. 1. l. 11. h. t.*) proprietatem perdat, de duobus cauere tenetur: (1) *ſe vſurum boni viri arbitratu, & (2) cum vſusfr. ad eum peruenire deſinet, reſtituturum, quod inde*

Digitized by Google

*inde extabit*, *l. 1. pr. ff. h. t.* De quaſi-vſufructu v. *tit. V. §. II.*

§. II. Cauetur *fideiuſſoribus* & *pignoribus*, v. *tit. qui ſatisd. cog. §. III.* Si vtrumque deficit, iudicis arbitrio committitur, vtrum vſufr. ad cautionem iuratoriam admittere, an vero adminiſtrationem proprietario, vel tertio ſub cautione concedere velit, v. omnino Gail. *2. obſ. 47.*

§. III. Cauetur omni illi, *cuius intereſt*, v. g. *proprietario* & *collegatario*, propter ius adcreſcendi, v. *tit. II. libr. l. 8. h. t.* vbi alii adhuc caſus. Poſſunt vero hi favori ſuo renunciare; aſt teſtator in præiudicium heredis cautionem remittere nequit, v. *L. 1. de vſufr.* quæ theſis iuris Romani ratione deſtituitur. Nam remiſſio cautionis directo non inuitat ad delinquendum, alias nec ipſe heres remittere poſſet, quod tamen omnes admittunt, v. Brunnem. *ad d. l. 1.* Nonnulli quidem obiiciunt: alteri per alterum præiudicium inferri non poſſe: at teſtator & heredes non ſunt alter atque alter, ſed *vna perſona*.

§. IV. Cautio adhuc exigi poteſt, licet res vſufructuaria *iamdum vſufructuario tradita fuerit*, *l. 7. pr. h. t.* quia ea non ex conuentione, ſed ex lege dependet. Quotiescunque itaque vſufructuarius boni viri arbitratu non vtitur; toties *ad intereſſe* contra ipſum agitur, *L. 1. §. 5. & 6. h. t.* Imo ſi grauis eſt deterioratio ex dolo, vel lata culpa procedens, DD. vſumfr. *plane amitti* exi-

ſtimant, ob *l.9.* §.*5.* *ff. de damn. infect.* Struu. *ex. 12. th.34.* Vt ergo de quantitate deteriorationis eo melius conſtet, vtile eſt, vt heres & legatarius, qualis res ſit, cum frui incipit legatarius, inteſtatum redigant, id eſt, inuentarium conficiant, *l.1.* §.*4. h. t.*

§. V. A præſtatione cautionis immunes ſunt, (1) quibus vſusfructus *ex lege debetur*, v. g. *pater*, *l.8.* §.*4. in f. C. de bon. quæ lib.* & hodie *maritus* intuitu paraphernalium. (2) *Fiſcus*, *l.1.* §.*18. ff. vt legator.* (3) ſi ipſi vſufructuario *proprietas ſub certo die legata*, tunc enim alterius non intereſt, *l.9.* §.*2. ff. h. t.* DD. (4) hisce addunt *donatorem rei*, qui vſumfr. ſibi reſeruauit, *arg. l. 61. ff. de ædil. edict.* Lauterb. *h. t.*

*Lib. IIX. Tit. I.*

Cod. III. 34.

# De Seruitutibus.

§. I. NVnc ad ſeruitutes *reales* progredimur, v. *tit. de vſufr.* §. II. vbi definitio ſeruitutis & diuiſio in perſonalem & realem. Hic aliæ diuiſiones adhuc addendæ.

§. II. Seruitus eſt vel *adfirmatiua*, quando dominans aliquid facit, & ſeruiens quid pati tenetur, v. g. iter, actus, &c. vel *negatiua*, quando nec dominans aliquid facit, ſeruiens autem ex libertate naturali facere quid potuiſſet, quod nunc *omittit*, vel *non facit*, v. g. ne luminibus, vel proſpectui

ſpectui officiatur. Criterium negatiuæ extrinſecum eſt particula, *non*, vel *ne*.

§. III. Alia porro ſeruitus eſt *ruſtica*, (nonnullis *diſcontinua*, quia hominis factum ad ſui exercitium ſemper requirit, v. *l. 14. pr. h. t.*) alia *vrbana* (DD. *continua*,) de qua vtraque ſpecie nunc ſub duobus titulis ſequentibus agetur.

*Lib IIX. Tit. II.*

## De Seruitutibus prædiorum vrbanorum.

§. I. SEruitus *vrbana* eſt, quæ debetur prædio vrbano. Dicitur autem *prædium vrbanum*, quod *adquirendo quæſtui*, *commodæ habitationi atque voluptati inſeruit*, illudque non locus facit, ſed materia, id eſt, vſus, v. *l. 198. ff. de V. S. l. 1. pr. ff. commun. præd.*

§. II. Pleræque ſeruitutes vrbanæ ex *contiguitate ædificiorum* oriuntur. Tales ſunt (1) *oneris ferendi*, quæ eſt ius habendi vel *integrum ædificium*, vel *maiorem eius partem* in pariete, vel columna vicini, *l. 33. h. t.* Hæc dicitur *anomala* a DD. quia ſeruiens duplici onere adficitur, dum parietem ſeruientem etiam reficere tenetur, *d. l. 33.* ſecus, ac alias, v. *tit. commun. præd.* §. *VII.* Differt ab ea (2) ſeruitus *tigni immittendi*, quando ſaltem *trabem* in parietem vicini immittere licet, vt ibi requieſcat, v. *l. 8. §. 1. ff. ſi ſeru. vind.* Noſtris vocari ſolet *das Tramrecht*.

§. III.

Digitized by Google

§. III. (3) Seruitus *proiiciendi* eſt ius habendi partes ædificii ſui ſupra aream vicini, *vt tamen in vicini ædibus non requieſcant*, *Ærcker*, *Ausgebæude*, mœniana & ſolaria: (4) *Protegendi*, quando tectum ſupra alterius aream extenditur, vt imbres eo melius auertantur, *Wetterdæcher*. v. *l. 2. in f. l. 20. pr. ff. h. t l. 242. §. 1. ff. de V. S.*

§. IV. (5) Seruitus *altius tollendi*, quæ ita denominatur non a *ſeruiente*, vt vult Bartol. *ad l. 2. h. t.* & Carpzov. *p. 2. c. 41. def. 13.* eſt enim contra naturam ſeruitutum, vt ſeruiens quid faciat, v. *l. 15. §. 1. ff. de ſeruit.* & tit. *de uſufr. §. II.* ſed a *dominante*, qui altius tollit, vbi ſtatuto prohibitus erat, altius tollere. Potuiſſet ergo vicinus contradicere, ſed vi ſeruitutis illud *non facere* tenetur. (6) *Altius non tollendi*, quando vicinus ædificium ſuum altius tollere prohibetur, v. *l. 9.* & *24. h. t. l. 8. C. de ſeruit.* ne liber aer nobis intercipiatur. Ipſo iure autem talis ſeruitus impoſita eſt, *ne vicinus mihi ventum intercipiat, quo ad ſecernendas paleas a frugibus indigeo*, propter fauorem annonæ, *l. f. C. de ſeruit. ibique Brunnem.* quamuis hoc hodie non ſemper adcurate obſeruetur.

§. V. (7) Seruitus *luminum* eſt ius aperiendi feneſtras in pariete *vicini*, vel *communi*, v. *l. 4. & 40. ff. h.* In pariete *proprio* quis ex libertate naturali feneſtras aperit. (ſecus iure Lubecenſi, *Ius Lub. lib. 3. art. 13.*) quia vero vicinus itidem ex libertate naturali eas feneſtras contra-ædificando obſcurare poteſt, *v. l. 9. & 10. h. t.* hinc (8) ſeruitus *ne luminibus officiatur* conſtituenda eſt, ſi quis illam

Digitized by Google

illam obſcurationem euitare velit, *l. 4. & 5. h. t.* Male ergo Lauterbach & Duarenus *diſpp. anniu. l. 1. c. 33.* quod hæc ſeruitus ad prioris conſeruationem ſpectet.

§. VI. (9) Seruitus *proſpectus* eſt ius proſpiciendi in *certum locum*, v. g. hortum vicini, *l. 4. & 16. h. t.* hac ſeruitute conſtituta vicinus ne viridaria quidem ſupra ædes habere poteſt, quod tamen licet in ſeruitute altius non tollendi, *l. 12. h. t.* Ab hac differt (10) ſeruitus, *ne proſpectui officiatur*, quæ eſt ius habendi proſpectum *liberum & gratiorem*, id eſt, *quaquauerſum*, *l. 15. ibique Gothofr. h. t.*

§. VII. (11) Seruitus *ſtillicidii recipiendi* eſt ius, deriuandi aquam pluuiam, quæ nobis *oneroſa* eſt, in fundum vicini, dicitur etiam *auertendi*, ratione prædii dominantis in *l. 2. ff. h. t.* hoc ſtillicidium altius tolli poteſt, quia ex alto cadit lenius: demitti non poteſt, quia pro ſtillicidio fieret flumen, nec produci, *l. 20. §. 5. h. t.* (12) Stillicidii *non recipiendi*, vel *non auertendi* eſt, quando vicinus aquam pluuiam ex ipſius tecto caſſitantem, *l. 20. §. 4. h. t.* non poteſt recipere, vel auertere, ſed nobis relinquere tenetur, *l. 2. h. t.* quia nobis proficua eſt, forſan ob penuriam aquæ dulcis. (13) Seruitus *fluminis* eodem modo diuiditur. Dicitur autem flumen aqua collecta per canales inſtar fluminis decurrens, *l. 20. §. 5. ff. h. t.*

§. VIII. (14) Seruitus *fumi immittendi*, vbi vicinus pati tenetur, vt fumum ex taberna caſearia in ſuperiora ædificia immittamus, *l. 8. §. 5.*

ff. ſi

*ff. ſi ſeru. vind.* v. Briſſon. *antiq. l. 14. c. 15.* (13) Seruitus *cloacæ*, quando vicinus pati tenetur, vt ſordes in eius fundum a nobis eiiciantur, *l. 7. ff. de ſeruit.* Hic ad verba conuentionis præcedentis reſpiciendum. Regulariter & in dubio vrinam & excrementa eiicere non licet, Brunnem. *ad d. l. n. 3.* quia ſeruitus ſtrictam interpretationem recipit. Poſſunt vero aliæ adhuc ſeruitutes pro vtilitate conſtitui, leges enim magis conſuetas ſolum enumerant, facultatem vero paciſcentium non reſtringunt.

LIB. IIX. TIT. III.

# De Seruitutibus prædiorum ruſticorum.

§. I. PRogredimur nunc ad ſeruitutes *ruſticas*. Tales dicuntur, quæ debentur prædio ruſtico. Eſt autem *prædium ruſticum*, quod *agriculturæ* & *rei pecuariæ* cauſa comparatum, v. *l. 180. & 211. ff. de V. S.*

§. II. Pertinet huc (1) *iter*, quod eſt ius eundi & ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, *l. 1. pr. ff. h. t.* & poteſt dominans etiam ſella, aut lectica vehi, aut eques commeare *l. 7. & 12. h. t.* Spatium eius in legibus Romanis non eſt determinatum, communiter illud duorum pedum eſſe dicunt, in Saxonia autem eſt trium, *Weichb. art. 130.*

§. III.

Digitized by Google

§. III. (2) *Actus* eſt ius agendi vel iuramentum vel vehiculum, *l. 1. pr. l. 7. pr. & l. 12. h. t.* v. *l. 15. de ſeruit.* Latitudo in legibus iterum non eſt definita, olim vero regulariter quatuor pedum fuit, ex Varrone & Faſto Menagius *amœn. iur. ciu. c. 36.*

§. IV. (3) *Via* eſt ius eundi, agendi, vehendi, trahendi lapidem, aut tignum, item haſtam rectam ferendi, *l. 7. ff. h. t.* amputandi itaque ſunt rami arborum, vt haſta recta ferri, vel maxima plauſtra onerari queant. Latitudo eius iure Rom. & Saxonico in porrectum eſt 8. pedum, *l. 8. h. t. Weichbild. art. 130.* in anfractum, id eſt, vbi flexum, ſedecim, *d. l. 8.* Si duobus eadem via conceditur, latior adhuc debet eſſe via, vt curſus obuii ſibi cedere queant, debet autem etiam in via regia is cedere, qui minus onuſtus, &c. *Landrecht lib. 2. art 59.* v. Feltmann *in diſcept. acad. de vehiculis ſibi obuiis.*

§. V. (4) *Aquaeductus* eſt ius aquae ducendae per fundum alienum, ad fundi noſtri vtilitatem, *l. 1. pr. h. t.* (5) *Aquae hauſtus* ius hauriendi aquam ex fonte vicini, *l. 9. h. t.* An ex lacu, vel ſtagno? non putat Paulus in *l. 28. de S. P. V.* quia non adeſt cauſa perpetua, ſed in *d. l. 9. h. t.* hanc ſubtilitatem in praxi vſum non habere ipſe fatetur. (6) *Pecoris ad aquam alienam adpulſus*, §. 2. *J. de ſeruit.*

§. VI. (7) Seruitus *paſcendi* pecora noſtra in alieno, *l. 3. pr. h. t.* Nec ſues hic excluduntur, bene tamen pecora morbida & caprae, ſi ius paſcendi in ſylua conceſſum, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.*

Digitized by Google

*h. t.* §. *13.* Dominus prædii ſeruientis ſua ſimul paſcere poteſt, quamdiu paſtura ſufficit, alias vero cedere debet, nam *l. 13.* §. *1. ff. commun. præd.* & *l. 6. C. de ſeruit.* non loquuntur de ſeruitute, ſed de *conſuetudine*, id eſt, iure familiaritatis. DD. tamen plerique ſeruientem tunc præferunt dominanti, *Id. l. c.* §. *15.* Fernandez *de paſcuis & iure paſcendi.*

§. VII. Ab hac ſeruitute differt *ius compaſcui*, *Koppelweide*, quod a vicinis *reciproce* in agris iure familiaritatis exercetur, & eſt quaſi ſocietas, ſiue mutuum precarium. Ergo ſemper reuocari poteſt, niſi *expreſſe* additum, quod mutua ſeruitus eſſe debeat, idem *loc. citat.* §. *15.* Datur & tale ius *conuenandi*, *Koppeliagt*, v. Fritſch. *in pecul. tract. de iure hortorum, conuenatione & compaſcuis.*

§. IIX. Poſſunt adhuc infinitæ aliæ ſeruitutes conſtitui. v. g. *poſitum non habendi*, v. g. ne alter intra certum locum molendinum extruat, l. *17.* §. *1. ff. ſi ſeruit. vind. calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, l. 1.* §. *1. h. t. nauigandi per latum alienum, l. 23.* §. *1. h. t.* Poſſunt hæ ſeruitutes etiam vrbanæ fieri, ſi prædio vrbano debeantur, v. g. aquæductus ad irrigandum hortum amœnum, iter ad ædificium. Imo & iter ſeruitus perſonalis eſſe poteſt, ſi eo quis vtatur recreationis cauſa, &c.

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. IIX. Tit. IV.*

# Communia prædiorum, tam vrbanorum, quam ruſticorum.

§. I. HActenus ſeruitutes vrbanorum & ruſticorum prædiorum *ſeparatim* conſiderauimus: nunc quoque ſubiiciendum, in quonam inter ſe *conueniant*, hæc enim in rubrica *communium* nomine veniunt.

§. II. Ad communia refertur *adquiſitio* & *conſtitutio ſeruitutum*. Poteſt autem tam vrbanas, quam ruſticas *conſtituere*, qui eſt dominus rerum ſuarum, earumque liberam habet adminiſtrationem, v. *l. 8. h. t.* Ergo etiam proprietarius, conſentiente vſufructuario, non obſtantibus tricis, *l. 15. §. f. ff. de vſufr.* Dominus vtilis tamdiu ſolum, quamdiu ipſius ius durat, *v. 2. F. 8. §. rei autem.* Interdum etiam *iudex* ſeruitutem conſtituit, ſi quis ad ſuos agros, niſi per fundum alterius, venire nequeat, v. *l. 44. §. f. ff. de legat. 1.* ſoluto tamen pretio a dominante.

§. III. *Adquirere* poteſt iterum, qui dominus eſt & conditionem ſuam meliorem facere valet, v. *tit. de pact. §. IV. l. 8. h. t.* & hic etiam dominium qualequale, v. g. reuocabile ſufficit, *l. 11. §. 1. quemadm. ſeru. amitt.* non vero adquirit, qui nullum dominium habet, vt vſufructuarius, *l. 15. §. 7. ff. de vſufr.* vicinus, ſocius, *l. 5. h. t. l. 19. ff. de S. P. R.* quod ita intelligendum, niſi dominus ex

poſtfacto ratihabeat, antequam promittentem promiſſi pœnituerit.

§. IV. *Prædia* debent eſſe duo, vicina, non tamen præciſe contigua, *l. 7. §. 1. h. t.* & quæ vtilitatem præſtant. Vtilitas tamen & amœnitatem & recreationem comprehendit, *l. 3. pr. ff. de aqua quot.* exemplum eſt in proſpectu. Non obſtat *l. 8. ff. de ſeruit.* ibi enim ſolum dicitur, quod non ſit ſeruitus *realis*, ſi quis paciſcatur, *vt pomum decerpere, ſpatiari & coenare in alieno liceat*; oſtendit hoc rubrica tituli, quæ de ſeruitutibus realibus ſolum agit. Eſt quoque vera ſeruitus, *ſi quis foramen in imo pariete conclauis habeat, proluendi pauimenti cauſa*, quidquid in contrarium velit ſubtilis ille Paulus in *l. 28. ff. de S. P. V.* ſibi ipſi alias in materia de cauſæ perpetuitate contrarius, *v. tit. præc. ſ. V.*

§. V. *Promittitur* ſeruitus pactis, vnde ius perſonale: *conſtituitur* autem quaſi traditione, id eſt, per dominantis exercitium & ſeruientis patientiam, *l. 11. §. 1. ff. de public. in rem. act.* inde ius reale. Ita in ſeruitutibus *adfirmatiuis*, vbi dominans aliquid facit: in *negatiuis*, quia neuter aliquid facit, v. *tit. de ſeruit. §. II.* quaſi traditio etiam per exercitium ex rei natura fieri nequit, ſed ius reale ſtatim incipit, poſtquam ſeruiens *ſe non facturum eſſe* promiſit. Si quoque ſeruitus adfirmatiua per modum *vltimæ voluntatis* promiſſa, ipſo iure, id eſt, ſine quaſi traditione ius reale incipit, v. *l. 19. §. 1. ff. quemadm. ſeruit. amitt.* add. *tit. de rer. diuiſ. §. XV.*

§. VI. Omnes etiam ſeruitutes per *præſcriptionem* adquiruntur, ſcilicet 10 annorum inter præ-

ſen-

Digitized by Google

ſentes, v. *l. f. C. de præſcript. long. temp.* neque ius Romanum hic inter vrbanas & ruſticas ſeruitutes diſcrimen expreſſe ſtatuit, neque ius Saxonicum, quod ſemper 31. annos 6. ſeptimanas & tres dies requirit; DD. tamen in ruſticarum præſcriptione tempus immemoriale deſiderant, Mev. *9 dec. 164.* arg. *l. 2. §. 3. l. 23. ff. de aqu. & aqu. pluu. l. 3 §. 4 ff. de aqu. quotid.* Ceterum in negatiuis præſcriptio ſaltem ab eo tempore incipit, vbi dominans alterum aliquid facere *prohibuit*, ante enim alter in libertate naturali permanet. Hæc prohibitio, & in adfirmatiuis vſus cum alterius patientia coniunctus eſt loco tituli, *l. 2. C. de ſeruit.*

§. VII. Seruitus etiam *ad diem*, vel *ſub conditione* conſtitui poteſt, *l. 4. pr. ff. de ſeruit.* Eius tamen vſus alias concedi nequit, *l. 24. pr. ff. de ſeruit. præd. ruſt.* Dominans quoque locum ſeruientem reficere tenetur, *l. 11. ff. h. l. 20. §. 1. de ſeru. præd. vrb. l. 6. §. 2. ff. ſi ſeru. vind.* exceptio in ſeruitute oneris ferendi, v. *tit. II. §. II.*

*Lib. IIX. Tit. V.*

## Si Seruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

§. I. DVæ hic proponuntur actiones, *confeſſoria* & *negatoria*. *Confeſſoria* datur illi, qui ſeruitutem ſibi *conſtitutam* eſſe adſerit, (ſi ergo ſaltem *promiſſa*, ex pacto erit agendum) aduerſus eum, qui hanc ſeruitutem impedit, ad id, vt alter a turbando deſiſtat, intereſſe præſtet, & actori liber vſus ſeruitutis concedatur, *l. 4. §. 2.*

 *h. t.*

Digitized by Google

*h. t.* §. 2. *l. de act.* Probanda itaque ſeruitus, *l. 9. C. de ſeruit.* & turbato alterius, quia facti.

§. II. Sed quid, ſi actor in *poſſeſſione* ſe fundet? diſtingue. Aut actor inſtituit *poſſeſſorium ſummariiſſimum*, aut vero *petitorium*. *Priori* caſu ſeruitutem non probat, ſed ſolum poſſeſſionem, *poſteriori* autem adhuc ius ſeruitutis probare obſtringitur, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. 1. *Dominium prædii dominantis* ſi negetur actori a reo, ad illud probandum actor non eſt obligatus, modo ſit in poſſeſſione, *v. l. 16. ff. de except.*

§. III. Actio *negatoria*, quæ non ex ſeruitute, ſed ex *libertate naturali* oritur, datur illi, qui fundum ſuum liberum eſſe dicit, aduerſus quemcunque, qui ſeruitutem in illo fundo prætendit, ad hoc, vt fundus liber declaretur, reus damna forſan data reſarciat & cautionem de non amplius turbando præſtet, *l. 2. pr. l. 4. §. 2. & 7. l. 12. ff. h. t. l. 5. §. 7. ff. ſi vſusfr. pet.*

§. IV. In hac actione *actor non probat*, quia præſumtio libertatis pro eo militat, reus itaque, ſi ſe poſſidere *excipit*, hanc ſuam *exceptionem* probare tenetur. Sed quid ſi eandem probauit? tunc *in poſſeſſorio* ſecurus & ante diſcuſſionem petitorii in quaſi poſſeſſione ſeruitutis manutenendus eſt, v. Schilter. *ex. 38. th. 38.* Maxime autem controuerſa nunc porro eſt quæſtio; quis deinde *quoad petitorium* probare debeat, an actor libertatem, an reus, non obſtante, quod in poſſeſſione conſtitutus ſit, ius ſeruitutis? equidem in puncto iuris fundata eſſe videtur ſententia, quod actor libertatis

Digitized by Google

tis probationem ſuſcipere teneatur, quia in ipſa perſonali libertate, quæ tamen libertate rerum favorabilior, hoc iuris eſt, *l. 7. §. f. ff. de liber. cauſ.* add. *l. 8. §. 3. ff. h. t. iunct. l. 15. inf. ff. de nou. op. nunc. l. 8. l. 14. ff. de probat.* quam ſententiam quoque tuetur Lauterbach. *comp. iur. h. t. & in concl. for. exerc. 18. th. 9.* Mevius *p. 8. dec. 292.* Dn. Beyer *poſ. ff. h. poſ. 3. & 4.* Ceterum tamen contrariam ſententiam multi quoque amplectuntur, Carpz. *l. 1. reſp. 67.* iudicium cuilibet liberum eſto. Conf. omnino Dn. Stryk. *de inueſt. act. ſect. 2. membr. 4. §. 4.* vbi huius contrariæ ſententiæ originem ex gloſſa deriuat & proinde eam in praxi receptam eſſe teſtatur.

§. V. *Vtiliter*, ſiue ex rationis identitate, actiones modo adlatæ ad alia quoque *iura* adplicantur. *Confeſſoria* datur ei, *qui ſe fundat in priuilegio & iure ſpeciali, vi cuius alterum ab eiusdem iuris exercitio excludere intendit*, v. g. ſi quis in alterius pago iurisdictionem, ius patronatus, &c. ſibi adſerit: *negatoria* autem illi, *qui in iure communi & libertate naturali ſe fundat*, v. g. vt ad vſum propriæ familiæ braxare liceat, &c. Exceptio tamen eſt, *niſi libertas illa lege contraria ſit reſtricta*, vt in multis locis ratione iuris braxandi obtinet, & in ſpecie in Saxonia ciuitates hoc iure prohibendi gaudent, ne quis intra milliare circumcirca cereuiſiam coquat, v. Marsmann *vom Meilenrecht.* Sic v. g. veſtes conficere libertatis naturalis quidem eſt, ſed tamen in Germania ea reſtricta, vnde collegio ſartorum actio negatoria competit, illi



Digitized by Google

vero qui dicit ſe eſſe *ein Freymeiſter*, confeſſoria; & tunc contrarium ſpeciale priuilegium probare tenetur, alias dicitur *ein Bænhaſe & Pfuſcher*. Alia habet Dn. Stryk. *d. l.* §. 5. & 6.

*Lib. IIX. Tit. VI.*

## Quemadmodum ſeruitutes amittantur.

§. I. AMittuntur ſeruitutes (1) *confuſione*, ſiue *conſolidatione*, quando vtriusque prædii, dominantis & ſeruientis, dominium *irreuocabile* ad eandem perſonam deuoluitur, v. g. per emtionem, legatum, &c. *l. 1. h. t.* res propria enim nemini ſeruit; hinc ſi deinde fundus, qui antea ſeruiebat, iterum alienetur, ſeruitus non reuiuiſcit, ſed de nouo imponenda eſt, *l. 30. pr. ff. de S. P. V.* parte adquiſita, quoad illam partem extinguitur ſeruitus, *l. 8. §. 1. ff. de ſeruit. l. 31. de S. P. R.* Quod ſi dominium adquiſitum *reuoccabile* fuit, v. g. ſi quis fundum ſeruientem in dotem accepit, aut cum pacto de retrouendendo emit, &c. ſeruitus non extinguitur, ſed ſaltem eius *exercitium ſuſpenditur*, *l. 7. ff. de fund. dot. l. 18. ff. de ſeruit.*

§. II. Amittitur (2) *propria voluntate* dominantis, ſi dominans ſeruitutem *remittit*, quod etiam *tacite* factum eſſe cenſetur, ſi ſeruientis fundi domino aliquid concedit, quod cum ſeruitute conſiſtere nequit, v. g. ſi per tuum fundum via mihi debeatur, & permiſero tibi in eo loco, per quem via mihi debetur, aliquid facere, *l. 8. h. t.*

§. III.

Digitized by Google

§. III. (3) *Negligentia*, ſiue *non vſu*. Si ſeruitus eſt *quotidiana*, id eſt, ſingulis temporibus exerceri poteſt, inter præſentes 10. inter abſentes 20. annis amittitur, *l. pen. & f. C. de ſeruit.* v. *l. 10. §. 1. ff. h. t.* ſi vero *alternis menſibus*, aut *annis* conſtituta, tempus 10. annorum ſemper duplicatur, *l. 7. h. t.* vlterius vero non proceditur. Hic nulla differentia *ratione temporis* inter vrbanas & ruſticas, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 3.* Qui minus vtitur, totam ſeruitutem retinet, *l. 2. l. 8. §. 1. l. 9. h. t. l. 9. §. 1. ſi ſeru. vind.* modo ſciat, qualis ſeruitus ipſi competat, *l. 20. ff. quib. mod. vſusfr.* In *vrbanis* ſeruitutibus ſolus non-vſus non ſufficit, ſed factum contrarium ex parte ſeruientis accedere debet, v. g. vt foramen obturet, vnde tignum eſt exemtum: vt lumina obſcuret, &c. v. *l. 6. ff. de S. P. V.*

§. IV. Si certus *modus* ſeruituti præfinitus, & is non obſeruatus, v. g. ſi via conſtituta, *vt vehiculi certo genere vteretur*, dominans vero *alio genere vſus*, aut *latiore itinere*, aut *ſi plura iumenta agit:* ſeruitus non amittitur, non autem conceditur plus, quam pactum eſt, in ſeruitute habere, *l. 11. pr. ff. h. t.*

§. V. Denique (4) amittuntur ſeruitutes *totali prædii* ſiue dominantis, ſiue *ſeruientis interitu*, vnde ſi aliqua pars, v. g. ſolum, aut area reſidua ſit, ſeruitus etiam conſeruatur, v. *l. 13. pr. ff. de S. P. R. l. 20. §. 2. de S. P. V.* quod ſecus erat in ſeruitutibus perſonalibus, v. *tit. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt.* §. *III.* Ceterum de ſeruitutibus ex inſtituto ſcripſerunt Cæpolla, Weitzenegger, Blumbacherus, Coraſius & Mantzius.



Digitized by Google

*Lib. IX. Tit. I.*

# Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

§. I. IN hoc libro IX. materia de *damno dato* eiusque *reparatione* proponitur, Datur autem damnum vel *concurrente aliqua noſtra culpa*, de quo in *tit.* II. & III. vel *ſine tali culpa.* Et hoc poſteriori caſu iterum damnum vel eſt datum a *ſeruis noſtris*, de quo in *tit. IV.* vel ab *animalibus*, de quo in hoc *tit. I.*

§. II. Datur itaque actio, *ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur* ei, cui ab alterius animali, nulla alicuius culpa concurrente contra naturam ſui generis damnum illatum eſt, aduerſus dominum animalis, ad id, vt vel damnum reſarciat, vel animal, quod nocuit, noxæ dedat, §. *1. I. h. t.*

§. III. *Pauperies* eſt damnum *ſine iniuria facientis* datum, *l. 1. §. 3. h.* id eſt, ſine dolo & culpa, neutrum enim de beſtiis prædicari poteſt. Rubrica quidem tituli de *quadrupedibus* ſolum loquitur, ſed tamen & actio vtilis competit, ſi aliud animal pauperiem fecit, *l. 4. ff. h. t.*

§. IV. *Nullius autem culpa concurrere debet.* Sin itaque *tertii* culpa damnum datum, actio L. Aquiliæ contra hunc locum habet, *l. 1. §. 4. 5. & 6. ff. h. t.* quo etiam pertinet, ſi quis canem ferocem, vel bouem cornu petere ſolitum ſcienter fouet, & hoc caſu dominus animalis præter reparationem damni ad pœnam extraordinariam quo-

Digitized by Google

quoque tenetur, v. *conſt. crim. art. 136.* Carpz. *pr. cr. qu. 131. n. 21. ſeqq.* iure Moſaico pœna capitis dictatur *Exod. 21. v. 29.* Si *propria culpa* illius adſit, qui damnum paſſus, nulla competit actio, *l. 53. ſſ. 2. ff. ad L. Aquil.* quod eodem modo obtinet, ſi arietes, vel boues committunt, isque perit, qui prouocauerat, *l. 1. §. 11. ff. h. t.*

§. V. Dedit vero beſtia damnum *contra naturam ſui generis*, id eſt, fecit aliquid, quod omnes beſtiæ communiter facere non conſueuerunt. Si ergo *ſecundum naturam* nocuit, v. g. ſi canis carnem aufert & deuorat, vel pecus tuum in meo paſcitur, actio *de paſtu* datur, v. *l. 14. §. 3. in f. ff. præſcr. verb.* Verum in hac actione petitum eodem modo formatur; vt in actione de pauperie, atque adeo hæc obſeruatio mere theoretica eſt.

§. VI. Datur actio de pauperie *aduerſus dominum animalis*, & eum quidem, qui *tempore inſtitutæ actionis* dominus eſt, noxa enim caput ſequitur, *l. 1. §. 12. h.* plures domini in ſolidum tenentur, *l. 1. §. 14. eod.* Quod ſi itaque animal ante L. C. deceſſit, extincta eſt actio, *l. 1. §. 13. h.* ſi poſt L. C. mortuum, vel ipſe dominus occidit, actio manet. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 8.* Quod ſi tertius occidit, dominus aut ſimpliciter litis æſtimationem offerre, aut actionem L. Aquiliæ contra occidentem cedere tenetur, *l. 1. ſſ. 16. h. t.*

§. VII. Agitur alternatiue, vt *vel animal noxæ dedatur, vel damnum reſarciatur.* Reus habet electionem. Si *liber homo* vulneratus, in damni reſtitutione ratio habetur impenſarum in curatio-



Digitized by Google

nem factarum, & operarum amiſſarum, quasque amiſſurus quis eſſet inutilis factus, *l. 3. h. t.* ſi vero plane *occiſus*, beſtia ſimpliciter noxæ dedenda, quia liberum corpus non recipit æſtimationem, v. Schilter. *ad ff. ex. 19. th. 11. 12. 13.*

§. IIX. Ex iure *Saxonico* notandum, quod dominus beſtiam nocentem ſtatim *expellere* teneatur, *quamprimum damnum datum eſſe reſciuit*, ſi hoc non facit, ad damni dati reparationem ſimpliciter tenetur, *Landrecht lib. 2. art. 40.* Nec dominus ex poſtfacto animal recipere poteſt, licet redierit, prout putat Dn. Schœpffer. *ſynopſ. iur. h. t. n. 9.* quia expulſio cum effectu intelligenda. Ceterum de hac materia fuſe egit Thomæ *in tract. de noxia animalium.*

§. IX. Moribus etiam *pignoratio animalium*, quæ damnum dederunt, eaque priuata autoritate facta obtinet, modo animalia deprehendantur in loco, vbi damnum dederunt & poſt factam pignorationem iudici, vel eius vicario tradantur, v. Feltman. *de incluſione animalium*, Gail. *de pignorationibus*, Blume *von zehendrecht und Pfændung.*

*Lib. IX. Tit. II.*

Cod. III. 35.

## Ad Legem Aquiliam.

§. I. SI ergo *culpa* alicuius concurrit in damno dato, ex L. Aquilia actio inſtituitur, v. *ff. IV. tit. præc.* Et hæc actio melior eſt præcedente, quia reus ad damni reparationem ſimpliciter condemnatur.

Digitized by Google

§. II.

§. II. Culpa hic conſideratur intuitu eorum, *qui ex nullo contractu nobis ſunt obligati*, in contractibus enim ille ſaltem gradus culpæ attenditur, qui ex natura contractus cuiuslibet præſtandus, de quo infra *tit. commodati*, v. Dn. Stryk. *de inueſtig. act. ſect. 1. membr. 10. §. 28. it. membr. 5. §. 16.* Agitur itaque hic propter quamlibet culpam, etiam *leuiſſimam l. 44. pr. h. t.*

§. III. Si culpa in *committendo* conſiſtit, res certa eſt, quo pertinet imperitia & infirmitas, v. §. *3. 7. 8. I. h. t. l. 8. §. 1. 9. h. l. 132. ff. de R. I.* item exceſſus in caſtigando, *l. 5. §. 3. l. 6. h. t.* ſi vero *omittendo* damnum datum, non vna eſt DD. ſententia propter legum diuerſitatem. Nobis ita procedi poſſe videtur. *Damnum* vel eſt *poſitiuum*, quando bonum, quod habeo, mihi aufertur, & hoc coercet L. Aquilia, prout exempla in legibus huius tituli comprehenſa oſtendunt, idque ſine diſtinctione, ſiue committendo, ſiue omittendo læſus ſim, exemplum enim de omiſſione in medico, qui bene quidem ſecuerat, ſed curationem dereliquerat, habetur in *l. 8. pr. ff. h. t.* Vel damnum eſt *negatiuum*, quando emolumentum, quod ſpero, non promouetur, hoc in actione L. Aquiliæ non conſideratur, quo pertinent exempla in *l. 13. §. 2. ff. de vſufr.* ſi quis agrum non proſcindit, vites non ſubſerit, &c, Supponitur ſcilicet iterum (*v. §. II. h. t.*) alterum ex contractu ad hæc non fuiſſe obligatum, v. Dn. Thomaſius *in not. ad Strauch. diſſ. 19. th. 11. verb. vel culpa.*

§. IV. Si ergo nulla culpa adeſt, ſed damnum *caſu* datum, nulla quoque competit actio, §. *3. I. de*

Digitized by Google

*I. de L. Aquil.* v. g. ſi furioſus damnum dedit, aut infans, *l. 5. §. 2. ff. h. t.* in impubere eo reſpiciendum, an iniuriæ capax ſit, *d. l.* quod ſi etiam illi, quibus cuſtodia furioſi vel ex ſanguinis vinculo, vel ex magiſtratus commiſſione incumbit, in officio ſuo negligentes fuerint, reparatio damni ab iſtis peti poteſt, Dn. Stryk. *vſ. mod. tit. præced. §. 2.*

§. V. Damnum in *re æſtimabili* datum iure Rom. vel ex *primo capite* L. Aquiliæ coercetur, quando ſcilicet quis *ſeruum*, vel *quadrupedem, quæ pecudum numero eſt & gregatim habetur*, occidit: hic tantum ſoluendum, *quanti illa res in eo anno plurimi fuerit. l. 2. l. 23. §. 3. ſqq. h. t.* Vel agitur ex *tertio capite*, de omni *reliquo damno*, v. g. rupto, vſto, fracto, ſciſſo, &c. ad id, quanti res plurimi fuerit *in diebus triginta proximis*, *§. 13. & 14. I. h. t. l. 27. §. 5. ff. h. t.* *Secundum* caput iam tempore Iuſtiniani in vſu eſſe deſierat, *§. 12. I. l. 27. §. 4. ff. h. t.* vtrum vero illud de *intercepta nobis vtilitate aliqua* egerit, vt putat Gothofr. *ad d. l. 27. §. 4.* an vero de damno ſeruo *quoad animum* illato, quæ eſt coniectura Chifletii, Voetii & Huberi *in prælect. ff. h. t. §. 6.* incertum manet.

§. VI. Hodie fatentibus omnibus & praxi comprobante ad *veram æſtimationem* damni dati ſolum agitur, & ſic capita illa, de quibus in *§. præc.* & quæ proprie ſunt L. Aquiliæ, hodie non attenduntur. Interim tamen *omne intereſſe* præſtari debet, v. g. ſi quis ex comœdis, aut ſymphaniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut ex pari mularum vnum, vel vnam occiderit, non ſolum per-

emti

emti corporis æſtimatio facienda eſt, ſed & eius ratio haberi debet, quo cetera corpora depretiata ſunt, *l. 22. §. 1. ff. h.* Vocari hoc ſolet *intereſſe radicatum*.

§. VII. Si *liber homo læſus*, idem obtinet, vt *tit. præced.* §. *VII.* dictum. Propter *dolores* in praxi etiam aliquid adiudicari ſolet, arg. *conſt. crim. art. 20. ibi: Schmach, Schmertzen, Koſten und Schaden.* Item, ſi *integrum membrum* ruptum, aut laceratum, Carpzou. *pr. crim. qu. 99. n. 34. ſqq.* *Cicatricum* vero & *deformitatis* iure Rom. non habetur ratio, *l. 3. ff. ſi quadrup. l. 7. ff. de his, qui deiec.* DD. tamen excipiunt virgines, quas pulchra facies commendare ſolet. Si quis etiam ad *pœnam* agat ex capite iniuriarum, cicatrices iure Rom. æſtimari poſſunt, *v. §. 9. I. de iniur.* Denique ſi liber homo *occiſus*, iure Saxonico proximis agnatis Werigeldum ſoluitur, pro maſculo integrum, 20. thal. pro fœmina dimidium, 10 thalerorum. Extra Saxoniam occiſor ſumtus in funus defuncti impenſos reſtituere tenetur, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 9. & 10.* Imo iure Saxonico Werigeldum etiam non ſoluitur, niſi homicidium ſaltem *culpa leui*, aut *caſu* commiſſum, & debetur hodie etiam *cognatis*. Carpz. *pr. cr. qu. 34.*

§. IIX. Actio L. Aquiliæ datur illi, cuius intereſt, ratione *iuris in re*, v. g. vſufructuario etiam & creditori ratione pignoris, *l. 11. §. 10. l. 17. h. t.* non ratione *iuris ad rem*, vt commodatario, *l. 11. ff. 9. h. t.* Datur etiam *heredibus* & *reliquis ſucceſſoribus*, v. g. ceſſionario, *l. 20. §. 8. h. t.* Competit aduerſus *plu-*

*res*

Digitized by Google

*res* damnum dantes ſingulos in ſolidum, ex natura actionum ex delictis proficiſcentium. Si *vnus ſoluit*, hoc alterum non releuat, iuxta *l.11. §.2. h.t.* quia actio iure Rom. pœnalis mixta erat, quod hodie ſecus, v. §. *VI. h. t.* *Heredes* iure Rom. non conueniuntur, *l. 23. §. 8. h. t.* quod hodie ſecus eſſe volunt, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 5.* Ad *L. Aquiliam* commentati ſunt Franc. Balduinus & Io. Suaretz de Mendoza.

*Lib. IX. Tit. III.*

## De his, qui effuderint, vel deiecerint.

§. I. Hic damnum datum eſſe ſupponitur per deiectionem, vel effuſionem in eum locum, *vbi vulgo iter fit*, *l. 1. h. t.* ſiue interdiu, ſiue nocte, *l 6. h. t.* ſiue cum, ſiue ſine candela, circa mediam noctem, aut ante, vel poſt, iter quis ibi fecerit. Nam & ſæpe ſine candela ab honeſtis hominibus iter fit. Diſſentit quoad eum, qui circa mediam noctem ſine candela ambulat, Dn. Schopff. *ſynopſ. iur. h. t. n. 2.*

§. II. Conuenitur hic *inhabitator*, qualis dicitur, ſiue ſit dominus, ſiue ædes conduxerit, ſiue eas gratuito inhabitet, *l. 1. §. 4. & 9. h. t.* ſi *plures diuiſo inter ſe coenaculo* habitant, actio in eum ſolum datur, qui inhabitabat eam partem, vnde effuſum eſt, *v. l. 5. ff. h. t.* ſi *in eodem*, ſinguli in ſolidum tenentur, vnius autem ſolutio reliquos liberat, *l. 1. §. 10. l. 2. & 3. h.*

§. III. Actio *quaſi ex delicto* oritur, quod habita-



Digitized by Google

tator homines parum providos in ſuis ædibus foueat, *v. §. 1. J. de oblig. quæ quaſi ex delict.* Datur vero illi regreſſus, poſtquam ſoluit, aduerſus deiicientem, vel effundentem, ex locato, vel alias actione in factum, *l. 5. §. 4. h.*

§. IV. Agitur ad damni reſtitutionem. De *libero homine læſo* v. *tit. præc. §. VII. & l. vlt. h. t.* Olim, ſi liber homo *occiſus*, quilibet ex populo ad 50. aureos agebat, §. *1. J. de obl. quæ quaſi ex del.* hodie vero pœna arbitraria a magiſtratu imponitur.

§. V. Alia adhuc actio ſub hoc titulo occurrit, quæ datur iterum aduerſus inhabitatorem, qui quidem ipſe non poſuit, aut ſuſpendit, ſed *poſitum*, aut *ſuſpenſum habet*, id eſt, ab alio poſitum, vel ſuſpenſum patitur, *l. 5. §. 10. h. t.* ſcilicet ſupra locum, quo vulgo iter fit, *d. l. 5. §. 9.* agebatur iure Romano ad 10 ſolidos, *d. l. 5. §. 6. h. t. §. 1. J. de oblig. quæ qs. ex del.* Hodie magiſtratus remotionem poſiti, vel ſuſpenſi, ſub arbitraria pœna iniungit. Si, quod poſitum erat, iam decidit & nocuit, ipſe ponens conuenitur de damno dato, *d. l. 5. §. 11. h. t.*

*Lib. IX. Tit. IV.*

Cod. III. 41.

## De noxalibus actionibus.

§. I. Tandem, ſi alterius *ſeruus ignorante domino* delictum *priuatum* commiſerat, actione noxali dominus conueniebatur, ad id, vt damnum datum reſarciret, vel ſeruum noxæ dede-

Digitized by Google

dederet, *l. 1. h. t.* Hinc oritur actio *furti noxalis*, *iniuriarum noxalis*, &c. quæ *adiectitiæ qualitatis* vocari ſolet.

§. II. Hodie famulorum noſtrorum delicta nobis non imputantur, niſi ea *mandato* noſtro perpetrata, vel *concurrente culpa noſtra*, v. g. ſi impedire potuiſſemus, ſed non fecimus, conf. *l. 4. ff. h.* aut ſi homines ineptos, vel deperditos elegimus, vt eorum opera vteremur, v. Carpz. *p. 4. c. 17. def. 14.*

*Lib. X. Tit. I.*

Cod. III. 39.

## Finium regundorum.

§. I. IN titulis tribus prioribus huius libri tria iudicia proponuntur, quæ (1) vocantur *mixta*, quia partim rem peto ex *iure in re*, v. g. dominio & hereditate, partim præſtationem fructuum ex *iure ad rem*, ſ. quaſi contractu, ne alter cum meo damno locupletetur. (2) dicuntur *duplicia*, quia quilibet ex litigantibus actoris & rei vices ſuſtinere poteſt, v. *tit. de iudic. ff. II. & III. Vſ. pract. diſt. iurid. eod. tit. diſt. III.* Interim pro actore habetur, qui primus ad iudicium prouocat, aut ſi vterque ſimul, quod raro euenire puto, res ſorte dirimitur.

§. II. Actio *finium regundorum* datur eis, (etiam fructuariis, creditoribus hypothecariis, *l. 4. §. 9. h. t.*) quorum fines agrorum ſunt confuſi, ad eos iter-

Digitized by Google

iterum diſcernendos & intereſſe præſtandum, v. g. fructus, v. *l.* 4. §. 1. & 2. *ff. h. t.* Legibus XII. Tabb. cautum erat, *vt inter vicinorum prædia conſtitutis finibus quinque pedum ſpatium relinqueretur: vt eo ſpatio ire, agere, vterque dominus, item, vt circumuerti aratrum facto eatenus ſulco poſſet*; ſi ergo de his quinque pedibus quæſtio incidebat, *lis* demum *finalis*: vltra eos pedes, *lis proprietatis* dicebatur, & prætor adeundus erat, non agrimenſor, Alciatus *de quinque pedum præſcriptione*, Gothofr. *ad l. 5. C. h. t.* Verum hoc iam mutatum eſt in *l. 5. C. h. t.* & hodie ob quoslibet fines confuſos hæc actio datur.

§. III. Ceterum ex natura rei fluit, quod hæc actio ad *prædia ruſtica* ſolum pertineat: vrbana enim vocantur *vicina*, communibus parietibus plerumque diſterminantur, & per conſequens talis confuſio, vt in prædiis ruſticis, non facile accidere poteſt, niſi forte horti in vrbe ſe contingant, *l. 4. §. 10. ff. h. t.* Quod ſi quis in vrbe in meum præiudicium ædificat, vel nouum opus ei nuncio, vel interdictum, quod vi aut clam inſtituo, de quibus *ſuo loco*.

§. IV. Si inter duo prædia ruſtica *via publica intercedit*, & alter illam arando, fodiendo, in agrum meum reiicit, mihi datur *actio viæ receptæ* ad intereſſe, *l. f. ff. de via publ. & itin.* Dicitur etiam intuitu reiicientis *viæ reiectæ*. Tu reiicis: ego recipere cogor.

§. V. In iudicio finium regundorum iudex ante omnia veteres fines inquirere debet, qui cognoſcuntur ex *arboribus*, quibus communiter

 ſignum

ſignum crucis inciſum, *lapidibus* oua habentibus, *riuis*, *fontibus*, *columnis*, *collibus*, *vallibus*, *foſſis*, &c. v. Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *V.* ſi inquiri non poſſunt, noui conſtituendi; ita vt ex alterutrius prædio alii quid adiudicetur, is autem, cui adiudicatio ſit, hoc nomine inuicem pro eo, quod ipſi adiudicatum, pecunia condemnetur, *l. 2. & 3. ff. h. t.* opus hic peritis agrimenſoribus iisque iuratis. Vnde remedium ratione *parochiarum* datur prælatis, *c. 3. X. de probat.* nec fines parochiarum vnquam præſcribuntur, *c. pen. X. de paroch.*

§. VI. De hac materia vlterius conferatur Hieron. de monte *de finibus regundis*; Oetinger *de iure limitum*, Iul. Frundinus *de limitibus*, Fritſch. *vom Flur-Recht*, Aggenius Vrbicus *de limitibus agrorum*, Hygenus *de limitibus conſtituendis*, Henr. Linck. *de iuribus finium*, Ioach. de Curte *de finibus regundis*, Ant. Lopetz *de iudicio finium regundorum*, Siculus Flaccus *de agrorum conditionibus & limitum conſtitutionibus*, &c.

## *Lib. X. Tit. II.*
## Cod. III. 36.
# Familiæ erciſcundæ.

§. I. HAec actio datur illis, qui ad *eandem hereditatem* vocati ſunt, ad id, vt hereditas communis diuidatur, commoda ab vno forte ſolum percepta communicentur, & viciſſim quoque damna illata raſarciantur, aut expenſæ, ſi quas in communem hereditatem poſſeſſor fecit, reſtituantur pro rata, *v. §. 3. & 4. J. de oblig. quæ quaſ. ex contr.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Actor *aut poſſidet* partem hereditatis, aut *non poſſidet*. *Poſteriori* caſu, ſi ius coheredis ipſi a reo negetur, illud probare obſtringitur, quod *priori* caſu ſecus eſt, *l. 1. §. 1. h. t.*

§. III. Poteſt autem quilibet ad diuiſionem prouocare, etiam vnus reliquis inuitis, *l. 43. ff. h. t.* quia autem diuiſio ſpeciem alienationis inuoluit, hinc minor ſine tutoris autoritate, & ſi res immobiles in hereditate ſunt, abſque decreto magiſtratus ad diuiſionem prouocare nequit, hæc enim eſſet alienatio *voluntaria*; ſi vero coheres maiorennis ad diuiſionem prouocat, diuiſio abſque tali decreto fieri poteſt, quia eſt alienatio *neceſſaria*, *l. 17. C. de præd. & al. reb. min.*

§. IV. Si de modo diuidendi inter coheredes non conuenit, ad iudicem recurritur, qui eo reſpicere debet, vt res æqualiter diuidantur, dato in hunc finem interdum arbitro. Fundum regionibus diuiſum ſingulis pro parte, vel licitatione admiſſa vni poteſt adiudicare, *l. 22. §. 1. & 2. ff. h. t.* vel ſi diuiſio tam difficilis ſit, vt pene impoſſibilis eſſe videatur, poteſt iudex in vnius perſonam totam condemnationem conferre & adiudicare omnes res, *l. 55. h.* ita, vt hic reliquis pretium pro rata perſoluat, add. *l. 1. C. commun. vtr. iud.*

§. V. Quod *nomina* attinet, ea in hoc iudicium non venire dicitur in *l. 25. §. 1. h.* ratio eſt, quia non recipiunt adfectionem, ſed reſpiciunt quantitates, & ſic ipſo iure iam diuiſa ſunt, ſiue ſint actiua, ſiue paſſiua, v. *l. 2. ſ. 5 l. 4. pr. h. l. 6. C. h. t.* Nonnunquam tamen ad officium iudicis

 per-

Digitized by Google

pertinet, vt debita & credita ſingulis pro ſolido, aliis alia adtribuat, quia ſæpe & ſolutio & exactio partium non minima incommoda habet, quo caſu is, cui nomen adtributum, partim ſuo, partim procuratorio nomine agit & conuenitur, *l. 3. h. t.* ſi tamen is, qui in paſſiuis nominibus ſubſtitutus, non eſt ſoluendo, creditoribus hoc non nocet, ſed iura aduerſus reliquos heredes ipſis ſalua manent.

§. VI. Si *ſeruitus*, v. g. via, iter, actus, defuncto debebatur: ſingulis in ſolidum actio competit, vt præſtetur: & contra, ſi defunctus ſeruitutem promiſit, ſinguli heredes in ſolidum conueniuntur, vt eam præſtent, quia ſeruitutes ſunt res indiuiſibilis, *l. 25. §. 9. & 10. ff. h.* vnde hoc caſu exceptio *plurium litis conſortium*, vel: *citentur omnes, quorum intereſt*, locum non habet. Poſtquam vero res hereditariæ ſunt diuiſæ, is ſolum ſeruitutem exercet, cui prædium dominans obuenit.

§. VII. Res *prohibitas* & *nociuas*, v. g. mala medicamenta & venena, libros improbatæ lectionis, magicos forte, vel his ſimiles, non diuidendas, ſed corrumpendas eſſe, habetur in *l. 4. §. 1. h. t.* quod tamen ita intelligendum, ſi quis eiusmodi rebus ad malum finem vti velit, vt metus ſit, ne hoc faciat. Alias enim & venena ſuum vſum habent, atque in bibliothecis eruditorum libri hæretici & magici, raritatis cauſa ſæpe adſeruantur.

§. IIX. *Inſtrumenta* ad hereditatem pertinentia non poſſunt diuidi. Hinc iudex curare debet, vt apud eum maneant, qui *maiori ex parte* heres ſit:

Digitized by Google

ſit: ceteri deſcriptum & recognitum faciant, cautione interpoſita, vt cum res exegerit, ipſæ (authenticæ) exhibeantur. Si omnes *iisdem ex partibus* heredes ſint, nec inter eos conueniat, apud quem potius eſſe debeant, ſortiri eos oportet: aut ex conſenſu, vel ſuffragio, eligendus eſt amicus, apud quem deponantur, vel in æde ſacra deponi debent, *l. 4. §. 3. l. 5. ff. h. t.*

§. IX. Quemadmodum vero quilibet ex coheredibus *fructus* pro rata reſtituit, quos ex rebus hereditariis communibus percepit: ita viciſſim quoque *expenſæ* in res communes factæ, ipſi reſtituendæ ſunt, v. *l. 19. h. t.* ſi quis etiam *damna* intulit, ea reſarcire tenetur, ſi nempe talem diligentiam in rebus communibus non adhibet, qualem in ſuis rebus adhibere ſolet, *l. 25. §. 16 h. t.* quam DD. *culpam leuem in concreto* vocant, de qua infra *ad tit. commodati. §. XXIII.*

§. X. Diuiſio ſemel legitime facta ob aliam læſionem impugnari nequit, quam quæ eſt vltra dimidium, & tunc querela ex *l. 2. C. de reſcind. vend.* locum habet. Equidem Lauterbach *comp. iur. h. t.* exiſtimat, etiam *modicam inæqualitatem* reſarciri debere, in quem finem ad *l. 3. C. commun. vtr. iud.* prouocat, vbi dicitur, *quod in b. f. iudiciis, quod inæqualiter factum eſſe conſtiterit, in melius reformetur;* verum hæc lex nihil probat, quia etiam emtio eſt iudicium b. f. & nihilominus tamen ea non reſcinditur, niſi propter læſionem vltra dimidium, Dn Stryk. *in not. ad Lauterb. d. l. voc. modica.*

§. XI. Si partes *ſuper modo diuidendi litigarunt*



Digitized by Google

& iudex in cauſa pronunciauit: diuiſio firma manet, quamuis portio aliqua falſo coheredi fuerit adiudicata. v. *l. 36. h. t.* ratio in autoritate rei iudicatæ poſita eſt, & alter ſibi imputare debet, quod a ſententia debito modo non adpellauerit.

§ XII. Ex iure Saxonico adhuc addendum, quod ſi *duo coheredes* ſaltem ſint, maſculi, vel fœminæ, maior diuidat, id eſt, portiones hereditarias conſtituat, minor autem ex illis portionibus vnam, quæ placet, eligat: ſi vero *vnus eſt maſculus, vna vero fœmina*, fœmina ſemper diuidit & maſculus eligit: ſi *plures, quam duo* ſunt coheredes, Saxones etiam ius commune ſequuntur, v. *Landrecht lib. 3. art. 29. Conſt. elect. 15. p. 3.* Carpz. *def. 2. ſqq.* Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 3. & 4.* Alias in materia hac conferri poſſunt Aluarus Valaſcus *in tr. de partitionibus*, Petr. Santz a Morquecho *de diuiſione bonorum*, Ioh. Voetius *de familia herciſcunda*, Ant. Matthæi *in obſeruationibus rerum iudicatarum de communione bonorum*, &c.

*Lib. X. Tit. III.*

Cod. III. 37.

## De Communi diuidundo.

§. I. HAec actio a præcedente in eo differt, quod ibi res communes erant titulo *vniuerſali*, heredis, hic vero *ſingulari*, v. g. legati, donationis, &c. *l. 4. pr. h. t.* cetera eadem ſunt, quæ in familiæ erciſcundæ iudicio tractauimus, *l. 6. §. 11. ff. h. t.* v. §. *IV. & XI. tit. prac.*

§. II. Hic etiam vnus inuitis reliquis a commu-

munione recedere poteſt, & pactum non valet, *ne omnino diuiſio fiat*, quamuis ſubſiſtat, ſi *de certo tempore* ſocii fuerint pacti, *l. 14. §. 2. h. t.* exceptio tamen & hoc caſu adeſt, vt ſcilicet non obſtante pacto a communione recedere liceat, ſi ſocius iniurioſus, damnoſus, &c. *l. 14. & 15. ff. pro ſoc.*

§. III. *Durante communione* nemo dominorum iure facere quidquam inuito altero poteſt, ſed in re pari prohibentis cauſa potior eſt *l. 28. h. t.* quod intelligendum, ſi ſocius forſan expenſas *voluptuarias* facere, aut rem *ad alium vſum adplicare* velit, ad quem ab initio non erat deſtinata. Quod enim neceſſitas & vtilitas vera exigit, ſocius prohibere, pariter ac vſum, ad quem res deſtinata eſt, intercipere nequit, v. *l. 12. h. t.*

*Lib X. Tit. IV.*

Cod. III. 42.

## Ad Exhibendum.

§. I. IVdiciis duplicibus hactenus petractatis ſubnectitur actio *ad exhibendum*, quae datur cuilibet, cuius intereſt, *l. 13. h. t.* quando nempe actionem realem qualemcunque, imo etiam interdum perſonalem, v. g. noxalem *l. 3. §. 3. 4. 5. & 6. h. t.* inſtituere intendit, aduerſus quemcunque poſſeſſorem, ad rem exhibendam, quo actor videre poſſit, an ſit illa ipſa, cuius intuitu actionem principalem inſtituere vult, an non.



Digitized by Google

§. II Eſt hæc actio *perſonalis*, *l.3.§.3.h.t.* & oritur ex æquitate, *l.3.§.14.ff.l.7.C.h.* quo communiter referunt regulam ex *l.2.§.5.ff.de aqu. & aqu.pluu.* quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, ad hoc potes compelli. Interim, licet ſit perſonalis, contra quemcunque tamen poſſeſſorem, verum, vel fictum, vt in rei vindicatione, datur, vnde a DD. *in rem ſcripta* vocari conſueuit.

§. III. Qui exhibitionem petit, ius aliquod *perfectum* in re exhibenda prætendere debet, v. §. *I. h. t.* qui itaque ius imperfectum ſaltem adlegat, & tale quid deſiderat, quod ex officio humanitatis præſtandum, v. g. commodatum librorum: is ſtatim a limine iudicii repellitur, *l. 19. h.t.* ſi reus dubitat, an actor exhibitionem b. f. petat: iuramentum calumniæ ipſi deſuper deferre poterit.

§. IV. Res, cuius exhibitio petitur, regulariter *mobilis* eſt, hæc enim vel ciſtæ includi, vel alias ita adſeruari poteſt & ſolet, vt copia videndi & adprehendendi cuilibet non pateat. Aliud in *immobilibus*, excepto caſu, ſi v. g. filius diu abſens poſt mortem patris reuertatur & prædia paterna ſibi ratione ſitus ignota vindicare velit, Dn. Stryk *ad Laut. h.t. voc. incognitæ.* Frider. Mindan. *de mandat. c. 50. n. 5.*

§. V. Quod *exceptiones* attinet, quas reus forſan obiicit, in *l. 3. §. 13. h. t.* ita diſponitur: ſi qua tam euidens ſit, vt facile repellat agentem, debere poſſeſſorem abſolui: ſi obſcurior, vel quæ habet altiorem quæſtionem, differendam in directum iudicium, re exhiberi iuſſa: de qui-

Digitized by Google

quibusdam tamen exceptionibus omnimodo ipſum debere diſceptare, qui de ad exhibendum actione iudicat; veluti pacti conuenti, doli mali, iurisiurandi, rei quæ iudicata eſt, modo moribus noſtris in continenti, id eſt, per liquida inſtrumenta probari poſſint.

§. VI. Exhibitio fit *periculo & impendiis actoris*, niſi forte poſſeſſor data opera in locum abditum res contulerit, vt actori incommodior eſſet exhibitio, *l. 11. §. 1. h.* Res quoque exhibenda eſt in ea conditione, in qua fuit tempore litis conteſtatæ, non vſucapta, nec deteriorata, *l. 9. §. 5. & 6. h.*

§. VII. Hodie communiter exhibitio per mandata iniungitur, quia nulla ex tali mandato læſio, nam rem exhibendo nihil de iure ſuo amittit aduerſarius, v. Frider. Mindanus *de mandat. d. c. 50. n. 3. & 14.*

*LIB. XI. TIT. I.*

# De interrogationibus in iure faciendis & interrogatoriis actionibus.

§. I. OLim reus in iure *l. 4. §. 1. h. t.* a prætore, vel etiam ab aduerſario interrogabatur, *l. 9. §. 1. h.* v. g. an & ex qua parte heres ſit, eum in finem, vt actor ab onere probationis liberetur, *l. 2. & 3. h.* nec plus petendo damnum ſentiat. *l. 1. pr. h.* Onerabat ergo ſe reus confitendo, vel mentiendo, *l. 4. pr. h.* hinc pœnæ

N 5 men-

Digitized by Google

mendacii. Verum iam tempore Iuſtiniani illæ interrogationes cum actionibus interrogatoriis & reliquis inde fluentibus in deſuetudinem abierant, *l. 1. §. 1. h.*

§. II. Huius ergo tituli directo nullus vſus eſt. Interim tamen DD. ſub eodem materiam de *poſitionibus* pertractare ſolent, de quibus itaque & nos nonnulla in præſenti ſubiiciemus. Offeruntur autem poſitiones ab eo, qui probationem ſuſcipere obſtrictus, id eſt, ab *actore* intuitu actionis, & a *reo* intuitu exceptionis, atque concipiuntur per vocem: *wahr* in factis propriis, & *glaube wahr* in alienis.

§. III. Offerens eas confirmat mediante *iuramento dandorum*, alter vero, qui ad easdem reſpondet, *iuramentum reſpondendorum* præſtat, quod vtrumque tamen ſpecies iuramenti calumniæ ſolum eſt, vnde quamuis v. g. reus omnes poſitiones actoris accedente dicto iuramento reſpondendorum negauerit, abſolutio tamen ab actione nondum ſequitur, ſed actor ad probationem ſeſe adcingere debet, a qua per oblationem poſitionum ſe liberare intendebat. In *Saxonia* interim poſitiones non ſunt in vſu. Conf. de iis Gail. *1. obſ. 79. & 80.* Brunnem. *proc. ciu. cap. 17.* Autoris *Einleit. zum ciuil-proceß cap. 13. §. 12. ſeqq.* Iac. de Arena *de poſitionibus*, Franc. Curtius *de poſitionibus & interrogationibus*, Michalorius *de poſitionibus.*

Lib.

*Lib. XI. Tit. II.*

# De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

§. I. SVpra *tit. de iudiciis* diuerſa fora ſpecialia retulimus, v. g. ratione contractus, rei ſitæ, &c. quibus nunc quoque addendum forum competens propter *continentiam*, vel *connexitatem*.

§. II. Duplex autem eſt continentia, alia ratione perſonarum, alia ratione *rerum*. Continentia ratione *perſonarum* dicitur, quando plures adſunt litis eiusdem conſortes, v. g. plures tutores, ſocii, coheredes, *l. 1. §. 2. h. t.* qui non ſinguli coram iudice ordinario, ſed omnes vna actione & quidem *coram iudice proxime ſuperiore* conueniuntur. Si controuerſia eſt inter *clericum* & *laicum*, ad iudicem eccleſiaſticum itur, quia ille, vt dicunt, dignior eſt, v. Autores huc pertinentes apud Brunnem. *comm. ff. h. t. Einleit. zum conſiſt. proc. c. 5. §. 13.*

§. III. Ratione *rerum* continentia adeſt, quando res litigioſæ ſub diuerſis iurisdictionibus ſitæ vna actione, v. g. hæreditatis petitione, petuntur, vbi iterum actio coram proxime ſuperiore inſtituitur, v. Gail. *1. O. 32. n. 5. ſeqq.* Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 13.* Poſſet huc etiam referri, quod poſſeſſorium & petitorium, conuentio & reconuentio, coram eodem iudice tractentur, & quod moto concurſu creditorum proceſſus particulares ſuſpendantur & actores ad forum concurſus moti remitti debeant, Brunnem. *de proc. conc. cred.* *cap.*

*c. 1. ff. 8.* Frider. Mindanus, *de continentia cauſæ.*

*Lib. XI. Tit. III.*

Cod. VI. 2.

## De ſeruo corrupto.

§. I. DE corruptione ſerui quoad *corpus* ſub *tit. ad L. Aquiliam* actum fuit; huc ergo corruptio quoad *animum* pertinet, v. g. ſi quis ſeruo vitia perſuadeat, malefacientem laudet, aut refugium abſcondendi cauſa ſeruo præſtet, v. *l. 1. & 2. h. t.* Imo licet ſeruus actu non fuerit corruptus per malum conſilium, quia tamen hoc conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſerui introductum eſt, §. *8. I. de oblig. quæ ex delict. naſcunt.*

§. II. Dominus propter eiusmodi corruptionem aduerſus corrumpentem ad duplum agebat, *l. 14. §. 5. ff. h. t.* Hodie ſeruos non habemus. Si ergo liberæ perſonæ ſub noſtra directione exiſtentes corruptæ, v. g. liberi, vxor, famuli, ſubditi, &c. ad pœnam arbitrariam agitur, quæ actio *vtilis* dicitur in *l. 14. §. 1. ff. h. t.* & iuris naturalis eſt.

*LIB. XI. TIT. IV.*

Cod. VI. 1.

## De fugitiuis.

§. I. F*Vgitiuus* eſt, qui nunquam redit: *erro* autem, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur & temporibus in res

nu-

Digitized by Google

nugatorias conſumtis, ſerius domum redit, *l. 17. §. 1. & 14. ff. de ædil. edict.* Hic fugitiuus erronem ſub ſe comprehendit, *l. 1. §. 4. h. t.* Qui talem celauit, tamquam fur conſideratur. *l. 1. pr. h. t.* quod hodie iterum vſum non habet. De famulis noſtris aufugientibus ad *tit. Locati §. XII.* dicetur. Raphael Villoſa *de fugitiuis ſeruis.*

*Lib. XI. Tit. V.*

Cod. III. 43.

## De Aleatoribus.

§. I. SVb hoc titulo alea prohibetur. Iure quidem *naturæ* ludus quicunque non eſt ſimpliciter prohibitus, quia ſocialitatem per ſe non turbat; interim tamen nec eſt præceptus, vnde legislatoribus ciuilibus hac parte diſponendi facultas libera eſt.

§. II. Quoniam vero ludi ſæpe plus mali, quam vtilitatis adferunt reipublicæ & ciuibus; hinc in legibus Romanis optimo iure ludendi facultas reſtricta fuit. Obſeruandum vero hic ante omnia, quod ludi ſint diuerſi generis, ſcilicet alii *artis*, v. g. haſta, pilo iaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, &c. certare, *l. 2. §. 1. h. t.* ludus latrunculorum, *Schachſpiel*, de quo Heig. *p. 2. qu. 10. n. 47. ſeqq.* alii vero *fortunæ*, in quibus ſola fortuna dominatur, v. g. teſſeris ludere: alii, vt DD. addunt, *mixti*, vbi partim a fortuna, partim ab arte euentus dependet, quo pertinent chartæ luſoriæ & ſi quis illis ludit.

§. III. Ludi *artis* apud Romanos quoque permiſſi erant, *l. 2. §. 3. h. t.* & quod in conuiuio veſcen-

Digitized by Google

ſcendi cauſa ponitur, in eam rem familiæ ludere permittebatur, *l. 4. pr. h.* Alias vero ludi fortunæ & mixti, qui *alea* dicuntur, prohibebantur, ita quidem, vt pecunia ludendo perdita ab ipſo luſore, vel eius patre, vel magiſtratu, vel quolibet ex populo intra 50. annos repeti poſſet, *l. f. C. h. t.* neque aleatorum receptatori propter damnum, aut furtum ipſi factum actio concederetur, *l. 1. pr. & §. 3. h. t.* ſed ipſius domus publicaretur, *d. l. f. C.* in ſpecie autem clerici per triennium ab officio ſuſpenderentur, *auth. interdicimus. C. de epiſcop. & cleric.*

§. IV. Optandum eſſet, vt hanc iuris Romani diſpoſitionem recepiſſemus in Germania. Verum quidquid DD. theoretice diſputent, praxis ipſa contrarium docet. Vnde hodie ſoluere tenetur, qui ludendo aliquid perdidit, *modo* (1) *liberam bonorum adminiſtrationem habeat*; (2) *vltra 500. ſolidos* (ad exemplum donationis) non perdiderit, (3) *fraus alterius non interuenerit*, & (4) *liberi in legitima* non lædantur, D. Stryk. *de inueſt. act. ſect. 1. membr. 10. §. 18. 19.* iure Magdeburgico propter luſum non datur actio, ſed ſi quid iam ſolutum, eius quoque non datur repetitio, *ordin. polit. c. 54. §. 5.* Pertinet ad hanc materiam Paris de Puteo *in tr. de ludo*, Paſcaſ. Iuſtus *de alea*, Andr. Senftlebius *de alea veterum*, Angelus Roccha *de alearum ludo vetito*, Ioh: Bapt. Caccialupus *de ludo*, Henr. Knauſtinus *de ludo aleæ & chartarum*, &c.

§. V. Quoniam *ſponſiones* cum ludis aliquam adfinitatem habent, hinc earum quoque in *l. 3. h. t.* mentio iniicitur. Sunt vero illæ nihil aliud, quam

Digitized by Google

quam *reciprocæ promiſſiones conditionales in eum caſum, ſi certus aliquis euentus ſecutus fuerit, vel non.*

§. VI. Reputantur pro validis, ſi (1) *b. f. ineantur*, id eſt, ſi vterque eſt dubius. Qui itaque certitudinem rei, de qua ipſi conſtat, eo animo diſſimulat, vt alter ad ſpondendum alliciatur, ille in dolo eſt & actio ipſi non competit. (2) ſi fiant *de rebus honeſtis atque licitis*, vnde v. g. ſponſio improbatur, quod alter alterum in bibendo, vel edendo ſuperare velit. Idem eſt intuitu delictorum committendorum, & quia alea legibus Romanis improbata, hinc etiam eius intuitu ſponſio prohibita erat, *v. l. 3. h. t.* iure Magdeburg. inter nobiles ſumma 50. thal. inter ciues 25. & inter ruſticos vnius thaleri in ſponſionibus determinata, *ordin. pol. c. 54. §. 6.*

§. VII. Non autem opus eſt, vt ab vtroque ſpondentium *æqualis quantitas* promittatur, neque remedium ex *l. 2. C. de reſc. vend.* propter inæqualitatem locum habet, quoniam læſio ex incerto euentu dependet. Si quis ex poſtfacto *legibus ſponſionis ſatisfacere detrectat*, v. g. non vult ad certamen venire, contra illum fit interpretatio & ſummam promiſſam ſoluere tenetur, Straccha *de ſponſ. p. 4. c. 15.*

§. IIX. Quotiescunque verba ſponſionis *duplicem ſignificatum* admittunt: toties in interpretando ille præferendus, qui *magis proprius & famoſus eſt*, nec non, qui *qualitati & conditioni perſonæ loquentis* conuenit, exempla vid. in diſp. noſtr. *de natura & interpretat. ſponſionum §. 20. & 31.*

Alias

Digitized by Google

Alias vero in hac materia conſulendi Petrus Santerna *de adſecurat. & ſponſion. mercatorum*. Benuenutus Straccha *de ſponſionibus*, Finckelthaus *obs. 33. per tot.*

*Lib. XI. Tit. VI.*

# Si Menſor falſum modum dixerit.

§. I. MEnſor, qui in modi renunciatione ſefellit, ſi forte vel de finibus contentio ſit, vel emtor ſcire velit, vel venditor, cuiusmodi ager veneat, tantum propter *dolum* & *latam culpam* conuenitur *actione in factum*, quia non crediderunt veteres, inter talem perſonam locationem & conductionem eſſe, ſed magis operam beneficii loco præberi, & id, quod datur, ei ad remunerandum dari, & inde honorarium adpellari, & hinc ſi menſor *negligenter* & *imperite* verſatus eſt, ſibi imputare debere, qui eum adhibuit, *l. 1. pr. & §. 1. ff. h. t.*

§. II. Hodie menſores absque dubio operam beneficii loco non præbent, ſed per modum contractus locati conducti, aut, ſi mauis, do, vt facias, conſtituuntur, & ſic ad *leuem* quoque *culpam* obligantur, & heredes eorum conueniri poſſunt, v. Oettinger *tract. de limitibus c. 16.* quod idem obtinet in menſoribus frumenti, vini, aliarumque rerum, Schilter *exerc. 21. §. 24.* Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 2. & 4.*

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. XI. Tit. VII.*
Cod. III. 44.

# De religioſis, & ſumtibus funerum, & vt funus ducere liceat.

§. I. DEfinitionem rerum *religioſarum* ad mentem iuris Romani habuimus *lib. 1. tit. IIX.* §. *IIX.* cui addendum, quod locus pro religioſo habitus fuerit, licet ibi *oſſa* ſolum illata, *l. 2.* §. *5. h. t.* Si in diuerſis locis corpus ſepultum, ille religioſus erat, vbi, quod eſt principale, conditum, id eſt, *caput*, *l. 44. pr. h. t.* cum autem impetratur, vt reliquiæ transferantur, locus religioſus eſſe deſinit, *d. l. 44.* §. *1. h. t.*

§. II. Hic principaliter proponitur actio *in factum*, quæ eo caſu locum habet, ſi quis intulit mortuum *in alienum locum*, *in quem inferendi ius non habet.* Tale cadauer illatum ſine decreto pontificum, ſeu iuſſu principis, priuata quidem autoritate eiicere non licet, eiiciens enim actione iniuriarum conueniri poſſet; interim tamen competit actio aduerſus inferentem, *vt tollat id*, *quod intulit*, vel, prout placuerit, *loci pretium* præſtet, *l. 7. & 8. ff. h. t.* Kirchmannus *de funeribus Romanorum:* Gutherius *de iure manium.*

§. III. Hodie cadauera demortuorum non niſi in coemeteriis ſepeliri poſſe, itidem *d. lib. I. tit. IIX.* §. *IX.* iam monitum. Cum itaque tunc regulariter variæ ceremoniæ adhiberi ſoleant, interdum vero illæ vel omittantur, vel prohi-



Digitized by Google

beantur; hinc variæ diuiſiones ſepulturæ enatæ, quas DD. ſub hoc titulo recenſere ſolent, quorum veſtigia proinde ſequemur.

§. IV. Scilicet ſepultura vel eſt *honeſta*, vel *inhoneſta*. *Honeſta* dicitur, quæ fit adhibitis omnibus ritibus atque ceremoniis in loco illo conſuetis, & in ſpecie dicitur *ſolemnis*, qualem in dubio quilibet meretur, etiamſi in via publica occiſus reperiatur; aut inopinata, vel infelici morte abreptus fuerit, Carpz. *Ipr. conſiſt. l. 2. def. 375. & 381.* nec deneganda hoſti, Schilter. *inſt. iur. canon. l. 2. tit. 14. §. 8.*

§. V. Honeſta *minus ſolemnis* eſt, quando ceremoniæ vel in totum *omittuntur*, ſed *ex libera voluntate*, quod vocant *die Leiche beyſetzen*; *vel temperantur ex præcepto ſuperioris*, v. g. *wenn jemand mit dem halben Gelaut, und mit der halben Schule begraben werden muß*, quo referunt furioſos & melancholicos, qui manus ſibi intulerunt, vbi hoc quoque obſeruatum eſſe ſcio, vt loco cantionum funebrium pœnitentiales adhiberentur: huc quoque pertinet ſepultura ſchismaticorum & hæreticorum, Schilter. *d. tit. 14. §. 4.* de praxi ſæpe etiam infantum nondum baptizatorum, quamuis male, v. Schilter. *d. tit. 14. §. 8.*

§. VI. *Inhoneſta* eſt, vbi omnes plane ritus & ceremoniæ omitti debent ex præcepto ſuperioris. Hæc iterum ſubdiſtinguitur. Alia eſt *humana*, quando cadauer per *veſpillones* vel *extra coemeterium* in loco tamen honeſto, vel *in coemeterio prope murum* ſepelitur, qualem expectant

con-

Digitized by Google

contemtores verbi diuini, vſurarii, irreconciliabiles: alia eſt *aſinina*, vel *canina*, quam peragit *carnifex* & quidem in *loco inhoneſto*, vbi alias cadauera brutorum proiiciuntur, quod obtinet in cadaueribus eorum, qui ex deſperatione, vel conſcientia commiſſi criminis ſibi ipſis mortem conſciuerunt, v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. III.* Talia cadauera in Saxonia vel ex feneſtra deiiciuntur, vel ſubter limina domus extrahuntur, Heigius *p. 2. qu. 36. n. 64.* Conſuetudo carnificum, *vt omne id, quod in loco, vbi homicidium ſui ipſius perpetratum & cadauer poſitum eſt, reperitur, quodque ipſi ſtantes iuxta cadauera infra, ſupra, ſurſum ac deorſum in circumferentia gladio adtingere poſſunt, ceu lucrum retineant*, irrationabilis eſt, prout oſtendimus in *peculi. diſſ. de iure carnificum in bona propricidarum & quæ circa eos reperiuntur.*

§. VII. Quando funus ad alium locum transportatur, hoc *præſcitu magiſtratus* fieri debet, ac illi quoque magiſtratui merum imperium habenti denunciandum, per cuius territorium funus ducitur. Funeralia interim in illa parochia ſunt perſoluenda, vbi quis mortuus, non vero illis clericis, per quorum parochiam tranſit funus, & clericus tale quid prætendens auarus cenſetur, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §, 20.

§. IIX. *Onus funerandi* ſpectat ad eum, ad quem ius ſuccedendi pertinet. Hinc maritus ad ſepeliendam vxorem non tenetur, niſi quatenus vxoris heres exiſtit, *l. 22. ſeqq. l. 27. h. t.* quod ſi tamen neque heredes habeat, neque pater ſol-

uendo ſit, maritus, in quantum facere poteſt, tenetur, ne iniuria eius videretur, quondam vxorem eius inſepultam relinqui, *l. 28. eod.*

§. IX. Si quis in *funus alienum* expenſas fecit, diſtinguendum eſt. Aut ille, qui fecit, eſt *coheres:* & a reliquis coheredibus partem ſumtuum actione *familiæ herciſcundæ* repetit, *l. 14. §. 12. ff. h. t.* Si vero *extraneus* funus curauit, actionem *funerariam* inſtituit, quæ ex bono & æquo oritur, *d. l. 14. ff. 6. h. t.* & in effectu cum actione negotiorum geſtorum conuenit.

§. X. Repetuntur illa actione ſumtus vtiliter impenſi, ſcilicet reſpiciendum eſt ad *dignitatem* eius, qui funeratus eſt, & ratio *facultatum defuncti*, nec non *conſuetudinis loci* habenda. Vnde quemadmodum nihil conſequitur, qui in contumeliam defuncti hominis locupletis nimis modicum ſumtum fecit: ita nec ille actionem habet, qui immodice impendit, licet teſtator hoc voluerit, *l. 14. §. 6. & 10. ff. h. t. Ornamenta* cum corporibus non eſſe condenda, dicitur in *d. l. 14. §. 5.* quod tamen hodie, quamuis male, non obſeruatur.

§. XI. De priuilegio expenſarum funebrium in *concurſu creditorum* dicetur infra ad *tit. de reb. aut. Jud. poſſid.* §. II. *iudex* in cauſis ſepulturarum vel eſt *eccleſiaſticus*, vt apud nos conſiſtoria, ſi quæritur de rebus ad liturgiam ſpectantibus & quibus ceremoniis quis ſepeliendus: vel etiam *ſecularis*, ſi de expenſis funeribus earumque reſtitutione, item de quæſtione: an quis hone-

ſte

Digitized by Google

ſte ſepeliendus, vel non, controueritur, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. 5. Reliquæ quæſtiones de iure ſepulturæ & ſepulchrorum ad ius eccleſiaſticum ſpectant. Joh. Bapt. Aſinius *de religioſis & ſumtibus funerum*, Andreas Molfeſius & Sebaſtianus Medices *de ſepulturis*.

*LIB. XI. TIT. IIX.*

## De Mortuo inferendo.

§. I. IN *tit. præced.* §. *II.* agebatur de eo, qui intulit mortuum, ſed *inferendi ius non habet*; hic ex aduerſo interdictum datur ei, qui infert in eum locum, *in quo inferendi iure gaudet*, aduerſus quemcunque turbantem, ne inferenti vim faciat, *l. 1. pr. h. t.* Idem eſt, ſi quis in monumenti extructione, vel exornatione impeditur, *d. l. 1.* §. *5. & 6. h. t.*

§. II. Ex *l. 2. h. t.* notandum, quod lex regia neget mulierem, quæ prægnans mortua ſit, humari, antequam partus ei exſcindatur. Qui contra fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videtur. Refert enim Valer. Maximus *L. 1. c. 8.* Gorgiam Epirotam in funere matris vtero elapſum inopinato vagitu ſuo lectum ferentes conſiſtere coegiſſe. Hic ergo, dicit Valerius, ante elatus, quam natus eſt.

*LIB. XII. TIT. I.*

Cod. IV. 1. 30.

## De rebus creditis, ſi certum petatur, & de condictione.

§. I. CVm ſub hoc titulo prima vice de contractibus agatur; hinc generales contractuum diuiſiones præmiſiſſe non inutile erit.



Digitized by Google

§. II. Quid apud Romanos pactum fuerit, ad *tit. de pactis* §. *I.* dictum. *Contractus* ei opponitur, qui eſt conuentio, *per ſe & ſua natura* (quod ſecus erat in pactis,) obligationem atque actionem producens. Diuiduntur autem (1) contractus in *nominatos*, qui certum ac ſpeciale nomen habent, atque propterea certam quoque & nominatam actionem producunt, v. g. commodatum actionem commodati: emtio venditio emti-venditi: locatio-conductio locati-conducti, &c. de *innominatis* dicetur ad *tit. de aeſtimatoria actione.*

§. III. Nominati ſunt (2) vel *conſenſuales*, qui ſubſiſtunt in ſimplicitate iuris naturæ & nihil præter conſenſum deſiderant, vt emtio-venditio, locatio-conductio, emphyteuſis, mandatum atque ſocietas, *pr. &* §. *1. I. de oblig. ex conſenſ.* vel *reales*, vbi obligatio non ex ſolo conſenſu, ſed demum poſt rei traditionem oritur, quales ſunt mutuum, commodatum, depoſitum & pignus, *t. t. I. quib. mod. re contr. oblig.* v. *tit. de pactis* §. *I.* vel *verbales*, vbi præter conſenſum verba ſolemnia, id eſt, interrogatio & reſponſio, requiruntur, vt in ſtipulatione, *pr. I. de V. O.* vel denique *litterales*, quando quis ex litteris, ſine ſcriptura, ad reſtituendum obligatur, licet nihil acceperit, *t. t. I. de lit. oblig.* quo pertinet contractus chirographarius. Hodie litteralem adhuc habemus, de quo poſtea ſub hoc titulo §. XIIX. in reliquis vero omnibus ex conſenſu iam naſcitur perfecta obligatio. Equidem in §. *2. de oblig.*

vo-

Digitized by Google

vocabulum contractuum *realium*, &c. non occurrunt, ſed dicitur contrahi aut *re*, aut *verbis*, aut *litteris*, aut *conſenſu*; verum termini illi nunc ſunt recepti, & verba valent ſicut nummi.

§. IV. Contractus (3) diuiduntur in *vnilaterales*, in quibus vnus ſaltem obligatur, vt in mutuo, ſtipulatione, literarum obligatione, &c. & *bilaterales*, vbi vtriusque mutua obligatio adeſt, v. g. in emtione, &c. Hi iterum ſunt duplicis generis. Vel enim vterque obligatur *ab initio* ſtatim, & in *omni contractu*, & hoc etiam *in definitione contractus exprimitur*, atque tunc actio exinde proueniens *vtrinque* directa dicitur, v. g. in emtione, locatione, ſocietate: vel vnus ſaltem ita obligatur, v. g. commodatarius, mandatarius, depoſitarius, &c. alter vero *ex poſt facto* ſolum, & *interdum* ſaltem, *nec hoc in definitione exprimitur*, v. g. commodans, mandans, deponens, &c. & contra *priorem* actio *directa*, contra *poſteriorem* autem actio *contraria* inſtituitur, v. g. contra mandantem &c. quæ ſemper ad indemnitatem ratione impenſarum in rem depoſitam &c. factarum conſequendam competit.

§. V. Alias porro (4) eſt contractus *ſtricti iuris*, vbi iudex *pedaneus*, ſi exinde actio inſtituebatur, verbis ſimpliciter inhærebat, nec vltra progredi poterat, licet æquitas illud exigere videretur. Tales ſunt contractus *vnilaterales*, vnde v. g. iudex ille pedaneus in *mutuo* vſuras creditori adiudicare non poterat, licet debitor in mora conſtitutus eſſet, requirebatur enim expreſſa ſtipulatio, *l.* 3. *C. de vſur.* aliud exemplum habebimus

 ſub

Digitized by Google

ſub *tit. de eo, quod certo loco*, & aliud iam habuimus ſub *tit. de dol. mal.* §. *III.* alius eſt contractus *bonæ fidei*, in quo iudex, ſi exinde agebatur, liberam poteſtatem habebat, ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui debeat, *§. 30. J. de act.* Tales ſunt omnes *bilaterales*, prout colligitur ex exemplis in §. *28. J. d. t.* recenſitis. Sic in emto vſuræ debentur propter moram, quamuis nullæ promiſſæ, *l. 32. §. 2. ff. de vſur. l. 2. C. eod.* Hodie, quia iudicem pedaneum formularium non amplius habemus, nec illius diſtinctionis vſus eſſe poteſt, quæ præterea in materia de vſuris expreſſe ſublata in *R. J. de a. 1600.* §. *So viel nun.*

§. VI. Tandem (5) contractus vel eſt *verus*, qui oritur ex conſenſu *vero*, eoque vel *verbis* declarato, vbi *expreſſus*; vel *factis*, vbi *tacitus* dicitur, v. *tit. de pactis* §. *III.* vel eſt *quaſi-contractus*, qui ex conſenſu *præſumto*, ſiue *ficto*, deſcendit. Scilicet lex præſumit, id eſt, inducit conſenſum propter æquitatem, ne alter cum alterius damno locupletior fiat, v. g. in negotiorum geſtione, hereditatis aditione, &c. v. *tit. J. de oblig. quæ quaſ. ex contr.* & hic etiam infans, furioſus, & reliqui obligantur; qui alias nec expreſſe, nec tacite ſe obligare poſſunt, v. *l. 3. §. 4. & 5. de negot. geſt.* Dn. Thomaſ. *iurispr. diu. l. 2. c. 7. §. 24. ſeqq.*

§. VII. Hoc quoque adhuc obſeruandum, quod in contractibus quædam vocentur *ſubſtantialia*, ſiue *eſſentialia*, quæ adeſſe *debent*, id eſt, per pactum contrarium ſaluo contractu mutari nequeunt, v. g. in emtione res & pretium: in mu-

Digitized by Google

mutuo res fungibilis: in locatione vſus & merces: alia *naturalia*, quæ adeſſe *ſolent*, ſed pacto mutari poſſunt ſaluo manente contractu, v. g. in emtione præſtatio euictionis & culpæ leuis: in mutuo, vt gratuitum ſit: in locatione, vt merces finita locatione ſoluatur: alia *accidentalia*, quæ adeſſe *poſſunt*, non vero præſumuntur, ſed pactis contrahentium adiiciuntur, v. g. vt euictio in emtione non præſtetur: vt in mutuo vſuræ ſoluantur: vt in locatione merces per anticipationem ſoluatur, &c. v. late *vſ. pract. diſtinct. de contr. emt. diſt. II. & IX.*

§. IIX. His ita generaliter præmiſſis, ſub hocce titulo nunc ſpecialiter de duobus contractibus, & primo quidem de *mutuo*, deinde de *contractu chirographario* agendum erit.

§. IX. *Mutuum* eſt contractus realis, quo rei noſtræ *fungibilis* dominium in alium ita transfertur, (diſſent. Salmaſius in diatriba, *mutuum non eſſe alienationem*,) vt illa nobis *in genere* iterum ſit reſtituenda, *pr. J. quib. mod. re contr. obl. l. 2. pr. §. 1. & 2. ff. h. t.* Res *fungibilis* dicitur omnis *quantitas*, quæ non, vt ſpecies, pretium adfectionis recipit, ſed ad numerum, menſuram, aut pondus datur, *d. pr. J. qu. mod. Datio* etiam *ficte*, ſcilicet per breuem manum fieri poteſt, v. g. ſi rogaſti me, vt tibi pecuniam crederem, ego cum non haberem, lancem tibi dedi, vel maſſam auri, vt eam venderes & nummis vtereris, *l. 11. pr. h. t.* add. *l. 15. h. t.*

§. X. *Mutuum dat*, qui alias de rebus ſuis libere diſponit. Quod ſi ergo minor, ſeruus, contra voluntatem domini, &c. dederit, nummi,

 ſi

Digitized by Google

ſi extant, vindicari; ſi conſumti ſunt b. fide, condici poſſunt, ſin m. f. ad exhibendum agitur, tamquam contra eum, qui dolo poſſidere deſiit, v. *l. 11. §. 2. h. t.* & quidem ſtatim, non expectato tempore, ad quod pecunia a minore, &c. data fuit.

§. XI. *Mutuum accipit*, qui ſe obligare poteſt. Vnde ſi pupillo ſoli, vel cum autoritate tutoris mutuum datum, ille hoc non reſtituit, niſi creditor probet, pecuniam in eius vtilitatem verſam eſſe, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 17. & 18.* ſi minori *ſoli* creditum, idem iuris eſt, v. *l. 1. & 2. C. ſi adu. cred.* ſi vero conſenſus curatoris acceſſit, creditor verſionem probare non tenetur, niſi ſit fœnerator, id eſt, vſuras acceperit, Dn. Stryk. *d. l. §. 20. ſeq.* Brunnem *ad l. 1. C. ſi adu. cred.*

§. XII. Minoribus comparatur *ciuitas*, hinc ſi *adminiſtratori* mutuum datum, verſio iterum probanda, *l. 27. h. t.* a qua probatione liberatur creditor, ſi vel cum integra ciuitate ciuibus omnibus conuocatis, vel cum iis contraxit, qui ciuitatem repræſentant, v. g. ſenatus, tribuni plebis & magiſtri opificiorum ſeniores, Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 1. §. 5.* idem iuris eſt intuitu *eccleſiarum*, *hoſpitalium*, &c. Id. *vſ. mod. h. t. §. 36.*

§. XIII. Ex ſingulari iuris diſpoſitione ex mutuo contracto non obligatur *filius familias*, de quo *ad tit. de S. Macedon.* dicetur. Nec competit creditori actio, ſi homini *perdituro* ſciens pecuniam mutuo dederit, nam neque mandati actio competit, ſi mandauit, vt meretrici crederem, *l. 12. §. 11. ff. mandati.* alias vero, ſi creditor hoc *neſciuit*, non denegatur actio, ſiue debitor bene, ſiue

male

Digitized by Google

male pecuniam vertit. Vnde ſuperflua in chirograhis eſt renunciatio exceptionis *pecuniæ in debitoris vtilitatem non verſæ*.

§. XIV. Mutuum ſua natura eſt *gratuitum*, quia pecuniam alicui ſuppeditare eſt ſpecies officii humanitatis. Non ergo debentur *vſuræ*, niſi vel promiſſæ, vel mora a debitore in reſtituendo commiſſa fuerit, de quo infra *ad tit. vſuris*.

§. XV. Quondam in Germania *obſtagiorum* vſus fuit frequentiſſimus, vbi debitor, vel etiam fideiuſſor promittit, quod in caſum non factæ ſtato tempore ſolutionis in certo aliquo diuerſorio ſe ſiſtere, nec ante ſecutam ſolutionem recedere, ſed aduenienti ſimul creditori eiusque comitatui omnia, quæ deſiderauerint, ſuppeditare velit; verum, cum exinde commeſſationes & helluationes orirentur, dicta obſtagia in *reform. polit. de a. 1577. tit. 17. von wunderlichen contracten. §. wiewol auch* prohibita, deinde tamen in *inſtrum. pac. Oſnabr. art. 8. §. de indaganda, in fin.* nobilibus Holſatiæ iterum confirmata fuerunt, v. Stryk. *vſ. mod. tit. de fideiuſſ. §. XV. ſeqq.*

§. XVI. Quod ſi tempore contracti mutui *certum tempus* ſolutioni præfinitum, illud etiam obſeruari debet. Et quamuis debitor ante illud tempus debitum reſtituere queat, creditor tamen ratione vſurarum de iure ſuo quæſito aliquid remittere inuitus non cogitur, Freyer *de ſolut. c. 5. n. 21.* Si *nullum tempus* dictum: reſignatio quolibet tempore fieri poteſt tam a creditore, quam debitore, conceſſo tamen modico ſpatio, vt debitor ſolutionem procurare & creditor de pecunia alio modo diſponere queat.

Digitized by Google

§. XVII. Ex contractu mutui oritur *condictio*, *pr. J. quib. mod. re contr.* & *rubr. ff. h. t.* quæ datur creditori aduerſus debitorem, vt rem mutuo datam in genere, id eſt, in eadem bonitate & qualitate vna cum vſuris promiſſis reſtituat. Pertinent huc Joh. Gœddeus *de rebus creditis & mutuo*, Borcholt *de rebus creditis*, Beſoldus *de mutuo & SCto Macedoniano*, Thom. Lindemann *de contractu mutui*, H. Donellus *de rebus creditis* &c.

§. XIIX. Sequitur nunc *contractus chirographarius*, qui nihil aliud eſt, quam præſumtum mutuum, prout recte Bachov. *ad Treutl. vol. 1. diſp. 20. th. 2. lit. B.* non obſtantibus tricis Lauterbachii *comp. iur. h. t.* qui fundamentum *actionis* literas, *executionis* autem præſumtam numerationem eſſe dicit; nam actionis & executionis vnum idemque ſemper eſt fundamentum, executio quippe actionis conſecutiuum eſt.

§. XIX. Deſcribitur autem ille contractus chirographarius, quod ſit contractus, *quo quis in chirographo confitetur, ſe pecuniam accepiſſe, vel aliam rem fungibilem, eiusque reſtitutionem in eodem genere promittit, ad quam poſt biennium efficaciter obligatur, licet nihil acceperit*, v. *tit. J. de lit. oblig.*

§. XX. Præſumtio accepti mutui, de qua diximus in §. XIIX. exinde oritur, quia debitor per integrum *biennium* tacuit & chirograhum non repetiit. Quod ſi itaque intra illud biennium creditor agit, debitor prætenſus hanc præſumtionem elidere poteſt, ſi ei opponit *exceptionem non numeratæ pecuniæ*, quo facto actor nume-

Digitized by Google

merationem probare tenetur, *ſſ. vn. J. de liter. oblig. l. 3. C. de non num. pec.* vel poteſt etiam ille, qui chirographum dedit, intra idem biennium iſtud per condictionem (cauſa data, cauſa non ſecuta) repetere, licet creditor non agat, *l. 7. C. eod.* vel etiam, præcipue ſi creditor abſens eſt, *denunciatione* apud iudicem facta, ſine *proteſtatione*, terminum biennii interrumpendi facultas datur, *l. 14. §. 4. C. eod.* Hæc omnia obtinent, licet debitor non ſolum chirographum, ſed quoque *pignus* dediſſet, *l. 1. & 3. C. eod.* aut, ſi *partem* non numeratam eſſe dicat, *l. 2. C. d. t.*

§. XXI. *Renunciatio* dictæ exceptionis eam non excludit, etiamſi fuerit *iurata*, qua ratione enim quis ad dandum chirographum inducitur, ex eadem quoque renunciatio profluit, *l. 16. C. d. t.* quod limitant, ſi iuramentum *de reſtituendo* præſtitum, & ſecus eſſe dicunt, ſi *ſuper accepto mutuo* iuratum, quos ſecuti ſumus in *vſ. pr. diſt. h. t. diſt. VI.* ſed nunc re melius perpenſa, poſteriori etiam caſu iuramentum ſub ſpe fallaci præſtitum eſſe & ſic naturam actus principalis ſequi debere videtur, quo collineat Gallerat. *de renunc. tom. 2. renunc. 124. n. 12.* Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 7. §. 11.*

§. XXII. *Poſt biennium* DD. quidem ſæpe memoratam exceptionem adhuc admittunt, ſed tunc non amplius eſt priuilegiata, vt ſcilicet creditor probet, ſed debitor eo caſu probationem non factæ ſolutionis ſuſcipere tenetur, & quidem, ſi executionem impedire vult, per liquida inſtrumenta, v. Mev. 2. *dec. 22. it. p. 4. dec. 266.*

Digitized by Google

266. quæ probatio negatiua tamen aliter fieri vix poterit, quam per remotionem loci & temporis. Nam iuramentum ſuper ipſo non-facto deferre non permittitur debitori, quoniam actor ex inſtrumento per lapſum biennii corroborato iam fundatam habet intentionem, *l. 14. §. 3. C. de non num. pecun.*

§. XXIII. Supponitur autem ſemper tale negotium, *vbi illius, qui chirographum dat, maxime intereſt, contractum celebrari*, & ſic per conſequens ille ab altero, cui chirographum datur, adigi poteſt, vt chirographum in anteceſſum conſcribat, illudque ſpe futuræ numerationis tradat, quæ tamen ſpes ipſum deinde ſæpius fallit. Huc pertinet *mutuum intentatum*, vbi ſponſi, vel nouelli mariti intereſt, vt pecuniam conſequatur, v. *l. 5. C. de non num. pecun. §. 2. I. de except. l. 3. C. de dot. caut. non num.* Ad alia itaque negotia non pertinent, quæ diuerſam indolem habent, v. g. depoſitum, *l. 14. §. 1. C. de non num. pecun.* transactio, *l. 11. C. eod.* aut ſi inſtrumento dictum, quod quis ex anteriori cauſa iam debeat, v. g. ex emto, conducto, &c. *l. 5. & 13. C. d. t.*

§. XXIV. Intuitu *dotis* interim tres diuerſi caſus ſunt diſtinguendi. Aut enim matrimonium ſolutum fuit intra biennium, tunc a tempore mortis intra *annum* exceptio non num. dotis opponenda: ſi ſolutum poſt biennium, intra tamen decennium, *tres menſes* adhuc conceduntur: ſi vltra decennium durauit connubium, exceptio plane locum non habet, quia nimis

Digitized by Google

mis magna negligentia mariti dotem non exigentis, vel cautionem non repoſcentis, adeſt, *auth. quod locum C. de dot. caut. non. num.*

§. XXV. Cæterum vero & hoc notandum, quod non ſolum *debitor* exceptione non numeratæ pecuniæ vti queat, ſed etiam *omnes quorum intereſt*, v. g. *mandatores & fideiuſſores*, *l. 12. C. de non num pec.* etiam inuito debitore, quia hic illis per agnitionem ſuam præiudicare nequit, v. *l. 15. pr. de fideiuſſ.* Sic quoque in concurſu creditorum, ſi debitor priorum creditorum chirographa agnouerit, poſteriores, quibus eo ipſo præiudicium inferretur, illis prioribus hanc exceptionem opponere poſſunt, *l. 15. C. de non. num. pec.*

§. XXVI. Quod ſi in chirographo nulla *cauſa debendi ſpecialis* deprehenditur, hac exceptione opus non eſt, quia inſtrumentum non probat, ſed probatio aliunde deſumenda, v. *l. 25. §. 4. ff. de probat.* Mev. 2. *dec. 22.* Excipiunt caſus (1) ſi promiſſio iurata, aut iudicialis, aut ex certa ſcientia quid promiſſum, aut huic iuri in ſpecie renunciatum, Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 7. §. 6. & 7.* verum tunc nihilominus exceptioni non numeratæ pecuniæ locus manet.

§. XXVII. Ceſſat exceptio dicta etiam in contractibus in §. XXIII. recenſitis, ſi (1) *teſtes in numeratione adhibiti*, *auth. ſi quis vult caute C. qui pot. in pign.* vbi quidem eadem cautela ratione depoſiti ſuppeditatur, aſt non eo fine, ac ſi depoſito exceptio non numeratæ pecuniæ opponi queat, ſed propterea, ne depoſitarius manum propriam

for-

Digitized by Google

forſan negare & ad iuratam diffeſſionem ſe offerre poſſit. (2) ſi confeſſio *ex interuallo repetita*, v. de marito *l. 14. §. 1. C. de non num. pec.* quo etiam refertur, ſi quis in primi debitoris locum ſe ſubſtitui paſſus, *l. 6. C. eod.* (3) ſi quis *vſuras*, vel *partem debiti* ex illo chirographo *ſoluit*, *l. 4. C. d. t.* ſi ſcilicet partem ſoluendo de reliqua parte non accepta non eſt proteſtatus.

§. XXII. Hactenus de exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ a debitore chirographo opponitur. Datur adhuc alia, quam creditor opponit *apochæ* a ſe ſpe futuræ ſolutionis debitori datæ. Quoniam tamen hoc rarius fit, neque creditor iure ſuo debitum poſtulans opus habet, vt bonis verbis apud debitorem vtatur, ſed apocham ſuam mox repetere poteſt, ſi debitor ſolutionem differt; hinc leges ad opponendam non numeratæ pecuniæ exceptionem ipſi *30. dies* ſolum indulgent, *l. 14. §. 2. C. de non num. pec.* neque eum admittunt, quamuis poſtea onus probandi non factæ ſolutionis in ſe recipere velit, Zanger. *de except. p. 3. c. 14. n. 31.* Si apocha eſt *publica*, dicta exceptio locum plane non habet, quia vix caſus dabilis, vt illa ſpe futuræ numerationis in anteceſſum detur, *l. 14. §. 1. C. d. t.* Ceterum de exceptione non numeratæ pecuniæ fuſe agit Zangerus *d. p. 3. c. 14.* & in peculiaribus tractatibus Georg. Frider. Faber, Eman. a Coſta, & nuper Herm. Zollius, qui contra communem opinionem ſtatuit, non actorem, ſed reum ipſo iure Romano ad probationem exceptionis huius obligatum eſſe.

*Lib.*

Digitized by Google

Lib. XII. Tit. II.
Cod. IV. 1. II. 59.

# De Iureiurando, ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali.

§. I. *Iuſiurandum* eſt religioſa rei alicuius adſeueratio, in cuius maiorem fidem Deus vt teſtis veritatis & vindex perfidiæ inuocatur. Iurare chriſtianis non interdictum, & quamuis aliud dicendum videatur ob locum *Matth. 5. v. 34.* exempla tamen ibi & in *v. 35. & 36.* ſubiuncta oſtendunt, Saluatorem ſolum de abuſu iurandi per *creaturas* loqui, add. *Jac. 5. v. 12.* v. *c. 26. X. h. t.*

§. II. Eſt vero iuramentum vel *explicitum*, quando Deus expreſſe vt teſtis & vindex inuocatur, quod fit in formula illa conſueta: *So wahr mir Gott helffe*; vel *implicitum*, quando talis inuocatio expreſſe non adeſt, virtualiter tamen in formula adhibita latet, v. g. ſi quis dicat: *per Deum: per veritatem æternam: per animæ ſalutem*: item, *an eydes ſtatt*. Quando in iudiciis iuramentum alicui imponitur, explicito ſemper opus eſt. Imo & in renunciationibus, quæ contractibus inferuntur, v. de fœmina renunciante Carpzov. *p. 2. c. 16. d. 6.* a quo tamen pro more quoad formulam *bey dem wort der ewigen wahrheit* diſſentit Finckelth. *obſ. 116.* eamque pro vero & explicito

P iura-

iuramento reputat. Sed vide infra *tit. de SCto Velleiano §. XI.*

§. III. Iuramentum explicitum ſubdiuiditur in *ſolemne*, quod etiam vocatur *auiſatum*, vel *doctum*, *ein gelehrter eyd*, quia admonitio de vitando periurio præcedit & iuraturus prius docetur, in quo natura iuramenti & atrocitas periurii conſiſtat. Tale ſemper debet eſſe iuramentum in iudicio præſtitum. Masculi iurant erectis indice & medio digito, in Saxonia etiam pollice; fœminæ autem, vt & clerici apud pontificios, eosdem digitos manus dextræ pectori ſiniſtro imponunt, Dn. Stryk. *de iur. ſenſ. diſſ. 7. c. 1. n. 22. 39. ſeqq.* Diſp. noſtr. *de ſolennibus iuramentorum c. 1. §. 24.* vbi plurimæ ſolennitates aliæ, quæ præcipue in iuramentis purgatoriis adhibentur. Huic opponitur *minus ſolemne*, vbi quidem vera inuocatio nominis diuini adeſt, ſed reliqua omnia deficiunt, v. g. quando contractus priuatorum iuramento corroborantur.

§. IV. Ceterum omne iuramentum *tres comites* habere debere adſerunt, *iudicium, veritatem* & *iuſtitiam.* ex *c. 2. cauſ. 22. qu. 2. & c. 26. X. h. t.* Sed hoc nihil peculiare eſt, nam illi comites in omnibus conuentionibus requiruntur. Videamus interim, quid exinde deducatur.

§. V. Si *iudicium* plane deficit, v. g. infantibus, infantiæ proximis, furioſis, ſumme ebriis, &c. iuramentum nullum adeſt, quamuis verba ore proferantur. Imo nec pubertati proximi ad iurandum cogendi, *c. 15. & 16. cauſ. 22. qu. 5.* nec

ſi

ſi ante pubertatem iurarunt, ipſis hoc *nocet*, v. *auth. ſacramenta puber. C. ſi adu. vendit.* quod ſi tamen altera pars conſentit, vt iurent, & illi volentes iurarunt *in proprium fauorem*, iuramento ſtandum eſt, *l. 26. ff. h. t.* propter conſenſum alterius, qui ita voluit.

§. VI. *Veritas*, quæ iuramento adeſſe debet, excludit dolum. Vnde iuramentum dolo alterius elicitum iterum nullum eſt, quemadmodum omnes conuentiones propter dolum irritæ fiunt, v. Carpz. *p. 2. c. 35. def. 2.* Sed tamen nec ipſe iurans in dolo eſſe debet, vnde ceſſant reſeruationes mentales; iuramentum enim accipitur ſecundum intentionem illius, *cui iuratur.*

§. VII. *Iuſtitia* ſupponit, quod de re licita iuretur & iuramentum modo legibus permiſſo exigatur. Ergo iuramentum vi metuque extortum nullum eſt, nec iurans relaxatione indiget, niſi ſcrupuloſam conſcientiam habet, v. Dn. Stryk. *vſ. mod. §. 20. h. t. in f.* Aut enim Deus, vt nonnulli putant, vel aduerſarius etiam, ex tali iuramento ius nactus eſt, aut non: ſin *poſterius*, nulla relaxatione indigemus; ſin prius, iudex ius quæſitum auferre non poterit. Quis vero putaret, hominem vim inferentem ius conſecutum eſſe, aut Deum in fauorem eiusdem iuramentum acceptaſſe?

§. IIX. Iniuſtum vero non ſolum illud dicitur, quod iure naturæ improbatum, ſed etiam, quod leges ciuiles prohibuerunt. Vnde maximus

abuſus brocardici, *omne iuramentum ſeruandum eſſe, quod ſalua ſalute æterna ſeruari poteſt*, ſi quis exinde inferre velit, iuramentum ſuper actu iure ciuili *prohibito* præſtitum firmum eſſe, ita enim omnes leges ciuiles euaneſcerent. Obſeruabimus hoc in omnibus controuerſiis ſpecialibus deinde obuenientibus. Non obſtat *c. cum contingat, 28. X. de iureiur.* Ius canonicum enim non valet apud euangelicos, ſicubi a recta ratione & ſacris literis recedit, quod hic reuera deprehenditur. Procedit ergo ſolum dicta regula in iis, quæ ſunt iuris ciuilis *permisſiui*, quod illis per iuramentum renunciatum eſſe cenſeatur, v. g. ſi fœmina fideiuſſionem iureiurando confirmat, v. diſp. noſtr. *de brocard. omne iuramentum ſeruandum eſſe, &c.*

§. IX. Alias iuramentum quoque diuiditur in *promiſſorium*, quod fit de rebus, vel præſtationibus futuris, v. g. ab officialibus, in contractibus, &c. dicitur ab aliquibus etiam *confirmatorium*, ſi v. g. contractui *ex interuallo* accedit; & in *adſertorium*, quod fit de rebus controuerſis præſentibus, vel præteritis, quo pertinent ea, quæ ſequuntur.

§. X. Scilicet iuramentum adſertorium eſt vel *voluntarium*, vel *iudiciale*, vel *neceſſarium*. *Voluntarium* defertur extra iudicium, & eſt inſtar conventionis, vnde libere acceptatur, & impune etiam recuſatur, nec referri poteſt, eo ſcilicet effectu, vt alter relatum inuitus acceptet, *l. 17. pr. h. t.* poſtquam vero ſemel acceptatum fuit, reuocari amplius nequit, acceptans tamen iuramentum ca-

lumniæ

lumniæ a deferente exigere non poteſt, quia ipſi liberum erat, non acceptare. Fluit porro ex natura conuentionis, quod hoc iuramentum valeat, in quacunque etiam forma delatum fuerit, *v. l.3. §. f. h. t.* v. g. vt per *ſalutem tuam* iurares, *l.5. pr. h. t.* vel per *barbam tuam*, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 5.* ſi autem delatio deficit, iuramentum ab altero præſtitum nullum plane effectum habet, ſibi enim iurauit, vt ait Vlpianus in *l.3. pr. ff. h. t.*

§. XI. *Deferre* illud poteſt, qui liberam habet rerum ſuarum adminiſtrationem, *l. 17. §. 1. ſeqq. l. 18. ſeqq. ff. h. t. præſtare* autem quilibet, qui conditionem ſuam meliorem reddere poteſt, *v. l. 26. h. t. tit. de pactis §. IV.* v. g. pupillus, v. *§. V. h. t.* de *rebus* noſtræ diſpoſitioni ſubiectis, *l.34. h. t.*

§. XII. Si *creditor* iurauit, ſibi deberi, oritur exinde *actio in factum ex iureiurando, l. 11. §. 1. h. t.* quæ datur etiam heredibus & contra heredes, *l.9. §. 7. h. t.* ad præſtandum id, de quo iuratum fuit. Priſtina tamen actio actori etiam ſalua manet, *l.30. pr. h. t.* ſi *debitor* iuramentum præſtitit, *exceptio* inde naſcitur, *l. 7. 8. & 9. h. t.*

§. XIII. Poſt iuramentum præſtitum deferens non amplius auditur, quamuis probare velit, *alterum periurium commiſiſſe, v. §. 11. I. de act.* intellige hoc quoad *intereſſe priuatum*, quod per iuramenti delationem ſemel remiſſum, iudex interim periurum ex officio punire poteſt.

§. XIV. *Iudiciale* in iudicio defertur ab eo, cui

 onus

Digitized by Google

onus probandi incumbit, comprobante delationem iudice per ſententiam interlocutoriam, *l. 12. §. 1. C. de reb. cred.* antequam enim hoc factum, neceſſitas acceptandi, aut referendi iuramentum ex illa delatione non oritur. Defert itaque vel actor ſuper actione, vel reus ſuper exceptione.

§. XV. Delatio iterum ab eo ſolum fieri poteſt, qui ius adminiſtrandi bona habet, v. *§. X. h. t.* Permiſſum hoc quoque eſt *infami* & *de periurio ſuſpecto.* Nec valet argumentatio Carpzov. *p. 1. c. 14. d. 6. quicunque ipſe non poteſt iurare, ille nec ad iuramenti delationem admittitur* v. Svendend. *ad Fibig. p. 1293. ſq.* quæ noſtra ſententia expreſſa recepta in *ord. proc. emend. duc. Magdeb. c. 29. §. 1.*

§. XVI. Defertur illi, qui conditionem ſuam meliorem reddere poteſt, pupillo tamen nonniſi v. *§. V. h. t.* Tutor *inuito aduerſario* iuramentum pupillo delatum præſtare non poteſt, quia pupillus optimam facti ſcientiam habet, & ſic alterius intereſt, vt ipſe iuret. E contrario tamen, licet aduerſarius velit, nec tutor inuitus ad iuramenti præſtationem compelli poteſt, ergo iuramentum tamdiu differendum, donec pupillus pubertatem adeptus fuerit, Carpz. *p. 1. c. 12. def. 42.*

§. XVII. Deferri poteſt in *omnibus cauſis, vbi non agitur ad pœnam corporalem, vel capitalem,* imitatur enim delatio hac parte transactionem, *l. 2. h. t.* ergo v. *§. III. ſqq. tit. de transact.* Licita etiam delatio in cauſis *famoſis, l. 9. §. 2. ff. h. t. l. 6. §. 4. ff. de his, qui not. infam.* Pro *matrimonio;* ſed non

con-

contra illud; verum cum hanc adſertionem in materia transactionis iam notauerimus *d. tit. de transact.* §. *IV.* hinc merito Brunnem. *ad l. 9. ff. h. t. n. 25.* iuramenti delationem contra matrimonium quoque eo caſu admittit, *ſi actor aliis probationibus deſtituatur.* Alios autores idem ſtatuentes adduxi *in der Einleit. zum conſiſt. proc. c. 15. §. 5.* Iure communi *in proceſſu executiuo* reus etiam ſuper exceptione actori iuramentum defert, non autem iure Saxonico, Zanger. *de except. p. 3. c. 26. n. 120.*

§. XVIII. Circa *tempus*, quo delatio fieri debet, diſtinguendum eſt inter ius Saxonicum & commune. Iure *Saxonico* deferri iuramentum ab actore debet ante litem pure conteſtatam & præſtitam guarandam, poſtea non, licet deferendi facultas reſeruata fuerit, niſi ſuper quæſtionibus nouiter emergentibus, v. g. ſuper replica, Carpz. *p. 1. c. 12. def. 1.* Reus vero per rerum naturam in Saxonia quoque ſuper exceptionibus peremtoriis iuramentum deferre non poteſt, niſi poſt litem conteſtatam, eas enim exceptiones L. C. demum adnectit.

§. XIX. Iure *communi* certum tempus hac parte actori non eſt præfixum, vnde vsque ad concluſionem in cauſa delationi locus eſt, licet terminus probatorius elapſus, aut probatio per ſententiam interlocutoriam actori iniuncta fuerit, Mev. *4. dec. 6.* Brunnem. *proc. ciu. c. 25. n. 8.* imo quamuis actor probare cœperit, modo tamen in probatione non defecerit, Dn. Stryk. *introd. ad prax. c. 20. §. 2.* v. noſtr. introd. ad proc. ciu. *c. 19. §. 2. 3. 4.*



Digitized by Google

§. XX. *Modus deferendi* duplex eſt. Aut enim cauſa *conſcientiæ* alterius committitur, quod fit in factis *propriis:* aut vero *credulitati*, quod in factis *alienis* obtinet, v. g. ſi heres ex facto defuncti conuenitur. Quod ſi itaque vtriusque generis facta concurrunt, cauſa coniunctim conſcientiæ & credulitati committitur, *man ſtellet es in des andern gewiſſen, wiſſenſchafft und wollbewuſt.*

§. XXI. Poſt delationem rite factam is, cui iuramentum delatum eſt, illud vel *acceptare*, vel *referre*, vel *conſcientiam probationibus exonerare*, *ſiue defendere* poteſt. Si *acceptat*, deferens ante de calumnia iurare tenetur, quod ſcilicet bona fide, id eſt, ex iuſtis cauſis, quas ſe habere exiſtimat, iuramentum principale, ſiue litis deciſorium, detulerit, *l. 34. §. 4. ff. h. t.* ſi illud deferens præſtare recuſat, alter quoque ad iuramentum non tenetur, ſed illud habetur pro præſtito, *l. 37. h. t.*

§. XXII. Acceptatio iure *Saxonico* intra octiduum fieri debet, computato ab eo tempore, quo interlocutoria ſuper delatione iuramenti lata in rem iudicatam anticipari nequit, v. *Ord. proc. Sax. tit. 18. §. 9.* & Martini *ibid. n. 11. & 30.* Acceptans intra illud fatale ſe ſimul ad iurandum offert & denique intra terminum Saxonicum iuramentum actu præſtare obſtrictus eſt. Iure *communi* certus terminus non eſt præfixus, *introd. ad proc. ciu. c. 19. §. 9. ſeqq.* Iuramentum interim in *loco iudicii* præſtatur, exceptis perſonis egre-

giis

Digitized by Google

giis & valetudine impeditis, ad quas domum mittitur, *l. 15. h. t.*

§. XXIII. Poſt acceptationem deferens iuramentum delatum regulariter *reuocare nequit*, quia alter ius quæſitum habet. Exceptio eſt, ſi nouæ probationes ſuperuenerint, Brunnem. *ad l. 11. C. de reb. cred.* aut deferens probare velit, alterum peieraturum eſſe, Meu. *p. 2. dec. 93. n. 6.* Martini *ad O. P. S. tit. 18. §. 2. n. 16.* Si quis vero vel ante acceptationem, vel in caſibus modo adductis iuramentum ſemel reuocauit, is denuo illud deferre nequit, *l. 11. C. de reb. cred.* Si etiam iuramentum ſemel præſtitum, illud non amplius ſub prætextu periurii retractatur, v. §. *XII. h. t.* nam & hic conuentio adeſt, *l. 31. h. t.*

§. XXIV. Sed quid, ſi ille, qui iuramentum acceptauit, *ante eius præſtationem moriatur?* diſtingue. Aut defunctus iuramentum non ſolum acceptauit, ſed & ad illud præſtandum promtus fuit atque paratus, *aduerſarius tamen ipſum impediuit*, v. g. per dilationis petitiones atque tergiuerſationes, quo minus id præſtare poſſit, hoc caſu habetur pro præſtito & procedit adſertio Gailii *2. O. 43.* v. Meu. *p. 5. dec. 46.* aut e contrario defunctus acceptauit quidem iuramentum, ſed *deinde ipſe tergiuerſatus eſt*, & mors ſuperuenit, hoc caſu non habetur pro præſtito, ſed procedit ſententia Lauterbachii *comp. iur. h. t.* *Heredes* tamen ad iuramentum credulitatis admitti ſolent. Itaque certo reſpectu verum manet, quod in *l. 6. C. ad L. Iul. repetund.* dicitur:



Digitized by Google

*neminem diuini timoris immemorem præſumi*, & quod e conuerſo habet Baldus *vol. 5. conſ. 73. fin. non omnem morientem eſſe Johannem evangeliſtam*, v. Meu. *d. dec. 46. in f.*

§. XXV. Hæc de acceptatione. Progredimur ad *relationem*, quæ ſolum locum habet, quando iuramentum ſuper factis *communibus*, i. e. quorum vterque notitiam habet, delatum, v. g. ſuper celebrato contractu. Si vero ſunt facta *propria*, quorum notitia penes illum vnice deprehenditur, cui iuramentum delatum, v. g. quando quæritur: annon animum decipiendi, iniuriandi, &c. habuerit; iuramenti relationi locus non conceditur, v. Dn. Stryk. *introd. ad prax. c. 20. §. 8. n. 3. v. l. 34. §. 8. ff. h. t. l. 11. §. 2. ff. de. act. rer. amot.*

§. XXVI. Is, cui relatum eſt iuramentum, illud præciſe præſtare tenetur, nec a referente prætendere poteſt, vt de calumnia iuret, *l. 34. §. 7. ff. h. t.* neque etiam ipſi permittitur, vt conſcientiam probationibus exoneret, Brunnem. *ad l. 34. §. 7. h. t. num. 19.* Sed an ille, cui relatum, nunc vna cum iuramento principali adhuc iuramentum calumniæ (v. §. *XX. h. t.*) præſtare tenetur? negatur iure communi, Brunnem. *proc. ciu. c. 23. n. 17.* adfirmatur iure Saxonico, *ord. proc. Saxon. tit. 18. §. Ferner die relation. 18. in f.*

§. XXVII. Præter acceptationem & relationem illi, cui iuramentum delatum, liberum quoque eſt, vt *conſcientiam probationibus exoneret*, ſiue *defendat*, quod in vernacula vocant, *das gewiſſen*

*mit beweiß vertreten* v. g. tu mihi defers iuramentum, quod certo aliquo die tecum contractum inierim, ego autem per teſtes probare volo, rem in tractatibus ſubſtitiſſe, &c. Si nihil probatum, regreſſus ad iuramentum patet, ac heredes quoque ad iuramentum credulitatis admittuntur, *ord. proc. Sax. tit. 19. §. 2.* referri autem iure Saxonico iuramentum amplius non poteſt, licet iure communi & hoc permiſſum videatur, conf. Brunnem. *proc. ciu. c. 23. n. 14. ibi: zu præſtiren, oder zu referiren ſchuldig.* Reliquas quæſtiones ad proceſſum pertinentes v. introd. ad proc. ciu. *c. 19. §. 32 ſqq.*

§. XXVIII. Qui nec acceptat iuramentum, nec refert, nec probationem contrariam in ſe ſuſcipit, *habetur pro confeſſo*, ſiue, vt DD loquuntur, *condemnatur in pœnam iurare nolentium*, v. *l. 38. ff. h. t.* vbi dicitur, manifeſtæ turpitudinis & confeſſionis eſſe, nolle nec iurare, nec iuramentum referre.

§. XXIX. Progredimur nunc ad tertiam ſpeciem, (v. §. *IX. h. t.*) ſcilicet ad iuramentum *neceſſarium*, quod propterea ita dicitur, quoniam iudex partibus petentibus, vel ex officio illud imponit, & ſic facultas referendi ex rei natura non competit. Eſt illud duplex, *ſuppletorium* & *purgatorium*.

§. XXX. *Suppletorium* defertur, quando ſemiplenam probationem quis pro ſe habet, ſiue actor intuitu actionis, ſiue reus intuitu exceptionis, modo non ſit cauſa ardua, v. g. ex qua maximum commodum præſtito iuramento in iurantem

re-

Digitized by Google

redundaret, tunc enim potius alteri purgatorium deferendum, vt Gail. *1. obſ. 108. num. 11.* Ita quidem communiter; verum adlata ſententia exinde valde dubia redditur, quod intuitu eius, cui purgatorium defertur, æquale commodum adſit, & æqualis metus periurii. Si enim iurat, retinet pecuniam & ſoluere non tenetur. Ergo iuramentum illi deferendum, qui magis probatæ fidei.

§. XXXI. Regulariter hoc iuramentum de *veritate* præſtari debet, quia eſt ſpecies teſtimonii. Admittunt tamen in praxi, vt *heredes* quoque de *credulitate* in ſupplementum iurent, v. Carpzov. *p. 1. c. 23. d. 8. n. 3.* Si ſcilicet defunctus iam ad illud præſtandum paratus fuit, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *37.* v. §. *XXIV. h. t.*

§. XXXII. Locum ſolummodo habet in cauſis *ciuilibus*, licet ſint famoſæ, v. g. cauſa depoſiti, mandati, &c. v. *l. 3. C. de reb. cred.* non ergo admittitur in *criminalibus*, quia ibi probationes luce meridiana clariores adeſſe debent, qualis non eſt iuramentum ſuppletorium. Non admittendum quoque iſtud in cauſis *matrimonialibus* putant, ne ſcilicet, ſi actor iuret, reus inuitus in matrimonium detrudatur, quippe quod contra libertatem matrimonii impingeret Carpzov. *p. 1. c. 23. def. 10. n. 11. & 12.* qui tamen ipſe hanc ſententiam mutauit in *iur. eccleſ. l. 3. def. 46. n. 6. 7.* v. *Einleit. zum conſiſt. proc. c. 15.* §. *8.*

§. XXXIII. Iuramentum *purgatorium* toties defertur tam in cauſis ciuilibus, quam criminalibus, quoties quis ſuſpicionibus grauatus eſt, quæ

tamen

Digitized by Google

tamen in cauſis ciuilibus ſemiplena probatione minores eſſe debent, v. g. ſi contra aliquem vnus teſtis adeſt, omni exceptione non maior &c. In *criminalibus* aliquando non hocce iuramentum, ſed *territio* vel *ipſa tortura* dictatur, pro grauitate delicti & qualitate indiciorum, quod adeo certæ alicui regulæ includi non poteſt.

§. XXXIV. Iuramentum hoc vocatur *tortura ſpiritualis*, item *purgatio canonica*, quia iure canonico adprobatum: v. *t. t. X. de purgat. canon.* cui opponitur *purgatio vulgaris*, quæ quondam in Germania & alibi fiebat per *duellum*, *ferrum ignitum*, v. g. vomeres, laminas, vel chirothecas ardentes, item per *aquam* & vocabatur *ordalia*, *Gades ordel*, *i. e. Gottes Vrtheil*, v. Schottelius *de antiquis in Germania iuribus cap. 28.* Ioh. Materus *de duello*, *vt Ordelei quondam ſpecie*, quæ purgatio prohibita, *t. t. X. de purgat. vulgar.*

§. XXXV. Quicunque iuramentum purgatorium præſtare recuſat, is itidem pro confeſſo habetur, v. §. XXVII. *h. t.* ſi vero illud præſtetur, in cauſa *ciuili* ſequitur abſolutio & expenſæ compenſantur, in proceſſu *inquiſitorio* autem iurans nihilominus expenſas refundere tenetur, quia ipſi aliquid imputari poteſt, magiſtratui vero nihil, v. Brunnem. *proc. inquiſ. c. 9. n. 6. in f.*

§. XXXVI. Iuramentum ſuppletorium & purgatorium retractari poteſt propter probationes nouas ſuperuenientes, *l. 31. ff. h. t.* quia enim iudex ea defert, hinc non adeſt conuentio, vel transactio, vt in iudiciali, v. §. XXII. *h. t.* Admittuntur

vero

vero non ſolum inſtrumenta, ſed etiam teſtes. Verba enim *d. l. 31. quibus* nunc ſolis *vſurus ſit*, non excludunt teſtes, ſed inſtrumenta, quæ quis ante iam habuit, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 40.*

§. XXXVII. Ceterum generaliter de iuramentis hactenus recenſitis obſeruandum, quod *purgatorium* nullibi per mandatarium præſtari queat. Intuitu reliquorum admittitur procurator iure *communi*, modo ſpeciale mandatum habeat, v. *tit. de procur. ff. XI.* non autem iure *Saxonico.* Carpzov. *p. 1. c. 12. d. 39.* quia admonitio de vitando periurio in perſona procuratoris fruſtranea.

§. XXXVIII. Speciebus iuramentorum hactenus recenſitis, nunc vltimo loco etiam ſubnectendum eſt *iuramentum calumniæ*, quod de calumnia non committenda præſtant partes. Eſt illud duplex: *generale* & *ſpeciale.*

§. XXXIX. *Generale* vocatur; quod ſuper tota cauſa præſtatur, ſcilicet, *quod quis litem bona fide ſuſceperit eandemque bona etiam fide ad finem perducere velit*, vnde verſiculi vulgati, quos v. in *vſ. pract. diſt. iurid. h. t. diſt. 9.* Iurant omnes, qui poſſunt calumniam admittere, *actor. reus* & *aduocati*; *l. 2. C. de iurei. propt. cal. dand. l. 14. §. 1. C. de iudic. Nou. 49. c. 3. tutores & curatores, l. 2. §. 2. ff. de iurei. propt. cal. dand.* exceptis perſonis, *quibus reuerentia debetur*, v. g. parentibus & patronis, *l. 16. ff. h. t.* add. *l. 34. §. 4. eod.* vbi quidem in vulgata editione dicitur: *neque patrono, neque parentibus* illud remitti; ſed in Haloandrina habetur: quod *æque patrono, & parentibus* remittatur. Pertinet huc etiam dominus

niſs feudi, *a. F. 33. §. 1.* & ex ſingulari diſpoſitione vaſallus reciproce, *ibid.* Electorum, principum & ſtatuum conſiliarii, ſi cauſas *principalium ſuorum* pertractant, *R. I. de a. 1654. §. Vber dieſes ordnen 43.* nec non in aliquibus locis aduocati ordinarii iurati. Deficiente autem tali diſpoſitione ſpeciali, nemo a præſtatione dicti iuramenti eſt immunis, ne quidem clerici, v. Linck. *ad tit. X. de iur. calum. §. 2.* vbi idem eſſe dicit, ſiue clerici in cauſa propria, ſiue eccleſiæ agant, vel conueniantur.

§. XL. Præſtandum eſt iuramentum calumniæ generale in omnibus *cauſis, in quibus calumnia poteſt admitti*, & ſic etiam in *ſpiritualibus*, Brunn. *pr. ciu. c. 15. n. 14.* item in omnibus foris atque inſtantiis, vbi idem metuendum. Excipitur *reus in proceſſu criminali*, ſi de pœna corporali, vel capitali agitur, ob præſentiſſimum metum periurii, Brunnem. *proc. ciu. c. 15. n. 15.* Ceterum partes illud iuramentum ſibi expreſſe *remittere* non poſſunt, quia hoc quodammodo ad delinquendum inuitaret, tacita tamen remiſſio licita, quæ fit non petendo, vel deferendo, *v. l. 2. §. 4. C. de iurei. propt. calumn. dand.* licet vero partes non exigant, iudex tamen illud ex officio deferre poteſt.

§. XLI. Si quis autem litigantium prædictum iusiurandum præſtare noluerit; per ſententiam Iudicis actor caſum actionis, reus condemnationem ſuſtineat, *auth. principales §. 5. C. d. t.* Sententia illa dicitur abſolutoria, vel condemnatoria, non declaratoria, vnde recuſans,

ante

ante illam moram purgare, & ſe adhuc ad præſtationem iuramenti offerre poteſt: vel ſi ante ſententiam moriatur, pœna recuſationis ad heredes non tranſit, Gail *1. obſ. 86.* Si *procurator* de calumnia *in animam propriam* iurare nolit: domino hoc non præiudicat, ſed procurator pœna pecuniaria adficitur, quod cauſam ſuſceperit, quam iniuſtam eſſe credidit, Id. *d. l. obſ. 89. n. 4. ſeqq.*

§. XLII. Præſtitum iuramentum liberat quidem a *calumnia*, id eſt, a dolo & proæreſi, non vero a *temeritate*, id eſt, a culpa & negligentia in perueſtigatione qualitatis cauſæ, eiusque fundamentorum, vnde illo iuramento non obſtante iurans in expenſas condemnari poteſt, ſi circumſtantiæ hoc vrgent, iuxta *l. 79. ff. de iudic.* Ceterum in Saxonia hoc iuramentum propter maximum eius abuſum eſt abrogatum, *ord. proc. Sax. tit. 33. pr.*

§. XLIII. Hæc de iuramento calumniæ generali. Nunc ad *ſpeciale* progredimur, quod in iure canonico iuramentum *malitiæ* vocatur, *c. 2. §. f. de iur. cal. in 6.* Hoc vel a parte aduerſa, vel a iudice ex officio deferri poteſt, quoties aliqua calumnia in qualibet iudicii parte præſumitur, v. *d. c. 2. §. f.* v. g. ſi quis alteri iuramentum litis deciſorium defert: editionem, vel exhibitionem petit: nouum opus nunciat, &c. de quibus ſingulis ſub ſuis titulis.

§. XLIV. Peti poteſt, licet iam antea iuramentum calumniæ generale præſtitum fuerit, prout DD. communiter volunt, v. Lauterb. *h. t.*

Brun-

Digitized by Google

Brunnem. *pr. ciu. c. 15. n. 6.* Circa perſonas autem a præſtatione liberas, pœnam iurare nolentium &c. hic idem obtinet, quod ante de iuramento generali adductum. Iure Saxonico hoc quoque iuramentum adprobatum eſt, *Ord. proc. tit. 33.*

§. XLV. Scriptores, qui materiam de iuramentis pertractarunt, potiores ſunt: Setſerus *de iuramentis*, Robert. Sanderſon *de obligatione iuramenti*, Vſſelmann *de priuilegiis iuramentorum*, Borcholt *de iureiurando*, Corſetus *de iureiurando*, Ioh. de Salua *de iureiurando*, Anton. Bauer. *de viribus iuramenti*, Vincent. Caroc. *de iuram. litis deciſorio*, Obrecht *de iuram. calumniæ*, Ant. del Re *de iuram. calumniæ*, H. Donellus *de iureiurando*, Ioh. Guttierez *de iuramento confirmatorio*, &c.

*Lib. XII. Tit. III.*

Cod. V. 53.

## De in litem iurando.

§. I. IN proceſſibus duæ quæſtiones ventilari ſolent: (1) *an* aliquis debeat? & (2) *quantum*? *prioris* intuitu defertur iuramentum litis deciſorium, de quo *tit. præced. poſteriorem* autem iuramentum in litem, ſiue litis æſtimatorium, de quo ſub hoc titulo, reſpicit.

§. II. Eſt itaque *iuramentum in litem*, quod præſtatur ab eo, cuius res ab altero ſine iuſta cauſa detinetur, vel reſtitutio denegatur, eum in finem, vt damnum, quod actor eo ipſo paſſus eſt, æſtimetur, & reus ad præſtationem illius condemne-



Digitized by Google

demnetur. Eſtque duplex, iuramentum *adfectionis* & *veritatis*.

§. III. Iuramentum *adfectionis* locum habet, quando (1) res, quæ nobis intercipitur, adfectionem recipit, eamque vel *extra rem*, v. g. ſi a principe, vel patrono illa res nobis donata, vel a maioribus noſtris profecta, v. *l.* 38. *ff. de minor. l.* 36. *ff. de bon. libert.* pretium tamen adfectionis ex *voluptate* oriens non attenditur, *v. l.* 6. §. 2. *ff. de oper. ſerv.* vel *in ipſa re radicatam*, v. g. ſi res rara ſit, quæ vel plane non, vel difficulter iterum haberi poteſt. Intuitu *nummorum* itaque iuramentum illud locum non habet, quia horum certa æſtimatio, *l.* 3. *ff. h. t.* v. *Uſ. pract. diſt. h. t. diſt. II.* niſi forſan nummus admodum rarus ſit.

§. IV. Præter hoc pretium adfectionis (2) opus eſt, vt alter rem noſtram *dolo malo*, vel etiam *lata culpa*, quæ dolo æquiparatur, *l.* 5. §. 3. *ff. h. t. l.* 226. *ff. de V. S.* nobis interceperit, perdiderit, vel deteriorauerit. Quia itaque hoc iuramentum pœnæ alicuius ſpeciem inuoluit, hinc contra heredes non iuratur in litem, niſi propter proprium dolum, *l. pen. C. h. t.* ad veram tamen æſtimationem ſoluendam condemnantur, *l. f. C. eod.*

§. V. Pars aduerſa non defert hoc iuramentum, ſed *ſolus iudex*, *l.* 4. §. 1. *ff. h. t.* omnibus illis, qui alias iurare poſſunt, *minori* volenti, *tutoribus* & *curatoribus*, ſed tamen neque his inuitis, *l.* 4. *pr. h. t.* an etiam *matri*? negatur in *cit. l.* quia tutela materna iure *ff.* incognita; hodie ergo



Digitized by Google

ſi tutrix eſt, volens omnino iurare poterit. Iurant vero tutores: *ſi eſſent loco pupulli, ſe tanti rem æſtimaturos* ita enim recte Bartolus, v. Gothofr. *in not. ad d. l. 4. pr. h.*

§. VI. Defertur toties, quoties alter *ſpeciem, adfectionem recipientem*, nobis vel tradere vel reſtituere detrectat, v. *l. 5. pr. h. t.* Ergo in actionibus *contrariis*, vbi ad indemnitatem ſolum agitur, & ſic ad *quantitatem*, illi locus non eſt, *l. 5. pr. ff. de poſ.* Inter contractus b. f. & ſtricti iuris hodie non diſtinguitur, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 6.* Carpz. *p. 1. c. 23. def. 19. n. 7.* Struu. *iurispr. R. G. l. 4. tit. 12. §. 17. add. vſ. pract. diſt. iuridic. h. t. diſt. 1.*

§. VII. Actori quidem in *infinitum*, (id eſt, indefinite) iurare licet; iudex tamen, quemadmodum iuramentum pro re nata plane non deferre: ita quoque eidem taxationem adiicere poteſt, ne adrepta occaſione in immenſum iuretur, *l. 4. §. 2. ff. h. t. l. 5. §. 1. eod.* De periurio hic non poteſt quæri; quia adfectio non habet certam determinationem, *l. 11. h. t. & l. 4. §. 3.* pertinet ad iuramentum veritatis: ex inſtrumentis enim repertis probari non poteſt, quod iurans talem adfectionem non habuerit.

§. IIX. Sequitur nunc iuramentum *veritatis*, cui ſemper locus eſt, licet non adſit ſpecies, aut illa pretium adfectionis non recipiat. Æſtimatur itaque lis, *quanti res vera eſt*, *ſecundum communem valorem*, quamuis alteri nec dolus, nec lata culpa imputari queat. Si tamen iudex alias etiam veritatem argumentis liquidis inueſtigare

poteſt, hoc iuramento plane opus non eſt. *l. 2. in f. C. h. tit. l. 5. §. 3. ff. h. t.* Interim iuramentum veritatis magis ex legibus Germanorum, quam Romanorum deſcendit, v. Schilter. *ex. 23. th. 56. 57.* vix enim in LL. Romanis diſtinctio inter iuramentum adfectionis & veritatis clare reperitur.

§. IX. Obiter hic quoque mentionem iuramenti, quod *Zenonianum* dicitur, iniicimus. Introduxit illud Imp. Zeno in *l. 9. vnde vi* in caſu, ſi alicuius res *abreptæ*, vel *inuaſæ* & ſimul *damnum datum*. Tunc enim, ſi non potuerit, qui vim ſuſtinuit, ſingula comprobare, quæ perdidit: taxatione a iudice facta pro perſonarum atque negotii qualitate, ſacramento (iuramento) æſtimationem rerum, quas perdidit, manifeſtare poteſt, ad quam ſoluendam deinde reus condemnatur.

§. X. Iuramenta hactenus propoſita ab *actore* præſtantur ſecundum ius commune. Iure *Saxonico* aliud iuramentum, a *reo* præſtandum, introductum eſt, quod *minorationis* vocatur. Locum illud itidem habet iis caſibus, ſi quis *de poſſeſſione deiectus*, aut res mobiles *per vim ablatæ*, & actor damni reparationem petit. Tunc enim ſoli actoris liquidationi, vel æſtimationi damni creditur, ni reus iurare velit, damnum minoris fuiſſe, vnde dicitur *der Verminderungs Eyd.* Poteſt tamen loco iuramenti etiam probationem in ſe recipere, ſalua actoris reprobatione, *ord. proc. Sax. tit. 31. in introd. noſtr. ad proc. ciu. c. 1. §. 12.* Ceterum ad hanc materiam pertinet Plotus in *pecul. tract. de in*

*litem*

*litem iurando*, item Ioh. Borcholt & H. Donellus *de eadem materia.*

*Lib. XII. Tit. IV.*

Cod. IV. 6.

# De Condictione cauſſa data, cauſſa non ſecuta.

§. I. Condictio hæc in codice vocatur *ob cauſſam datorum*, oritur ex æquitate naturali, aut, ſi mauis, ex quaſi contractu, ne ſcilicet accipiens quidem, ſed promiſſum non implens, cum dantis damno locupletior fiat. Datur itaque illi, qui dedit *ob cauſſam futuram honeſtam eamque poſſibilem*, aduerſus accipientem, qui cauſſam ex promiſſo non impleuit, ad rem acceptam reſtituendam.

§. II. *Datio* hic in ſignificatione latiori accipitur, vt ſcilicet non ſolum dediſſe intelligatur, qui aliquid *naturaliter transfert*, ſed etiam ille, qui daturum ſe eſſe *promiſit* & alteri hoc nomine cautionem dedit, *l. 4. C. h. t.* vel qui ob cauſſam futuram alteri quid *remiſit*, (olim per accepti lationem) & eo nomine apocham dedit, *l. 4. & 10. ff. h. t.*

§. III. Datio autem ſupponit *rem* aliquam. Vnde ſi quis aliquid *fecit* (intelligitur autem factum nudum, v. *tit. de pact. VII.*) ob cauſſam futuram, huic condictioni locus non eſt, quamuis cauſſa illa non fuerit ſecuta, factum enim infectum fieri & ſic condici nequit.

§. IV. Datur aliquid ob *cauſſam*, id eſt modum, non ſub conditione, v. *vſ. pr. diſt. h. t. diſt. I. inf.* quæ a dante clare exprimenda eſt, propoſitum enim in mente retentum nihil operatur, *v. l. 7. & 8. C. h. t.* Satis clare autem expreſſa cenſetur cauſſa, ſi res aliqua dotis nomine data, quia dos non eſt ſine matrimonio in tali promiſſione, *l. 6. ff. l. 1. C. h. t.* ergo matrimonio non ſecuto res data repetitur.

§. V. Cauſſa illa debet eſſe *futura*, vnde hæc condictio quondam ad contractus innominatos principaliter pertinebat, in nominatis enim cauſſam *præteritam* adeſſe dicunt, v. g. in emtione venditione, vbi venditor tradidit ex firma obligatione præcedente, & ſic repetitioni locus non eſt, quamuis alter pretium ſtatuto tempore non ſoluerit, *l. 8. C. de contr. emt.* in innominatis autem conſenſus dationem præcedens nudum ſolummodo pactum erat, v. *tit. de pact. §. I.*

§. VI. Cum vero, vti infra ad *tit. de æſtimatoria §. I. & de præſcr. verb. §. II.* dicetur, hodie etiam ex illis pactis firma naſcatur obligatio & ſic pœnitentiæ locus non amplius detur; hinc condictio quoque eo reſpectu in foris noſtris rara erit, Dn. Stryk *vſ. mod. h. t. §. 3.* Locus interim ei adhuc eſſe poteſt, ſi (1) *ceſſans modus non ſit pecunia æſtimabilis* & per conſequens ad intereſſe agi nequeat, v. g. ſi arrha, ſponſalitia largitas, aut dos propter matrimonium data, hoc vero non ſequatur; aut (2) res non detur *propter finem*, vt in contractibus innominatis, ſed *ad finem conſequendum*, qui poſtea

ces-

Digitized by Google

ceſſat, v. g. ſi procuratori quid datum, vt ſportulas exinde ſoluere poſſit, res autem deinde transactione finiatur, &c. Ita hic optime Dn. Beyer *in poſ. ff. h. t. poſ. 13. ſeqq.*

§. VII. Denique notandum, quod cauſſa, ob quam datur, *poſſibilis* eſſe debeat. Qui enim ob *impoſſibilem* dat, animum donandi habuiſſe cenſetur *pl. 8. C. h. t.* quod ſecus in datione ſub conditione impoſſibili, vt infra *tit. de V. O. §. V.* qui vero plane ob turpem cauſſam dat, nihil etiam recipit, vide quo *tit. ſeq.*

§. IIX. Repetitur datum, ſi cauſſa ab initio adiecta non fuit impleta, idque propter *culpam, vel moram accipientis, l. 5. §. f. ff. h. t.* quod ſi itaque per caſum fortuitum in implendo impeditur accipiens, condictioni locus non eſt, *l. pen. C. eod. l. 5. ff. pr. h.* idem obtinet, ſi ipſe dans in cauſſa eſt, quo minus accipiens implere queat.

§. IX. *Vſuras* non venire in hoc iudicium, (ſi ſcilicet pecunia ob cauſſam data repetatur,) dicitur communiter a DD. ſed quemadmodum argumentum ex *l. 24. ff. de R. V. & l. 3. C. de vſur.* a *pecunia fœnerata* (id eſt a contractu mutui eoque ſtricti iuris) deſumtum eſt: ita infra ad *tit. de vſuris* oſtendemus, quod hodie hac parte inter contractus b. f. & ſtricti iuris nulla amplius ſit differentia, ſed vtroque caſu poſt moram vſuræ debeantur. Ergo & hic idem iuris ſine dubio erit. Conf. quoad hanc materiam Claudius & Iul. Pacius. *in tr. de condictione cauſſa data, cauſſa non ſecuta.*



Digitized by Google

*Lib. XII. Tit. V.*
Cod. IV. 7. 8.

# De Condictione ob turpem, vel iniuſtam cauſſam.

§. I. EGimus modo de caſu, vbi aliquid ob cauſſam honeſtam datum erat. Sequitur nunc cauſſa *iniuſta*, vel *turpis*, quæ in effectu vnum idemque ſunt, v. *vſ. pr. diſt. iur. h. t. diſt. I.* Quæritur vero: an & hoc repeti poſſit, quod propter cauſſam turpem datum eſt? diſtingue iuxta *l. 1. pr. ff. h. t.*

§. II. Aut adeſt turpitudo *ſolius accipientis*, v. g. ſi commodatarius, depoſitarius, conductor, fur, &c. ſponte reſtituere detrectant, ad quod reſtituendum ex contractu, vel delicto, obligati erant; hic locus eſt condictioni, v. *l. 2. §. 1. & l. 9. ff. l. 4. & 6. C. h. t.* idem eſt, ſi dedi, ne mihi damnum, vel iniuriam facias. De debitore moroſo, cur partem debiti remittere cogor, v. Brunnem. *ad l. vlt. ff. h. t. Heredes* tamen non conueniuntur, quia actio ex facto illicito proficiſcitur.

§. III. Aut adeſt turpitudo *dantis & accipientis*, v. g. ſi dedi, vt alteri damnum, vel iniuriam facias; item, vt male iudicetur, *l. 3. ff. h.* vel, in bona etiam cauſſa, vt pro me iudicetur, *l. 2. §. 2. h.* & ceſſit condictio, quoniam in pari etiam turpitudine poſſeſſoris conditio potior eſt, *l. 8. in f. h. t.* interim fiſcus poſſeſſori rem eripit, *l. 9. in f. ff. de iur. fiſci*, ne ſcilicet hic malitiæ ſuæ præmium ferat.

§. IV.

§. IV. Aut denique adeſt turpitudo *ſolius dantis*, quale exemplum eſt in legibus Romanis, vbi lupanaria tolerabantur, in eo, qui meretrici mercedem dedit, *l. 4. §. 3. h. t.* hic iterim ceſſat condictio.

## LIB. XII. TIT. VI.

Cod. IV. 5.

## De Condictione indebiti.

§. I. HÆc condictio a præcedentibus in eo differt, quod hic non detur aliquid ob cauſſam futuram, ſed potius *præteritam*, quæ tamen reuera non ſubeſt, ſed nos eam ex *errore* ſubeſſe exiſtimamus. Datur itaque *condictio indebiti* illi, qui per errorem dedit, aduerſus accipientem, ad rem acceptam cum omni cauſſa, id eſt, acceſſione, reſtituendam, *l. 15. pr. h. t.* Oritur ea etiam ex quaſi contractu, ne accipiens cum dantis damno locupletior fiat, *§. 6. J. de oblig. quæ quaſ. ex contr.* add. *§. 1. J. quib. mod. re contr. oblig. l. 14. ff. h. t.* Si res fungibilis ex errore data, negotium iuxta *cit. text.* mutuo proxime accedit, vnde a DD. etiam *promutuum* adpellari conſueuit.

§. II. Requiritur autem principaliter ad fundandam condictionem præſentem, *vt illud, quod ſoluimus, indebitum ſit*, id eſt, nos ad illud ſoluendum inuiti cogi non potuiſſemus, ſi de natura & qualitate rei conſtitiſſet. Hoc indebitum

DD. ita diuidere conſueuerunt, vt aliud *abſolute tale* eſſe dicant, aliud vero *ſecundum quid.*

§. III. Indebitum *abſolute tale* eſt, vbi *nullum ius, nec naturale, nec ciuile,* nos ad ſolutionem obſtringit, v. g. ſi pupillus ſine tutoris autoritate ſoluit, *l. 41. ff. h. t.* aut, ſi quid ſub conditione, aut die plane incerto debebatur, nos vero exiſtimantes, pure deberi, illud ante exiſtentiam conditionis, vel diei ſoluimus. Hoc ſemper repetitur, *l. 16. ff. h. t.* aliud eſt, ſi quid in diem certum debeatur & ante diei illius aduentum ſoluatur, hoc enim repeti nequit, *l. 10. & 17. ff. h.* Sed annon accipiens hoc caſu *interuſurium* præſtare obligatus erit? argumentum ex *l. 1. C. h.* quo Lauterbach *comp. iur. h. t.* vtitur, hoc fundamentum habet, quoniam indebiti ſolutio negotium ſtricti iuris eſt; quod cum hodie ceſſet, æquius erit, vt accipientem ad ſolutionem vſurarum teneri dicamus, præcipue ſi longius interuallum adſit, v. Bachou. *ad Treutl. vol. 1. diſp. 22. th. 5. lit. D. & E.*

§. IV. Indebitum *ſecundum quid* eſt, vbi *accipiens aliquid pro ſe allegare poteſt,* id eſt, vel *ius naturale, cui tamen lex ciuilis non adſiſtit;* vel e contrario *ius ciuile ſtrictum & ſubtile, quod ab æquitate naturali quodammodo recedit.* Hinc orta noua diſtinctio inter indebitum *naturale tantum & ciuile tantum.*

§. V. Indebitum *naturale tantum* eſt, quod quidem iuxta ius ciuile ſtrictum & ſubtile peti poſſet, atque adeo hoc reſpectu non eſſet indebitum; ſed cui tamen ſimul æquitas naturalis reſiſtit

Digitized by Google

ſiſtit, quo minus exigi queat. Hoc ſi ſolutum eſt, ſemper repetitur, æquitas enim naturalis iuri ſtricto præfertur, v. *l. 47. & 66. ff. h. t.* Pertinet huc, ſi quid metu promiſſum & ſolutum.

§. VI. Indebitum *ciuile tantum* dicitur, quod quidem iuxta æquitatem naturalem debetur, ius tamen ciuile huic æquitati non adſiſtit, id eſt, exinde actionem non concedit, v. g. ſi quid per pactum nudum promiſſum. Hic tamen condictio locum non habet, quia æquitas iuri ciuili iterum præfertur, vnde ſi quis pecuniam ex nudo pacto ſolutam repetere vellet, accipiens exceptione pacti tutus eſſet, *l. 64. ff. h. t. in f.* huc etiam pertinet, ſi quis per *iniuſtam* iudicis ſententiam abſolutus quidem, ille tamen nihilominus ex errore ſoluit, *l. 60. pr. h. t.*

§. VII. Exceptio eorum, quæ modo diximus, hæc eſt, *niſi ius ciuile obligationem aliquam plane improbauerit*, id eſt, & actionem & exceptionem denegauerit, cuius exemplum habemus in muliere fideiubente, quæ non ſolum aduerſus actionem creditoris tuta eſt, ſed etiam pecuniam repetere poteſt, quam eidem actu iam perſoluit, *l. 40. pr. ff. h. t.* quod ſecus eſt in filiofam. mutuum accipiente, *d. l.*

§. IIX. Porro quoque indebitum *reſpectu certæ perſonæ* dicitur, quod intuitu aliorum verum debitum eſt, v. g. ſi is, qui heredem ſe, vel bonorum poſſeſſorem falſo exiſtimans, creditori hereditario ſoluerit, *l. 19. §. 1. h. t.* Item, ſi putem, me tibi, aut Titio promiſiſſe, Titii autem per-

ſona

ſona in ſtipulatione comprehenſa non ſit; & Titio ſoluero, repetere a Titio potero, *l. 22. pr. h. t.*

§. IX. Hactenus de *indebito* eiusque diuerſis ſpeciebus. Nunc autem vlterius ſupponendum eſt, quod quis hoc ſoluerit *tamquam debitum*, id eſt, quod exiſtimauerit, *ſe iure perfecto ad ſoluendum teneri.* Ergo, ſi putaui, negotia mea a te adiuta eſſe, & tibi ob eam cauſam dedi, repetere non poſſum, licet non ſit factum, quia donare volui, *l. 65. §. 2. & l. 52. ff. h. t.*

§. X. Putauit itaque ſoluens, ſe iure perfecto ad ſoluendum teneri, ſed ex *errore* ſoluit. Requiritur autem error *facti*, vt ſcilicet credam, exiſtere contractum aliquem me obligantem, qui tamen non adeſt, error enim *iuris* hanc condictionem non parit, per expreſſum textum in *l. 10. C. de iur. & fact. ignor. v. l. 22. pr. l. 32. §. 1. ff. h. t.* exemplum liquidiſſimum de quarta falcidia ex errore iuris, aut facti non retenta, ſed omnibus legatis integris ſolutis habetur in *l. 9. C. ad L. Falcid.* v. *tit. ad L. Falcid. §. IV.* Aliquæ tamen perſonæ ſunt, quibus ius ignorare permiſſum, de quibus ad *tit. de iur. & fact. ignor.* dicetur.

§. XI. Qui *ſciens* ſoluit, non habet repetitionem modo etiam *libera voluntas* adſit, qualis non eſt in eo, qui immoderatas vſuras durante debito principali ſoluit. Imo etiam vſuræ immoderatæ tunc condici poſſunt, licet ſors iam ante ſoluta fuerit, *l. 26. pr. h. t.* quia lex ſolutioni reſiſtit. Quid de *dubitante*? ille quidem in materia præſcriptionis pro ſciente habetur, v. *l. 32. §. 1. ff de vſucap.* hic vero non, quia nemo donare præſumitur, *l. f. C. h. t.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII. Præter errorem ſoluentis in *accipiente* etiam *error requiritur*, quia alias, ſi accipiens animo lucrandi pecuniam ſolutam accipit, condictioni furtiuæ locus eſt, *l. 38. §. 1. ff. de ſolut. l. 18. ff. de cond. furt.* Ceterum nihil refert, vtrum in accipiente error facti, an iuris adſit, quoniam ipſius error, licet iuris ſit, danti præiudicare nequit.

§. XIII. Debet quoque accipiens, ſi aduerſus ipſum cum effectu quis agere velit, *indebitum accepiſſe*. Si itaque ex duobus heredibus, vel duobus fideiuſſoribus alter ſolidum ſoluit, partem ſoluti a creditore repetere nequit, quia creditor ſuum accepit, *l. 49. §. ff. de fideiuſſ.* contra coheredem itaque, vel confideiuſſorem experiri debet ſoluens. Non obſtant, quæ ſupra *§. IIX. h. t.* diximus. Ibi enim ſoluens *plane non erat obligatus*, hic vero *pro parte*. Imputet ergo ſibi, quod beneficio diuiſionis non fuerit vſus.

§. XIV. Actor in condictione indebiti probare debet (1) *ſolutionem* & (2) *indebitum* regulariter, quia vtrumque eſt facti. Dico regulariter. Nam a probatione indebiti liberatur actor, ſi reus, ſolutionem negauit, eam vero actor probauit, *l. 25. pr. ff. de prob.* deinde liberatur pupillus, minor, mulier, vel forte vir quidem perfectæ ætatis, ſed miles, vel agricultor, & forenſium rerum expers, vel alias ſimplicitate gaudens & deſidiæ deditus, (id eſt, monachus, vt addit Gothofredus.) *l. 25. §. 1. ff. de probat.* Hoc vero ita ſolum procedit,

cedit, ſi *totam ſummam* indebitam fuiſſe ſolutam, iis, qui dedit, contendat. Si ergo *pro parte* ſaltem queritur, vel *ab initio quidem debitum ſubfuiſſe, ſed poſtea diſſolutum eſſe*, adſerit, ipſi onus probandi incumbit.

§. XV. *Error* quidem (3) non minus, quam præcedentia, in facto conſiſtit, & ſic probandus, *v. l. 25. in f. pr. ff. de probat. l. 6. C. h. t.* quod ſi tamen indebitum probatum fuerit, DD. exinde præſumtionem pro ſoluente oriri dicunt, vt ad iuramentum admitti queat, vid. Brunnem. *ad l. 1. ff. h. t. n. 2.*

§. XVI. Repetitur per condictionem indebiti non ſolum ipſa pecunia, vel alia res, ſoluta; ſed etiam vſuræ peti poſſunt, non obſtante *l. 1. C. h. t.* quoniam differentia inter negotia b. f. & ſtricti iuris (ad quæ poſteriora indebiti ſolutio pertinet,) hodie non obſeruatur, v. præiudicium apud Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 2.*

§. XVII. *Ceſſat* condictio indebiti (1) ſi *transactionis cauſſa* quid datum, *l. 65. § 1. ff. h. t.* (2) ſi *pietatis* cauſſa ſubeſt, v. g. ſi mulier ſe pro dote obligatam putans aliquid eius nomine dederat, *l. 32. §. 2. ff. h.* Quæritur: *an generalis renunciatio iurium hanc condictionem excludat?* negatur, quia de ea non cogitatum, v. *l. f. §. 3. ff. t.* De hac condictione ſpeciali libro egit Andreas Claudius, nec non Jul. Pacius & Jac. Meſtertius.

*Lib-*

Digitized by Google

*Lib. XII. Tit. VII.*

Cod. IV. 9.

## De Condictione ſine cauſſa.

§. I. HÆc condictio in ſignificatu *lato* cum præcedentibus concurrit, v. *l. 1. h. t.* in ſtricto autem tunc locum habet, quando reliquæ deficiunt. Exemplum eſt in *l. 2. h. t.* ſi fullo veſtimenta lauanda conduxit, deinde amiſſis eis domino pretium, ex locato conuentus, præſtitit, poſteaque dominus veſtimenta iterum inuenit, tunc enim pretium fullo condicit. Idem eſt, ſi creditor debito iam ſoluto chirographum adhuc penes ſe habeat, *l. 2. C. de cond. ex lege.*

*Lib. XIII. Tit. I.*

Cod. IV. 8.

## De Condictione furtiua.

§. I. IN condictionibus hactenus recenſitis *dominium* ſemper *translatum* fuit illæque condictiones ex *quaſi-contractu* inſtituuntur: hic autem dominium non eſt tranſlatum, & ex *delicto* agitur. Probatur ſaltem, rem *in cuſtodia actoris* fuiſſe & exinde furem illam abſtuliſſe, vnde dominium hic non probandum, vt in rei vindicatione, v. *tit. de edendo §. III.*

§. II. Datur itaque hæc condictio illis etiam, qui non ſunt domini, eorum tamen intereſt, v. g. cre-

creditori ratione pignoris, *l. 12. §. f. h. t.* commodatario, *l. f. ſſ. 3. C. de furt.* quam condictionem *incerti* vocant, eam verò, quam dominus inſtituit, *certi.* Ex quo conſequitur, quod condictionem inſtituere nequeat, cui res ex cuſtodia plane non eſt erepta, v. g. legatarius, qui tamen vindicare poteſt, *l. 11. ff. h. t.* item, quod is condicere non poſſit, qui rem ablatam deinde alienauit, quia eius non amplius intereſt, *l. 10. §. 2. h. t.*

§. III. Datur condictio aduerſus *furem* eiusque *heredes*, licet nihil ad ipſos peruenerit, *§. 19. inſt. I. de obl. quæ ex del. l. 7. §. 2. & l. 9. ff. h. t.* & per conſequens etiam, quamuis lis cum defuncto conteſtata non fuerit, quod hic ſpeciale eſt. Is, cuius *ope conſilioue* furtum factum, iudicio pœnali quidem tenetur, non tamen hac actione, *l. 6. h. t.* quod communiter limitant, niſi in ipſo furto concurrat, aut de eo participet, v. Brunnem. *ad d. l. 6. n. 4.* *Plures* fures ſinguli in ſolidum tenentur, quod generale in delictis, vnius tamen ſolutio liberat reliquos, quia actio eſt rei perſecutoria, *l. 1. C. h. t.*

§. IV. Diximus §. *præced.* heredes quoque teneri, quod ſimiliter & tunc procedit, *licet fur laqueo ſuffocatus fuerit*, hoc ipſo enim reip. quidem ſatisfactum, non autem læſo, v. Heig. *2. qu. 23. n. 19. ſeqq.* Exceptio eſt *iure Saxonico electorali*, quod nempe eo caſu, ſi fur ſuſpenſus & *res furtiua non amplius extet*, heredes conueniri nequeant, idque prouenit ex male intellecta gloſſa *ad Landrecht I. art. 35. n. 4.* prout eam communiter allegant,

gant, *mit dem tode wettet man zugleich dem Richter und büſſet dem Klæger*, v. Carpz. *p. 4. c. 32. def. 22. & gloſſ. ad art. 53. l. 1. Landr.* vox *büſſen* enim Saxonibus non denotat rei perſecutionem, ſed pœnam, E. actor pœnam non amplius petere poteſt, bene autem rei reſtitutionem, v. Finckelth. *obſ. 24. n. 11.* v. ſimile exemplum de Werigeldo *tit. ad L. aquil. §. VII. in f.* interim tamen in *deciſ. elect. nou. 86.* hoc limitatum, quod nempe heredes ad reſtitutionem teneantur, *ſi fur poſt ſententiam latam ante executionem in carcere moriatur.* Alias vero, ſi fur *fuſtigatus*, vel *loco pœnæ carcer ei dictatus* fuerit, & ille *in carcere moriatur*; heredes quoque nihil reſtituunt, *d. dec. 86.* v. *diſſ. noſtr. de reſtit. rei furtiuæ.*

§. V. Res furtiua reſtitui debet vna cum omnibus acceſſionibus & fructibus, *l. 8. §. 2. ff. h. t.* perceptis & percipiendis, v. *tit. de hered. pet. V.* nec officit, quod fur nouam formam in eam rem introduxerit, v. g. ex argento poculum fecerit, nam & hoc condici poteſt, *l. 13. ff. h. t.* conf. *tit. de hered. pet. §. VII.* Fur etiam de *caſu* tenetur, vnde re peremta ad æſtimationem eius agitur, & quidem quanti poſt furtum commiſſum res plurimi fuit, *l. 8. §. 1. h.* idque licet pretium cura furis creuerit, *d. l. 13. ff. h.*

§. VI. Conſuetudo, vt magiſtratus res furtiuas ſibi retineat, tanquam irrationabilis reiicitur in *conſt. crim. art. 207. & 218.* & quamuis iudex, ſi expenſas *in ipſam rem furtiuam* fecerit, iure retentionis tamdiu vti queat, donec illæ expenſæ refundantur; propter expenſas tamen *in inquiſitio-*

*nem & executionem* factas idem ius non habet, v. Richter *dec. 96. n. 175. ſeqq.* Iure Saxonico cautum, vt res furtiua fiſco cedat, ſi dominus *intra annum & diem* illam non repetat, *Landrecht l. 2. art. 31.* v. *tit. de A. R. D.* §. *XI.* conſ. omnino Claudius & Marc. Lyklama *de condictione furtiua.*

*Lib. XIII. Tit. II.*

Cod. IV. 9.

## De Condictione ex lege.

§. I. QVoniam iure Romano nomen actionis exprimere neceſſe erat, leges autem actionibus nouis non ſemper ſpeciale nomen tribuebant; hinc nomine generali opus erat, quod eſt *condictio ex lege*, quæ proinde datur illi, cui obligatio ex lege noua quæſita eſt, illa tamen lex non cauet, quo genere actionis experiamur, v. g. in pacto donationis agitur ex *l. 35.* §. *vlt. C. de donat.* v. Huber. *in prælect. ff. h. t.* §. 2. Legem *nouam* aliquid dicunt, quæ poſt LL. XII. tabb. lata, Gothofred. *ad l. vn. h. t.* De condictione ex moribus, v. g. in pacto nudo, item ex ſtatutis, v. Mornacius *ad l. vn. ff. h.* Si *prætor* nouam actionem introduxit, vocatur *actio in factum*, *l. 11. ff. de præſcr. verb.* H. Donellus *de condictione ex lege.*

Lib.

Digitized by Google

## LIB. XIII. TIT. III.

# De condictione Triticaria;

(*ſiue melius iuxta florentinam*, Triticiaria, Mornacius *ad h. rubr.*)

§. I. HAec condictio iocoſe a nonnullis *actio Franciſcanorum* dicitur, vtpote quæ pecuniam numeratam ſecum non ferat, Mornacius *ad l. 1. ff. h. t.* De ratione denominationis nihil certi habemus. Aliqui a *Triticio* autore condictionem nomen accepiſſe exiſtimant, qui tamen Triticius nullum nomen inter Romanas familias inuenit. Alii putant, interpretes in diſputationibus de æſtimatione rerum, *triticum* ſemper exempli loco adduxiſſe, quia hoc eſt præſtantiſſima frumenti ſpecies, Schilt. *ex. 24. §. 58.*

§. II. Recte obſeruat idem Schilterus *d. ex. 24. §. 61.* nomen quidem condictionis huius in foris noſtris non audiri, ipſam tamen rem nihilominus adeſſe. Nam condictio triticaria nihil aliud eſt, quam *actio ad intereſſe*, quæ competit illi, cui res qualiscunque, excepta ſolummodo pecunia numerata, debebatur, aduerſus illum, qui hanc rem iuſto tempore non dedit, tradidit, vel reſtituit, ad intereſſe ſoluendum, quanti ſcilicet res fuiſſet eo die, quo dari debuit, aut ſi de die nihil conuenit, quanti tunc, cum iudicium acciperetur, *l. 1. & 4. ff. h. t.* H. Donellus *de condictione triticiaria.*



Digitized by Google

*Lib. XIII. Tit. IV.*
Cod. III. 18.

# De eo, quod certo loco dari oportet.

§. I. ACtio præcedens competebat, ſi res debita iuſto *tempore* non fuit præſtita: præſens autem, ſi non ſoluta eo *loco*, vbi ſolutio promiſſa erat.

§. II. Ad ius Romanum autem diſtincte intelligendum, ſupponere debemus, quod in hac materia diuerſitas inter contractus b. f. & ſtricti iuris deprehendatur. Scilicet in contractibus *bonæ fidei* iudex pedaneus ex æquo & bono iudicandi & arbitrandi facultatem habebat, etiamſi contrahentes de caſu aliquo ſingulari nihil pacti erant, v. *tit. de reb. cred.* §. *V.* & ergo, ſi in tali contractu debitor iuſto tempore promiſſa non implebat, actio ex ipſo contractu inſtituebatur, v. g. ex locato, empto, &c. & ſic præſenti condictione opus non erat, per textum expreſſum in *l. 7. ff. h. t.*

§. III. Aſt vero in contractibus & iudiciis *ſtricti iuris* iudex pedaneus ad verba contrahentium præciſe adſtrictus erat, nec vltra progredi poterat, quamuis æquitas hoc poſtulare videretur, v. *d. tit. de reb. cred.* §. *V.* ſi ergo quis v. g. ſtipulatus erat, vel in contractu mutui promiſerat, *l. 6. h. t.* quod centum Lipſiæ ſoluere velit, ille vero ad locum contractus non veniebat: ſtricto

iure

Digitized by Google

iure in loco domicilii actio inſtitui non poterat, quia de hoc nihil pactum inter partes. Sed quoniam hoc iniquum videbatur, non poſſe ſcilicet ſtipulatorem ad ſuum peruenire, ſi promiſſor ad eum locum, in quem daturum ſe promiſiſſet, nunquam accederet, quod vel data opera faceret, vel quia aliis locis neceſſario diſtringeretur, hinc prætor præſentem actionem introduxit, *l. 1. ff. h. t.*

§. IV. Inſtituitur illa in foro *domicilii*, tamquam foro generali, v. *tit. de iudic.* §. *XIII.* dicitur *vtilis* in *l. 1. in f. h. t.* & *arbitraria* in *l. 2. pr. h.* quia iudex, ex bono & æquo arbitratur, §. *31. J. de act.* a DD. *adiectitiæ qualitatis.* Si enim in loco, vbi ſolutio facienda, agerem, actio ex ſtipulatu, vel condictio ex mutuo competeret; quod ſi autem in foro domicilii debitorem conuenio, vocatur *actio ex ſtipulatu, ex mutuo, &c. de eo, quod certo loco.*

§. V. Judex in arbitrando intereſſe actoris conſiderat. Si ergo v. g. traiectitiam pecuniam dedi, Epheſi recepturus, vbi ſub pœna debebam pecuniam, vel ſub pignoribus, & diſtracta pignora ſunt, vel pœna commiſſa mora tua; in hanc arbitrariam actionem, quod interfuit, veniet & quidem vltra legitimum modum vſurarum. Idem eſt, ſi in eo loco ſolebam merces comparare, vbi & lucri (ceſſantis) ratio habenda, *l. 2.* §. *8. ff. h. t. l. 9. eod.* conf. *tit. de vſur.* §. *XIII.*

§. VI. E contrario etiam, ſi reus in loco conuento ſoluere paratus eſt, actor autem in foro domicilii agit, rei ratio habenda & quantitas

 mi-

minuenda, ſi interfuiſſet rei, v. g. Epheſi potius ſoluere, quam eo loci, quo conuenitur, *d. l. 2. §. 8. t. h.* non autem video, quomodo defendi poſſit, quod adſerit Lauterbach. *h. t.* rei etiam tunc rationem habendam eſſe, *licet in mora fuerit*, moroſus enim conquerendi cauſam non habet.

§. VII. Locuti hactenus ſumus de eo caſu, ſi *ſimplex* eſt obligatio. Quæritur autem de *alternatiua*? diſtinguendum. Si alternatiua eſt *locorum*, v. g. ſi promiſiſti Epheſi, aut Capuæ, debitor habet electionem, in quo loco ſoluere velit, quamdiu ſcilicet a creditore non conuenitur: poſtea autem in eo loco ſolutio facienda, vbi actionem creditor inſtituit, *l. 2. §. 3. ff. h. t.* Si alternatiua eſt *rerum*, v. g. Stichum, aut Pamphilum dare promiſiſti, debitor facultate eligendi gaudet, *d. l. 2. §. 3. h. t.* Si denique alternatiua eſt *mixta*, *rerum & locorum ſimul*, v. g. Epheſi decem, aut Capuæ hominem, creditoris iterum eſt electio, vbi petat, *l. 2. §. 2. & 3. ff. h.* ſi ergo debitor ante ſoluit in alterutro loco, creditor accipere tenetur.

§. IIX. Si quis ita promiſit: Epheſi & Capuæ: diuiſa eſt obligatio, ita vt Epheſi vna, & Capuæ altera dimidia peti poſſit, *l. 2. §. 4. h.* H. Donellus *de eo, quod certo loco.*

## *LIB. XIII. TIT. V.*
### Cod. IV. 18.
# De Conſtituta pecunia.

§. I. CONſtitutum nihil aliud eſt, quam *iteratum pactum.* Conſtituimus autem vel

vel debitum *proprium*; quod ex pacto nudo debebamus, vel *alienum*. Neutro caſu de iure ciuili ſtricto aderat obligatio, prætor vero eam introduxit, quia graue eſt, fidem fallere, *l. pr. h. t.* Conſtitutum debiti *proprii* hodie non habet effectum, quia iam ex primo pacto moribus firmiter obſtricti ſumus; conſtitutum vero debiti *alieni* hodie cum fideiuſſione coincidit, quoniam fideiuſſio apud nos per ſtipulationem non celebratur. Ratione perſonarum conſtituentium generalia ex *tit. de pactis* ſunt repetenda. Ceterum ſub voce *pecunia* omnes res hic intelliguntur, *l. 2. §. 1. C. h. t.* Non debet autem confundi hoc conſtitutum *promiſſorium* cum conſtituto *poſſeſſorio*, de quo ad *tit. de A. R. D. §. XXXI.*

*Lib. XIII. Tit. VI.*

Cod. IV. 23.

## Commodati, vel contra.

§. I. Commodatum eſt contractus realis, quo rei non fungibilis certus atque gratuitus vſus ea lege conceditur, vt illa res finito vſu reſtituatur in ſpecie, v. *§. 2. I. quib. mod. re contr. oblig.*

§. II. Debet adeſſe res *non fungibilis*, id eſt, *ſpecies*, in quo differt a *mutuo*, vnde etiam dominium rei commodatæ in commodatarium non transfertur, vt quidem rei mutuo datæ, *d. §. 2.* Equidem & pecunia interdum commodari poteſt, ſcilicet *dicis cauſa*, ad pompam & oſtentationem, vt quaſi fucum facias & imponas ſpectatori,



Digitized by Google

tori, *l. 4. ff. h. t. ibique Gothofred.* verum hic caſus rarior & ſic non opus eſt, vt definitio ad illum adplicetur.

§. III Datur res ad *vſum*, in quo differt a *depoſito.* Vſus etiam debet eſſe *certus*, (in quo differt a *precario*, de quo infra ſub *ſpeciali titulo*,) vel ita, vt certum tempus vel expreſſe adiiciatur, vel tamen, vt illud ex natura vſus conceſſi colligi poſſit Ergo res commodata intempeſtiue, id eſt, antequam alter ea vſus ſit intra tempus conuentum, reuocari nequit, *l.17.§.3.h.t.* Excipiunt DD. niſi *noua & inopinata cauſa* ſuperueniat, vt commodans re commodata ipſe neceſſario indigeat. Quia enim tali caſu res conducta reuocari poteſt, pro cuius tamen vſu conductor mercedem ſoluit, *l. 3. C. de locat.* ergo multo magis res commodata, pro qua nihil ſoluitur. Fluit vero ex ante dictis e contrario, quod commodatarius quoque rem commodatam ad alios vſus adplicare non debeat, quam ad quos commodans eam conceſſit, alias *furti vſus* ſubeſſet, *§. 6. J. de obl. quæ ex delict. l. 5. §. 8. ff. h. t.*

§. IV. Porro vſus eſt *gratuitus:* ſi itaque certa merces in *pecunia numerata* conſiſtens promiſſa, *locatio conductio:* ſin *aliud quid* præſtatur, contractus innominatus eſt, *do vt facias*, *§. 2. J. de locat.* Honorarium quidem contractus naturam non mutat, vti nec mandatum tale reſpuit, *l. 6. pr. ff. mandat.* modo tamen illud arbitrio & determinationi commodatarii relinquatur & ſic in mercedem non degeneret.

§. V.

Digitized by Google

§. V. Commodari non ſolum poteſt res *mobilis*, ſed etiam immobilis, imo etiam *iura*, v. g. habitatio, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* nec non res *aliena*, *l. 15. h.* adeo, vt fur & prædo quoque actionem commodati habeat, ſi commodauerit, *l. 16. h.* quod tamen non ita intelligendum, ac ſi vero domino præiudicium hoc ipſo inferri queat; ſed quod commodatarius, quando ad reſtitutionem rei commodatæ conuenitur, eam reſtitutionem ſub prætextu, quod ſit res aliena, denegare nequeat. Eſſet enim exceptio de iure tertii.

§. VI. *Commodans* in hoc contractu *dolum & latam culpam* præſtat, adiuuari enim nos, non decipi beneficio oportet, *l. 17. §. 3. h. t.* vnde tenetur, ſi ſciens vitioſa commodauit, *ibid. & l. 18. §. 3. h.* *Commodatarius* autem regulariter culpam *leuiſſimam* præſtat, quia beneficium accipit, *l. 5. §. 2. h. t.* Exceptio eſt, niſi forte (1) commodatum *vtriusque vtilitatem* concernat, v. g. ſi communem amicum ad cœnam inuitauerimus, tuque eius rei curam ſuſcepiſſes & ego tibi argentum commodauerim, *l. 18. pr. h. t.* vbi culpa *leuis* præſtatur: aut (2) commodatum *commodantis cauſa* principaliter contrahatur, v. g. ſi quis ſponſæ ſuæ, vel vxori commodauerit, vt honeſtius culta ad ſe deduceretur, &c. vbi vltra doli præſtationem nihil requiritur, *l. 5. §. 10. h. t.*

§. VII. *Caſum* vero non præſtat commodatarius, v. g. ſi quid ſenectute contingit, vel morbo, vel vi latronum ereptum eſt, *l. 5. §. 4. h. t.* add. *l. 23. h. t.* excipe, ſi res commodata *æſtimata data* &

 qui-

Digitized by Google

quidem venditionis gratia, *l. 5. §. 3. h. t.* quod tamen hic in dubio non præſumitur, quia contractus ad transferendum dominium non eſt habilis, v. *tit. æſtimatoria* §. *VI.*

§. IIX. In *communi periculo* commodatarius res commodatas rebus propriis præferre tenetur. *l. 5. §. 4. h. t.* idque ſine diſtinctione, vtrum res propriæ ſint pretioſiores, annon, pretii enim quantitas ſiue maior ſit, ſiue minor, non variat obligationem. Diſſent. Lauterbach. *h. t.* Aliud eſt, ſi de regulis *prudentiæ* loquimur, quæ prælationem rerum propriarum pretioſarum omnino ſuadent. Quamuis enim & tunc rei commodatæ peremtæ pretium commodanti perſoluere neceſſe habeam; nihilominus tamen poſt factam hanc ſolutionem adhuc reſiduum aliquod retineo.

§. IX. De *expenſis* in rem commodatam factis ita tenendum. *Modicas* ad præſentem rei conſeruationem ſpectantes, v. g. cibaria ſeruorum, &c. commodatarius fert, quia vſum rei *gratis* habet; *magnas* autem, ad perpetuam rei conſeruationem facientes, v. g. quod valetudinis cauſa impenditur, commodans reſtituere tenetur, *l. 18. §. 2. ff. h. t.*

§. X. Ex contractu commodati duæ oriuntur actiones, vna directa, altera contraria, quod in rubrica huius tituli: *commodati vel contra*, indigitatur. *Directa* datur commodanti aduerſus commodatarium ad rem finito vſu reſtituendam cum acceſſionibus & damna forſan data reſarcienda. Si *duobus* res commodata, ſinguli pro

parte

parte obligantur, quia correalis obligatio in contractibus in dubio non præſumitur, *l. 21. in f. h. t.* exceptio itaque eſt, ſi commodans *ſingulorum fidem in ſolidum ſecutus*, quod ex conuentione dependet, *l. 9. ff. de duob. reis* & de hoc caſu etiam accipiendus Vlpianus in *l. 5. §. vlt. h.* v. Lauterb. *h. t.* quamuis Vlpianus a reliquis diſſenſiſſe videatur. *Heredes* commodatarii pro rata conueniuntur, niſi vnus rem poſſideat & ſic reſtituendi facultatem habeat, *l. 3. §. 3. h.*

§. XI. Conta *tertium poſſeſſorem* non datur hæc actio, quia perſonalis eſt, rei vindicatio tamen ſuppetit. Exceptio eſt in iure *Hamburgenſi* & *Lubecenſi* iuxta dicterium: *Hand muß hand wahren*, id eſt, commodans ex manibus ſolius commodatarii rem petere poteſt. Idem iure Saxonico cautum, *Landr. l. 2. art. 60.* quod hodie in Saxonia non obſeruatur, Mev. *ad ius Lub. l. 3. tit. 2. art. 1. n. 18. ſqq.*

§. XII. Actio *contraria* datur commodatario aduerſus commodantem ad indemnitatem conſequendam, *l. 17. §. 3. h.* v. g. ſi res vitioſa commodata, vel vſus intempeſtiue reuocatus, aut commodatarius impenſas maiores fecit, v. §. *III. IV. & IX. h. t.*

§. XIII. Hactenus de commodato, de quo Frid. Alb. Maulius ſcripſit. Quoniam vero in pandectis hic prima vice de tali contractu agitur, in quo res *in ſpecie* reſtituenda; hinc tota materia de præſtatione culparum, &c. intuitu illius ſpeciei a DD. communiter hic proponi conſueuit, quorum veſtigia proinde & nos ſequemur.



Digitized by Google

§. XIV. Damnum in rebus alienis datur vel per alterius *dolum*, vel per *culpam*, vel *caſu* euenit. *Dolus* conſiſtit in proæreſi lædendi alterum, & hic in omnibus omnino contractibus præſtari debet, *l. 23 ff. de R. I.* nec valet conuentio, ne dolus futurus præſtetur, *d. l. 23. l. 17. pr. h. t.* quia ad delinquendum inuitaret.

§. XV. *Culpa* proæreſin quidem coniunctam non habet, conſiſtit tamen in negligentia, quando quis non ſatis circumſpecte circa res cuſtodiendas, adminiſtrandas, expediendas, &c. verſatur. Gradus quidem diligentiæ & ſic quoque ei oppoſitæ negligentiæ intuitu ſingulorum hominum ſunt infiniti; quemadmodum vero alias in iure non habemus regulas ſimpliciter vniuerſales, ſed illæ ab eo, quod *vtplurimum* fieri ſolet, deſumuntur: ita quoque ex eodem fundamento tres gradus diligentiæ & culpæ conſtituuntur, ita tamen, vt & hic punctum, prout alias in moralibus, latitudinem aliquam habeat, iſt eſt, paulo maior, vel paulo remiſſior diligentia in ſingulis hominibus nouum gradum non efficiat, contra Bartolum, v. Struu. *ex. 14. th. 19 vſ. pract. diſt. h. t. diſt. IX.*

§. XVI. Duo culparum gradus exinde deſumuntur, quod homines vel iam *conſtituerint propriam familiam*, vel *rei domeſticæ curam nondum habeant*. *Poſteriores* regulariter communem ſolum diligentiam in rebus ſuis adhibent, id eſt, quamuis non ſtatim ſint prodigi, minus tamen cura tanguntur, quam priores, & ideo, ſi quis ne quidem hanc diligentiam adhibeat, *culpam latam* admittere dicitur, *l. 213. ſ. 2. l. 223. pr. ff. de V. S.* v. g. ſi quis

noctu

noctu oſtia aperta relinquit; ſi effundit, vel deiicit in eum locum, vbi vulgo iter fit, vel ibi iaculis ludit; ſi ignem adfert in eum locum, qui ſtramine, aut fœno repletus, &c. de reliquis arbitrabitur iudex, vt in aliis caſibus.

§. XVII. *Patres familias* iterum ſunt *duplicis generis*. Alii, & regulariter quidem, mediam adhibent diligentiam in ædibus cuſtodiendis, agris colendis, rebus adſeruandis, &c. id eſt, ita procedunt, prout alii *eiusdem conditionis* homines procedere ſolent, & ſi hoc non faciunt, *culpa leuis* de ipſis prædicatur, *l. 10. & 33. pr. ff. de adm. tut.*

§. XIIX. Alii vero patresfamilias ſunt diligentiſſimi, id eſt, maxime ad rem attenti, ſeu vno verbo, auari, qui cuſtodiam rerum ſuarum nemini committunt, ſed ipſi illas adſeruant, noctes inſomnes tranſigunt, de lecto ſæpe ſurgunt metuentes, ne forſan fur, vel latro, theſauris inſidias ſtruxerit, & ita in ſimilibus. Vno verbo, qui neminem, niſi morte ſua, exhilarant. De his ex merito diligentia ſumma, vel exactiſſima, & e contrario de iis, qui eandem non præſtant, *culpa leuiſſima* prædicatur.

§. XIX. Adplicatio hactenus dictorum ita fit ex ipſa æquitate naturali. Scilicet regula I. hæc eſt: *quicunque alteri beneficium, vel officium humanitatis præſtat, ab illo ſalua æquitate nihil vlterius, quam doli & culpæ latæ præſtatio exigi poteſt*, neſcio enim, qua fronte accipiens maius quid urgere

re

Digitized by Google

re velit. Ergo commodans & depoſitarius culpam latam ſolum præſtat, v. *l. 5. §. 2. ff. h. t. l. 61. §. 6. ff. de furt.* v. tamen *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. IIX. reg. II.*

§. XX. Regula II. eſt: *quicunque ab altero beneficium accipit, ille ad præſtandam culpam leuiſſimam obligatur*, quia iniquiſſimum eſſet, vt alter, qui beneficium exhibuit, eius occaſione damnum incurreret. Exemplum eſt in commodatario & deponente, *d. l. 5. §. 2. ff. h. t.* non vero in eo, qui *precario accepit*, hic enim latam ſolum culpam præſtat, *l. 8. §. 3. ff. de precar.* quia repetitionem rei acceptæ ſingulis momentis expectare tenetur, & ſic exiguam vtilitatem ex illa re percipit.

§. XXI. Regula III. *quotiescunque alter alteri contrahentium nullum beneficium præſtat, ſed mutuæ præſtationes adſunt: toties neuter aliquid peculiare prætendere poteſt, ſed vterque culpam leuem præſtat*, e. g. in emtione - venditione, locatione - conductione, pignore, &c. *d. l. 5. §. 2. h. t. l. 23. ff. de R. J.*

§. XXII. Hæ ſunt regulæ generales. Nunc ſpecialia addenda. Lata culpa æquiparatur dolo, *l. 226. ff. de V. S. l. 32. ff. depoſ. l. 5. §. 15. ff. vt in poſſeſſ. leg.* ſed hoc ſolummodo procedit, quando de *intereſſe priuato* agitur, non autem, quando de *pœna publica infligenda* quæſtio eſt, *l. 7. ff. ad L. Corn. de ſicar. §. 6. J. de ſuſp. tut.* In criminalibus enim, quando v. g. propter dolum vltimum ſupplicium dictatur, propter culpam latam vltra fuſtigationem non proceditur.

§. XXIII.

§.XXIII. Culpam *leuem* deſcripſimus in §.XVII. quando quis non facit ea, quæ diligentes patresfamilias facere ſolent. Hæc a DD. culpa leuis *in abſtracto* vocatur. Alia vero eſt culpa leuis in *concreto*, id eſt, quando non reſpicitur ad alios homines, ſed ad eum ſolummodo, qui obligatus eſt, quod ſcilicet ab hoc intuitu rerum alienarum maior diligentia exigi non poſſit, quam talis, qualem in rebus ſuis adhibet. Exemplum habemus in *ſocietate* & *rerum communione*. Socius quippe de ſe queri, ſibique hoc imputare debet, quod parum diligentem ſocium ſibi adſumſerit, *§. 9. J. de ſociet.* quæ quidem ratio ad rerum communionem adplicari nequit, quia ibi ſocius non ex libera voluntate adſumitur; interim tamen prior deciſio manet, *l. 25. §. 16. fam. herciſc.* quia ſocius a communione recedere debuiſſet, vbi alterum parum diligentem eſſe cognoſcebat.

§. XXIV. Regulæ in §. *XIX. XX. & XXI.* poſitæ procedunt ſolum in iis contractibus, vbi *res* in obligatione eſt. Nam ſi *factum ab altero ſolo præſtandum*, culpa leuis exigitur, quo pertinet negotiorum geſtio, tutela & mandatum. Ad dubia hic occurrentia, quod nempe aliqui in negotiorum geſtione & mandato culpam leuiſſimam requirant, partim iam reſpondimus *tit. de negot. geſt. §. III. & in vſ. pract. diſt. h. t. diſt. IIX.* partim quoque infra *tit. mandati §. VI.* noſtram mentem vlterius explicabimus.

§. XXV.

§. XXV. Reſtat *caſus fortuitus*, qui nemini poteſt imputari & ſic a nemine etiam præſtatur, *l. 5. §. 4. ff. h. t. l. 23. inf. ff. de R. I.* Exceptio (1) eſt, niſi quis eum caſum expreſſe in ſe receperit, *l. 78. §. vlt. ff. de contr. emt.* vbi tamen de inſolitiſſimis, qui non ſingulis annis, ſed rariſſime eueniunt, non tenetur, quoniam de his probabiliter non cogitauit contrahens. (2) excipiunt, niſi mora, vel culpa caſum præceſſerit, ſed tunc non amplius eſt caſus fortuitus.

§. XXVI. De diſſenſionibus DD. circa gradus culpæ v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. IIX.* Ceterum huc pertinet Bargalius *de dolo:* Bocerus *in comm. ad l. 23. ff. de R. J.* Meier *de culpa in contractibus præſtanda:* Nicol. Burgund. *de periculo & culpa in contractibus:* Sebaſt. Medices *de caſibus fortuitis:* Burch. Edenus *de præſtatione damnorum culpa caſuque factorum*, &c.

*Lib. XIII. Tit. VII.*

Cod. IV. 24.

## De pignoratitia actione, vel contra.

§. I. PIgnus vel ſumitur pro ſpecie *iuris in re*, v. *tit. de diuiſ. rerum §. XIV.* de quo infra *libr. XX.* vel pro *iure ad rem*, id eſt contractu, qui ſignificatus in præſenti ad nos pertinet.

§. II. Eſt itaque *pignus* contractus realis, quo debitor creditori rem aliquam in ſecuritatem crediti tradit, vt eadem ſoluto debito in ſpecie reſtituatur, *§. 4. J. quib. mod. re contr. obl.* Si itaque



Digitized by Google

que res *non eſt tradita*, non vocatur pignus, ſed *hypotheca*, *l. 9. §. 2. ff. h. t.* Interdum tamen vox pignoris late capitur, vt hypothecam quoque complectatur.

§. III. Quoad *perſonas* contractum huncce celebrantes ad *tit. de pactis §. IV.* recurrendum. Poteſt etiam res *aliena* pignori dari eo modo, vt in *tit. præc. §. V.* dictum, v. *l. 9. §. 4. h. t. iunct. l. 6. C. ſi alien. res pign. dat.* Creditor etiam, ſi reſciſcit, rem alienam ſibi pignori datam eſſe, contra debitorem agere poteſt, vt alia tradatur, licet debitor ſoluendo ſit, *l. 32. h. t.* quia plus cautionis in re eſt, quam in perſona, *l. 25. ff. de R. J.*

§. IV. Ex hoc contractu duæ oriuntur actiones. *Directa* datur debitori aduerſus creditorem, vt ſoluto pignoris vinculo, v. g per ſolutionem, compenſationem, pactum, &c. v. *l. 9. §. 3 ff. h. t.* res oppignorata reſtituatur cum fructibus, quos vel reuera percepit, vel tamquam bonus paterfamilias percipere potuiſſet, *l. 3. C. h. t.* Huic actioni ante ſolutionem debiti nunquam præſcribitur, quia nondum nata fuit, v. Gail. *2. obſ. 18 n. 6.* Illa interim de iure ciuili contra *tertium* non datur, v. *l. 27. h. t.* an de iure canonico? ita colligunt ex *c. 6. X. de pign.* Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 4 §. 42.* quamuis res adhuc valde dubia ſit.

§. V. Creditor circa pignus culpam *leuem* præſtat & ſic etiam ad damna leui culpa data reſarcienda obligatur. v. *l. 5. §. 2. ff. commod. l. 14. ff. h. t.* Textus in *l. 13. §. 1. h. t.* *venit autem in hac actione & dolus & culpa, vt in commodato. Venit* & *cuſtodia*;

 ex

Digitized by Google

ex mente Noodtii ita emendandus: *at in commodato venit & cuſtodia.* Rationes v. *in vſ. pr. diſt. h. t. diſt. IIX.* De *caſu* non tenetur creditor, niſi pignus propria autoritate occupauerit, *l. 30. ff. h. t.*

§. VI. Actio *contraria* datur creditori aduerſus debitorem ad indemnitatem pignoris nomine conſequendam, v. g. ſi res aliena ipſi data, §. *III. h. t.* aut ille ex re pignorata damnum ſenſit, v. g. ſi ſeruus pignori datus furtum fecit, *l. 31. ff. h. t.* datur etiam ad repetendas expenſas in pignus factas, neceſſarias indiſtincte, vtiles vero, ſi volente debitore factæ, aut debitor alias easdem facile reſtituere poteſt, v. *l. 25. ff. h. t.* & confer. *tit. de rei vindicat.* §. *VI.*

§. VII. Contractui pignoratitio duo pacta adiici conſueuerunt, ex quibus vnum eſt licitum, alterum illicitum. *Licitum* eſt *pactum antichreticum*, quo conuenit, vt creditor fructibus ex pignore prouenientibus loco vſurarum vtatur, eo ſcilicet caſu, *ſi fructus ſunt incerti* ratione prouentus, aut pretii, v. g. frumentum, vinum, &c. quia tunc exceſſus iuſtæ quantitatis vſurarum vnius anni cum defectu alterius anni compenſatur, *l. 14. & 17. C. de vſur.* quod ſi fructus ſint *certi*, v. g. in annuis reditibus, *truckenen zinſen*, conſiſtentes, pactum ſimpliciter non valet, ſed illud, quod quantitatem vſurarum excedit, ſorti detrahitur quotannis, neque licita hic eſt renunciatio *l. 3. C. h. t.* aut exceptionis reddendarum rationum, Dn. Stryk, *caut. contr. ſect. 2. cap. 4. §. 23. & 24.*

§. IIX.

§. IIX. Cautelam itaque ſuppeditant, vt loco contractus pignoratitii ſubſtituatur retrouenditio, vbi creditor fit dominus & ſic omnes fructus iure dominii percipit. Aſt quia hoc pacto periculum rei ad creditorem pertineret, paciſci debet ſimul creditor, vt debitor hoc nihilominus in ſe ſuſcipiat, Id. *loc. cit.* §. 25. & 26. vel poteſt etiam creditor rem oppignoratam conducere & ſic de mercede quotannis vſuras deducere.

§. IX. *Illicitum* pactum vocatur *lex commiſſoria*, quo conuenitur, vt debito dicta die non ſoluto pignus ſit commiſſum, id eſt, creditori in totum cedat. Hoc prohibitum in *l. f. C. de pact. pign.* add. *c. pen. X. de pign.* ex hac cauſa, quia pignus maioris pretii communiter eſt, quam res mutuo data, & ſic creditor nimium lucrum conſequeretur, debitor etiam in neceſſitate conſtitutus ſponte non eſt pactus. Nec validum efficitur hoc pactum per iuramentum adiectum, quia iuſtitia deficit. Illud vero ſine dubio licitum eſt, ſi ita paciſcantur, vt debito non ſoluto *pignus pro iuſto pretio creditori venditum eſſe debeat*, *l. 1. C. de pact. pign.* tunc etiam creditor debitori ſuperfluum reſtituit & ſic nulla inæqualitas adeſt, v. hic Mæſtertius & Gothofr. a Iena *de lege Commiſſoria.* Lauterbach. *de iure antichretico.* &c.



Digitized by Google

## *Lib. XIV. Tit. I.*
## Cod. IV. 25.
# De Exercitoria actione.

§. I. IVre ciuili ſtricto alter ex alterius contractu non obligabatur, *ff. 10. J. de act.* prætor tamen æquitatem ſecutus hanc & ſimiles actiones introduxit, quotiescunque duæ perſonæ moraliter pro vna habentur, v. g. hic exercitor & magiſter, v. *l. 1. pr. ff. h. t.* *Exercitor* eſt, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt: ſiue is dominus nauis ſit, ſiue a domino nauem per auerſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum, *l. 1. §. 15. h. der Rheder, Schiffs - Patron.* *Magiſter* autem dicitur, cui totius nauis cura ab exercitore demandata, *l. 1. §. 1. h. der Schiffs - Capitain.* *Nauem* autem accipere debemus, ſiue marinam, ſiue fluuiatilem, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſchedia ſit, id eſt, ex trabibus inter ſe tantum nexis facta, *l. 1. §. 6. h. t. ibique Gothofr.*

§. II. Datur itaque *actio exercitoria* illi, qui contraxit cum magiſtro nauis, quicunque ille ſit, pupillus, liber, ſeruus, &c. *l. 1. §. 4. h.* ſecundum legem præpoſitionis, *l. 1. §. 7. h.* aduerſus exercitorem, ſiue maſculus ſit, ſiue mulier, pater, an filiusfam. *l. 1. ff. 16. h. t.* ad præſtandum id, quod ex contractu inito actori debetur. Oritur ex conſenſu & mandato exercitoris. Ergo hic non tenetur, ſi quis cum *nautis* contraxit, quia hi ad

ad laborandum ſaltem deſtinati, *l. 1. §. 2. h.* nec ſi magiſter *deliquit*, quia hoc exercitor non mandauit, niſi in ipſo officio deliquerit, dolo, vel culpa, v. g. ſi merces malè collocauerit, Brunnem. *ad l. 1. ff. h. t. n. 3.* v. *tit. ſequ.* §. *III.*

§. III. Id valde ſpeciale eſt, quod exercitor ex eorum facto quoque obligetur, quos magiſter nauis *ſubſtituit*, etiam *ignorante & prohibente exercitore*, quod ob vtilitatem nauigantium & ne contrahentes deciperentur, introductum eſſe dicitur, *l. 1. §. 5. h.* *Plures magiſtri* ſinguli in ſolidum præpoſiti eſſe cenſentur, niſi exercitor officia inter ipſos diuiſerit, *l. 1. §. 13. h. t.* e contrario *plures exercitores* quoque ſinguli in ſolidum tenentur, *l. 1. § fin.* ne in plures aduerſarios diſtringatur, qui cum vno contraxit, *l. 2. h. t.* Hodie in Belgio & ciuitatibus maritimis plures exercitores pro rata ſaltem tenentur, Vinnius *ad l. 4. ff. h. t.* Struu. *S. J. C. ex. 20. th. 12.*

§. IV. Electio autem competit actori, vtrum contra ipſum *magiſtrum* durante officio, an contra exercitorem experiri velit, *l. 1. §. 17. h. t.* Si magiſtrum conuenit, vocatur actio directa, v. g. locati, emti, venditi &c. Sin vero exercitorem, vocatur *adiectitiæ qualitatis*, v. g. *locati exercitoria*, &c. vbi vox *exercitoria* indicat, exercitorem non conueniri ex facto proprio, ſed ex alieno, ſcil. magiſtri. Nouo tamen iure exercitor etiam directa actione conueniri poteſt, vt adeo adiectitia illa qualitate opus non ſit, §. *vlt. J. quod cum eo.*



Digitized by Google

§. V. Sed quid, ſi magiſter *mutuam pecuniam accepit?* Exercitor indiſtinċte non tenetur, quia magiſtro hoc regulariter non committitur. Exceptio eſt, niſi nauis in ea cauſa ſit, vt refici debeat, pecunia quoque expreſſe in illam cauſam credatur & probabilis quantitas obſeruetur, locus denique talis ſit, in quo refectio fieri queat, quo caſu tenetur exercitor, licet magiſter pecuniam in alienum vſum impendat, *l. 1. §. 8. & 9. l. f. pr. & §. 1. ff. h. t.*

§. VI. Exercitori contra eos, qui cum magiſtri contraxerunt & eidem adhuc debent, non datur actio a prætore, quia ipſi contra magiſtrum actio locati, vel mandati competit *l. 1. ff. 18. h. t.* Exceptio eſt, niſi magiſter actionem ſuam exercitori cedat. Quod ſi tamen exercitor rem ſuam aliter ſecurare nequit, v. g. ſi magiſter aufugit, vel ſoluendo non eſt, actio illi conceditur, *arg. l. 2. ff. de inſt. act.* Dn. Stryk. *in not. ad Lauterb. h. t. inf.* Ceterum ad hanc materiam vt & titulum ſequentem pertinent Franc. Stypmannus *de iure maritimo*, Loccenius *de iure maritimo*, Petrus Peckius *in comm. ad h. t. cum notis Arnoldi Vinnii*, &c.

*Lib. XIV. Tit. II.*

## De lege Rhodia de iactu.

§. I. LEge Rhodia, quam Romani propter æquitatem receperunt, cauetur, vt ſi leuan-

Digitized by Google

uandæ nauis gratia, iactus mercium factus, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt, *L. 1. h. t.* Legis Rhodiæ nomen fuit de *re nautica*, præcipuum autem eius legis caput de *iactu*, quod hic ſolum pertractatur, Huber. *præl. h. t.* §. *1.* Leges *Rhodiorum nauales* cum georgicis & militaribus Iuſtiniani edidit Simon Schardius.

§. II. De *mercibus* quidem in *d. l.* ſolum ſermo eſt; aſt tamen propter identitatem rationis idem quoque obtinet, ſi armamenta nauis, arbor, aut aliud nauis inſtrumentum remouendi communis periculi cauſa deiecta, aut cæſa ſunt, *l. 3. l. 5. ff. 1. h. t.* Requiritur ergo principaliter *eiectio*, vel *deiectio voluntate alicuius & animo promouendi communem vtilitatem facta.* Ergo, ſi quis aliquid per vim tempeſtatis *paſſus*, v. g. ſi malus per ventum deiecta, aut nauis alio modo deteriorata, nulla fit collatio; nam & ſi faber incudem, vel malleum fregerit, non imputaretur ei, qui locauerit opus, *l. 2. §. 1. ff. h. t.* Idem eſt, ſi merces alicuius ſine iactu in naue perierint, aut corruptæ fuerint, add. *l. 5. pr. l. 4. §. 2. vbi de mercibus per adſperginem corruptis*, *l. 6. ff. h. t.*

§. III. Supponendum vero, quod iactus *absque præcedente alterius culpa* fieri debuerit. Vnde, ſi magiſter nauem plus iuſto onerauerit, aut merces perperam collocauerit, aut propter ipſius imprudentiam, v. g. ſi non peritum loci ductorem (*Piloten*, *Lootſen*,) adhibuerit, naue ſcopulis illiſa res iactæ fuerint, actio L. Aquiliæ competit



Digitized by Google

etiam contra exercitorem, v. *tit. præc. §. II. in f.* Loccen. *de iur. maritim. l. 2. c. 8. n. 14. & 15.* Straccha *de nautis part. 3. per tot.*

§. IV. Supponitur porro, quod per iactum *nauis a periculo reuera liberata fuerit.* Vnde ſi nauis iactu facto nihilominus depreſſa, aut deiecta: quod quisque ex ea ſuum ſeruauit, ſibi ſeruabit, tanquam ex incendio, *l. 7. h. t.* Sufficit interim, modo nauis *eo tempore, quo res iacta, ſeruata fuerit.* Hinc reliqui ad collationem tenentur, quamuis nauis poſtmodum in alio loco ſubmerſa fuerit, ſi ſcilicet reliquorum merces per vrinatores extractæ & ſeruatæ, *l. 4. §. 1. h. t.* deducta tamen mercede vrinatoribus ſoluta pretium rerum extractarum demum determinatur, Dn. Stryk. ad Lauterb. *h. t. voc. alio loco perierit.*

§. V. Quod ſi itaque per iactum nauis ſeruata fuit, reliqui omnes, qui vtilitatem exinde ſentiunt, ad contributionem tenentur, quæ dicitur *auaria*, vel *hauaria, Hauerie*, vocabulo incertæ deriuationis. Æſtimantur itaque *res* naui impoſitæ, licet nauis iisdem non oneraretur, v. g. annuli, gemmæ, margaritæ, veſtimenta &c. imo ipſa nauis. Non vero *perſonæ liberæ*, vel illæ *res, quæ locupletiores nos non reddunt*, v. g. cibaria, quæ præterea in defectu aliorum in commune conferri debuiſſent, *l. 2. §. 2. ff. h. t.*

§. VI. Æſtimatio rerum iure Romano ita inſtituitur, vt *res amiſſæ* conſiderentur iuxta pretium, *quo emtæ: ſeruatæ* autem, quo *vendi potuerunt.* Is enim, qui iactum fecit, de damno ſal-

tem

Digitized by Google

tem reparando, non autem de lucro captando certare debet, *l. 2. §. 4. h. t.* Quod mores attinet, apud Belgas & Britannos aliosque ita obtinere nonnulli tradunt, vt merces amiſſæ non pluris æſtimentur, quam quanti emtæ ſunt, ſi iactus *dimidio itineris nondum confecto* factus: hoc autem dimidio ſuperato, eo pretio æſtimentur, quo in loco deſtinato vendi potuiſſent, Loccenius *de iure maritim. l. 2. c. 8.* Vinnius *in not. ad Peck. h. t. n. 222.* Sed vero iure Wisbycenſi *art. 20.* ſimpliciter ſtatutum, quod æſtimatio omnium rerum, eo pretio fieri debeat, quo illic vendi poſſunt, quo deſtinatæ erant. Idem tradit Grotius *introd. ad ius Belg. l. 3. c. 29. n. 15.* & Huberus *prælect. ff. h. t. ſ. 6.*

§. VII. Facta æſtimatione omnes pro rata contribuere tenentur, ita tamen, vt ille etiam in partem veniat, cuius res ſunt iactæ, v. g. ſi ſinguli 100. contribuunt, ille 100. quoque amittit. Vſu tamen diſtinctionem in §. *præced.* adlatam & hic obtinere teſtatur Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. 7. vt portionem damni ſolum ferat, ſi iactus poſt confectum dimidium itineris factus. Si quis ex vectoribus *ſoluendo non ſit*, hoc detrimentum magiſtri nauis non erit, quia cuiusque fortunas excutere non debet, *l. 2. §. 6. h. t.*

§. IIX. Iure Romano, qui contributionem exigit, aduerſus magiſtrum nauis agit ex locato, & is deinde cum reliquis, quorum merces ſaluæ ſunt, ex conducto, vel ſi ſarcinas habent, eas retinet, donec ſoluerint, *l. 2. pr. h. t.* Hodie

S 5 nul-

Digitized by Google

nullum dubium eſt, quin aduerſus reliquos vectores directo agi queat, vel actione negotiorum geſtorum vtili, vel imploratione iudicis, vel condictione ex lege nautica, v. Schilter. *ex. 27. §. 24. & 25.*

§. IX. Præſentis tituli rationem ad caſus ſimiles quoque extendunt. Sic v. g. qui pecuniam ſoluit ad auertendam deprædationem communem vel pro redemtione nauis a piratis, *l. 2. ſſ. 3. h. t.* actionem eo nomine habet; quod vero prædones ipſi abſtulerunt, ſolus perdit, *d. l.* quia *nihil fecit* in reliquorum vtilitatem, conf. §. *II. h. t.* Huc etiam referunt, ſi domus aliqua ingruente incendio ad vicinas domus conſeruandas diruatur, modo nondum ipſa domus diruta ardeat, &c. Præter autores *tit. præc.* §. *vlt.* allegatos, huc porro pertinent Straccha *de nautis:* Quintinus Weitzen *von Auereyen*, qui libellus primo belgice conſcriptus, deinde vero in linguam Germanicam translatus & Hamburgi editus: Reinhold Kurike *ad ius maritimum Hanſeaticum:* Schottelius *de antiquis in Germania iuribus c. 21. vom Haucrei-Recht.* Fr. Balduinus *ad L. Rhodiam.*

*Lib. XIV. Tit. III.*

Cod. IV. 25.

## De inſtitoria actione.

§. I. QVemadmodum exercitor actione exercitoria ex facto magiſtri: ita hic principalis mercator ex contractu ab inſtitore

tore celebrato conuenitur. Non differunt etiam inſtitoria & exercitoria actio, niſi quod in hac de *maritima*, in illa vero de *terreſtri* negotiatione agatur, vnde omnia, quæ ad *tit. I.* dicta ſunt, hic repeti debent.

§. II. *Inſtitor, ein Factor*, eſt, qui *negotiationi quæſtuariæ vniuerſaliter* præpoſitus, *l. 3. h. t.* & inde quoad hunc conceptum a *procuratore* differt. Inſtitor autem alium ſine permiſſione principalis ſubſtituere nequit, vti oſtendimus in *vſ. pr. diſt. h. t. diſt. I.* Ceterum conferatur hic Marquard *de iure mercatorum*, Straccha *de mercatura*, Scaccia *de commerciis*, Anſaldus de Anſaldis *de commerciis & mercatura*, Marpergeri ſcripta, v. g. *von Meſſen, der Handelscorreſpondent*, &c.

## *LIB. XIV. TIT. V.*
## De Tributoria actione.

§. I. HÆc actio eo caſu locum habet, ſi filiusfam. aut ſeruus ſciente patre, vel domino, in merce peculiari (id eſt, ad peculium ſpectante,) negotiatus eſt, ſed loco ſperati lucri æs alienum contraxit. Hic merces inter omnes creditores pro rata diſtribuendæ erant, *l. 5. §. 19. h. t.* Si vero domini, vel patris *dolo malo* factum ſit, quo minus ita tribueretur, in eum *actio tributoria* datur, vt quanto minus tributum ſit, quam debuerit, præſtet. Si quis *ignorans* minus tribuit, non videtur quidem dolo minus tribuiſſe; ſed re comperta, ſi non tribuat, dolo nunc non caret, *l. 7. §. 2. h. t.* Huius actionis vſus hodie rariſſimus, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t §. 1.*

Lib-

*LIB. XIV. TIT. V.*

Cod. IV. 26.

## Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicatur.

§. I. HIc regula traditur: quod filiusfamilias (iuſtæ ætatis) omnes contractus valide celebrare queat, ita tamen, vt ſi bona nondum poſſideat, executio differenda ſit, donec ſui iuris factus, *l. 5. pr. ff. h. t.* Verum & hoc caſu, ſi ex bonis paternis modicum ſaltem accepit, non vlterius conuenitur, *quam in id, quod facere poteſt*, *l. 2. h. t.* quod DD. *beneficium competentiæ* vocant v. *tit. de ceſſ. bon.* §. *VII.* Hoc autem indignus eſt, ſi *doloſe* quid egit, *l. 4. §. 1. h. t.* aut deliquit, *d. l. 4. §. 2.*

*Lib XIV. Tit. VI.*

Cod. IV. 28.

## De Senatus-conſulto Macedoniano.

§. I. HIc exceptio præcedentis regulæ proponitur, quod filiusfamilias ex contractu mutui non obligetur. SCtum nomen ſuum accepit a Macedone, improbo fœneratore, qui *incertis nominibus* credebat, *l. 1. pr. h. t.* quo ipſo efficiebat, vt filii ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant,

bant, vitæ parentum inſidiarentur, §. 7. *I. quod cum eo.*

§. II. Locum itaque habet SCtum, ſi illi creditum, qui *ſub aliena poteſtate eſt*, patris, aut aui, *l. 14. h.* & auo non præiudicat, licet pater conſenſerit, *ibid.* neque intereſt, an ſit filius, an filiafam. *l. 9.* §. *2. h.* nec an filius poſtea ſui iuris factus, §. 7. *J. quod cum eo*, datur exceptio ex SCto patri & heredibus filii *l.* 7. §. *10. h.* & eius fideiuſſoribus, *l. 9.* §. *3. h.* eſt enim ius ſingulare, v. *tit. de conſt. princ.* §. *VII.*

§. III. Pertinet quidem SCtum ad contractum *mutui*; verum ille contractus hic in ſignificatu ſtrictiori accipitur, vt nempe de *ſola pecunia numerata*, non autem de reliquis rebus fungibilibus intelligi debeat. Exceptio eſt, niſi *fraus SCto adhibita*, puta frumento, vel vino, vel oleo mutuo dato, vt his diſtractis fructibus filiusfam. pecunia vteretur, *l.* 7. §. *3. h. t.* quo pertinet contractus *mohatra*, de quo Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 1.* §. *31.* DD. etiam addunt caſum, ſi oenopolæ ſupra modum vina, cereuiſiarii cereuiſiam, cupediarii cupedias, mercatores nimis pretioſas merces credunt, ob paritatem rationis, Brunnem. *ad l. 3. ff. h. t. n. 8.*

§. IV. Ceſſat vero hoc SCtum variis caſibus. I. intuitu *bonorum*, quæ filius iam poſſidet & de iis diſponit, atque adeo *mortem patris expectare neceſſe non habet.* Huc pertinet peculium caſtrenſe, vel quaſi, *l. 1.* §. *f. l. 2. ff. l. f.* §. *1. C. h. t.* De aduentitio irregulari quidem dubitat Lauterbach. *h. t.* ex

ra-

Digitized by Google

ratione, quod huius intuitu filius non habeatur pro patrefamilias; ſed reſpondetur, eum pro tali non haberi ſaltem quoad actus *vltimæ voluntatis*, quod v. g. teſtari nequeat, hic autem eſſe quæſtionem de actu *inter viuos*, cuius intuitu pro patrefamilias omnino habetur, quia libere diſponit, *nou. 117. c. 1. §. 1.* imo, hoc ſufficit, quod neque hic filius mortem patris expectare neceſſe habeat.

§. V. Ceſſat II. Intuitu *perſonarum* in hoc negotio concurrentium: (*a*) ex perſona *creditoris*, ſi ille *minor*, vel *pupillus*, *l. 3. §. 2. h. t.* quamuis enim alias dicatur, quod priuilegiatus contra priuilegiatum non vtatur priuilegio; hoc tamen ſolum procedit, ſi priuilegium eſt *eiusdem generis*, hic vero eſt diuerſum & fauor ætatis maior. *Ciuitas* interim hic non gaudet iure minorum, ſed ei SCtum opponitur, *l. 15. h. t.* Ceſſat porro SCtum, ſi creditor *non habuit ius credendi*, v. g. ſi filiusfam. ex peculio profectitio credidit, pater enim conceſſit peculium, vt adminiſtret, non vt perdat, *l. 3. §. 2. h.* Item ceſſat, ſi *creditor iuſto errore inductus credidit*, *debitorem eſſe patremfamilias*, quippe pro quo ab omnibus habitus contraxit, egit, muneribus functus eſt, *l. 3. pr. h. t. l. 2. C. eod.* Si tamen duo crediderunt, & vnus ſciuit, eum eſſe filiumfam. hoc alteri etiam nocet *l. 7. §. 7. h. t.*

§. VI. Ceſſat (*b*) ex perſona *debitoris*, ſiue *filiifamilias*, v. g. ſi dolum admiſit, patremfamilias ſe adfirmando, *l. 1. C. h. t.* vbi ipſe obligatur non autem eius pater. Vel ſi, poſtquam ſui iuris factus, debitum denuo agnouit & ſic iuri ſuo renun-

Digitized by Google

nunciat, *l. 2. C. h. t.* quod etiam exinde colligitur, ſi poſt liberationem a patria poteſtate partem debiti ſoluit, *l. 7. §. vlt. ff. h. t.* aut pignus dedit, vbi tamen vltra pignoris quantitatem non obligatur, *l. 9. pr. h. t.*

§. VII. Ceſſat (c) ex perſona *patris*, ſi permiſit, vel non contradixit, filium negotiari, *l. 7. §. 11. h. t.* ſi voluntate patris mutuum ſit contractum, *l. 2. C. h. t.* quæ voluntas exinde etiam colligitur, ſi pater, poſtquam filius ipſi nunciauit, ſe pecuniam accepiſſe, non ſtatim contradixit, *l. 16. h. t.* aut debita filii contra SC. contracta alias ſoluere ſolitus fuit, vnde cautela pro parentibus, vt, ſi ſemel ſoluant, expreſſe proteſtentur, ſe futuro tempore non amplius teneri velle.

§. IIX. Pater itaque SCto renunciare valet, quia in eius fauorem illud *principaliter* introductum, v. §. *1. h. t.* & adde *l. 3. §. 3. h.* non vero filius, ne quidem in proprium præiudicium, quia præiudicium patris cum illo arctiſſime connexum eſt. Ergo nec valebit iurata renunciatio, quia in iuramento iuſtitia deficit. Excipiunt caſum, ſi pecunia *ad bonum finem* credita, filiusfam. tamen deinde illam in alios vſus vertat, quia tunc quodammodo in dolo eſſet, quamuis & hoc caſu pater non obligaretur, Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 1. §. 15.*

§. IX. Diximus in §. *IV. & V.* quod SCtum ceſſet interdum ratione bonorum, interdum intuitu perſonarum. Addimus nunc III. quod aliquando etiam ceſſet propter *negotii qualitatem.*

Huc

Huc pertinet (a) ſi non fraudulenter, v. §. *III.* ſed reuera alius contractus, v. g. emti, conducti, &c. præceſſit, qui deinde in mutuum conuerſus fuit ratione reſidui pretii, vel mercedis, *l. 3. §. 3. h. t.* (b) Si pecunia accepta *in rem patris verſa*, *l. 7. §. 12. h. t.* vel in eam rem, quæ patris oneribus incumberet, *l. 2. C. h. t.* v. g. ad ſtudia, modo creditor probabilem quantitatem non excedat, id eſt, non plus credat, quam pater ſolebat ſubminiſtrare, *l. 7. §. 13. h. t.* Hoc intelligimus, ſi filius *patre conſentiente* ſtudia tractet, cogi enim pater inuitus non poteſt, vt filio ſumtus ad ſtudia ſubminiſtret, ſed filius voluntatem patris ſequi tenetur, quia publico intereſſe nihil decedit, licet pater eum ad mercaturam, opificium, vel artificium deſtinet, v. *colleg. iur. argent. h. t. th. 5. n. 16.*

§. X. Hoc vltimo addendum, quod filiusfam. ſi conueniatur, exceptione SCti Macedoniani quidem gaudeat, ſed tamen, ſi ſponte ſoluerit, *pecuniam ſolutam repetere nequeat*, *l. 9. §. vlt. & l. 10. h. t.* De hoc SCto peculiarem tractatum conſcripſit Gothofredus de Iena, cancellarius quondam ducatus Magdeburgici, add. Beſoldus *de mutuo & SCto Macedoniano.*

*Lib. XV. Tit. I.*

Cod. XII. 37.

## De Peculio.

§. I. SEquuntur nunc aliiquot actiones, vbi dominus, vel pater, non ex facto proprio, ſed ſer-

Digitized by Google

ſeruorum, vel filiorum fam. conuenitur, & quæ propterea ex eodem fundamento *adiectitiæ qualitatis* dicuntur, vt exercitoria, v. *tit. de exercit. act.* §. *IV.* Hic proponitur *actio de peculio*, quam in fine tituli explicabimus, præmiſſis prius peculii definitione & diuiſionibus.

§. II. *Peculium* eſt puſillum patrimonium, ſiue puſilla pecunia, quam ſeruus vel filiusfam. permiſſu domini, aut patris, ab eius rationibus ſeparatam habet, *l. 5. ff. 3. & 4. h. t.* *Puſilla* dicitur comparatiue, in relatione ſcilicet ad patrimonium domini, aut patris. Dicitur quoque, peculium *ſimile eſſe homini*, quia naſcitur, creſcit, decreſcit & moritur, *l. 40. pr. &* §. *1. h. t.*

§. III. *Seruorum* peculium diuerſas ſpecies non habet, ſed illud ſemper eſt profectitium. Filiifamilias autem vel habent peculium *militare*, vel *paganum*. Militare diuiditur in *caſtrenſe* & *quaſi-caſtrenſe*: paganum in *profectitium* & *aduentitium*, & hoc iterum in *ordinarium* (*regulare*) & *extraordinarium*, (irregulare.) De ſingulis ſeorſim.

§. IV. Peculium *caſtrenſe* dicitur, quod quis *in militia*, vel *occaſione militiæ* adquiſiuit, v. g. ſi in militiam eunti quid a patre, vel aliis donatum, & hereditas eorum, qui alias noti eſſe non potuerunt, *l. 1. C. de caſtr. pecul.* Pertinet huc etiam hereditas fratris commilitonis in iisdem caſtris, quia conſortium obeundorum munerum adfectioni fraternæ nonnihil addidiſſe cenſetur, *l. 4. C. eod.* nec non res ex pecunia caſtrenſi emta, *l. 1. C. d. t.* quia peculium eſt vniuerſitas, *l. 20. §. 10.*

T *ff. de*

Digitized by Google

*ff. de her. pet.* & ſic res in locum pretii ſuccedit. In hoc peculio *pater* habet *nihil*; ſed *filius omnia*, id eſt, & proprietatem & vſumfructum cum liberrima diſpoſitione inter viuos & mortis cauſa, *pr. J. quib. non eſt perm. fac. teſt. l. 3. C. de caſtr. pecul.*

§. V. Peculium *quaſi caſtrenſe* eſt, quod occaſione *togatæ militiæ*, ſiue ex *artibus liberalibus*, adquiritur, v. *l. fin. C. de inoff. teſtam.* *A ſagata* enim ad *togatam* militiam in iure ſemper argumentum ducitur. Huc etiam referunt donata a principe, vel auguſta, *l. 7. C. de bon. quæ lib.* & intuitu huius peculii idem iuris eſt, quod ante de caſtrenſi diximus, *l. 6. pr. C. de bon. quæ lib.*

§. VI. Peculium *profectitium* eſt, quod *ex re patris*, vel *eius intuitu* ad filium peruenit, §. *1. J. per quas perſon.* v. g. ſi quis patri donaturus, filio daret. In dubio tamen contemplatione ipſius filii potius, quam intuitu patris datum eſſe cenſetur, *l. f. in f. C. de vſufr.* ſi ſcilicet filius iam eſt *adultus*, vt ipſius merita præcedere potuerint, hinc *infantibus* contemplatione parentum in dubio donatum cenſetur, & ſic *pecunia luſtrica* ad hoc peculium profectitium pertinet, v. Lauterb. *h. t. in f.* quam ſententiam reuera adprobant conſuetudines, quoniam parentes vtplurimum de pecunia luſtrica libere diſponunt, vt parum, vel nihil ad liberos perueniat. In hoc peculio enim *pater* habet *omnia*, i. e. proprietatem & vſumfructum, *filius* vero *nihil*, §. *1. J. per quas perſon.* niſi quod adminiſtrando induſtriam exerceat, illudque ſaluum habeat, ſi bona patris forſan con-

Digitized by Google

confiſcarentur, B. Stryk. *ad Lauterb. h. t. p. 261. voc. ſingulare*, pater etiam iſtud donaſſe cenſetur, ſi in emancipatione expreſſe non ademit, *l. 31. §. 2. ff. de donat.*

§. VII. Peculium *aduentitium* eſt, quod non ex re patris, neque etiam occaſione militiæ, ſed *aliunde* filio obuenit, id eſt, vel ex *liberalitate fortunæ*, vel *laboribus ſuis*, ſiue, *ex artibus illiberalibus l. 6. pr. C. de bon. quæ lib.* huc pertinent hereditates, legata, donata, &c. Et in hoc peculio *pater aliquid* habet, ſcilicet vſumfructum, & *filius* etiam *aliquid*, ſcilicet proprietatem, *d. l. 6. pr. C.* dicitur peculium *aduentitium ordinarium*, ſiue *regulare*.

§. IIX. Vſumfructum illum pater habet, licet filius in eius conuictu non ſit, Carpzov. *p. 2. c. 10. d. 7.* imo, quamuis operas ſeruiles ei præſtet; ſufficit enim, quod patria poteſtas nondum ſit ſoluta, *Id. loc. cit. D. 8.* mercedem tamen pro eiusmodi operis ſeruilibus liberis hoc caſu exigere licebit, Id. *d. def. 8. n. 6.* Iure Romano pater vſumfr. ad dies vitæ retinebat, *l. 4. C. de bon. quæ lib.* etiam poſt mortem filii, ſi eum ante non emancipauerat, *l. f. C. ad SC. Tertull.* ſi vero emancipatio facta, dimidium vſusfr. in præmium emancipationis retinebat, *§. 2. J. per quas perſon.* Verum hodie omnia bona filio pleno iure cedunt, quamprimum ex patria poteſtate exiit, Carpz. *d. p. 2. c. 10. d. 5.*

§. IX. Præter vſumfr. pater etiam liberam *adminiſtrationem* habet, quamuis filius ſit maiorennis, *l. f. §. 3. C. de bon. quæ lib.* hinc ſi lis de aduentitiis



Digitized by Google

moueatur, pater proceſſum dirigit, adhibito tamen conſenſu filii præſentis, ſi iuſtæ ætatis eſt, *d. l.* expenſas litis pater ex fructibus ſuppeditat, *d. l.* non vero *alienandi* poteſtate gaudet, niſi ob ſummam *neceſſitatem*, *d. l. f.* §. 5. quo caſu tamen decreto opus non eſt, vt in tutoribus & curatoribus, v. *d. l. f.* §. 4. & 5. *C. de bon. quæ lib.* Valent. Forſterus *de vſufructu, quem parentes conſequuntur in bonis liberorum aduentitiis.*

§. X. Contra diſtinguitur ei peculium aduentitium *extraordinarium* ſiue *irregulare*, quod ideo ſic vocatur, quia patri vſusfructus in eo non competit, ſed filius omnia habet. Huc pertinet (1) ſi liberis *ea lege quid legatum, ne patri vſusfructus adquiratur*, quod etiam mater facere poteſt intuitu bonorum, quæ ſunt vltra legitimam, nam legitimæ vſumfr. patri adimere nequit, *nou. 117. c. 1.* v. *tit. de inoff. teſt.* §. *IIX. in f.* (2) Si pater vna cum liberis *ſuccedat filio*, qui bona pleno iure poſſedit, nam & tunc patri vſusfr. non conceditur, *nou. 118. c. 2.* (3) ſi filius *diſſentiente patre* aliquid adquiſiuit, *l. f. pr. C. de bon. quæ lib.* Extra hos caſus lege determinatos alios fingere DD. non licet.

§. XI. Pater hic quidem vſumfr. non habet, adminiſtrare tamen poteſt, ſi velit, vt alius curator, niſi in caſu *primo* (v. §. *præced.*) legans, vel donans curatorem ſimul conſtituerit, v. *nou. 117. c. 1. l. f.* §. 1. *C. de bon. quæ lib.* Sed tali caſu pater inſtar alterius curatoris ad inuentarium conficiendum & rationes reddendas tenetur.

§. XII. *Actio de peculio*, de qua nunc agendum, ex pe-

Digitized by Google

peculio profectitio oritur, quia enim dominus & pater adminiſtrationem & negotiationem ſeruo, vel filio, conceſſit, hinc quoque cum filio pro vna perſona habetur & per conſequens ex contractibus a ſeruo, vel filio intuitu dicti peculii celebratis conueniri poteſt. Sed obligatur ſaltem *peculiotenus*, vlterius enim non conſenſit, & deducit ante omnia, quod ſeruus, vel filius ipſi debet, *l. 9. ff. h. t.* quæ actio hodie raro inſtituitur. Pertinet huc Emanuelis Mendozæ de Caſtro *repetitio de peculio profectitio, aduentitio, caſtrenſi.*

*Lib. XV. Tit. II.*

## Quando de peculio actio annalis eſt.

§. I. ACtioni de peculio, de qua modo diximus, eadem ratione, vt aliis actionibus ex contractibus, præſcribitur, *l. 1. §. 1.* quamdiu ſcilicet peculium durat. Poſtquam vero ſeruus manumiſſus, filius emancipatus, aut mortuus eſt, actio intra annum eſt inſtituenda, niſi illa actio alias breuiori tempore exſpiret, v. g. redhibitoria intra ſex menſes, tunc enim vltra hoc tempus & hoc caſu actio non durat, *l. 1. §. 1. l. 2. h. t.*

*Lib. XV. Tit. III.*

## De in rem verſo.

§. I. IN actione de peculio *conſenſus præcedens* patris, vel domini, aderat. Hic conſenſus

ſus ille ab initio quidem deficit, dominus tamen, vel pater, obligatur ex æquitate, ne locupletior fiat cum alterius damno. Debet ergo impenſum eſſe ad *neceſſitatem*, vel *vtilitatem*, v. g. vt ſeruus, vel filius, ſe aleret ac veſtiret ſecundum conſuetudinem domini, *l. 3. §. 3. h. t.* licet poſtea caſus ſuperuenerit, *l. 3. §. 7. h. t. voluptuariæ* expenſæ huc non pertinent, *d. l. 3. §. 4. h.* quod ſi tamen filius patri ipſam pecuniam dederit & pater eam luxurioſe perdiderit, hoc creditori non nocet, *l. 3. §. 6. h.*

§. II. Si dominus pecuniam acceptam ſeruo, vel pater filio iterum reſtituit, actio de in rem verſo ceſſat, *l. 10. §. 6. ff. h. t.* Et hæc omnia quoque adplicari poſſunt, ſi liber homo pecuniam accipiat eandemque in alterius vtilitatem vertat.

## *LIB. XV. TIT. IV.*

# Quod iuſſu.

§. I. IN actione de peculio aderat domini, vel patris, conſenſus *generalis* & *indeterminatus*; hic vero *ſpecialis* & ad *certum negotium determinatus*. Ergo idem iuris eſt, quod in mandato. Licet enim *mandatum* dirigatur ad perſonas *liberas* & ſic ab altero ex *libera voluntate* ſuſcipiatur: *iuſſus* vero ad perſonas *poteſtati noſtræ ſubiectas*, v. g. ſeruum & filiumfamilias, quæ ad exequendum iuſſum ex *neceſſitate* tenentur, interim tamen,

quem-

quemadmodum mandans mandatarii factum præſtare tenetur: ita quoque iubens illius, qui iuſſum eius ſecutus eſt.

§. II. Supponitur tamen in hoc titulo, quod ille, qui cum ſeruo, vel filio contraxit, tempore contractus iuſſum patris, vel domini *ignorauerit* & ex *poſt facto ſaltem illum reſciuerit* Si enim dominus, vel pater, ſeruo filioue tamquam nuncio ſolum vſus, & ſic creditor fidem patris, dominiue ſimpliciter ſecutus eſt: contra patrem & dominum non datur hæc actio *quod iuſſu*, ſed ex ipſo contractu aduerſus illum directe agitur, *l. 5. ff. h. t.* Verum hæc plus ſubtilitatis, quam vtilitatis habent.

*Lib. XVI. Tit. I.*

Cod. IV. 29.

## De Senatusconſulto Velleiano.

§. I. FOminæ quidem iure communi omnes contractus firmiter celebrare poſſunt, *l. 2. C. h. t.* etiam donandi facultatem habent, quia damnum exinde proueniens præuident & ſic ante ſuſceptum negotium ſatis deliberaſſe cenſentur, *l. 4. §. 1. h. t.* interim tamen ex *fideiuſſione* non obligantur, imo ex nullo contractu, qui *in aliorum fauorem celebratur*, cum *euentu tamen dubio*, vt ſcilicet damnum certo non præuideant: nam hic mulieres propter ſexus imbecillitatem excuſantur, *l. 2. §. 1. & 2. ff. h. t.*



Digitized by Google

§. II. Succurritur *fœminis* ſine diſtinctione, an virgines ſint, vxores, an viduæ, *d. l. 2. §. 1. ibi: fœminis omnibus ff. h. t* ſiue iurisdictionem habeant, ſiue non, hæc enim diſtinctio iuri incognita, Dn. Stryk. *ad Lauterb. h. t. voc. iurisdictionalia habentes*, & Hering *de fideiuſſ. c. 7. n. 517.* de iis fœminis loquitur, quæ maieſtate aut ſuperioritate pollent. *Judææ* etiam hoc iure ſingulari gaudent in iis locis, vbi ius commorandi publica autoritate ipſis a principe indultum, *Schutz-juden*, quod ſecus in aliis locis.

§. III. SCtum non ſolum fœminis ipſis proficit, ſed etiam *heredibus*, *l. 20. C. h. t.* & *fideiuſſoribus*, *l. 14. C. eod.* & fœminæ non ſolum habent exceptionem, ſi ex fideiuſſione conueniantur, ſed etiam, quamuis iam ſoluerint, ſolutum condictione indebiti repetere poſſunt, v. *tit. de condict. indeb. §. VII.* Quod ſi fideiuſſio non ſit facta *in inſtrumento publice confecto & a tribus teſtibus ſubſcripto*, mulieres SCto non indigent, ſed ipſo iure tutæ ſunt, *l. 23. C. h. t.*

§. IV. Si *maſculus & fœmina ſimul* pro aliquo fideiuſſerint, ſubducta fœmina maſculus in ſolidum tenetur, quoniam fœmina ciuiliter non eſt ſoluendo, & alter ſcire potuit, vel debuit, eam firmiter intercedere non poſſe, *l. 48. pr. ff. de fideiuſſ.* Quod ſi vero duo, maſculus & fœmina, alterius obligationem per expromiſſionem in totum in ſe receperunt, maſculus ſaltem pro ſua rata obligatur, ratione alterius partis autem actio aduerſus priorem debitorem, qui per expromiſſionem

nem

nem liberatus fuit, reſtituitur, *l. 8. C. h. t.*

§. V. Ceſſat SCtum, (1) ſi mulier *in dolo ſit*, v. g. ſi ſcit, ſe non teneri, & tamen intercedit animo decipiendi, *l. 30. pr. ff. h. t.* v. *l. 2. §. 3. eod.* Item, ſi mulier tamquam in vſus ſuos pecuniam accepit, alii tamen creditura, *l. 11. ff. h. t.* vbi dicitur, quod alioquin nemo cum fœminis contraheret, quia ignorari poteſt, quid acturæ ſint.

§. VI. Ceſſat (2) ſi mulier *poſt biennium fideiuſſionem de nouo repetierit*, quia tunc ceſſat ratio SCti, quod non ſatis deliberaſſe, ſed per imbecillitatem ſexus fideiuſſiſſe præſumatur; ſibi enim imputet, ſi, quod ſæpius cogitare & euitare poterat, non fecit, *l. 22. C. h. t.* Eſt ergo hoc in pœnam negligentiæ ſtatutum, & ſic probationem in contrarium non admittit, vnde a DD. ad ſpecies *præſumtionis iuris & de iure* referri ſolet.

§. VII. Ceſſat (3) ſi pro *pia cauſa* intercesſerit, v. g. pro dote, *l. f. C. h. t.* eccleſiaſticis debitis, alimentis, &c. Tiraquell. *priuil. piæ cauſæ 140.* Meu. *3. dec. 85.* item (4) ſi creditor, apud quem interceſſit, *minor* ſit, *l. 12. ff de minor.* v. *tit. de SCto Macedon. §. V.* & debitor principalis non ſoluendo, *d. l. 12.* quamdiu enim ille ſoluendo eſt, fideiuſſor hodie plane non conuenitur.

§. IIX. Ceſſat (5) SCtum, ſi mulier *pro interceſſione pecuniam acceperit*, *l. 23. pr. C. h. t.* tunc enim quodammodo in propriam vtilitatem contraxiſſe cenſetur, & iura non debent eſſe venalia. Debet autem pecunia data alicuius momenti eſſe, quod ex circumſtantiis, præcipue ex quanti-

titate ſummæ, pro qua fideiuſſit, diiudicandum.

§. IX. Ceſſat (6) hodie in fœminis *mercatricibus*, ſiue ſeparatim, ſiue cum marito coniunctim negotiationem exerceant, Hering. *de fideiuſſor. c. 7. n. 406. ſeqq.* Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 6.* ſcilicet in rebus ad mercaturam ſpectantibus, non in aliis, Meu. *ad ius Lubec. l. 1. tit. 10. art. 1. n. 76. ſeq.*

§. X. Ceſſat denique (7) ſi fœmina intercedens SCto *renunciauit*, quod ex *l. f. §. pen. ff. h. t.* deducunt, quamuis ibi ſit caſus ſpecialis. In praxi renunciatio valet etiam iniurata, modo certioratio iurium mulieribus competentium præcedat, Paul. Gallerat. *de renunciat. tom. 1. l. 3. c. 9.* Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 17. ſeqq*

§. XI. Hactenus de interceſſione fœminarum *pro extraneis*. Quod ſi *pro marito* intercedant, ipſis in ſpecie ſuccurritur per *auth. ſi qua mulier. C. ad SCtum Velleianum*, & fœminæ eo caſu non obligantur, licet *ex interuallo* interceſſionem repetant, *d. auth.* neque etiam *renunciationi* effectum tribuunt DD. niſi ſit *iurata*, vbi in electoratu Saxoniæ corporale iuramentum requiritur, idque in iudicio præſtandum, *deciſ. Sax. nouiſſ. 25.* alibi vero etiam verba: *bey dem wort der ewigen wahrheit*, ſufficiunt, Dn. Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 10. ſeqq.*

§. XII. Sed quid, ſi vxor *poſt mortem mariti* pro eodem intercedit, id eſt, eius debita ſe ſoluturam promittit pro liberanda eius fama atque fide, quæritur: annon tunc *renunciatio ſine iura-*

*men-*

Digitized by Google

*mento valida ſit?* adfirmatur, quia eo caſu omnino ceſſant perſuaſiones & blanditiæ, quibus mariti vxores non ſolum ad intercedendum, ſed ad renunciandum quoque alias inducere cenſentur, v. Meu. *p. 7. dec. 229.* Autores ad hunc titulum pertinentes ſunt: Wibelius *de contractibus mulierum*, Mæſtertius *de SCto Velleiano*, Leſchaſſerius, autor Gallus, *de renunciatione Velleiani*, qui tractatus inter opera eius reperitur a *p. 129. ad p.* 158. Andr. Laubmeyer & Franc. Duarenus de SCto Velleiano.

## *Lib. XVI. Tit. II.*
## Cod. IV. 31.
# De Compenſationibus.

§. I. COmpenſatio, quæ etiam *pariatio* dicitur in *l. f. §. 3. ff. de condict. indeb.* eſt mutui debiti inter ſe facta contributio, vi cuius illud ipſo iure vtrinque tollitur. Eſt vitandi circuitus & difficultatis cauſa introducta, quoniam alias duplex ſolutio pecuniæ vtrinque debitæ fieri debuiſſet, *l. 1. 2. 3. ff. h. t.*

§. II. Locum toties habet, quoties vtrique debetur res, in quam non cadit *adfectio ſpecialis*, & ſic perinde eſt, ſiue quis rem ſuam retineat, ſiue aliam a debitore ſoluendam, vel præſtandam, accipiat, v. g. ſi debetur vtrinque *pecunia* aut alia res *fungibilis*, ſiue *quantitas*, *v. l. 4. C. h. t.* aut *genus* aliquod. Non obſtat, licet vnum debitum ſit vſurarium, alterum non, aut vſuræ diuerſæ

de-

Digitized by Google

debeantur, *l. 11. & 12. h. t.* compenſatio enim fit quoad concurrentem quantitatem. E contrario autem compenſari nequit, ſi debetur *ſpecies*, aut *factum*, horum enim inæqualis eſt æſtimatio.

§. III. Res, quæ iuxta §. *praeced.* compenſantur debent *eiusdem qualitatis* eſſe. Ergo debitum vtrinque *liquidum* iam eſſe, aut in continenti liquidum fieri debet, v. g. ſi de tuo debito ex inſtrumentis probandum eſt, v. *l.* § *1. C. h. t.* Si vtrinque etiam debitum *purum*, vnde quod in diem, aut ſub conditione debetur, compenſari nequit, *l. 7. pr. h. t.* ſufficit interim, licet debitum ſit *naturale tantum*, id eſt, ex iuris naturæ diſpoſitione, v. g. quod nudo pacto promiſſum, v. *l. 6. ff. h. t.*

§. IV. *Perſonae*, inter quas compenſatio inſtituitur, debent eſſe *mutui debitores*, aut, ſi mauis, mutui creditores, nam vtrumque diuerſo reſpectu dici poteſt, v. *l. 18. §. 1. h. l. 9. C. eod.* hinc ſi tutor nomine pupilli petit, compenſatio debiti proprii eidem opponi nequit, *l. 23. h. t.* quod multis aliis exemplis ex Mæſtertio illuſtrat Lauterbach. *h. t.*

§. V. Intuitu *debitorum*, quæ compenſantur, nihil intereſt, ſiue ea proficiſcantur ex *contractu*, vero vel quaſi, v. *§. 30. J. de act. l. 5. & 8. C. h. t.* ſiue ex *delicto*, nam & in hiſce dolus cum dolo compenſatur, ſi *pecuniarie*, id eſt ad *intereſſe priuatum* agitur, *l. 10. §. 2. h. t. l. 36. de dol. mal.* *Exceptio* eſt, quoad *contractus* in *depoſito*, quod compenſari nequit, licet in quantitate conſiſtat, *l. 11. C. h. t.* item, ſi quid debetur ad *annua ſalaria*

ma-

Digitized by Google

magiſtratibus &c. perſoluenda, item ad *alimenta*, &c. *l. 3. C. h. t.* intuitu *delictorum* excipitur caſus, ſi quis ex capite *ſpolii* ad reſtitutionem condemnatus, *l. f. §. 2. C. eod. ibique Gothofr.*

§. VI. Sed an *fiſco*, vel *reipublicæ* petenti exceptio compenſationis opponi poterit? ſi ex *contractu* agitur, compenſatio locum habebit, v. *l. 3. C. h. t. l. 46. §. 5. ff. de iur. fiſci.* modo *eadem ſtatio* debeat, *l. 1. C. h. t. ibique Gothofr.* quod hodie adplicari poteſt, ſi v. g. camera aliquid a me petat, & ego compenſare velim, quod acciſa mihi forſan debet. Deinde excipiuntur etiam quidam caſus, vbi compenſatio locum plane non habet, quales ſunt, ſi debetur ex *vectigalibus*, ex cauſa *tributorum*, *frumenti*, vel *olei publici*, quod cauſa annonaria dicitur, *l. 3. C. h. t. l. 46. §. 5. ff. de iur. fiſci.* De cauſa ſalariorum in §. *præc.* dictum.

§. VII. Ceterum compenſatio *ipſo iure* fieri dicitur, v. §. *1. h. t.* quo ipſo hoc non indigitatur, ac ſi exceptio compenſationis non ſit adleganda in iudicio; hoc enim omnino fieri debet, quoniam illa exceptio hoc reſpectu meri facti eſt; ſed hoc ſolum volunt leges, quod compenſatio, poſtquam rite oppoſita eſt, vires ſuas non demum exſerat ab eo tempore, *quo quis eam adlegauit*, ſed ab illo momento, *quo mutuum debitum contractum eſt*, §. *30. J. de act. l. 4. C. h. t.* vnde vſuræ ſtatim deſinunt, *l. 7. C. de ſolut. l. 11. 12. ff. l. 4. C. h. t.* fideiuſſores & pignora liberantur, *l. 4. ff. l. 12. C. h. t.* mora non committitur, v. *l. 88. ff. de R.*

*J.* &

*J.* & ſupra *tit. ſi ager vectigal.* §. *VI. in fin.* Gothofr. *ad l. 4. ff. h. t.*

§. IIX. De eo diſputant: an compenſatio fieri poſſit, *ſi debitor ſe ſoluere velle iurauit?* diſtinguunt, vtrum debitum mutuum *tempore iuramenti præſtiti iam adfuerit*; *annon*? *priori* caſu compenſationem non admittunt, ſed ſolum *poſteriori*, v. Mæſtert. *de compenſat. qu. 12.* & alios apud Lauterbach. *h. t.* Nos vero inter vtrumque caſum nullam diuerſitatem deprehendimus, nam & qui iurauit, *ſe ſoluere velle*, vbi debitum mutuum iam aderat, is reuera ſoluit, ſi compenſat & ſic iuramento neutiquam contrauenit, neque etiam in dubio exceptioni ſibi competenti renunciaſſe videtur. Omnia argumenta, quæ ex vtraque parte adduci poſſunt, late recenſet Seraphin. de Seraphinis *de priuil. iuram. priu. 74. a num. 37. vsque ad n. 127.* & quamuis ille autor in negatiuam quoque *d. n. 127.* inclinet; deinde tamen *n. 141. ſqq.* tot limitationes ſubnectit, vt de tota regula nihil plane reſiduum maneat, v. g. *n. 144.* non eſſe quidem locum compenſationi, bene tamen retentioni.

§. IX. Hactenus de compenſatione. Adfinis ei eſt *retentio*, quam propterea Lauterbach. *h. t. compenſationem temporalem* vocat, ſed valde abuſiue. Retentio enim in *ſpeciebus* etiam & rebus *diuerſi generis* locum habet, quod ſecus erat in compenſatione, v. §. *II. h. t.* Ita quamuis in *depoſito* compenſatio ſit prohibita, §. *V. h. t.* retentio tamen depoſitario conceditur propter *impenſas*

Digitized by Google

*ſas in ipſam rem depoſitam factas*, v. Struu. *S. J. C. ex. 21. th. 44.* Alias iuri retentionis priuata autoritate exercendo ſemper locus eſt, quoties alter nobis obligatur, debitum liquidum eſt, & ex debitoris rebus aliquid in noſtra poteſtate iuſto modo deprehenditur. Ita maritus propter impenſas in res dotales factas iure retentionis gaudet, *l. 5. pr. ff. de impenſ. in res dot. fact.* creditor in pignore illud exercet etiam propter chirographariam pecuniam, *tit. C. etiam ob chirogr. pecun. pign. retin. poſſ.* & aduocatus in documentis, quæ a cliente habet, &c. v. *tit. de poſtulando §. vlt.* Si *debitum non eſt liquidum*, reſtitutio rei iniungitur, ita tamen, vt alter idoneam cautionem præſtet, quod in futurum, ſi conuictus fuerit, ſoluere velit, v. Brunnem. *ad l. 33. ff. de condict. indeb. n. 8.*

§. X. De materia *compenſationis* præter Iacobum Mæſtertium hactenus aliquoties adlegatum peculiares etiam libellos ediderunt Sebaſtianus Medices, Tyndarus, Ioh. Borcholt & Scipio Gentilis. De *retentione* ſcripſit Ioh. Petrus Molignatus.

*Lib. XVI. Tit. III.*

Cod. IV. 34.

## Depoſiti, vel contra.

§. I. DEpoſitum eſt contractus realis, quo res alteri gratis cuſtodienda traditur & ab eo recipitur, ita, vt eadem in ſpecie reſtituatur, quandocunque deponenti hoc placuerit, *§. 3. J. quib. mod. re contr. obl. l. 1. pr. h. t.*

§. II.

§. II. Adparet exinde ſtatim, reuera non eſſe depoſitum, quando accipienti conceditur, *vt rebus acceptis vti queat*, ſed ſi res fungibilis tradita, negotium degenerare in *mutuum*, v. *l. 24. l. 26. §. 1. h. t.* vſus vero non ſolum expreſſe, ſed etiam *tacite* conceditur, ſi quis pecuniam numeratam neque clauſam, neque obſignatam adnumerat, *l. 31. verſ. idem iuris eſſe, ff. locati.* Interim DD. eiusmodi negotium *depoſitum irregulare* vocare conſueuerunt.

§. III. Quemadmodum vero alias in mutuo dominium transfertur & periculum ad debitorem ſpectat: ita quoque in hoc depoſito irregulari idem obtinet. Circa *tempus* tamen, quando periculum depoſitarii eſſe incipit, ita diſtingue: aut conuentum eſt *ab initio* ſtatim, vt accipiens, ſi velit, pecunia vti queat, & tunc ex eo tempore demum tranſit periculum, quando mota eſt pecunia, id eſt, debitor ea vti cœpit, *l. 10. ff. de reb. cred. l. 1. §. 3. h. t.* aut vero ita conuenerunt *ex poſtfacto* demum, & tunc ſtatim tranſit periculum: quia certum eſt, alterum pecunia vti velle, qui propterea animo poſſidere cœpit, *l. 9. §. 9. ff. de reb. cred.*

§. IV. Depoſitum regulariter ex libera voluntate deponentium proficiſcitur, vnde *voluntarium & ſimplex* adpellatur: quod ſi itaque ob neceſſitatem imminentem aliquid cuſtodiendum datur, v. g. ob periculum tumultus, incendii, ruinæ, naufragii, &c. *neceſſarium & miſerabile* depoſitum vocari conſueuit, & ſi depoſitarius hic reſti-

Digitized by Google

reſtitutionem doloſe detrectabat, iure Rom. ad duplum condemnabatur, *l. 1. §. 1. h. t.* quia adflicto adflictionem addidit.

§. V. Alias depoſitum quoque diuiditur in *extraiudiciale*, de quo in definitione §. *1. h. t.* dictum: & *iudiciale*, ſiue *ſequeſtrum*, quando cuſtodia *rei litigioſæ* alicui committitur, v. *l. 33. ff. h. t.* Hoc iterum duplici modo fit. Vel ex voluntate partis vtriusque, quod *voluntarium* adpellant & ſemper licitum eſt: vel inuita altera parte, quæ hactenus poſſedit illam rem, & *neceſſarium* dicitur, atque regulariter prohibitum eſt, ne quis ante cauſſæ diſcuſſionem poſſeſſionis beneficio priuetur, v. *l. vn. C. de prohib. ſequeſtr.*

§. VI. Exceptiones ſunt, niſi adſit (1) metus *dilapidationis*, aut (2) *fugæ*, veluti, ſi reus non poſſideat immobilia, vel ſaltem non ſufficientia: aut (3) metus *armorum*. Refertur huc (4) ſi quis *præiudicium irreparabile* metuat, v. g. ſi puella duobus fidem dedit de matrimonio, metusque adſit, ne ab alterutro inducatur ad carnalem concubitum, puella ſequeſtranda apud honeſtam matronam, v. *c. 14. X. de ſponſal.* Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 15. & 16.* idem dicendum, ſi adſunt indicia, quod filia metu ad ſponſalia celebranda inducatur, Stryk. *d. §. 16.* conf. *l. 3. §. 6. ff. de lib. exhib.* De *ſequeſtratione fœminarum* peculiaris diſſertatio Dn. Coccei extat.

§. VII. Quia *deponere* nihil aliud eſt, quam *cuſtodiam rei committere*, hinc ſequitur, quod res *mobilis* & *immobilis* deponi queat in ſenſu iuridi-

Digitized by Google

co,

co, (non grammatico,) quia vtraque poteſt cuſtodiri, licet diuerſo modo, qui tamen rem non variat. Nam ſequeſtrum etiam eſt ſpecies depoſiti, & tamen non eſt dubium, quin res immobiles ſequeſtrari queant, v. *l. 6. & 17. h. t.* Hæc ita, ſi *ſola cuſtodia* commiſſa. Si vero vlterius quid commiſſum, quod *adminiſtrationem rerum* reſpicit, v. g. vt alter ædes locet inquilinis, aut mercedes ab illis exigat, &c. tunc certe non depoſitum, ſed *mandatum* ſubeſt.

§. IIX. *Ciſta clauſa & ſignata depoſita* ſingulæ res in illa contentæ depoſitæ cenſentur, & ſic ſingulæ peti poſſunt, *l. 1. §. 41. ff. h. t.* Sed quid, ſi deponens deinde conqueratur, quod aliquæ res deficiant? ſi ciſta tempore reſtitutionis *adhuc clauſa & ſignata eſt*, a depoſitario nihil repoſci poteſt. Si vero *ſigilla fracta* ſint, aut *vim adhibitam* fuiſſe alio modo conſtet, diſtingui debet. Si depoſitarius eſt homo integræ vitæ, ad iuramentum purgatorium admittendus erit, vt hoc mediante iudicia remoueat: ſi vero depoſitarius eſt leuioris vitæ, deponens e contrario vir honeſtus, atque ex circumſtantiis probabile redditur, quod tantam pecuniæ ſummam, quam deperditam eſſe adſerit, habere potuerit: deponens ad iuramentum admitti debet, quod hic ſuppletorii ſpecies eſt, Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 5.*

§. IX. Depoſitarius culpam *latam* ſolum præſtat, quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, non ei, ſed ſuæ facilitati id imputare debet, §. 3. *J. quib. mod. re contr. obl.* a qua regula non

non recedit, *l. 32. ff. h. t.* in illa enim, vt recte obſeruat Gothofredus *in notis*, duæ propoſitiones habentur, quarum *prima* eſt: *fraude non carere; qui non ad eum modum diligens ſit, quem hominum natura deſiderat:* deinde *altera* eſt inſtar exceptionis, niſi tamen ad ſuum modum curam in depoſito præſtat, id eſt, *fraudem tamen in aliena re & depoſita excuſari, ſi quis ad ſuum modum curam in depoſito cuſtodiendo præſtet*, ſiue, modo non ſit magis negligens, quam in rebus ſuis. Ergo hic non dicitur, quod leuis culpa ſit præſtanda; ſed hoc ſaltem, quod ſi depoſitarius in propriis admodum negligens ſit, & ne quidem ea obſeruet, quæ omnes homines alias obſeruare ſolent, maior etiam culpæ gradus ab eo non exigatur. De culpa enim leui plane non eſt ſtatus controuerſiæ in citato textu.

§. X. Ex contractu depoſiti duæ oriuntur actiones. *Directa* datur deponenti aduerſus depoſitarium; ad res depoſitas in ſpecie reſtituendas. *Plures* depoſitarii ſinguli pro rata obligantur; niſi vel dolum admiſerint, *l. 1. §. 43. h. t.* vel deponens ſingulorum fidem in ſolidum ſecutus fuerit, *l. 9. pr. ff. de duob. reis.*

§. XI. De *heredibus depoſitarii* eadem repetenda, quæ *tit. commodati §. X. in f.* diximus v. *l. 9. h. t.* Quod autem *heredes deponentis* adtinet, ita diſtinguendum. Si depoſitum conſiſtit in *quantitate*, cuilibet ſua portio ſoluitur, quod facere poteſt depoſitarius; licet pecunia depoſita obſignata fuerit, promitur enim vel prætore autore,



Digitized by Google

vel interuenientibus honeſtis perſonis, *l. 1. §. 36. h. t.* quamuis vero reliquum deinde apud depoſitarium perierit, ille tamen, qui ſuam portionem accepit, coheredibus nihil communicare tenetur, ſuum enim accepit, quia quantitas ipſo iure fuit diuiſa, conf. in ſimili caſu *l. 24. ff. quæ in fraud. cred.* Quod ſi depoſitum eſt *ſpecies*, tota res vni idoneè cauenti reſtitui poteſt, *d. l. 1. §. 36.* ſi diuerſæ ſunt ſpecies, & vna ſaltem reſtituta vni coheredi, reliquæ autem res deinde perierunt: ille, qui vnam accepit, eandem reliquis pro rata communicare tenetur. nam ſpecies ipſo iure non ſunt diuiſæ.

§. XII. Actio depoſiti *contraria* datur depoſitario aduerſus deponentem ad indemnitatem conſequendam, v. g. ſi impenſas fecit, &c. Eædem actiones ad caſum *ſequeſtri* vtiliter adplicantur. Euoluantur de materia *depoſiti* vlterius Carocius, Maulius, nec non Mozzius *in tract. de contractibus cap. de depoſito:* de *ſequeſtratione* Franc. Curtius, Claudius, Gœddeus, Baumann. &c.

*Lib. XVII. Tit. I.*

Cod. IV. 35.

## Mandati, vel contra.

§. I. MAndatum eſt contractus conſenſualis, quo negotium alicui gratis expediendum committitur, *l. 1. ff. h. t.* Eſt vel *expreſſum*, quando mandans & mandatarius conſenſum ſuum verbis, vel literis declarant: vel *tacitum*, quando conſenſus ex facto elicitur, v. g. ſi patiar,

ar, vt alter mea negotia expediat, vbi tamen contradicere potuiſſem, *l. 16. §. 2. l. 18. ff. h. t.* alias enim eſſet *negotiorum geſtio.* Si conſenſus non ab initio, *durante tamen expeditione* accedit, dicitur *ratihabitio*, prout intelligenda *l. 60. ff. de R. J.* ſi enim conſenſus *poſt negotium plene abſolutum* ſuperueniens contractum mandati conſtitueret, (quod facit ratihabitio,) nulla daretur negotiorum geſtio a mandato ſeparata, quia negotium vtiliter geſtum ſemper adprobatur.

§. II. Mandatum eſt vel *vniuerſale*, vel *ſingulare*, perinde, vt in iudicialibus, v. *tit. de procurat.* §. *III.* Initur ſolum de rebus *honeſtis*, §. *7. J. h. t.* & in gratiam *mandantis*, *l. 8. §. 6. ff. h. t.*

§. III. Differt itaque a *conſilio*, vbi conſilium dans nullum plane intereſſe habet, ſed ille ſolum, cui conſilium ſuppeditatur, quippe cui ſuggeritur, quid in re dubia ſit faciendum. Hoc *non obligat*, cum liberum cuique ſit, apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium, §. *6. J. mandati*, exceptio eſt, niſi *dolus acceſſerit*, *l. 47. ff. de R. I.*

§. IV. Differt quoque a *commendatione*, quippe quæ cum conſilio in eo conuenit, quod illi etiam, cui aliquid commendatur, liberum maneat, vtrum commendationem ſequi velit, annon; quamuis in eo recedat a conſilio, quod commendans ſæpe *non imploratus ab altero* eidem ſuggerat, quid faciendum eſſe exiſtimet. Interim, nec commendatio obligat, *l. 12. §. 12. ff. h. t.* licet fuerit ſpecialis, nam Mevius *p. 8. dec. 120. n. 6.* a Dn. Schœpffero *h. t. n. 19.* in contrarium adlegatus,



Digitized by Google

expreſſe loquitur de caſu, ſi quis terminos commendationis excedit, & promiſſionem indemnitatis addit. Exceptio itaque ſolum eſt, ſi *dolus* concurrit, *l. 7. §. 10. ff. de dol. mal.* aut negotium *inter mercatores* celebratum fuerit, v. Finckelth. *obſ. 16. n. 7. ſqq.*

§. V. Mandatarius *limites mandati obſeruare tenetur*, ſi enim eos exceſſit, mandans non obligatur ex negotio geſto, *l. 10. C. de procur.* & ſi non rite impleuit mandatarius, ad intereſſe mandanti obſtringitur, *l. 5. §. 1. h. t.* *Subſtituere* alium regulariter non poteſt, quia induſtria perſonæ electa, nec *per æquipollens* mandatum implere, niſi mandantis nihil interſit, an per hunc, an per alium, hoc, vel alio modo, negotium expediatur, quod ex circumſtantiis diiudicandum.

§. VI. Mandatarius tenetur ad *culpam leuem*, *l. 21. C. h. t.* ibi: *exacto officio*, ex quo textu *l. 13. C. eod.* explicanda, vox *omnis* enim ex ſubſtrata materia interpretationem capit, non vero adeſt ratio, quare mandatarius ad maiorem culpam præſtandam obligatus eſſe debeat, quam tutor in rebus pupillaribus, quæ alias ſingularem in iure fauorem habent, v. *vſ. pract. diſt. IIX. tit. commodati in med.* Non obſtat, quod tutor *inuitus* etiam tutelam ſuſcipere teneatur, mandatarius autem *ſponte* accedat; hæc enim ciuilitas in dubio ipſi non debet eſſe nociua.

§. VII. Mandatarius negotium *gratis* expedit, *l. 56. §. 3. h. t.* & hinc quoque omne lucrum reſtituere debet, quod occaſione mandati ad ipſum

per-

Digitized by Google

peruenit, v. g. ſi ex pecunia exacta vſuras accepit etiam contra mandantis voluntatem, *l. 10. §. 3. & 8. h. t.* honorarium tamen mandato accedere poteſt, quod mandantis liberalitati relinquitur, vnde, quando aduocatis certum quid & proportionatum pro operis præſtandis promittitur, non eſt proprie mandatum, ſed contractus do, vt facias, v. *infra tit. locati* §. *X.*

§. IIX. E contrario tamen mandatario officium ſuum etiam *non debet eſſe damnoſum.* Hinc reſtituendæ ipſi ſunt omnes expenſæ, quas ex cauſa mandati fecit, ita quidem, vt v. g. in illis, quæ ad comparanda alimenta impendit, mandatarii conditio reſpiciatur, *l. 27. §. 4. h. t. l. 10. §. 9. eod.* infelix euentus ſine culpa mandatarii ſecutus ipſi non imputatur. Si autem mandatarius ſpoliatus in itinere, aut naufragio, aut alio *caſu fortuito* res amiſit, ad hoc reparandum non tenetur mandans, *l. 26. §. 6. h. t* nec enim ille eſt cauſa moralis, nec phyſica.

§. IX. Ex contractu mandati oriuntur duæ actiones. *Directa* datur mandanti aduerſus mandatarium, vt de commiſſo negotio rationes reddat, v. §. *V. & VI.* accepta reſtituat, §. *VII.* & damna data reſarciat, *d.* §. *VI.*

§. X. *Contraria* autem datur mandatario aduerſus mandantem, ad id, vt indemnitatem conſequatur, ſcilicet ratione expenſarum, quas ex cauſa mandati fecit, v. §. *IIX.* De caſu, quando hæc actio infamat, v. *tit. de his qui not. infam.* §. *V.*



Digitized by Google

§. XI. Soluitur mandatum non modo vtriusque voluntate, quippe quod in omnibus contractibus fieri poteſt; ſed in ſpecie (1) *voluntate vnius, vt mandantis*, quia mandatarii non intereſt, §. 9. *ſ. h. t.* modo ille ad executionem commiſſi mandati & inſtans forſan iter nondum præparatoria & expenſas fecit, hæ enim refundendæ eſſent. Deinde ſupponitur, quod contraria mandantis voluntas ad notitiam mandatarii peruenenerit. Ergo ſi mandatarius reuocationis ignarus mandatum nihilominus executus eſt, contra mandantem ipſi ratione indemnitatis competit actio, verſatus enim eſt in ignorantia facti alieni, *l. 15. ff. h. t.* ipſum tamen negotium expeditum non ſubſiſtit, *l. 25. §. 14. ff. de adqu. vel om. her. l. 4. pr. ff. de manum. vind. l. 7. ff. de diuort.*

§. XII. Pari ratione ſoluitur mandatum contraria *mandatarii* voluntate, iura enim debent eſſe reciproca. Incumbit autem mandatario, vt, ſi intelligit, explere ſe id officium non poſſe, id ipſum, cum primum poterit, mandanti nunciet, vt is, ſi velit, alterius opera vtatur, alias enim tenetur ad id, quod intereſt. Si vero ex aliqua cauſſa non potuit nunciare, v. g. ſi impedimentum ſubito ſuperuenit, ſecurus erit, *l. 27. §. 2. ff. h. t.*

§. XIII. Soluitur (2) mandatum *morte* mandantis & mandatarii, quemadmodum enim ipſa induſtria ratione heredum mandatarii non tranſit ad heredes, ita nec electio induſtriæ ad heredes mandantis. Exceptio iterum eſt, ſi res non amplius integra, id eſt, mandatum iam impleri

Digitized by Google

pleri cœptum, aut mandatarius mortem mandantis ignorauit, §. *10. J. h. t.* Heredes etiam mandatarii, ſi velit mandans, inchoata perficere tenentur. Henr. Caniſius *de contractu mandati.*

*Lib XVII. Tit. II.*

Cod. IV. 37.

## Pro Socio.

§. I. SOcietas eſt contractus conſenſualis de re, vel opera, ad commune lucrum conferenda, & eſt vel *vniuerſalis*, vel *generalis*, vel *particularis.*

§. II. *Vniuerſalis*, ſiue *omnium bonorum* eſt, vbi omnes res, vel omnia ſociorum bona, nec non vniuerſa, quæ ipſis obueniunt, ſiue *titulo oneroſo*, ſiue *lucratiuo*, v. g. hereditas, donatum, legatum, &c. communicantur, *l. 3. §. 1. l. 73. §. 1. ff. h. t.* v. §. *VI. in f. h. t.* & e contrario etiam omnia ex communibus bonis erogantur, v. g. filii ſumtus ſtudiorum, filiarum dotes, &c. *l. 73. §. 1. h. t.* Idque etiam, licet alter ſociorum nullos liberos habeat, quia de inæqualitate conqueri non poteſt, qui eidem ſciens ſeſe commiſit.

§. III. *Generalis*, ſiue *bonorum ſimpliciter* eſt, vbi ea ſolum communicantur, quæ ex *quæſtu* veniunt, ſiue, quæ titulo *oneroſo* & opera alicuius adquiruntur, v. g. ex emtione, venditione, locatione, conductione *l. 7. & 8. h. t.* & e contrario ea ſolum ex communi erogantur, quæ ad quæſtum pertinent, v. g. ſi ab vno ſociorum in commodum ſocietatis æs alienum contractum,



Digitized by Google

*l. 12. & l. 27. h.* Hæc *in dubio* potius *præſumitur*, quam vniuerſalis, *l. 7. h.* in vniuerſali enim adeſt ſpecies quædam donationis, ad quam communiter non inclinant homines, vnde ea ab adlegante probanda.

§. IV. *Particularis* ſiue *ſpecialis* eſt, quæ vnius rei, aut negotiationis intuitu initur, *l. 5. pr. l. 52. ſſ. 5. h.* & ſic nihil ex communi erogatur, quam quod ad hanc rem, vel negotiationem in ſpecie pertinet.

§. V. Societas quidem, quia contractus conſenſualis eſt, *ſolo conſenſu* etiam iure Romano *perficitur*, interim tamen ad *conſummationem*, vti in emtione, *traditio* requiritur. Exceptio eſt in ſocietate *vniuerſali*, vbi, quoniam communicatio ſingularum rerum admodum difficilis foret, illæ ſtatim ſine accedente facto traditæ eſſe cenſentur, *l. 1. §. 1. l. 2. h.* exceptis nominibus, quæ cedenda, *l. 3. pr. h.* quia oſſibus inhærent.

§. VI. Facta, vel res, quarum intuitu ſocietas initur, debent eſſe *honeſtæ*, rerum quippe inhoneſtarum nulla eſt ſocietas. *l. 5.* hinc etiam in ſocietate omnium bonorum, ſi vnus ex ſociis ob perpetratum delictum pœnam ſoluit, ſocius eius partem ferre non tenetur, *l. 52. §. 18. h.* niſi delicti ſit particeps, v. g. ſi lucrum illicitum in communem ſocietatem inferri paſſus *l. 53. inf. h.* Aliud eſt in dicta ſocietate vniuerſali, ſi ſocius *ob delictum alterius* aliquid conſecutus, v. g. actione iniuriarum, L. Aquiliæ, &c. hoc enim conferre tenetur, *l. 52. §. 18. h.*

§. VII.

Digitized by Google

§. VII. Societas, vt ab initio dictum, *communis lucri cauſa* initur. Ergo etiam *damnum* ſuperueniens ad vtrumque ſocium ſpectat. Circa partes lucri autem ante omnia ad pacta contrahentium reſpiciendum: ſi illis nihil determinatum, *partes æquæ* eſſe debent, ſcilicet iuxta proportionem ſortis illatæ. Poſſunt tamen & partes *inæquales* eſſe, item, poteſt coiri ſocietas, vt lucrum quidem commune ſit, damni vero partem alter non ſentiat, ſi ſcilicet alterius induſtria tanti ſit, vt plus ſocietati conferat, quam pecunia, v. g. ſi ſolus nauiget, ſolus peregrinetur, pericula ſubeat ſolus, *l. 6. l. 29. pr. & §. 1. h. t.*

§. IIX. Quod ſi ita conuentum, vt *vnus damnum, alter ſolus lucrum ſentiret*, ſocietas non valet, ſed *leonina* dicitur in *d. l. 29. §. 2. h. t.* Sed quid ſi alter expreſſe dicat, ſe *animo donandi* alteri ſoli lucrum relinquere velle? nec ita valet, vt contractus ſocietatis, quia eſſentialia eius deficiunt, *l. 5. §. 2. h. t.* valebit tamen ſine dubio, vt pactum.

§. IX. Socius in rebus ad ſocietatem pertinentibus *culpam leuem in concreto* præſtat v. *tit. commodati* §. *XXIII.* & quidem in *ſingulis negotiis*, vnde ſi ſocius quædam negligenter in ſocietate egiſſet, in plerisque autem ſocietatem auxiſſet, non compenſatur compendium cum negligentia, *l. 25. & 26. h. t.* vnde hic ſecus eſt, ac in negotiorum geſtione, v. *tit. de neg. geſt. §. IV.*

§. X. Si alter ex ſociis *expenſas* fecit in vtilitatem ſocietatis, hæ ipſi ſunt refundendæ, v. g. ſi pro-

Digitized by Google

profectus eſt ad merces emendas, viatica & meritoriorum, & ſtabulorum, & iumentorum: & carulorum vecturas, vel ſui, vel ſarcinarum ſuarum gratia, vel mercium, recte imputabit, ſocietati, *l.* *52.* §. *15.* *h.* *t.* Sed quid, ſi in itinere *damnum fatale* accidit, v. g. ſi in latrones incidens ſocius ſuam pecuniam perdidit, &c. Reſpondetur, & hoc caſu damnum commune eſſe, ex natura ſocietatis, *l.* *52.* *ſſ.* *4.* *h.* *t.* quod ſecus in mandato, v. *tit.* *praec.* §. *IIX.* *in f.*

§. XI. Oritur ex hoc contractu actio *pro ſocio*, quae ſemper eſt directa, a quocunque ſociorum inſtituatur, & datur ſocio aduerſus ſocium, vt rationes geſtae adminiſtrationis reddat, lucrum perceptum communicet, damna data reſarciat, vel e contrario, vt alter expenſas in ſocietatem factas reſtituat. *Ipſa diuiſio* rerum ad ſocietatem ſpectantium actione *communi diuidundo* petitur, *l.* *1.* *ff.* *commun.* *diuid.*

§. XII. *Soluitur* ſocietas (1) *renunciatione*, *l.* *65.* §. *3.* *h.* *t.* v. *tit.* *comm.* *diuid.* §. *II.* haec tamen renunciatio non debet eſſe *doloſa* v. g. ſi quis ſocietati vniuerſali ideo renunciare velit, quia hereditas obuenit, haec enim nihilominus communicanda, alter vero ſocius ſtatim a tempore factae renunciationis liberatur, *d.* *l.* *65.* *ſſ.* *3.* *add.* *l.* *17.* §. *1.* *h.* *t.*

§. XIII. (2) *Morte*, *l.* *4.* §. *1.* *h.* etiam quoad reliquos, *l.* *65.* §. *9.* *h.* excepta ſocietate *vectigalium*, *l.* *59.* *pr.* *h.* alias vero non valet pactum, vt heres ſocii in ſocietate maneat, *l.* *59.* *pr.* *l.* *65.* §. *11.* *h.* *t.*

in-

Digitized by Google

inchoata tamen heres perficere debet, *l. 40. h.* & ſi ſocius, ignorans alterum ſocium mortuum eſſe, quædam adhuc expediuit, heredes ſocii ea præſtare tenentur; *l. 65. §. 10. h. t.*

§. XIV. Soluitur (3) *fine negotii*, *l. 65. §. 10. h.* (4) *amiſſione bonorum* v. g. ſi publicantur, *d. l. 65. §. 12. h.* aut a creditoribus venduntur, *d. l. 65. §. 1. v. l. 4. §. 1. l. 63. §. 10. h.* niſi ille, qui bona amiſit, bona non intulerit, ſed ſolum operas præſtiterit, quod non raro fieri ſolet, cum plerumque pauperior opera ſuppleat, quantum ei per comparationem patrimonii deeſt, *l. 5. §. 1. h. t.* Denique (5) ſocietas ad tempus contracta *lapſu illius temporis* etiam ſoluitur, *l. 65. §. 6. h. t.*

§. XV. Hactenus de ſociis *in relatione ad ſe inuicem* conſideratis. Quod vero iuris, ſi *ad alios extra ſocietatem* referantur? diſtingue. Si *omnes ſocii coniunctim* contraxerunt, ius pro rata ſibi adquirunt, & pro rata obligantur. Si *vnus ex ſociis* contraxit, reliquis nec ius adquirit, nec eos obligat, niſi (1) *eorum inſtitor fuerit*, v. *tit. de exerc. & inſtit. act.* aut (2) *in rem ſocietatis aliquid verſum*, v. *tit. de in rem verſo* & late Stryk. *caut. contr. ſect.* 2. *c.* 10. *ſſ.* 10. *ſqq.* Pertinet ad hanc materiam Hector Felicius *de ſocietate*, Blaſius Michalorius *de fratribus*, Petrus de Vbaldis *de duobus fratribus & aliis ſociis*, &c.



Digitized by Google

Lib. XVIII. Tit. I.

Cod. IV. 38. 40. 54.

# De contrahenda emtione & de pactis inter emtorem & venditorem compoſitis: & quæ res venire non poſſunt.

§. I. *Emtio venditio* eſt contractus conſenſualis de re pro certo pretio alteri tradenda, *pr. J. l. 2. §. 1. ff. h. t.* Ergo, quia conſenſualis, *ſcriptura* ad eius eſſentiam non requiritur, *d. l. 2. §. 1.* niſi expreſſe ita conuentum, *l. 17. C. de fid. inſtrum.* v. Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 8. §. 1. ſqq. & in additam. ad d. tract.*

§. II. *Nec arrha* validitati contractus aliquid addit, nec detrahit *l. 35. pr. h. t.* Vnde ſi contractus nondum perfectus eſt, ſed arrha *durantibus tractatibus*, ſiue præliminaribus, alteri data in ſignum venditionis *perficiendæ*, eo non obſtante pœnitentiæ locus eſt. Hoc interim ſtatutum iure ciuili, vt emtor pœnitens arrham datam amittat, venditor autem acceptam in duplo reſtituat, *pr. I. h. t.*

§. III. De *perſonis*, quæ emere & vendere poſſunt, generalia ex *tit. de pactis §. IV.* ſunt repetenda. Hic ſaltem ſpecialia tangemus. Sic *tutores* & *curatores* res pupillorum ſuorum emere non poſſunt, *l. 34. §. f. ff. h. t.* quia metuendum, ne ſibi potius, quam pupillis proſpiciant, add. *l. 46. h. t.* quod tamen limitant, niſi *palam & b. f.* emant,

emant, v. Brunnem. *ad d. l. 34. §. fin.* v. g. ſi magiſtratus, aut cognati ante celebratam emtionem in verum rei pretium inquirant. *Medicum* quoque ab ægroto emere non poſſe probant ex *l. 3. ff. de extr. cogn.* ſed ibi habetur caſus ſpecialis de medico, qui ægrotum ſub periculo amittendorum oculorum contra bonam fidem ad vendendas poſſeſſiones ſuas compulerat. Hoc vero de omnibus medicis præſumi non poterit.

§. IV. Ita quoque *nobiles* ſine dubio emere & vendere poſſunt. Diuerſa enim eſt quæſtio: *vtrum mercaturam exercere queant?* Hoc negatur in *l. 3. C. de commerc.* ibi tamen non ſolum de nobilibus, ſed aliis etiam *honorum luce conſpicuis & patrimonio ditioribus* ſermo eſt, addita non hac ratione, quod nobilitas propterea amittatur, ſed *vt inter plebeios & in negotiatores facilius ſit emendi vendendique negotium.* Ergo contra decorum ſaltem eſt, ſi eiusmodi homines mercaturam *viliorem & ſordidam* exercere velint, v. g. haleces, ſaponem, &c. vendendo, vt vero v. g. frumentum, lanam, &c. per auerſionem emant & vendant, nihil obſtat, quod & hodie eos facere videmus.

§. V. Emtio duo habet ſubſtantialia, *rem* & *pretium.* *Res* debet reuera exiſtere, prout venditur, vnde ſi ex poſtfacto adparet, eam tempore celebratæ venditionis *non amplius extitiſſe*, contractus nullus eſt: ſin vero *pars maior* adhuc exiſtit, valet venditio, pretio tamen ad æquitatem redacto, niſi *venditor ſciuerit*, partem iam periiſſe, quo caſu propter dolum emtio iterum nulla

Digitized by Google

nulla eſt & venditor ad intereſſe tenetur, *l. 57. pr. & §. 1. ff. h. t.*

§. VI. Quamuis vero res nondum extet, ſufficit tamen, eandem *exiſtere poſſe*. Sed hic iterum diſtingue inter *rem ſperatam* & *ſpem* emtam. *Res ſperata* dicitur, quæ *ex operatione naturæ* exiſtere ſolet, v. g. fructus & partus futuri, & hoc caſu emtio valida eſt, modo tamen *aliquid* naſcatur, *l. 8. pr. h. t. ibique Brunnem. n. 1.* *Spes* autem vocatur, quæ a *ſolo caſu & fortuna* dependet, v. g. captus piſcium, auium, vel miſſilium, &c. hic emtio ſubſiſtit, licet *nihil* captum, alea enim quaſi emitur, *d. l. 8. §. 1. h. t.* Si vero alias res, *de qua non cogitatum*, capta, v. g. tripus, &c. illa ad piſcatorem ſpectat.

§. VII. *Pretium*, quod pro re ſoluitur, debet eſſe (I) *iuſtum* & *verum*, vnde *vno nummo* venditio celebrari non poteſt, *arg. l. 46. ff. locati*, ſed tunc reuera adeſt donatio, *d. l. 46. l. 38. h. t.* & ſic v. g. inter virum & vxorem non valet, *d. l. 38. inf.* excepto caſu in Saxonia, quando vxor marito geradam vendit, Carpzov. *p. 2. c. 13. d. 11.* nec vltra 500. ſolidos, &c. v. *tit. de donat.* Dicitur autem *vnus nummus*, quando inter pretium & rem venditam ne minima quidem proportio eſt. Ceterum *iuſti* vocabulum hic aliquam latitudinem habet, vt ſcilicet tale adhuc dicatur, licet inæqualitas deprehendatur, modo quis vltra dimidium non ſit læſus, v. *tit. de reſcind. vendit.*

§. IIX. Debet (II) *certum* eſſe, vel ex conuentione partium, vel per relationem ad aliud, v. g. dabo, quan-

Digitized by Google

quanti tu emiſti, vel quantum pretii in arca habeo, *l.7.§.1.h.* Poteſt etiam determinatio pretii conferri in *arbitrium tertii certi*, *§.1.h.t.* non vero *ipſius emtoris*, v. g. quanti velis, vel æquum putaueris, habebis emtum, *l.35.§.1.h.t.* nec *tertii incerti*, *arg. l. 25. pr. ff. locati*, quamuis hodie, inter mercatores præſertim, non infrequens ſit conuentio, vt tantum ſoluatur, quanti rem duo prudentes mercatores æſtimauerint, qui poſtea a contrahentibus eliguntur, Stryk. *in not. ad Lauterb. h. t. p. 305. voc. de contraria conſuetudine.*

§. IX. Conſiſtit (III) pretium in *pecunia numerata* *§. 2. J. h. t.* licet ſit *deualuata*, modo non *plane reprobata*, tunc enim eſſet permutatio. Si *partim res*, *partim pecunia* ſoluta: contractus a priori denominatur, emtio, vel permutatio, *l. 6. C. de pact. in emt.* Si *æqualia* ſunt, cenſetur eſſe emtio, quippe quæ hodie frequentior. Carpzouius *p. 2. c. 32. d. 15. n. 7.* pro permutatione pronunciat, ſine dubio ex hac ratione, quia permutatio eſt contractus antiquior; at vero antiquitas hic nullum momentum adfert, quoniam antiqui mores poſt inuentum nummum iam dudum ſunt mutati.

§. X. An & quatenus *metus*, *dolus*, &c. emtionem vitient, ſupra *lib. IV. tit. II. ſeq.* dictum fuit. Hic itaque de *errore* ſolum nonnulla ſubiicienda. Hic ſi verſatur circa *ipſum contractum*, v. g. tu locationem intendis, ego emtionem: aut circa *rem vendendam*, aut circa *pretium*, emtio nulla eſt, *l. 9. pr. h. t.* niſi

X ven-

venditor minus pretium intelligat, v. g. florenos communes, emtor autem maius, v. g. miſnicos, tunc enim, quia emtor in maius conſenſit, minus etiam ſine dubio voluit. *Nominis* error nihil facit, *d. l. 9. §. 1.*

§. XI. Si in corpore quidem conuenimus, ſed error eſt circa *materiam*, vt puta, ſi res pro auro, vel plumbum pro argento veneat, emtio iterum nulla eſt, *d. l. 9. ſſ. 2, h.* ſi in *parte materiæ* erratum, emtio ſubſiſtit, ſi *pars minor* ſit, *l. 14. h. t.* idem, ſi circa *acceſſoria* erratum, *l. 45. pr. h. t.* quo caſu tamen actio quanti minoris competit, de qua infra ad *tit. de ædil. edict.* ſi in *maiori parte materiæ* erratum, emtio iterum nulla eſt, v. *l. 41. §. 1. h.* idem ſi error circa *ſexum* interuenit, *l. 11. §. 1. h. t.* ſecus, ſi ſolum circa *qualitatem virginalem*, *d. l. 11. §. 1.* niſi venditor in dolo ſit, *l. 11. §. 5. de act. emt.* ſed tamen & hic actio quanti minoris locum habebit.

§. XII. *Simulatio* etiam emtionem non minus, ac alios contractus vitiat. Ita ſæpe donatio celebratur & pretium dicis ſaltem gratia adiicitur, quo caſu plus valet, quod agitur, quam quod ſimulate concipitur, *t. C. t. plus val. quod agit. quam quod ſimul. concl. l. 9. & 10. C. h. t.*

§. XIII. Denique ſi *obſcuritas* aliqua, vel *ambiguitas*, in hoc aliisque contractibus occurrit, interpretatio non ſemper contra venditorem, nec ſemper etiam contra emtorem, ſed contra illum facienda, *qui clarius loqui potuit, l. 39. ff. de pact. & debuit. Debuit* autem ille, qui *ſingulare quid prætendit*

Digitized by Google

*dit*, id eſt, tale quid, quod a naturalibus contractus recedit. Ita contra emtorem ſit in dubio interpretatio, ſi pretium non vult ſtatim ſoluere: contra venditorem, ſi euictionis præſtationem detrectat, &c.

§. XIV. Hæc de ipſa emtione venditione. Solent vero eidem varia adiici *pacta*, quorum nonnulla hic ſubiiciemus. Tale eſt *pactum de retrouendendo*, quod eſt pactum, quod inter emtorem & venditorem conuenit, vt venditori pretium reſtituenti rem venditam iterum redimere liceat, *l. 2. C. de pact. int. emt.*

§. XV. Hoc diuerſo modo ſit, vel enim adiicitur *certum tempus*, *intra quod*, vel *poſt quod elapſum* retrouenditio fieri debeat; vel ita concipitur pactum, vt venditori redimere liceat, *quandocunque ipſi hoc placuerit.* Priori caſu, ſi tempus *intra quod* adiectum, res certa eſt & pactum eo tempore elapſo vires amplius non habet: ſi vero tempus ita adiectum, vt *poſt illud* demum, v. g. poſt decennium, conuentio effectum ſortiri debeat, intra 30. annos iuri exinde competenti præſcribitur, aſt vltimo caſu, ſi res *arbitrio* venditoris relicta, præſcriptio plane locum non habet, D. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 8. §. 57.* quæ iure Saxonico etiam in altero caſu ceſſat, ſi dictum, quod poſt certum tempus redemtio fieri debeat, *conſt. elect. 1. p. 2.*

§. XVI. Hoc pactum vocatur *conditio reſolutiua*, pariter ac illa, de quibus deinde & in titulis ſequentibus dicetur. Dominium itaque in em-



Digitized by Google

torem cum omnibus effectibus transfertur. Venditor reemturus idem pretium reſtituit, quod accepit, ſi nempe dictum ab initio, quod *eodem pretio* retrouenditio fieri debeat, Carpzov. *p. 2. c. 1. def. 22.* refuſis ſimul emtori reuendenti expenſis & meliorationibus, Id. *l. c. def. 27.* ſi vero *nihil dictum*, intelligitur de eo pretio, quod tempore retrouenditionis iuſtum erit, Tiraquell. *de retract. conuent.* §. *1. gl. 3.* Brunnem. *ad l. 2. C. de pact. int. emt. & vend. in f.* De reliquis quæſtionibus v. Carpzov. *d. p. 2. c. 1. a def. 1. vsque ad vlt.*

§. XVII. Pactum *protimiſeos* eſt, vbi conuenit inter partes, vt ſi emtor futuro tempore rem emtam *extraneo* vendere velit, venditor cuilibet præferri debeat, ſi tantum ſoluere paratus eſt, quantum alius obtulit, *l. 75. ff. h. t.* de quo ex inſtituto egit Tiraquel. *in tract. de retractu conuentionali.* Oritur hinc ſolum actio perſonalis, niſi quis in re vendita hypothecam ſibi conſtitui curauerit, aut emtor pactum protimiſeos ſciuerit & ſic fraudis particeps fuerit, Carpz. *p. 2. c. 32. d. 11. & 12.* Si vero ius protimiſeos *in teſtamento* alicui conſtitutum, actio realis exinde competit, Gail. *2. c. 16. n. 7.* quod generale eſt in omnibus iuribus per vltimam voluntatem conſtitutis, vt adeo fruſtra diſſentiat Carpz. *d. c. 32. def. 9.*

§. XIIX. Ab hoc iure protimiſeos ex pacto, vel teſtamento deſcendente, differt *ius protimiſeos*, ſiue *retractus legale*, quod ex legis diſpoſitione ſine accedente hominis facto alicui competit. Gaudet autem illo (1) *dominus directus* in rebus

bus *emphyteuticis*, de quo iam ſupra diximus ad *tit. ſi ager vectigalis, id eſt, emphyteut. petat. ʃʃ. VII.*

§. XIX. Competit illud (2) *creditoribus*. Secundum ius *commune* enim in licitatione *creditores extraneis* etiam cognatis debitoris, & inter ipſos creditores ille præfertur, cui *maior ſumma* debetur, *l. 16. ff. de reb. aut iud. poſſid.* Iure *Saxonico* autem iure protimiſeos gaudet *primus licitator* indiſtincte, Carpzov. *p. 1. c. 32. d. 42.*

§. XX. Competit (3) *conſanguineis* venditoris, etiam *liberis*, qui in patria poteſtate, aut heredes patris ſunt, modo priori caſu propria bona habeant, v. Berlich. *p. 2. concl. 39. n. 13. ſqq.* Struu. *Ipr. R. G. l. 3. tit. 11. §. 30.* Stryk. *de ſucceſſ. ab int. diſſ. 6. c. 2. §. 13. & 14.* & modo in Saxonia reſignatio iudicialis nondum facta, Carpz. *p. 2. c. 31. d. 13.* Fratres & collaterales in electoratu Saxoniæ hoc iure non gaudent, Id. *d. l. def. 11.*

§. XXI. *Bona*, quæ retrahuntur, debent eſſe *immobilia*, in Saxonia electorali quoque *auita*, quæ ſcil. non retrahentis, ſed venditoris auus adquiſiuit, Carpzou. *d. l. def. 14.* in aliis locis etiam *nouiter adquiſita* huc pertinent, ſi ſcilicet ſtatutum generaliter loquitur, vnde ad verba ſtatuti, conſuetudines & vſum receptum reſpiciendum, Stryk. *d. diſſ. 6. c. 1. ʃʃ. 23.* exemplum in *Thuringia*, Struu. *d. l. §. 34.* Sagittar. *antiqu. ducat. Thuring. l. 4. c. 7. §. 5.*

§. XXII. Ius retractus ſolum exercetur iis caſibus, vbi *retrahens easdem conditiones præſtare poteſt, quas tertius obtulit*, & ſic alienantis nihil intereſt,

 vtrum

Digitized by Google

vtrum retrahenti, an vero alteri res addicatur. Hoc accidit toties, quoties tertius *pecuniam* offert, hæc enim eſt res fungibilis & non recipit pretium adfectionis, v. g. in venditione, Carpz. *d. l. def.* 17. non ergo in donatione, permutatione, &c.

§. XXIII. Quoad *locationem* placet ſententia eiusdem Carpzovii, *d. l. def.* 8. iuri retractus locum non eſſe, quia locatio non eſt alienatio, nec res ex familia tranſit. Admittunt tamen conſanguineum, vt quaſi iure retractus in locatione vtatur, id eſt, ad prædia illa conducenda ſe ſimiliter offerat, modo cautionem de mercede adcurate ſoluenda præſtet, Berlich. *p.* 2. *concl.* 39. *n.* 70. & 71.

§. XXIV. In *transactione* iuri retractus locum non eſſe, plerique tradunt, Berlich. *l. c. num.* 65. Vera ratio hæc eſt, quoniam eas res retrahimus, de quibus certo conſtat, quod *ad alienantem pertinuerint*; aſt vero in transactione de hoc *certo non conſtabat.*

§. XXV. Hoc ius extraneo *cedi* nequit, quia intuitu certæ qualitatis datur, Berlich. *d. concl.* 39. *n.* 47. exercendum vero eſt intra *annum*, cui iuxta ſententiam magis communem, dies non ſuperadditur, Stryk. *de ſucc. ab inteſt. diſſ.* 6. *c.* 4. §. 46. ne quidem in Saxonia, Carpz. *p.* 2. *c.* 32. *d.* 4. Currit ille annus a die *notitiæ*, vnde abſenti & ignoranti non computatur, Carpz. *d. l. def.* 6.

§. XXVI. Scriptores huc pertinentes ſunt: Tiraquel. *de retractu lignagerio*, *i. e. lineari gentilitio*: Mat-

Digitized by Google

Matthæus de Afflictis, Baldus de Peruſio & Marcus Mantua *de iure protimiſeos:* Reinking. *de retractu gentilitio:* Sutorius *de iure retractus:* Zœſius *de retractu*, (qui tractatus commentario *ad ff. lib.* XIIX. *tit.* III. inſertus) Balth. Benedellus *de iure protimiſeos:* Ioh. Phil. Stoll *de iure retractus gentilitii*, &c.

§. XXVII. Illæ tres retractus ſpecies, quas in §. XIIX. XIX. & XX. retulimus, hodie in plerisque locis in vſu ſunt: dantur vero adhuc aliæ, vt ratione *vicinitatis* & *communionis*, vbi vicinus & ſocius extraneis præfertur, quæ tamen non vbique vigent, vnde ab adlegante ſemper probandæ, v. Struu. *Ipr. R. G. l. 3. tit. 11. a §. 24. vsque ad §. 40.* vbi tota materia retractus ſuccincte & adcurate proponitur, & §. 27. *ius congrui*, add. Carpz. *p. 2 c. 31. d. 3.*

§. XXIIX. Præter pacta ſuperius adducta §. *XIV. ſeqq.* hoc quoque notandum eſt, quod interdum *pœna conuentionalis* a contrahentibus adiici ſoleat, quam ſoluere tenetur, qui legibus contractus contrauenit, ea vero ſoluta ab obligatione liberatus eſt, vocatur *der Reukauff.* Pœna hic pro lubitu determinari poteſt, ſecus ac in contractu *mutui*, vbi illa quantitatem vſurarum excedere non debet, v. Beſold. *theſ. pract. continuat. voc. Reukauff.* & conf. §. *vlt. de* V. O. *l. 4. §. 1. l. 71. 115. 137. ff. eod.* Berlich. *p. 1. deciſ. 43. ad 47.* Ceterum ad materiam emtionis venditionis ſpectat Mæſtertius *in var. tract. tit. de emtione:* Thomas Maul *de emtione-venditione:* Rath *de contrahenda emtione:* Mudæus *de contrahenda emtione-venditione:* Franc. de Caldas *de emtione & venditione, &c.*



Digitized by Google

## LIB. XIX. TIT. II.

# De in diem addictione.

§. I. IN hoc & ſequenti titulo adhuc duo alia pacta proponuntur, quæ emtioni venditioni adiici ſolent. Primum eſt *addictio in diem*, quæ eſt pactum, concedens venditori facultatem, vt ſi alius forſan meliorem conditionem attulerit, ille huic rem venditam addicere queat, *l. 1. h. t.*

§. II. Concipitur autem hoc pactum duplici modo, vel ita: *vt perficiatur emtio, niſi melior conditio offeratur*, & hoc caſu, quoniam *conditio ſuſpenſiua* adeſt, dominium in emtorem non tranſit, licet res tradatur, ſed omnia in ſuſpenſo manent, *l. 2. pr. l. 4. pr. h.* vel ita: *vt meliore adlata conditione diſcedatur*, & tunc *conditio reſolutiua* vocatur, vbi interim dominium & per conſequens periculum tranſit, emtor fructus & acceſſiones lucratur, *l. 2. §. 1. l. 3. h. t.* oppignorat, *l. 4. §. 3. h.*

§. III. *Melior* autem *conditio* adferri dicitur, non ſolum ratione *quantitatis pretii*, ſed etſi nihil pretio addatur, ſolutio tamen offeratur *facilior*, vel *maturior*, vel *opportuniori loco*, vel quis emat *leuioribus conditionibus* v. g. quod non deſideret euictionis præſtationem, &c. *l. 4. §. 6. l. 5. h. t.* Non obſtat, quod forſan melior conditio adferatur a *pupillo* ſine tutoris autoritate, vel ab eo, qui

*non*

Digitized by Google

*non eſt ſoluendo, l. 14. §. 2. & 3. h.* ſufficit enim, modo venditor ſibi tali caſu ſatis cautum eſſe putet. Modo tamen omnia b. f. & absque ſimulatione fiant, *d. l. 14. pr. h. t.*

§. IV. Adlata meliore conditione venditor neceſſe habet, vt priorem emtorem certiorem faciat, quo, ſi quid alius adiicit, *ipſe quoque adiicere poſſit, l. 8. h. t.* competit enim ipſi ſpecies quædam iuris protimiſeos. *Si vero idem adiicere recuſat*, integer contractus reſoluitur cum pignore interim forſan conſtituto, *l. 4.* §. *3. h. t.* fructus reſtituuntur non ſecundo emtori, ſed venditori, *l. 6. pr. l. 16. h. t.* (quod poſterius etiam fieri debet, licet prior emtor adiiciendo id, quod tertius obtulerat, rem retinuerit; prior enim contractus plane extinguitur, *l. 6. §. 1. h. t.*) vnde DD. dicunt contractum reſolui *ex tunc*, non *ex nunc*, de quo v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. 1.*

§. V. E contrario autem, ſi ſecundo emtori res addicitur, venditor *pretium cum vſuris* & quæ prior emtor medio tempore *neceſſario* probauerit *erogata*, reſtituere tenetur, *l. 16. h. t.* Brunnem. *ad l. 6. h. t. n. 3.* omnia enim in priſtinum ſtatum reducuntur.

§. VI. Ex pacto addictionis in diem oritur *actio perſonalis*, vnde venditor contra tertium poſſeſſorem, in quem forſan emtor primus pendente conditione rem transtulit, experiri nequit, ſi ſcilicet paciſcentes *verbis obliquis* vſi, quæ *factum primi emtoris* in reſolutione contractus *requirunt*, v. g. vt res *reddatur*, *reſtituatur*, &c. Secus ergo eſt, ſi *verba directa* adſunt, *tale factum*



Digitized by Google

*non inuoluentia* v. g. res ſit *inemta*, contractus ſit *nullus*, liceat *vindicare*, &c. v. *l. 41. pr. ff. de rei vind.* Gothofr. *ad l. 2. ff. de leg. commiſſ.* Carpzou. *p. 2. c. 1. d. 17.*

§. VII. Communiter *certa dies* in hoc pacto exprimitur, interdum vero illud *ſine die* initur, quo caſu intra 30. annos recedi poſſe putant, ſi melior conditio aliquando adlata. *Tacite* addictio in diem non ineſt contractibus mere priuatis, bene tamen *ſubhaſtationibus publicis*, vbi primus emtor ſtatim liberatur, ſi ab alio ſuperatus fuerit, licet hic non reperiatur ſoluendo, v. Brunnem. *ad l. 11. & 14. ff. h. t.* Philipp. *de ſubhaſt. c. 3. comm. 16. n. 107.* diſſent. Damhoud. *de ſubhaſt. c. 4.* Schilter. *ex. 20. th. 50.* conf. hic Ioh. Helu. Schützius *de addictione in diem.*

## *Lib. XIIX. Tit. III.*

## De lege commiſſoria.

§. I. SEcundum pactum (v. *tit. praec.* §. 1.) *lex commiſſoria*, vi cuius conuenit inter partes, vt pretio ſua die non ſoluto res ſit inemta, *l. 2. h. t.* Inuoluit iterum conditionem reſolutiuam, vnde hic eadem repetenda, quae *tit. praec.* §§. *II. & IV.* item de verbis directis & obliquis §§. *VI.* adduximus.

§. II. Effectum ſortitur hoc pactum, ſi *non integrum pretium* intra *tempus praefinitum* & quidem *propter moram emtoris* fuerit ſolutum, vnde ſi ſoluere voluit emtor, ſed nemo adfuit, cui ſolutio fieri poteſt, mora ceſſat, *l. 4. §. 4. l. 8. h. t.*

§. III.

Digitized by Google

§. III. Reſoluta emtione emtor *arrham perdit*, *l. 6. pr. h. t.* propter moram, quod ſecus in addictione in diem. Si *aliquam partem pretii* iam ſoluit emtor, eam ſimiliter amittit, ſed tunc e conuerſo fructus lucratur, *l. 4. §. 1. h. t.* Interim tamen *mora commiſſa purgari poteſt*, vsque dum venditor ſe declarauit, quod iure ſuo vti velit. Licet enim nonnulli diſſentiant, quos adlegat Lauterb. *h. t.* adfirmatiua tamen placet, quia in emphyteuta idem iuris. v. *ſi ager vectigal. §. VI.* Hoc certum eſt, venditorem iuri ſuo renunciaſſe, ſi poſt elapſum tempus pretium petit, vel acceptat, *l. 6. §. 2. l. 7. h. t.*

§. IV. Lex commiſſoria etiam aliis contractibus, v. g. locationi, permutationi, &c. adiici poteſt, ſolo *pignore* excepto, de quo ſupra *tit. de pignor. act. §. IX.* De *lege commiſſoria* integrum tractatum edidit Gothofredus a Iena & Mæſtertius.

*LIB. XIIX. TIT. IV.*

Cod. IV. 39.

## De Hereditate vel actione vendita.

§. I. Hereditas vel eſt *futura*, hominis adhuc viui, de qua, an & quatenus valeat, infra in materia ſucceſſionis *tit. qui teſtam. fac. poſſ. §. II. ſqq.* dicendi locus erit; vel eſt iam *delata*, de qua ſub hoc titulo primo loco agitur.

§. II.

§. II. Vendi illa ſine dubio poteſt,& ſi venditur, deinde autem *præſtari nequit*, venditor ad reſtitutionem pretii accepti & intereſſe tenetur, *l. 7. 8. 9. h. t.* quod ſi venditor *certo non adſerit*, ſibi hereditatem eſſe delatam, ſed alter eam *tamquam ſpem* emit: venditor conueniri nequit quamuis hereditas præſtari non poſſit, *l. 11. h. t.*

§. III. Hereditas vendita computatur *a tempore mortis*, v. *l. 2. § 2. 3. & 4. ff. h. t.* cum iuribus actiuis & paſſiuis, vnde emtor venditori debita hereditaria ſoluere tenetur, *l. 2. ff. 18. h. t.* & ſub ea intelligitur, quod venditor *tempore venditionis* habuit, vnde ſi venditor non ſolum ipſe inſtitutus, ſed ſimul etiam filio teſtatoris impuberi ſubſtitutus, & ille impubes *deinde* ante pubertatem moritur, venditor emtori præſtare non tenetur, quod ex hac *ſubſtitutione* accepit, *l. 2. §. 2. h. t.* Eadem ratio eſt, ſi deinde ex *iure adcreſcendi* aliquid obuenit. Quamuis enim hereditatem vendiderit; iure adcreſcendi tamen nihilominus gaudet, quia pretium habet, quod in vniuerſalibus in locum rei ſuccedit, *l. 22. in f. ff. de hered. pet.*

§. IV. Fluit ex eodem principio, quamuis hoc ſubtile ſit, quod *venditor adhuc poſt venditam hereditatem* non ſolum hereditatis petitione *conueniri poſſit*, ſi tertius aliquis ſibi hereditatem adſerit, *l. 13. §. 8. ff. de hered. pet.* ſed etiam creditores hereditarii contra ipſum agant, ipſe autem deinde emtorem iterum ſuo ordine conuenire teneatur, *l. 2. C. h. t.* Exceptio eſt, ſi fiſcus vendidit, aut emtor ſit in mala fide, (id eſt, quoad hereditatis

pe-

Digitized by Google

petitionem, ſi *ſciens* alienam hereditatem emit,) aut venditor non eſt ſoluendo, *d. l. 13. §. 4. 8. & 9. ff. de her. pet. d. l. 2. C. h. t.*

§. V. *Altera* pars tituli de *actione vendita*, ſiue de *ceſſione actionum* agit. Circa *perſonas* contrahentes generalia ex *tit. de pactis* repetuntur. Specialia hic ſunt, quod non liceat vendere *potentiori* ſub iactura actionis, *l. 2. C. ne liceat potent.* nec *tutori* contra pupillum ſub eadem pœna, *nou 72. c. 5. §. 1.* nec vendere poteſt nomen *Iudæus chriſtiano contra chriſtianum* ſub eadem pœna, *ord. polit. de a. 1577. tit. 20. §. Es ſoll auch kein Chriſt. 4.* Exceptio hodie eſt, ſi iudæi in aliquo loco publica autoritate vel ad tempus, vel in perpetuum tolerantur, Stryk. *in not. ad Lauterb. h. t. verb. vetantur.*

§. VI. Cedi poſſunt omnes *actiones priuatæ*, *l. f. C. h. t.* ſiue clarius adhuc, *quæ ad heredes transeunt*; non ergo actio iniuriarum æſtimatoria, querela inofficioſi, &c. v. B. Stryk. *ad Lauterb. h. t. p. 327. ſq. & in diſp. de iur. & act. non. ceſſ.* quæ tractatui *de inueſt. act.* ſubnexa. Nec *ius retractus legale*, *v. tit. de contr. emt. §. XXV.* nam neque hoc ad heredes tranſit, niſi *heres habet eandem qualitatem*, qua gaudebat defunctus, illa vero qualitas in extraneo non deprehenditur.

§. VII. Cedens ceſſionario præſtat ſolum actiones *veras*, non autem *bonas*, *l. 4. ff. h. t.* niſi cedens ſit in dolo, id eſt, debitorem non ſoluendo eſſe, aut breui fore, ſciuerit, aut euictionem ita in ſpecie promiſerit, *er wolle es gewehren, als eine gute, richtige und exigibile poſt.* Verum & hoc caſu ſuffi-

ſufficit, modo debitor tempore ceſſionis in debito puro, aut alias tempore exiſtentis conditionis, vel aduenientis diei ſoluendo fuerit, imputet enim ſibi ceſſionarius, quod non ſtatim egerit, & caſus ſuperueniens hic, vti alias, ad emtorem ſpectat.

§. IIX. Debitor ceſſus ceſſionario *easdem exceptiones opponere poteſt*, quæ obſtabant cedenti, hic enim plus iuris transferre non potuit, quam ipſe habuit, v. *l. 2. pr. ff. h. t.* & hinc eſt, quod *debitoris ceſſi conſenſu opus non ſit*, ſed *eo inuito* ceſſio fieri queat *l. 3. C. h. t.* Ex quo porro fluit, quod ceſſionarius non poſſit vti proprio priuilegio, quod cedens non habuit, e. g. vidua habet forum priuilegiatum in *cauſis propriis*, v. *tit. de iudic. §. XXIIX.* non vero in illis, quæ ex iure ceſſo inſtituit, Lauterb. *h. t. p. 334.* diſſentit Brunnem. *de ceſſ. act. c. 4. n. 82.*

§. IX. Sed quæritur; *an debitor ceſſus poſt ceſſionem factam adhuc cedenti cum effectu liberationis ſoluere poſſit?* adfirmatur, modo debitor *nondum ſciat*, quod ceſſio facta fuerit, v. *l. 3. C. de nou.* Ergo non ex hac cauſa, quaſi venditor adhuc ſit dominus, hic enim, quod a debitore accepit, emtori reſtituere tenetur, *l. 23. §. 1. h. t.* ſed hæc eſt vera ratio, quoniam debitor ceſſus in ignorantia facti alieni conſtitutus fuit & ſic ipſi ignoſcitur, *l. fin. ff. de transact.*

§. X. Specialiter autem nunc notandum, quod venditio nominum quidem ſit permiſſa, ita tamen, ſi *iuſto pretio* fiat, alias enim peccatur contra *legem anaſtaſianam*, quæ vult, vt emtor

nihil

Digitized by Google

nihil amplius a debitore exigere poſſit, quam venditori reuera perſoluit, & reſiduum commodo debitoris cedit, ita tamen, vt modicum quid non adtendatur, propter moleſtias & expenſas in exactione pecuniæ, incommodum particularis ſolutionis & interuſurium medii temporis, *l. 22. C. mandati.*

§. XI. Promulgauit eam legem Anaſtaſius imperator in odium eorum, qui *alienis rebus fortunisque inhiant & redemtores litium* dicuntur in *d. l. 22.* ac quoniam ſubiungitur in *d. l.* quod eiusmodi redemtores diuerſis vexationibus debitores adficiant, cum ſi indubitatæ eſſent obligationes, ii magis, qui eas vendiderunt, iura ſua vindicare potuiſſent; hinc legis diſpoſitionem ad nomina *incerta* reſtringunt eumque caſum excipiunt, ſi debitum *ex confeſſione debitoris ſit certum*, v. Stryk. *caut. contr. ſect. 4. c. 2. §. 13.*

§. XII. Ipſa vero lex excipit caſus, ſi quis *non inhiat alienis rebus*, vt ſi inter *coheredes*, vel *collegatorios* ceſſio fit, conf. *tit. fam. erciſc. §. V.* vel ſi quis nomen emit *pro tuitione rei a ſe poſſeſſæ*, v. g. ſi quis tertius poſſeſſor actione hypothecaria conuenitur, & ille debitum, non vero integrum, ſed v. g. pro 1000. thal. 800. creditori perſoluit atque creditor ipſi iura ſua cedit, tunc enim ceſſionarius integram ſummam 1000. thal. exigere valet. Item, ſi creditor a debitore nomen in ſolutum accipit. *l. 22. C. mandat. Pro parte* nomen *donari* nequit, quia alias legi ſemper fraus fieret, *d. l. 22. integrum* vero donare non eſt prohibitum, *l. 23. C. eod.*

§. XIII.

Digitized by Google

§.XIII. Ceterum ceſſio *facti* eſt & ſic ab allegante probari debet, quod practici *legitimationem ad cauſam* vocant. Clauſula: *Allen getreuen Brieffs-einhabern*, plenam probationem non efficit, quia ſemper incertum eſt, an agens ex tali inſtrumento ſit iuſtus poſſeſſor, Coler. *de proc. exec. p. 2. c. 2. n. 87. ſeqq.* Si tamen eſt vir integræ fidei, ad cautionem rati admitti ſolet, v. *tit. de procur.* §. *XV. & XVI.* Ad hanc materiam de venditione nominum pertinent Lentz *de ceſſione nominum:* Brunnem. *de ceſſione actionum & verſuris:* Sande *de ceſſione actionum:* Alfonſus de olea *de ceſſione iurium & actionum, &c.*

*Lib. XVIII. Tit. V.*
Cod. IV. 44.

# De reſcindenda venditione, & quando licet ab emtione diſcedere.

§.I. DIximus ad *tit. de contrah. emt.* §. *VII.* quod pretium emtionis pro iuſto reputetur, licet non exacta inter illud & rem venditam deprehendatur proportio, modo quis non ſit *læſus enormiter*, ſiue *vltra dimidium.* De hac itaque læſione ſub præſenti titulo agitur.

§. II. Dicitur autem læſus enormiter vel *venditor*, ſi *nec dimidia pars veri pretii* ipſi ſoluta, *l. 2. & 8. C. h. t.* vel *emtor*, ſi res illi tradita *nec dimidiam partem pretii ſoluti* adtingit. *Enormiſſima læſio* adeſt, ſi quis *nec tertiam*, aut *quartam partem* veræ æſti-

Digitized by Google

æſtimationis habet. In determinanda autem eiusmodi læſione ad *locum* & *tempus venditionis* reſpiciendum, *d. l. 8. C. h.* & *pretium vulgare* (non adfectionis,) adtendendum, v. Carpzov. *p. 2. c. 34. d. 6.* Probatio quidem eſt difficilis, quia pretia rerum variant, interim tamen ea melius per teſtes, præſertim peritos rerum æſtimatores, quam per inſtrumenta ſuper prioribus venditionibus confecta fieri poteſt, v. Faber *in eod. l. 4. tit. 30. def. 19. & 20.*

§. III. Supponendum vero eſt, talem rem adeſſe, quæ pretium *arbitrarium* habet. Si ergo magiſtratus certum pretium conſtituit, quod *legale* vocant, contractus ob qualemcunque læſionem reſcindi poterit, v. *vſ. pract. diſt. iurid. tit. de contrah. emt. diſt. VII.*

§. IV. Si itaque *venditor* ſe læſum eſſe putat, datur ipſi querela ex *l. 2. C. de reſc. vend.* aduerſus emtorem, ad id, vt vel emtor ſuppleat, quod iuſto pretio deeſt, vel ſi hoc facere recuſet, ipſam rem emtam reſtituat, *d. l. 2.* ſine fructibus tamen, quia contractus *ex nunc* reſoluitur. Querela hæc in eadem æquitate ſe fundat, ex qua multæ aliæ condictiones oriuntur, ſcilicet, ne emtor locupletior fiat cum venditoris damno. Ergo ſi res emta *apud emtorem periit*, ſine ipſius dolo, aut culpa, ille conueniri amplius nequit, quia non eſt locupletior, v. Schilter. *ad ff. ex. 30.* §. *100.* Neque natura obligationis alternatiuæ; quam obiicit Lauterbach *h. t.* obſtat. Emtor enim hic obligatus eſt *ex lege immediate*; non autem



Digitized by Google

ex *conuentione*, de qua poſteriori ſpecie obligationis loquitur *l.2.§.3 ff.de eo,quod cert.loc.* quod nempe, licet vna res perierit, altera tamen adhuc præſtari debeat.

§. V. *Si emtor* de læſione conqueritur, agit ille contra venditorem etiam alternatiue, vt vel ſuperfluum iuſti pretii reſtituat ſine vſuris, vel, ſi hoc facere nolit, rem venditam recipiat & integrum pretium reddat. Hic ſuperfluum iuſti pretii eſt reſtituendum, licet venditor eligat receptionem rei venditæ & illa apud emtorem culpa, vel caſu perierit. Venditor enim nihilominus locupletior manet.

§. VI. Querela hæc ex identitate rationis præter emtionem venditionem *in omnibus contractibus* locum habet, in quibus *mutuæ & æquales præſtationes* requiruntur, v. g. in permutatione, locatione, &c. *Ceſſat* autem, ſi quis *ſciens* minoris vendiderit, aut *intra 30. annos* non egerit vel talis contractus celebratus fuerit vbi *alea ſubeſt*, v. g. in ſponſionibus, hereditate emta, iactu retis emto, *v. l. 10. & 11. ff. de hered. vel act. vend.* Conf. de tota hac materia fuſe Richter *p. 2. deciſ. 99. per tot.* & Pinellus *in trans. ad l. 2. C. h. t.*

§. VII. Hæc ita iure *codicis.* In *ff.* ſub hoc titulo ſaltem habetur, quod emtio *mutuo conſenſu* diſſolui queat, *l. 3. & 5. h. t.* quo etiam pertinet pactum initio adiectum, vt res reddatur, *ſi intra certum tempus diſplicuerit*, *l. 6. h. t.* quod ſi *certa dies non determinata*, emtor *intra 60. dies vtiles* ſeſe declarare tenetur, *l. 31. §. 22. ff. de Ædil. edict.*

*Lib.*

Digitized by Google

## *LIB. XIIX. TIT. VI.*

Cod. IV. 48.

# De periculo & commodo rei venditæ.

§. I. QVamprimum contractus emtionis venditionis ex *declaratione conſenſus* vtriusque contrahentium *perfectionem* ſuam nactus eſt, (licet *conſummatio* per traditionem adhuc deficiat,) *periculum ad emtorem* ſpectat, §. *3. J. de emt. vend. l. 8. pr. h. t.* quod in *Saxonia* tamen tunc demum obtinet, ſi reſignatio iudicialis intuitu immobilium venditorum acceſſit, v. carpzov. *p. 2. c. 39. d. 35.*

§. II. E contrario autem, ſicut emtoris eſt periculum: ita quoque *commodum* ad ipſum ſtatim ſpectat, *d.* §. *3. J. de emt.* etiam *theſaurus* ante traditionem in re vendita repertus, v. *l. 1. C. h. t. ibi: omne commodum.* Neque enim obſtat, quod in *d.* §. *3.* venditor quoque ante traditionem adhuc dominus dicatur; quoniam hoc in illo ipſo textu ſtatim ita explicatur, vt ſaltem ad eum caſum pertineat, *ſi res vendita forſan ante traditionem ad tertium poſſeſſorem perueniat*, vt nempe *tunc venditor eandem vindicare queat*, emtor enim ante traditionem actionem realem nondum inſtituere poteſt.

§. III. Dicta de incommodo & commodo pertinent iuxta §. *I.* ad eum caſum, ſi emtio eſt *perfecta.* Si ergo *nondum perfecta eſt*, omnia ad venditorem ſpectant. Dicitur autem *imperfecta* va-



Digitized by Google

riis caſibus. (1) Si contrahentes *ſcripturam*, tamquam eſſentiale quid, accedere debere voluerunt iuxta *l. 17. C. de fid. inſtrum.* ea autem *nondum acceſſit l. 4. C. h. t.*. (2) Si emtio *ſub conditione ſuspenſiua* celebrata, (de *reſolutiua v. tit. de in diem addict. §. 11. in f.*) & pendente conditione *tota res* interiit, *l. 5. C. h. t.* v. g. integra domus, licet area ſuperſit, *arg. l. 57. pr. ff. de contr. emt.* Carpzov. *p. 2. c. 26. d. 21. in præiud. ſubnex.* tunc enim retrotractio conditionis fieri nequit, quia res plane non adeſt; ſecus itaque eſt, ſi tantum pars periit, maior, vel minor, *l. 8. pr. in f. ff. h. t.*

§. IV. Imperfecta (3) dicitur emtio, ſi *genus* venditum, & ſpecies aliqua non ſignata, *l. 14. §. 1. h. t.* idem obtinet in duabus rebus *alternatiue* venditis, vbi ſi vna perit, periculum ante traditionem ad venditorem pertinet, *l. 34. §. 6. ff. de contr. emt.* De *quantitate* vendita diſtincte agendum.

§. V. Scilicet (4) ſi quantitas *reſtrictiue* emitur, ita, vt pretium *in ſingulas menſuras* promittatur, emtio ante traditionem iterum eſt imperfecta & periculum ad venditorem ſpectat, *l. 2. C. h. t.* quemadmodum enim genus non perit, ita nec quantitas. Modo tamen emtor in mora non fuerit, quo minus admenſuratio fieret, *l. 17. h. t.* quo caſu moræ etiam venditor rem admenſurandam, v. g. vinum, in alia vaſa minus commoda effundere poteſt præuia denunciatione, *l. 1. ff. 3. h. t.* Periculum quoque emtoris eſt, ſi rem *ſine admenſuratione traditam* acceperit, vti colligunt ex *l. 2. C. h. t.*

Digitized by Google

*h. t.* Ceterum hoc per ſe patet, quod ſi facta admenſuratione maior, vel minor quantitas reperiatur, quam venditor prædixerat, pretium iuxta illius proportionem ſit augendum, vel minuendum, v. *l. 40.* §. 2. *ff. de contr. emt.*

§. VI. Si quantitas *demonſtratiue* ſolum adiicitur, id eſt, quando v.g. integer aceruus frumenti vno pretio emitur, nec illud pretium in ſingulas menſuras conſtituitur, ſed menſuræ obiter ſaltem mentio ſit, quod dicunt *ad corpus*, vel *per auerſionem* emere, *l. 4. §. 1. & 2. ff. h. t.* tunc res vendita vt ſpecies conſideratur & periculum ad emtorem pertinet, pretium vero nec augetur, nec minuitur, licet plus, aut minus deinde reperiatur, quam contrahentes initio putauerant, *l. 35.* §. *5. de contr. emt.*

§. VII. Denique quantitas interdum, vt DD. loquuntur, *modificatiue* adiicitur, quando integrum quidem corpus emitur, vt in auerſione, §. V. addito tamen *modo*, vt certam quantitatem venditor omnino præſtare debeat, v. g. *er kauffe ihm den gantzen hauffen getreyde ab*, *iedoch dergeſtalt*, *daß ihm der verkauffer* 100. *ſcheffel ohnfelbar gewehre.* Hic ratione periculi idem obtinet, ac in auerſione §. V. quod ſi vero deinde additus modus non impleatur, id eſt, tot modii non præſtentur, pretium minuitur, ſi vero plures modii deprehendantur, illud non augetur, quoniam modus in ſolus emtoris fauorem adiectus, v. *l. 13. §. 14. l. 38. pr. ff. de act. emt.* Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 8. §. 30. 31. 32.* Vſ. pract. diſt. *de contr. emt. diſt. IV.*



Digitized by Google

§. IIX. Emtio (5) imperfecta eſt, ſi res vendita, cuius bonitas ex *guſtu* dependet, v. g. vinum &c. vnde quamdiu illud non eſt deguſtarum, periculum ad venditorem ſpectat, *l. 1. pr. ff. h. t.* niſi certa dies deguſtationi præfinita, & emtor in mora deguſtandi fuerit, *l. 4. §. 1. h. t.* Facta deguſtatione periculum *qualitatis*, v. g. acoris & mucoris, ad emtorem quidem pertinet, *d. l. 4. §. 1.* non tamen *ipſius rei*, niſi admenſuratio facta, ſi nempe pretium in ſingulas amphoras conſtitutum, v. *ſupra §. V.* Sed quid, *ſi dolium ſignatum fuerit?* Vinum eo ipſo traditum non cenſetur, quia ſignatio ſaltem in eum finem facta, ne vinum ſubmutetur, *l. 1. §. 2. h. t.* (aliud in *ſpeciebus* ſignatis, §. *IV. h. t.*)

*Lib XIIX. Tit. VII.*

# De ſeruis exportandis, vel ſi ita mancipium venierit, vt manumittatur, vel contra.

§. I. QVemadmodum alias in venditionibus, ita quoque in venditione ſeruorum varia pacta olim adiiciebantur, v. g. *vt ſeruus ab eo loco exportetur*, *l. 1. & 2. h. t.* vt *manumittatur*, *l. 3. h. t.* quæ implenda erant. Excipe, ſi pactum *ex animo ſæuientis* oriebatur, v. g. vt emtor ſeruum crudeliter haberet, quod non implendum, interim tamen quanti minoris agi poterat, v. *l. 6. §. 1. inf. h. t.*



Digitized by Google

*Lib. XIX. Tit. I.*

Cod. IV. 49.

# De actionibus emti & venditi.

§. I. EX contractu emtionis-venditionis ſupra expoſito duæ oriuntur actiones directæ, ſiue æque principales, quæ a perſona actionem inſtituente denominantur, altera *emti*, altera *venditi*, §. *I. J. de emt.*

§. II. *Actio emti* datur emtori aduerſus venditorem, ad rem venditam tradendam cum omnibus acceſſionibus. Hæc tunc demum cum effectu inſtitui poteſt, *quando emtor prius a ſua parte contractum impleuit* per ſolutionem integri pretii, *l. 11. §. 2. l. 13. §. 8. h. t.* alias enim venditor exceptionem *implementi non ſecuti* opponit. Exceptio eſt, ſi vel alio modo ſatisfactum, vel venditor fidem de pretio habuerit, quod tamen in dubio non præſumitur, ne quidem ex ipſa traditione, quippe cui tacita ineſt conditio, ſi pretium fuerit ſolutum, §. *41. J. de R. D. l. 19. ff. de contr. emt.* imo licet fides habita, emtori tamen hoc non prodeſt, ſi venditorem doloſe induxit, i. e. vbi emebat & tamen ſciebat, ſe non amplius ſoluendo eſſe, v. Gail. *2. obſ. 15. n. 6.*

§. III. Res tradi debet *præciſe*, id eſt, venditor non liberatur, licet loco rei intereſſe præſtare velit, non enim adeſt nudum factum, §. *2. J. de denat.*

*l. 6. C. de reſc. vend.* Tradenda vero res ita, vt *poſſeſſio ſit vacua*, id eſt, vt nemo rei incumbat ex titulo dominii, pignoris, vel alio, *l. 2. §. 1. l. 3. pr. h. t.*

§. IV. Porro res tradita debet eſſe *ſana*, de quo infra ad *tit. de ædil. edict.* agetur. Item *libera* ab oneribus *priuatis*, v. g. ſeruitutibus, *l. 1. §. 1. h. t.* vel *publicis extraordinariis*, v. *l. 41. h.* (qualis fundus *optimus maximus* dicitur, *l. 59. ff. de contrah. emt.*) alias *quanti minoris* agitur, *l. 15. §. 2. ff. de euict.* niſi ipſe venditor hæc onera *ignorauerit*, v. g. ſi breui tempore rem ſaltem habuerit, & proteſtatus ſit, ſe nolle teneri de onere inoptinato, *l. 1. §. 1. h.* ſi vero onera *ſciuit*, proteſtatio propter dolum non liberat, ſed ad intereſſe tenetur, *d. ll.*

§. V. *Noua onera* poſt contractum impoſita ſine dubio emtorem ſequuntur, *arg. l. 11. pr. ff. de euict.* Sed quæritur: *an venditor per pactum valide in ſe recipere queat, quod tributa futura adhuc præſtare velit*, licet fundum non amplius poſſideat? Quin *intuitu contrahentium* ſubſiſtat tale pactum, ratio dubitandi vix adeſt, quam ſententiam quoque DD. plurimi ſequuntur, v. Stryk. ad *Lauterb. h. t. p. 359. voc. ſubſiſtit.* Brunnem. *ad l. 42. ff. de pact. n. 2.* nec hac parte diſſentit Schilter *ad ff. ex. 30. §. 131. & ibi not.* Equidem *l. 1. C. ſine cenſu, vel reliqu. fund. comp. non poſſe* in verbis: *ſed & ſi fundus* &c. (antecedentia enim de caſu venditionis non agunt & proinde huc non pertinent,) valde obſtare videtur; verum ex ea nihil certi deſumi poteſt, quoniam iisdem fere

ver-

Digitized by Google

verbis adhuc ſemel in codice reperitur, ſcil. in *l. 11. C. de pact.* vbi particula *non* eſt omiſſa, vnde plerique DD. cenſent, eandem particulum ex *d. l. 1.* eſſe expungendam, v. Gothofred. *ad eand.* & Brunnem. *in comm. eod. d. l. in f.* Quod interim tale pactum *in præiudicium fiſci* non valet, facile largimur.

§. VI. Tradi debent cum re principali omnes quoque *acceſſiones* & *pertinentiæ*, v. g. fructus naturales omnes, *l. 13. §. 10. ff. h. t.* ciuiles ex prædio vrbano pro rata, conf. dicta ad *tit. de vſufr. §. IIX. Pertinentiæ* autem dicuntur, quæ tempore contractus adfuerunt & ad perpetuum rei venditæ vſum ſunt *deſtinatæ* & eidem rei *adplicatæ*, v. *tit. de R. D. §. XI. l. 17. §. 7. 10. l. 18. §. 1. h. t.* huc etiam pertinent piſces in viuario ad multiplicandum & fructum fundo ferendum deſtinati, Gothofr. *ad l. 15. h.* Schilter *ex. 30. §. 129.* Noſtrates ita efferunt: *was erd-wand-band-nied- und nagelveſt iſt*, iu legibus dicuntur *fixa vincta* iisque pponuntur *ruta cæſa. l. 17. §. 6. l. 38. §. 2. h. t.*

§. VII. Si eadem res *duobus vendita*, prior emtor regulariter præfertur, ſi tamen poſteriori iam tradita, contra hunc prior non datur actio, *l. 15. C. de rei vend.* niſi poſterior ille in m. f. fuerit, id eſt ſciuerit, rem alteri iam eſſe venditam, Brunnem. *ad l. 9. ff. de public. n. 6.* interim venditor ad intereſſe ſemper conueniri poteſt, v. *tit. de public. in rem act. §. III. l. 4. C. h. t.*

§. IIX. Venditor in re vendita culpam *leuem* præſtat, *l. 35. §. 4. ff. de contr. emt.* poſt moram emtoris

toris ſolum culpam latam, & ſi vterque eſt in mora, primo emtor, deinde venditor, poſterior mora nocet, *l. 17. ff. de peric. & comm. rei vend.* Speciale quid eſt, quod in rebus *admenſurandis* & quidem illis, quæ *ad guſtum* venduntur, leuiſſima culpa ſit præſtanda, *l. 3. eod.* quamuis exiſtimem, hanc culpam *pro negotii qualitate* in ſe reuera etiam ſolum leuem eſſe, & dici leuiſſimam *comparatiue*, quia negotium venditionis vini ſemper maiorem diligentiam requirit, quam cuſtodia rerum, circa quas cuſtodiendas omnes patresfamilias verſantur.

§. IX. *Actio venditi* datur venditori aduerſus emtorem ad pretium ſoluendum, & poſt moram quidem cum vſuris, *l. 13. C. h. t.* id eſt, ſtatim poſt factam traditionem, *l. 13. §. 20. ff. h. t.* venditor enim hac actione agens a ſua parte prius debet implere contractum, alias eadem exceptio locum habet, de qua in § *II. h. t.* Si venditor *fidem habuit de pretio*, ita, vt illud diuerſis vicibus, *termins-weiſe*, ſolui debeat, nullæ vſuræ debentur, ſi nullæ promiſſæ ſunt; aſt ſi fidem non habuit, ſed emtor pretium *ex iuſta cauſa*, v. g. propter imminentem euictionem *retinuit*, quod facere poteſt, *l. 18. §. 1. ff. de peric. & comm.* quæritur: an & hoc caſu ad vſuras emtor teneatur? adfirmant communiter ex ratione *l. 13. §. 20. ff. h. t.* quia alias emtor fructus percipiendo & pretium retinendo duplici commodo frueretur, v. Meu. *6. dec. 33.* ergo, ſi emtor vſuras ſoluere non vult, pretium vel in iudicio deponere, vel petere debet, vt in ſuis ædibus illud a iudice obſignetur, hoc enim facto, vtilitatem ex pretio non habet.

§. X.

Digitized by Google

§. X. Actione venditi conſequitur etiam venditor *expenſas* neceſſarias & vtiles in rem venditam poſt contractum factas, & ſi quid alias per pacta promiſſum, *l. 13. §. 22. ſeqq. h. t.* Puto tamen, ſi venditori poſt contractum vſus rei venditæ adhuc ad tempus aliquod gratis conceſſus fuit, quod tali caſu modicas expenſas de ſuo facere obſtrictus ſit, v. *tit. de vſufr. ſſ. X. tit. commodat. §. IX.*

*LIB. XIX. TIT. II.*

Cod. IV. 65.

## Locati conducti.

§. I. L*Ocatio - conductio* eſt contractus conſenſualis de vſu rei, vel opera, pro certa mercede præſtanda, *pr. J. h. t.* Eſt ergo vel *rerum*, vel *operarum*, v. *l. 22. ſſ. 2. ff. h. t.* Qui mercedem *ſoluit*, generaliter dicitur conductor, ſpecialiter autem in vſu prædiorum vrbanorum conducto, *inquilinus*: in ruſticorum, *colonus*: qui mercedem *accipit*, locator audit. *Admodiator* dicitur gallica voce, quando *reditus certi alicuius diſtrictus* pro certa mercede alicui conceduntur, v. Beſold. *theſ. pract. voc. Ammodiren.* Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 9. n. 32.*

§. II. Ad locandum regulariter nemo *inuitus* cogitur. Inepta ſunt, quæ habet Petrus Rebuffus *de priuil. ſtudioſ. priuil. VII.* quod ſtudioſi dominos ædium inuitos ad locandam habitationem, & ſi recedunt ex Academia, ad locandum equum cogere queant, prout oſtendimus *in obſeru. ad d. l.*

*§. II. III.* ſſ. III.

Digitized by Google

§. III. E contrario etiam *locandi facultas nemini* regulariter *reſtringi poteſt*. Hic tamen priuilegium exercent *eruditi*, qui impedire poſſunt vicinos, ne ædes ſuas locent, vel etiam vendant eiusmodi opificibus, qui opificium ſuum nonniſi cum *ſtrepitu*, aut *fætore* exercere poſſunt, Finckelt. *obſ. 64.* v. Fabri *Staats-Cantzley part. 2. c. 6. n. 11, ſqq.* quod procedit, ſi eruditi præuenerunt opifices, id eſt, prius ibi habitarunt, vel etiam eodem tempore cum opificibus in emendis, vel conducendis ædibus concurrunt, Id. *d. l. n. 16. & 22.* male vero noſtro iudicio, hoc ad ſtudioſos extendit id *n. 19.* quia hi habitationem ſæpe mutare ſolent, niſi in *collegio quodam publico* illi habitent, Id. *n. 18.*

§. IV. *Conſenſus* in hoc contractu regulariter eſt *expreſſus*, quandoque etiam *tacitus*, ſi rei, vel operæ, pro certa mercede locari ſolitæ, vſus conceditur, quod procedit in iis locis, vbi certa merces opificibus autoritate publica conſtituta. In *relocatione*, id eſt, ſi quis poſt finitum tempus primæ locationis rei vlterius locatore patiente inſiſtit, hoc ſæpius accidit. Hoc caſu in prædiis *ruſticis* relocatio ad annum facta cenſetur, *l. 13. §. f. h. t.* niſi intra annum fructus plene non percipiantur, quia forte agri inæqaliter diuiſi, quod ſæpius fit, tunc enim triennium concedendum reconductori, v. Brunnem. *ad l. 13. h. t. num. 16.*

§. V. Quod relocationem *prædiorum vrbanorum* attinet, ea in *d. l. 13. §. f.* fieri dicitur, *prout quisque habitauerit*, niſi *in ſcriptis certum tempus comprehenſum eſt*, quo caſu ad idem tempus relocatio

facta

facta eſſe cenſetur. Exceptio etiam eſt, ſi ex prædiis vrbanis *fructus quotidie æqualiter non percipiantur*, v. g. ſi in vnum ſemeſtre nundinæ ſolemnes incidant, quo caſu relocatio ad annum durat, Brunnem. *l. cit. n. 18.* item, *ſi mores aliud ferunt*, v. g. in academiis, vbi certis temporibus, v. g. regulariter ſingulis ſemeſtribus habitationes mutari ſolent.

§. VI. Relocatio *iisdem conditionibus* facta eſſe cenſetur, quæ primæ locationi adiectæ erant. Sed hoc procedit ſaltem in illis, quæ *conſenſu ſolius debitoris* dependent, v. g. in pignoribus a conductore datis; aliud ergo in iis, vbi *conſenſus tertii* requiritur, v. g. in fideiuſſione aus pignoribus a tertio datis, hic enim conſenſus illius tertii de nouo interponendus eſt, *l. 13. §. f. h. t.*

§. VII. Conſenſus contrahentium interponitur ſuper *vſu rei*, vel *opera*, & ſuper *mercedes*. *Res*, cuius vſus conceditur, debet eſſe *non fungibilis*, in quo a *mutuo* differt locatio. Vtrum propria ſit, vel *aliena*, nihil refert, *l. 7. l. 9. §. 6. l. 10. h. t.* ſcilicet intuitu contrahentium, vero domino non conſentienti tamen eo ipſo non præiudicatur, v. *tit. commodat. §. V.* ſi quis rem conductam alteri *ad idem tempus* iterum locat, vocatur *ſublocatio*.

§. IIX. Locata re principali *acceſſoria* etiam locata cenſentur, v. g. iurisdio, ius patronatus, &c. *c. 7. X. de iur. patron.* Finckelth. *obſ. 3.* a quo ſine fundamento diſſentit Berlich. *p. 2. dec. 166.* ius braxandi, Schilt. *ex. 31. §. 22.* niſi alicuius locatio lege prouinciali prohibeatur, quemadmodum legi-

legibus imperii publicis locatio *iuris monetandi* interdicta, *Rec. imp. d. anno 1570. §. Alsdann auch.* 132. quamuis moribus ſecus.

§. IX. *Solum* vero *ius patronatus* absque prædio locari non poſſe exiſtimo, quia ſimoniam inuolueret. Sic quoque *reditus ſpirituales* intra eccleſiam obuenientes locari nequeunt, v. g. reditus ex *nummis confeſſionariis, wann der Pfarr den Beichtſtuhl verpachtet*, v. Brunnem. *iur. eccleſ. l. 2. c. 15. §. 8.*

§. X. *Operæ*, quæ locantur, debent eſſe *locari ſolitæ*, id eſt, ex *artibus illiberalibus* proficiſcentes, alias enim negotium in contractum innominatum, *facio, vt des*, degenerat, v. *l. 5. §. 2. ff. de præſc. verb.* Deinde debent præſtari *circa rem alienam*, ſi enim cum aurifice paciſcar, vt ex *ſuo auro* certi ponderis certæque formæ annulos mihi faciat, emtio & venditio contrahitur, *§. 4. J. de locat.* Qui operas per auerſionem locat ad opus aliquod perficiendum, *redemtor* dicitur.

§. XI. *Merces* eadem requiſita habet, quæ ſub *tit. de contrah. emt. §. VII. ſqq.* intuitu *pretii* recenſuimus, v. *ſ. 1. I. h. t. l. 20. §. 1. l. 46. ff. h. t.* In locatione operarum illa præciſe *in pecunia numerata* conſiſtere debet, alias enim eſt contractus *facio, vt des, vel facio, vt facias, §. 2. I. h. l. 5. §. 2. ff. de præſcr. verb.* ſed in locatione *rerum* admittuntur etiam *res fungibiles aliæ*, v. g. frumentum, oleum &c. modo *ex ipſa re locata proueniant*, v. *l. 21. C. h. t.* & *earum quantitas certo determinetur.* Si quis vero alterius agrum colit & pro operis præſtitis damnum



Digitized by Google

mnum & lucrum cum domino fundi partitur, locatio plane non adeſt, ſed *ſocietas*, & operas præſtans *colonus partiarius* vocatur, *l. 25. §. 6. h. t.* v. *tit. pro ſoc. §. XIV.*

§. XII. Merces illa in locatione operarum integra peti poteſt, *ſi per locatorem non ſtet, quo minus operæ præſtentur*, aut ſi interim *alteri operas ſuas eadem mercede locare non potuit*, v. g. ſi famulus conductus a domino ſine iuſta cauſa expulſus, *v. l. 19. §. 9. l. 38. pr. h. t.* E contrario. *ſi locator impeditur*, v. g. ſi famulus, vel artifex ægrotat, &c. mercedem petere nequit, imo nec alimenta, v. *l. 15. §. 6. h. t.* multo minus ergo quid conſequetur, ſi absque iuſta cauſa aufugiat, nam & tunc de mercede ratione præteriti, temporis dominus intereſſe deducit, v. g. ſi breui ante meſſem aufugiat, & dominus alios operarios cum damno ſuo conducere obſtringatur.

§. XIII. In locatione rerum a ſolutione mercedis liberatur conductor vel in totum, vel ex parte, *ſi damnum in fructibus acciderit* atq; illud ſit, (α) *inconſuetum*, (β) *extrinſecus ſuperueniens* & non ex vitio ipſius fundi, v. g. ſaxoſi, &c. qui enim talem conducit, ille ſibi imputet, *l. 15. §. 2. h. t.* (γ) fructus *nondum ſint percepti*. Sed quando dicuntur *percepti?* alii *ſolam ſeparationem a fundo* ſufficere exiſtimant, v. Valaſcus *de iur. emphyteut. qu. 27. n. 51.* alii *collectionem & collocationem in horreis* adhuc requirunt, vt Carpzov. *p. 2. c. 37. def. 20. n. 8.* alii plane *excuſſionem ex ſpicis* & *illationem in granaria* ſuperaddunt, Frantzk. *ad ff. h. t. n. 150.* Quænam

ergo

ergo opinio præferenda? ſine dubio ea, quæ in textu iuris fundata, qualis eſt prima, quæ ſolam ſeparationem exigit, v. §. *36. in f. I. de R. D. l. 26. §. 1. ff. de furt.* vnde & hanc non ſolum veram, ſed etiam communem dicit Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 9. §. 22. in f.* & Lauterbach. *comp. iur. h. t.*

§. XIV. *Quanta* autem *debeat eſſe ſterilitas*, ad punctum determinari nequit & in iure ſaltem *intolerabilis* dicitur, *l. 25. §. 6. h.* quamuis enim aliqui velint, talem eſſe debere, vt colonus ne dimidium quidem penſionis, ſeminis & expenſarum, (quæ connumerantur) perceperit, Carpz. *p. 2. c. 37. d. 11.* communiter tamen hoc iudicio peritorum, ſiue bonorum œconomorum, *Haushaltungs-verſtændigen*, committi ſolet, v. omnino Struu. *S. I. C. ex. 24. th. 16.* Ceterum, ſi ſuperiores anni vberes fuerunt & nouiſſimus eſt ſterilis, locator nihil remittit: aut ſi poſt factam remiſſionem prioris anni ſequentibus annis contigit vbertas, penſionem integram prioris anni adhuc petere poteſt, *l. 15. ff. 4. h. t.* Quod *ſi omnes anni vberes ſunt*, merces non augetur, & immodicum quoque lucrum colono relinquitur, *l. 25. §. 6. h.*

§. XV. Hæc de prædiis *ruſticis*. Extendunt vero ea DD. etiam ad prædia *vrbana* ob rationis identitatem, *arg. d. l. 15. §. 2. & l. 25. §. 6. h. t.* vt propterea etiam merces remittenda ſit, ſi quis v. g. domum ad hoc principaliter conduxit, vt ſtudioſos, vel hoſpites reciperet, illi autem propter bellum,

pe-

Digitized by Google

peſtem, &c. vel receſſerint, vel non aduenerint, Frantzk. *ad ff. h. t. n. 123.* Lauterbach. *h. t. p. 378.*

§. XVI. Quod *tempus* locationis conductionis attinet, illud a contrahentibus pro lubitu determinatur. Poteſt vero locatio *in perpetuum* quoque iniri, *l. 10. C. h. t.* & principiis iuris refragatur opinio, ac ſi locatio ad longum tempus facta ius aliquod reale, ſiue dominium, in conductorem transferat, *l. 39. ff. h. t.* Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 9. §. 6. in f.* titulus habilis enim deficit; nihilominus tamen non deſunt, qui talia adſerant, quos *v. l. cit.* Si *nullum tempus* adiectum, idem obtinet, quod ſupra §. *IV.* diximus. Si locatio *ad beneplacitum* locatoris facta, morte eius demum expirat, *l. 4. h. t.*

§. XVII. *Tempus* adiectum regulariter *eſt obſeruandum.* Dantur tamen exceptiones, tam intuitu *locatoris*, quam *conductoris.* Primo, de *locatore.* Expellit ille conductorem ante finitum tempus conductionis, I. ſi locatio ad aliquot annos facta, & *penſio intra biennium ſoluta non fuerit*, *l. 54. §. 1. h.* quod DD. ad alios etiam caſus extendunt, ſi v. g. ſingulis quadrantibus anni merces ſolui debuit, illa autem intra duos quadrantes non eſt ſoluta. II. Si ipſe locator re locata *indigeat*, ex *improuiſa neceſſitate*, v. g. ſi binas ædes habebat; illæ autem combuſtæ ſunt, quas inhabitabat, &c. *l. 3. C. h. t.* III. Si res locata *neceſſaria refectione indigeat. d. l. 3.* & IV. ſi conductor *re abutatur*, idque vel *phyſice*, vel *moraliter*, v. g. meretrices, vel alios maleuolos homines inducendo, *d. l. 3. ibique Gothofr.* Ineptit hic iterum Rebuffus, qui



Digitized by Google

*priuil.* XXI. ſtudioſos excipit, quod ſcilicet hi meretrices inducere queant.

§. XIIX. *Conductor* e contrario ante finitum tempus diſcedere poteſt, ſi vſus promiſſus non præſtetur, vel intercipiatur, v. g. ſi vicinus lumina obſcuret, *l.* 25. §. 2. *h. t.* item propter impetum hoſtium, vel latronum, *l.* 13. §. 7. *l.* 34. *h.* vel alium iuſtum metum, *l.* 27. §. 1. *h.* vbi non euentus, ſed iuſta opinio conſideratur, Gothofr. *ad d. l.* vbi metum ſpectrorum huc etiam refert. Non vero conductori diſcedere licet, quod ob ſuperuenientem cauſam amplioribus ædibus indigeat, aut alio vocetur, Lauterb. *comp. iur. h. t. p.* 373. *in f. ſeq*

§. XIX. *Vltra tempus conuentum* conductor rei conductæ regulariter inuito locatore inſiſtere non poteſt, ſed ſi de facto hoc facit, tanquam inuaſor conſideratur, *l.* 34. *C. h.* & per conſequens non auditur, licet ſe dominum rei conductæ eſſe prætendat, ſed ante omnia reſtituere & deinde agere obſtringitur, *l.* 25. *C. eod.* Quod ſi tamen expenſas in rem conductam fecit, iure retentionis eo nomine fruitur, v. ſupra *tit. de compenſat.* §. *IX.*

§. XX. Locator & conductor ſibi inuicem *leuem culpam* præſtare tenentur. Hinc ſi locator dolia vitioſa locauit & vinum effluxit, ad intereſſe tenetur, licet dicat, ſe vitia ignoraſſe, facile enim ſcire potuiſſet, *l.* 19. §. 1. *h.* quod ſecus eſt in ſaltu paſcuo locato, in quo herba mala naſcebatur, *d. l.* quia hoc vitium non æque facile detegi poteſt

§. XXI.

Digitized by Google

§ XXI. Conductor viciſſim damna leui culpa data reſarciat. Quo refertur etiam, ſi conductoris inimicus in eius odium damnum dedit, *l. 25. §. 4. h.* niſi inimicitia ex conductoris culpa non proueniat, *l. 16. ff. commod.* nec ille inimico reſiſtere potuit, *l. 13. §. 7. h. t.* Equidem in *§. pen. I. h. t.* in conductore culpa leuiſſima requiri videtur; ſed hic textus ex *l. 5. §. 2. ff. commod.* explicandus. Hoc enim non diffitemur. ICros vbique terminos diligentis & diligentiſſimi patrisfam. non adeo adcurate obſeruaſſe. *Caſum* non praſtat conductor, niſi eum in ſe receperit, v. g. in pacto *ſocidæ* vi cuius animalia locata quaſi *ferrea* efficiuntur, v. Tabor *diſſ. de iure Socidæ.*

§. XXII. *Expenſas* in rem conductam factas *neceſſarias* & *vtiles*, repetit conductor, ſed ſine vſuris, Carpz. *p. 2. c. 37. d. 27.* neque hic inter magnas & modicas diſtinguitur, vt in commodato, quia conductor vſum *non gratis*, ſed titulo oneroſo habet, v. *l. 55. §. 1. l. 61. pr. h. t.* Omnes ergo ferre tenetur locator, repetitis illis, quæ ad *tit. de R. V. §. VI.* diximus.

§. XXIII. *Onera publica* & *tributa* quod adtinet, diſtinguendum eſt. Si ea ſoluuntur *intuitu ipſius fundi conducti*, fiſcus quidem ſequitur poſſeſſorem, ſiue ciuilis ſit, ſiue naturalis, v. *l. 2. C. de annon. & trib.* interim tamen, quia locator reuera ciuilis poſſeſſor, ſiue dominus fundi manet, ipſe etiam mercedem loco fructuum accipit; dicta onera in ipſum vltimo redundant, *v. l. 38. & 39. ff. de vſufr.* Carpz. *p. 2. c. 40. d. 5.* & ſic colonus ea de mercede deducere poteſt, quo etiam pertinent

 ſum-

Digitized by Google

ſumtus metatorum, Carpz. *p. 2. c. 37. d. 15.* Si vero ſoluantur *intuitu fructuum*. v. g. decimæ, &c. colonus ea ferre tenetur, *c. 28. X. de decim.* quod ſi locator loco mercedis partem fructuum accipit, ipſe etiam de hac parte decimas ſoluit, *c. 26. X. eod.* Si denique onera imponuntur *perſonæ* v. g. capitatio, &c. vel *negotiationi*; conductor absque dubio ea ſolus fert, nec quidquam hoc nomine locatori deducit.

§. XXIV. Cum locatio conductio contractus ſit, ea quoque *ad heredes tranſit*, *l. 10. C. h. t.* Sed quid de *ſucceſſore ſingulari?* equidem in puncto iuris veriorem puto ſententiam Hermanni Zollii, Prof. Rintelenſis *in diſſ. ad l. 9. C. h. t. ſub rubr. Kauff hebt miethe nicht auff*; quod & talis ſucceſſor locatione autoris ſui ſtare debeat, quia locator vendens, donans &c. non poteſt plus iuris transferre, quam ipſe habuit, & *l. 9. C. h. t.* probabiliter loquitur de eo caſu, ſi locator vendidit, antequam fundus conductori traditus erat; interim tamen in praxi recepta eſt opinio, quod ſucceſſor ſingularis conductorem ante finitum tempus locationis expellere queat & conductori nullum remedium ſuperſit, niſi actio ad intereſſe aduerſus locatorem, *l. 24. §. 4. ff. h. t.* vnde prouerbium: *Kauff gehet vor miethe*, quod contra dictum Zollium defendere voluit Zaunſchlifferus, in *diſſ. ſpecimini antinom. Meuianarum adnexa.*

§. XXV. Migrare itaque tenetur conductor, niſi conduxerit I. *rem fiſcalem*, *l. f. in f. ff. de iur. fiſc.* ne fiſcus colono teneatur, *ibid.* II. res conducta *per ſententiam iudicis* in alium translata ſit, *l. 8.*

§. 1.

§. *1. ff. de reb. aut. iud. poſſid.* III. Locator promiſerit, ſe rem locatam *alienare nolle* & hoc nomine conductori in re conducta *hypothecam conſtituerit*, quæ duo coniungenda, Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 9. §. 15. & 16.*

§. XXVI. Diximus de *ſucceſſore* ſingulari. Duo itaque hic adhuc ſunt obſeruanda. I. Non dicitur ſucceſſor, qui ante *ſub directione alterius*, v. g. tutoris, vel curatoris, *fuit*, *nunc vero res ſuas ipſe adminiſtrare incipit.* Hic locationem ab adminiſtratore initam impugnare nequit, *arg. l. 8. ff. de admin. tut.* quo etiam pertinet mulier intuitu paraphernalium a marito, & eccleſia intuitu rerum eccleſiaſticarum a prælato, vel alio adminiſtratore locatarum, de quo fuſius Zœſ. *ad ff. h. t. n. 47 ſqq.* Ratio adſertionis conſiſtit in eo, quia facta tutoris ſunt facta pupilli, &c. quæ impugnari nequeunt, niſi ex capite læſionis.

§. XXVII. Non dicitur II. ſucceſſor, in quem res propterea translata eſt, quia prior poſſeſſor *ius temporarium & reuocabile ſolum habebat*, & ſic poſterior rem accepit, *non ex facto prioris*, ſed ex *legis diſpoſitione.* Hic locationem a priore poſſeſſore celebratam nullo modo ſeruare tenetur, v. g. ſi vſufructuarius locauit & eo ante finitam locationem mortuo res ad proprietarium redit, v. *l. 9. §. 1. h. t.* aut prælatus beneficium, quo fruebatur, Zœſ. *d. l. n. 50.* aut ſi locantur feuda, bona maioratus, bona fideicommiſſaria, &c. v. Knipſchild. *de fideicommiſſ. fam. nob. cap. 11. n. 143.* aut ſi maritus locauit res dotales, quia hoc non fecit tam-

quam adminiſtrator, vt §. *praec.* ſed nomine proprio tamquam dominus, &c. Et dictis caſibus conductor ne quidem actionem ad intereſſe aduerſus locatoris heredes habet, *ſi locator qualitatem rei conductori praedixit, d. l. 9. §. 1. in f. h. t.* Singulare quid eſſe dicunt intuitu rerum dotalium a marito locatarum, vbi vxor cauere tenetur, ſe reſtituturam marito, ſi hic forte ob expulſionem conductoris ad aliquid condemnatus fuerit, *l. 25. § f. ff. ſol. matrim.* quae tamen condemnatio fieri nequit, niſi forſan maritus qualitates rei celauerit.

§. XXIIX. Facta alienatione *conductor* etiam *non poteſt cogi, vt conductionem continuet, l. 32. ff. h. t.* niſi locator, tamquam venditor, emtori ius ſuum ceſſerit in ipſa venditione, v. Gothofr. *ad d. l. 32. lit. b.*

§. XXIX. Alias ex hoc contractu duae oriuntur actiones, vna *locati*, quae datur locatori aduerſus conductorem, ad mercedem ſoluendam, rem finito vſu reſtituendam & damna leui culpa data reſarcienda: altera *conducti*, quae datur conductori aduerſus locatorem ad vſum rei praeſtandum, (in locatione operarum ad praeſtandas operas,) impenſas in rem factas reſtituendas, & ſi quid ex natura contractus vlterius debetur. Pertinet ad hanc materiam Carocius *de locatione:* Tabor *de contr. & iure colonario:* Wege *de locatione conductione*, &c.

Lib.

Digitized by Google

Lib. XIX. Tit. III.

## De Æſtimatoria.

§. I. NVdas promiſſiones contractus innominatos præcedentes quondam apud Romanos actionem non produxiſſe, diximus ſupra *tit. de pactis* §. 1. Dicebantur ergo tunc demum contractus, *poſtquam alter a ſua parte rem, vel factum præſtiterat*, & tunc alter viciſſim obligabatur, non ideo, quia conſenſerat, ſed quia alter *dederat*, & *fecerat*, vnde obligatio *ex re* oriri dicitur & ipſi contractus *reales* audiunt. Hodie autem ex ſolo pacto oriri obligationem dictum *eod. tit.* ℞. *II.*

§. II. *Innominatorum* adpellatio inde prouenit, quia non habent nomen ſpecificum, vti contractus nominati, v. *tit. de reb. cred.* §. *II.* Sed ſolum *circumſcriptiuum, do vt des, do vt facias, vel non facias, facio vt des, facio vt facias*, & *contractus æſtimatorius*, v. *l. 5.* §. *1. ſeqq. de præſcr. verb.* Quoniam vero in vltima ſpecie, contractu ſcil. æſtimatorio, non eſt eadem circumſcriptio, vti in prioribus; hinc a DD. *irregularis* adpellari ſolet, priores autem *regulares*.

§. III. De *contractu æſtimatorio* hic nobis agendum. Eſt ille contractus innominatus, quo res aliqua certo pretio æſtimata in alterum transfertur, eum in finem, *vt aut eam rem reddat*, (ſi forte emtorem non inueniat, nec ipſe illam



Digitized by Google

pro pretio conuento retinere velit,) *aut pretium ſoluat*, (ſi alius quis emat, aut ipſe retineat,) *l. 1. §. 1. h. t.* v. Struu. *ex. 25. th. 5.*

§. IV. Aeſtimatio hic fit *venditionis gratia*, transfert enim periculum, *l. 1. §. 1. h. t.* ſi ſcilicet *accipiens dantem rogauit*, *l. 17. §. 1. ff. de P. V.* v. Struu. *d. l. th. 7.* quod hic communiter fieri ſolet, accipiens enim inſtar emtoris accedit. Differt interim præſens contractus *ab emtione*, quod hic ſit obligatio alternatiua, v. §. *præc.* in emtione autem ſimplex ad pretium ſoluendum: *a mandato*, quod ibi nunquam tranſeat periculum, ſed æſtimatio taxationis gratia ſolum fiat, pretium certum non ſemper determinetur, mandatarius etiam omne, quod accepit, mandanti reſtituat; hic vero regulariter periculum tranſit, & accipiens, ſi vltra conuentum pretium deinde quid conſequitur a tertio, hoc ſibi retinet, Dn. Stryk. *ad Lauterb. hoc tit. verb. a mandato.* *A locatione operarum* differt, quod in hac etiam non tranſeat dominium, & locator omne, quod accepit, reſtituere teneatur. Ratione *ſolius mercedis* vero non diſtinguitur locatio a præſenti contractu, quippe qui mercedem quoque non reſpuit. *l. 2. h. t.*

§. V. Actio inde oriens dicitur *æſtimatoria*, *h. rubr.* vel *de æſtimato*, *l. 1. pr. h. t.* quæ eſt ſpecies actionis præſcriptis verbis, de qua mox ſuo loco, datur danti aduerſus accipientem alternatiue, prout §. *III.* dictum.

§. VI. Ceterum hic de *æſtimatione* in genere addendum, quod illa in dubio *venditionis gratia* fa-

cta

ɩa eſſe cenſeatur, & ſic periculum in accipientem transferat in illis contractibus, *qui habiles ſunt ad transferendum dominium*, v. g. ſi vxor marito fundum in dotem adfert, qui æſtimatus eſt, v. *l. 10. pr. ff. & §. 4. de iur. dot. l. 14. 15. 16. ff. eod. l. 5. & 10. C. de iur. dot.* ergo maritus hoc caſu irreuocabile dominium conſequitur. Si vero contractus *ad translationem dominii habilis non eſt*, v. g. commodatum, mandatum, depoſitum, &c. æſtimatio in dubio *taxationis gratia* facta eſſe cenſetur, ita, vt in euentum de quantitate deteriorationis eo melius conſtare poſſit; effectus enim æſtimationis ex natura contractus principalis, cui adiicitur, deſumendus eſt, v. Lauterb. *h. t. ibique plures DD. cit.*

*Lib. XIX. Tit. IV.*
Cod. IV. 64.

## De rerum permutatione.

§. I. Contractus *do vt des*, ſiue *rerum permutatio*, quæ ſynonymice accipiuntur, v. *l. 5. pr. & §. 1. ff. de præſcript. verb.* (vt adeo mirer tricas DD. diſtinguentium,) eſt contractus innominatus, quo *res pro re* datur, vnde in hoc quidem differt ab *emtione*, vbi *res pro pretio transfertur*, interim tamen ratione perſonarum contrahentium, qualitatis rei transferendæ, præſtationis euictionis, &c. cum emtione conuenit, vnde hic breues eſſe poſſumus. De *rerum permutatione* ſcripſerunt Ludou. Gometz & Thom. Maulius.



Digitized by Google

§. II. Poſſunt etiam *res fungibiles* permutari; ſi nempe illæ non ſaltem *ab vna patre* alteri *principaliter ad vſum* conceduntur, vt in mutuo, ſed ſtatim ab initio *mutuæ præſtationes conſtituuntur*, vt tamen non obſtet, licet vnus pure, alter vero poſt certum tempus demum tradere debeat. Hinc quoque *cambium* ſpeciem permutationis eſſe dicunt DD. de quo ideo & nos pauca ſubiungemus.

§. III. Non autem proprie huc pertinent cambia illa, vbi *duæ ſolum perſonæ* intercedunt, quæ vocantur *eigene wechſel* & nihil aliud ſunt, quam contractus mutui, a quo ſaltem ratione celerioris executionis, quæ in arreſto perſonali conſiſtit, differunt; ſed ea huius loci ſunt, vbi *quatuor perſonæ* interueniunt. Vocantur illæ I. *Remittens*, *der Herr des wechſels*, qui pecuniam prius exſoluit, quam alibi iterum cupit exſoluendam: II. *Traſſans*, vel etiam *tractans*, *trectans*, vel *camſor*, qui ſolutionem alibi faciendam in ſe ſuſcipit: III. *Præſentans*, cui alibi facienda ſolutio, & IV. *Acceptans*, mercator ille, cui ſit tracta, vel traſſa, ſiue; qui cambium præſentanti ſoluere debet.

§. IV. Literis cambii inſeri debet formula: *valuta von demſelben, vel, den werth dauon bin ich wohl vergnüget*, hac enim inſerta exceptio non numeratæ pecuniæ opponi nequit, quamuis alias etiam in locis, vbi ius cambiale viget, eidem regulariter locus non ſit. Si inter traſſantem & acceptantem mutua debita & credita intercedunt, ſufficit, ſi dicatur; *ſtellets a conto:*

ſi

ſi vero talia non adſunt, additur: *laut aduiſo*, quæ ſunt literæ, quibus ſignificatur, cambium eſſe ſoluendum, & ſimul media exponuntur, vnde ſoluenti iterum ſatisfieri queat.

§. V. Quod ſi ille, cui traſſa facta eſt, cambium vel plane acceptare, vel deinde iuſto tempore ſoluere nolit: præſentans coram notario & teſtibus proteſtari & hoc facto literas cambii ad traſſantem remittere debet, *læſſet den wechſel mit proteſt zuruke geben*. Si hoc facit, contra traſſantem executiue agere poteſt; proteſtatione autem neglecta obligatio traſſantis perimitur & periculum in præſentantem redundat, v. Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 3. c. 5. §. 8. 10. 11. 16.* alias huc pertinent: Martin Vogt *in tr. de cambiis:* Raphael de Turri *de cambio:* Cardin. de Luca *de cambio*, inter opera eius; Scaccia *de cambiis:* Ant. Merenda *de cambio nundinali:* Sprengeri *Wechſel-Practica:* Jacobi Savary *vollkommener Kauff- und Handelsmann*, liber e gallico translatus: Joh. Jac. Heydiger, *eines gewiſſen Autors Anleitung zum grundlichen verſtand des wechſelrechts:* Anonymi *unterricht der wechſelhandlung:* Sim. van Leuvven. *in adpend. ad tract. Quintini Weitzen von Auercyen:* D. Zipffel *von Wechſelbrieſſen und dero Vſancen:* tractatus noſter; *einleit. zum Wechſel-proceß &c.*

## *LIB. XIX. TIT. V.*

# De præſcriptis verbis & in factum actionibus.

§. I. Contractus innominati, quia ipſi proprio & ſpecifico nomine deſtituuntur, nomi-

na-

natam quoque actionem non producunt, ſed ex omnibus *præſcriptis verbis* agitur, quæ actio datur illi, qui dedit, vel fecit, aduerſus alterum, cum quo contraxit, ad hoc, vt ille etiam a ſua parte contractum dando, vel faciendo, impleat. *Præſcriptis verbis* dicitur, quia nominatarum actionum formulæ in albo prætoris deprehendebantur; hic vero ob varietatem negotiorum talis formula vniuerſalis dari non poterat, ſed ICti in qualibet actione verba, id eſt formulam, præſcribebant, v. Briſſon. *de formul. l. 5 p. m. 385.* Huber. *in prælect. ff. h. t.* §. 2. Dicuntur etiam *in factum*, *l. 1. pr. h. t.* ſicut omnes aliæ, quas prætor ex æquitate introduxit, v. g. vtilis, v. *tit. de R. V.* §. *II. & tit. de condict. ex lege in f.* Hodie quilibet in quacunque actione ſibi libellum format.

§. II. Iure Romano etiam qui *dederat*, facultate pœnitendi gaudebat, quam diu alter a ſua parte contractum viciſſim nondum impleuerat, & ergo rem datam repetebat *condictione cauſa data, cauſa non ſecuta*, v. *l. 5.* §. *2. l. 7. ff. h. t.* verum hodie ceſſat pœnitentia, v. *tit. de pact.* §. *II. tit. de cond. cauſ. dat.* §. *VI.* Diſſentit Carpz. *p. 2. c. 33. d. 23.* qui tamen ſibi ipſi contrarius, dum pacto nudo eundem effectum tribuit, quem ſtipulatio habet, *p. 2. c. 19. def. 17. n. 8.* ſtipulatione vero interpoſita etiam apud Romanos pœnitentia ceſſabat. De *præſcriptis verbis* tractatum edidit H. Donellus, qui deinde commentario eiusdem ad partes codicis inſertus, item Henr. Heydeccius & Franc. Hottomannus.

Lib.

*Lib. XX. Tit. I.*
Cod. IIX. 14. 35.

# De pignoribus & hypothecis: & qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum.

§. I. **P**Ignus, quatenus pro *contractu* ſumitur vidimus ſupra *tit. de pignor. act.* hic eſt *ius in re* creditori in ſecuritatem crediti conſtitutum. *Dominium* non tranſit in creditorem iure Romano, *l. 5. 6. & 9. C. de pign. act.* bene autem iure Saxonico, *Landr. lib. 2. art. 24. & 60. l. 3. art. 5.* cui tamen derogatum per *conſt. elect. 26. part. 2.*

§. II. Pignus varie diuiditur, I. eſt vel *publicum*, quod iudicialiter, aut ſecundum ius commune coram tribus teſtibus conſtitutum, v. *l. 11. C. qui pot. in pign.* vel *priuatum*, quando res priuatim, vel per *conuentionem*, vel per *vltimam voluntatem*, v. g. legatum, creditori oppignorantur, *l. 26. pr. ff. de pign. act.* Iure Saxonico *immobilia* nonniſi iudicialiter pignori obligantur, *conſt. elect. 23. p. 2.* præſentia trium teſtium ibi hoc ſolum operatur, vt creditor nudis chirographariis præferatur, *de conſt. 23.*

§. III. Eſt II. vel *voluntarium*, quo pertinent ſpecies in §. *præc.* recenſitæ; vel *neceſſarium*, quod debitore etiam inuito conſtituitur, idque iure Romano vel eſt *prætorium*, quando prætor *ob contumaciam* debitoris creditorem in bona mittit ex primo decreto, *v. tit. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* vel *iudiciale*, vbi magiſtratus præuia cauſæ cognitio-

ne

ne eandemque ſubſecuta re iudicata pignora ex bonis debitoris capit, vt illa ſecundum formam *l. 15. §. 2. & 3. ff. de re iud.* diſtrahatur: vel immittit etiam creditorem hoc caſu, ſi bona immobilia adſunt, v. *l. 2. & 3. C. qui pot. in pign. t. t. C. ſi in cauſ. iud. pign. capt.* hodie ſiue prætorium dicas, ſiue iudiciale, perinde eſt.

§. IV. Porro III. diuiditur in pignus *expreſſum*, quod voluntate debitoris expreſſa, vel *tacitum*, quod abſque conſenſu debitoris, vel alio aliquo facto externo accedente immediate a lege conſtituitur, vnde etiam *legale* audit, cuius exempla ſub *tit. ſq.* recenſebimus.

§. V. Denique IV. aliud eſt *ſpeciale*, quod rem certam: aliud *generale*, quod omnia debitoris bona mobilia, immobilia, nomina, præſentia, & futura adficit, licet non omnia ſigillatim exprimantur, v. *l. 9. C. quæ res pign. obl. poſſ.* excepta *ſupellectile neceſſaria* & iis, *quæ quotidiano vſui inſeruiunt, l. 6. 7. & 8. ff. de pign.* Quod ſi quis generali bonorum mentioni ſubiungat mentionem *mobilium & immobilium*, plerique DD. exiſtimant, eo ipſo *nomina*, tamquam tertiam bonorum partem, ab obligatione generali excludi, Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 4. §. 15.* niſi, vt exiſtimat Brunnem. *ad l. 1. ff. de pign. n. 5.* debitor iuris Romani ſit ignarus & neſciat, nomina tertiam bonorum partem conſtituere. Imo nec ipſo iure Rom. enarratio ſpecierum præcedentem locutionem generalem reſtringit, *l. 12. §. 46. ff. de inſtr. vel. inſtr. leg.* & in Saxonia mobilia & immobilia ſub ſe etiam

no-

Digitized by Google

nomina comprehendunt, *ord. proc. Sax. tit. 46. §. Nachdem.* & nomina alias per analogiam vel mobilibus, vel immobilibus accenſentur, v. *tit. de rer. diuiſ. §. XII.*

§. VI. Si *ſpecialis hypotheca cum generali eſt coniuncta*, creditor non pro lubitu in qualicunque re debitoris executionem petere poteſt, ſed rei ſpecialiter obligatæ præciſe inſiſtere, eamque prius excutere debet, antequam ad alias res deueniat, v. *l. 2. C. h. t. ibique Brunnem.* vtile ergo eſt, vt ſubiiciatur clauſula: *ſaluo iure variandi*, quo facto liberum eſt creditori, vt pro lubitu hanc illamue rem eligere poſſit, Stryk. *d. ſect. 2. c. 4. §. 17.*

§. VII. Ad perſequendum pignus, ſiue hypothecam, iure Romano duæ actiones competunt. Altera eſt ſpecialis, *ſeruiana*, (a Seruio prætore,) quæ datur *locatori prædii ruſtici* aduerſus quemcunque poſſeſſorem rerum, a colono pro mercede obligatarum, ad conſequendam illarum poſſeſſionem, donec ipſi ſatisfactum fuerit, *§. 7. J. de act.* Altera ad huius exemplum introducta, dicitur *quaſi ſeruiana*, ſiue *hypothecaria*, & datur *cuicunque creditori* aduerſus quemcunque poſſeſſorem rerum, pignoris iure obligatarum, ad conſequendam earum poſſeſſionem, donec pretium ſolutum fuerit, *d. §. 7.* Hodie *hypothecariæ* denominatione ſolum fere vtimur, quæ etiam in *l. 3. §. 3. ff. ad exhib.* ita generaliter inuenitur.

§. IIX. Tertius poſſeſſor gaudet *beneficio ordinis*, ſiue *excuſſionis*, ſi hypotheca *generalis* conſtituta eſt, *nou. 4. c. 2.* non vero, ſi creditor ex hypotheca ſpeciali agit, *nou. 112. c. 1.* quæ eſt communis

nis ſententia, v. Dn. Stryk. *de inueſt. act. ſect. 1. membr. 5. §. 8.* Ceterum *pretium* in actione hypothecaria *ſimpliciter* formari debet ad tradendam poſſeſſionem, non vero alternatiue: vt vel ſoluat poſſeſſor, vel poſſeſſionem tradat, de quo fuſius *in der Einleitung zum ciuil-proceſs. c. 9. ſſ. 18. 19. 20.*

*Lib. XX. Tit. II.*

Cod. IIX. 15.

# In quibus cauſis pignus, vel hypotheca, tacite contrahitur.

§. I. SEquuntur nunc exempla pignoris *taciti*, de quo diximus *tit. præced. §. IV.* Gaudent eo pignore, I. *pupilli* & *minores* in *bonis tutorum* atque *curatorum* ab eo tempore, quo hi adminiſtrationem ſuſcipere *debuerunt*, *l. 20. C. de adm. tut.* idem eſt quoad curatores *furioſorum*, *ſurdorum*, *mutorum*, *&c. l. f. §. 5. in f. & §. 6. C. de curat. fur.* nec non *protutores*, ſed ſolum a tempore *ſuſceptæ* adminiſtrationis, quia inuiti non coguntur, add. *l. 19. 20. & 21. ff. de reb. aut. iud. poſſ.* Exceptio eſt, quoad curatores bonorum abſentis, &c. *l. 22. d. t.* Porro pupilli hac hypotheca gaudent *in rebus ipſorum pecunia emtis* & quidem a *tertio*, *l. 7. ff. qui pot. in pign.* ſi *ipſe tutor* emit, v. *tit. de R. V. §. II. in f.* item in *bonis vitrici*, cui mater tutrix nupſit, nec rationibus redditis nec alio tutore petito, *l. 6. C. h. t.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Gaudent tacito pignore II. *Liberi* in bonis *patris*, quia bona materna & reliqua aduentitia adminiſtrat. *l. 6. §. 4. & f. C. de bon. quæ lib. ibique Brunnem.* III. *Vxor* ratione *dotalium* in bonis mariti, vel qui alias dotem ſuſcepit, v. g mariti, eiusue patris, *l. vn. §. 1. C. de rei vx. act.* a tempore conſummati matrimonii, Gail. 2. *O. 86. n 3.* Porro ratione *argumenti dotis*, *nou. 97. c. 2.* a die argumenti: item ratione *paraphernalium* a tempore illationis, & *donationis propter nuptias* a die nuptiarum, Brunnem. *de proc. conc. cred. c. 5. §. 51. ibique not. Stryk. voc. paraphernalium.* *Sponſa* hoc iure non fruitur, ſed priuilegio perſonali ſolum, v. *tit. de reb. aut. iud. poſſid. §. XII.* Ceterum vxor ratione dotis præterea etiam iure prælationis præ aliis hypothecis gaudet, de quo infra *tit. de reb. aut. iud. poſſ.*

§. III. Competit idem pignus IV. *marito* in bonis eius, qui *dotem ipſi promiſit*, *l. vn. §. 1. C. de R. V. A.* V. *Fiſco* in bonis debitorum propter *onera publica*, *l. 1. C. h. t.* in bonis *adminiſtratorum*. *l. 1. C. de priu. fiſci*, nec non eorum, qui *cum fiſco contraxerunt*, *l. 2. C. h. t. l. 28. ff. de iur. fiſci,*

§. IV. Competit VI. *Eccleſiæ* & *ciuitati* in bonis *adminiſtratorum*, nec non *hoſpitalibus* & *cænobiis*; Neguſant. *de pign. p. 2. membr. 4. n. 120.* Carpz. *p. 1. c. 28 de 115.* VII. *Locatori prædii vrbani* in rebus inquilini, *l. 4. ff. l. vlt. C. h. t.* in prædio *ruſtico* fructus ſunt obligati, *l. 7. pr. ff. h. t.* IIX. *Legatariis* & *fideicommiſſariis* in omnibus defuncti bonis, *l. 1. C. commun. de legat.* IX. illi, qui *ad refectionem domus*, *vel aliarum rerum* credidit, modo res refecta adhuc adſit, *l. 6. ff.*

 qui

Digitized by Google

*qui pot. in pign.* Brunn. *ad l. 1. ff. h. t.* X. Ei, cui ex certo prædio reditus debentur annui, Brunn. *de conc. cred. c. 5. §. 51. n. 8.*

§. V. Extra caſus in lege expreſſos hypotheca tacita fingi non debet, quia in materia iuris ſingularis verſamur, quæ interpretationem extenſiuam non admittit. Hinc recte Brunnemannus *de proc. conc. cred. c. 5. §. 52.* notat Carpzouium *p. 4. c. 39. d. vlt.* ſtatuentem, quod furtum paſſo in bonis furis tacita hypotheca competat. De eo autem nullum dubium eſt, quin principes nouas ſpecies taciti pignoris recenſitis ſuperaddere queant.

*Lib. XX. Tit. III.*
Cod. IIX. 17.

# Quæ res pignori, vel hypothecæ datæ, obligari non poſſunt.

§. I. CVm oppignoratio ſit ſpecies alienationis, hinc regula procedit, *quod quæcunque res non poteſt alienari, illa quoque oppignorari nequit:* nec non altera: *quod eadem requirantur in oppignoratione, quæ in alienatione neceſſaria ſunt.*

§. II. Oppignorari ergo nequit *fundus dotalis, pr. I. quib. al. lic. l. vlt. C. de reb. al. non. alien. feudum, 2. F. 55.* & ſicut iure Saxonico in alienatione immobilium conſenſus magiſtratus requiritur; ita quoque in oppignoratione v. *tit. de pign. §. II.* De *re aliena* dictum ad *tit. de pign. act. §. III.* hic addimus quæſtionem; *annon pignus conualeſcat, ſi verus*

Digitized by Google

*rus dominus deinde oppignoranti non domino ſuccedat?* adfirmat eam *l. 22. ff. de pign. l. 5. C. ſi al. res pign. dat.* & ipſe etiam Paulus in *l. 4. ff de pign. act.* in verbis vltimis: *ſed ſi conueniſſe &c.* huc collineare videtur, prout fuſe oſtendit Gothofr. *in not. ad d. l. 41.*

§. III. Ex ſpeciali ratione oppignorare milites *arma* prohibentur, *l. 14. §. 1. ff. de re milit.* & ruſtici *inſtrumenta ruſtica*, *l. 8. & auth. agricultores. C. quæ res pign. obl.* Equidem DD. *ſtudioſorum libros* huc quoque referunt, ſed ſine textu iuris, vnde hodie quam ſæpiſſime eos oppignorari videmus, conf. Struu. *S. I.C. ex. 26. th. 16. inf.* Coler. *de proc. execut. p. 2. c. 3. n. 148.* idem hodie de inſtrumentis ruſticis dicendum, exceptis locis, vbi ruſtici homines proprii ſunt & ſic illa inſtrumenta ad dominum pertinent.

*LIB. XX. TIT. IV.*
Cod. IIX. 18. 19.

# Qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur: & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

§. I. HYpotheca *publica priuatæ* indiſtincte præfertur, *l. 11. C. h. t.* ſi autem plures ſunt publicæ, vel plures priuatæ, *prior poſteriori, l. 2. & 4. C. eod.* ſi *non conſtet* de prioritate: *poſſidentis* melior erit conditio, quod & tunc obtinet, ſi



Digitized by Google

res eadem *duobus ſimul in ſolidum* oppignorata, *l. 10. ff. de pign.* quod ſi oppignoratio non in ſolidum facta, pro rata concurrunt, *l. 16. §. 8. ff. de pign.*

§. II. In prioris creditoris locum *ſuccedit* poſterior, qui priori ſoluere paratus eſt, quod ei debetur, *l. 11. §. 4. ff. h. t.* vocant hoc *ius offerendi*, de quo etiam in *l. 5. C. qui pot. in pign.* Succeſſio autem non ſolum fit intuitu hypothecæ, ſed quoque *intuitu priuilegii prælationis*, quod prior creditor habuit, *l. vlt. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucc.* quo nomine tamen pactum interponendum, *l. 1. C. eod. l. f. C. de priuil. fiſc.* Meu. *conſ. 31. num. 108. 109.* Poteſt etiam poſſeſſor fundi oppignorati pecuniam debitam creditori offerre, quo facto creditor ius ſuum inuitus etiam cedere compellitur, *l. 19. ff. h. t.* De *iure offerendi* Cruſius & Morotius ſcripſerunt.

*Lib. XX. Tit. V.*

Cod. IIX. 28.

## De diſtractione pignorum & hypothecarum.

§. I. CReditori ius diſtrahendi pignus non competit, niſi poſt *debitoris moram in ſoluendo*, quæ ſtatim poſt elapſum diem contrahitur, ſi *certa dies* ſolutioni deſtinata, *l. 12. C. de contr. & comm. ſtipul.* alias vero poſt *interpellationem* factam, *l. 23. ff. de V. O.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Si ergo mora adeſt, iure diſtrahendi omnino gaudet creditor. Sed quæritur: *an adhuc ante diſtractionem denunciatione debitori a creditore facienda opus ſit?* hic diſtincte procedendum & tres caſus ſeparandi. Aut conuentum eſt in inſtrumento ſuper debito confecto, *vt pignus vendere liceat:* & nulla denunciatione opus eſt, §. *1. l. quib. al. lic.* aut *nihil conuentum*: & vna denunciatio requiritur, non vero hodie poſt factam illam denunciationem biennium expectandum, quod requirit *l. f.* §. *1. C. de iur. dom. impetr.* v. Brunnemann. *ad d. l. f.* aut conuentum, *ne liceat vendere:* & illa conuentio creditori ius diſtrahendi quidem non adimit, quia alias pignus inutile ipſi redderetur, ſed tamen hoc operatur, vt creditor terna vice per congrua interualla (pro quantitate ſummæ debitæ determinanda, vel iuxta terminum probatorium in quolibet iudicio receptum. B. Stryk. *ad Lauterb. h. t. verb. arbitraria interualla*,) debitori inſtantem venditionem denunciare debeat, *l. 4. ff. de pign. act.*

§. III. Creditor autem non vendit pignus nomine proprio, ſed nomine debitoris, tamquam eius procurator, qui mandatum de vendendo ab ipſa lege habet. Ergo non præſtat euictionem pignoris, ſed debitor ad hoc tenetur, tamquam principalis, *t. t. C. cred. euict. pign. non deb.* Excipiunt, niſi *ſciuerit*, rem eſſe alienam, *l. 2. C. d. t.*

§. IV. Quoniam creditor tamquam procurator pignus vendit: venditio bona fide fieri, id eſt, res oppignorata pro iuſto pretio vendi debet. Si ergo minoris venditur, creditor ratione reſidui a de-

debitore actione pignoratitia directa conueniri poteſt, *l. 4. C. ſi vend. pign. agat.* Hodie, præſertim in venditione rerum immobilium oppignoratarum res illæ publice *ſubhaſtari* & autoritate iudicis vendi ſolent.

*Lib. XX. Tit. VI.*

Cod. IIX. 26. 31.

# Quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluitur.

§. I. SOluitur pignus rei oppignoratæ *interitu totali*, ædibus enim combuſtis area adhuc manet obligata, *l. 21. ff. de pign. act.* & quidquid deinde inædificatur ſolo, illud etiam hoc reſpectu ſolo cedit. Ita quoque in pignore *gregis* ius creditoris non exſpirat, licet nonnulla capita gregis perierint, imo licet omnibus prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit ſucceſſiue renouatus. *l. 13. pr. de pign.* idem in pignore *tabernæ*, *l. 34. pr. ff. de pign.*

§. II. Soluitur II. *Sublato debito principali integro*, *l. 6. C. de diſtract. pign.* alias ſi pars adhuc debetur, pignus integrum obligatum manet, *l. 19. ff. de pign. l. 2. C. de luit pign.* & creditor pignus etiam ob aliud debitum chirographarium retinere poteſt, *t. t. C. etiam ob chirogr. pecun.*

§. III. Soluitur III. *remiſſione creditoris* eaque vel *expreſſa*, v. *tit. C. de remiſſ. pign.* vel *tacita*, v. g. ſi pignus reddat, *l. 3. ff. de pact.* niſi hoc ſolum peten-

Digitized by Google

tente debitore ad certum vſum fiat. Brunnemann. *ad d. l. 3. n. 2.* item, ſi inſtrumentum reddat, in quo pignoris conſtitutio habetur, *l. 7. C. de remiſſ. pign.* aut loco pignoris fideiuſſorem accipiat, *l. 5. §. 2. ff. h. t.*

§. IV. Sed quid ſi creditor *in alienationem, vel vlteriorem oppignorationem rei obligatæ conſenſerit?* de conſenſu in *alienationem* ſunt textus in *l. 4. §. 1. l. 7. pr. l. 8. §. 6. ff. h. t. l. 2. & 4. C. de remiſſ. pign.* quod debitor alienare velit, creditori non nocet, *l. 18. §. 15. h. t.* Interim ſi creditor ſemel in alienationem conſenſit, pignus *non reuiuiſcit*, licet eadem res deinde ex *noua cauſa*, v. g. donati, legati, &c. ad debitorem perueniat, *l. f. C. de remiſſ. pign.* Dico: ex *noua cauſa.* Secus ergo eſt, ſi ex pacto *ab initio adiecto*, v. g. de redimendo, addictionis in diem, lege commiſſoria, &c. reuertatur, *l. 10. ff. h. t.*

§. V. Quod conſenſum in *vlteriorem oppignorationem* attinet, in *l. 12. pr. ff. h. t.* quidem dicitur, quod creditor conſentiens ius ſuum in totum remiſerit; aſt in *l. 12. §. 4. ff. qui pot. in pign.* hoc ita limitatur, vt ad intentionem creditoris reſpici debeat; cum facti quæſtio ſit, an creditor integrum ſuum ius remittere, an vero ſecundum creditorem ſibi præferri voluerit. DD. in dubio intuitu *mulieris creditricis* remiſſionem totius iuris præſumendam non eſſe exiſtimant, & intuitu *maſculi* tunc demum, ſi creditor conſenſit, vt res *indefinite* obligetur; ſi enim ita ſolum,

 vt

vt *certæ perſonæ* vlterius oppignoretur, nihil præter ius prælationis huic conceſſum eſſe dicunt, v. Brunnem. *ad l. 12. ff. h. t. n. 3. & ad l. 3. C. de. remiſſ. pign.*

§. VI. Soluitur porro IV. *reſoluto iure dantis*, v. g. ſi vaſallus abſque conſenſu domini, vel agnatorum, feudum oppignorauit, &c. V. *lapſu temporis*, ad quod pignus conſtitutum, *l. 6. pr. ff. h. t.* Si tamen ante illum lapſum actio hypothecaria instituta, illa poſt elapſum diem quoque ſuum effectum retinet. VI. *Præſcriptione*, de qua infra *tit. de diuerſ. tem. præſcript. §. III.*

§. VII. Potiores autores, qui de pignoribus & hypothecis ſcripſerunt, ſunt: Anton. Neguſantius, Reinhardus, Bachouius, Schwartzenthaler, Mozzius, Franc. Balduinus, Mercur Merlinus, Herm. Meyer, Iul. a Beyma, Hugo Donellus, Ioh. Halbritter, Iulius Pacius, &c.

*Lib. XXI. Tit. I.*

Cod. IV. 58.

## De Ædilitio Edicto, redhibitione, & quanti minoris.

§. I. ÆDilitium edictum eum in finem propoſitum eſt, vt occurratur fallaciis vendentium & emtoribus ſuccurratur, *l. 1. ff. 2. h. t.* Habet igitur locum, ſi res vendita eſt *vitioſa*, ſine diſtinctione, vtrum ſit mobilis, an im-

Digitized by Google

immobilis, *l. 1. pr. h. t.* v. g. ſi fundus eſt peſtilens, vel ſeruitute oneratus, *l. 49. l. 61. h. t.* plurima interim exempla ſub hoc titulo de mancipiis concepta ſunt.

§. II. Locum habet non ſolum in emtione - venditione, ſed etiam in aliis contractibus *onerofis*, v. *l. 19. §. 5. h. t.* non ergo in *donatione*, niſi donans in dolo ſit, *l. 62. h.* Sed quid in *locatione*? negatur in *l. 63. ff. h. t.* ex ædilitio edicto agi poſſe, quia Ædilium de hac re non erat iuriſdictio. Interim tamen actio conducti locum habet, qua idem conſequor, prout ſupra *tit. locat. cond.* §. XXIX. dictum.

§. III. Vitium debet eſſe *latens*, id eſt, quod emtor ignorauit, vel facile ſcire non potuit, *l. 14. in f. h. t.* iure Romano certus vitiorum numerus non eſt determinatus, ſed quodcunque vitium intelligitur, quod vſum rei ſeparatum impedit, v. *l. 1. §. 8. ff. h. t.* idem iure Saxonico, niſi, quod in venditione *equorum* DD. tria ſaltem vitia ad reſcindendam venditionem ſufficientia agnoſcant, ſi ſcilicet equus (1) ſit *retrogradus*, *ſtetig:* (2) *cæcus*, *ſtaahrblind*, (3) *ſcabioſus*, *haarſchlechtig*, *Weichbild. art. 97.* Carpzou. *p. 2. c. 34. d. 17.* addunt alii (4) ſi equus ſit *pituitoſus*, *rotzig*, quod etiam agnoſcit *gloſſ. ad d. art. 97.* & hoc quoque patet, venditorem in Saxonia teneri, ſi vitia ſciuerit, & tamen ea *doloſe reticuerit*, Struu. *ex. 27. th. 5.*

§. IV. Oriuntur vero ex Ædilitio edicto, prout rubrica tituli oſtendit, duæ actiones. Vna eſt *redhibitoria*, quæ datur eo caſu, ſi viti-



Digitized by Google

um *omnem plane vſum intercipit* & res eſt *nullius pretii*, v. *l. 1. §. 8. h. t.* aduerſus venditorem, vt rem redhibeat, id eſt, recipiat, & viciſſim pretium reſtituat, *l. 21. pr. l. 27. l. 29. §. 2. l. 43. §. 6. h. t.* Huic præſcribitur intra ſex menſes, *l. 19. § f. h.* & ſi propter ornamenta non tradita agitur, intra ſexaginta dies, ſiue duos menſes, *l. 38. pr. h.*

§. V. Altera actio eſt *quanti minoris*, quæ etiam *æſtimatoria* vocatur, *l. 43. §. 6. h.* & datur propter vitium, quod omnem quidem vſum non intercipit, nec rem plane inutilem reddit, ſed tamen emtorem *quodammodo* impedit, ne ita poſſit vti re emta, prout quidem exiſtimauerat. Hic regulariter non agitur ad contractus reſciſſionem, ſed vt venditor tantum de pretio accepto reſtituat, quanti minoris emiſſet emtor, ſi vitium ſciuiſſet, *l. 61. h. t.* Dico: *regulariter* ita agi. Poteſt tamen interdum quoque contingere, vt totus contractus perinde, vt in redhibitioria, *l. 60. h.* reſcindatur, v. g. ſi inſtituta actione quanti minoris adpareat, rem adeo nullius eſſe pretii, vt ne expediat quidem emtori eam habere, *l. 43. §. 6. h. t.* Ceterum huic actioni præſcribitur anno, *l. 19. §. vlt. h. t.*

§. VI. Actor non ſolum probare debet, *rem fuiſſe vitioſam*; ſed hoc etiam, vitium tempore *celebrati contractus iam adfuiſſe*, hoc enim requiritur, v. *l. 54. ff. h. t.* liberatur tamen emtor ab hac probatione, ſi vitium *intra triduum* poſt initum contractum ſeſe exſeruerit, v. Brunnem. *ad l. 1. ff. h. t. n. 11.*

§. VII.

Digitized by Google

§. VII. Si emtor venditori rem vitioſam reſtituit, venditor autem a ſua parte pretium viciſſim non reddit: eo nomine emtori datur actio in factum aduerſus venditorem ad pretium reſtituendum, *l. 31. §. 17. h. t.*

§. IIX. Quoniam ad Ædiles etiam cura ſecuritatis viarum publicarum ſpectabat, conſ. *l. 2. §. 21. & 26. ff. de o. i.* hinc de eo quoque edicunt, *ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, vrſum, pantheram, leonem aliudue, quod noceret, animal habeat in eo loco, vbi vulgo iter ſit, l. 40. 41. 42. h. t.* qui contra fecerit, ad duplum damni dati in rebus æſtimabilibus: ſi liber homo perierit, ad 200. ſolidos: ſi illi ſaltem nocitum, ad id tenetur, quantum bonum & æquum iudici viſum fuerit, *de l. 42. h. t.* hodie pœna ſemper eſt arbitraria. In ædibus canem ferocem habere non prohibitum, modo non ſit ſolutus, *l. 2. ff. ſi quadr. paup. conf. l. vn. de via publ. & ſi quid in ea.*

§. IX. Pertinet ad hanc materiam Caſpar Caballinus *de ædilitia actione:* Joh. Wilh. Rœuenſtrunk. *de redhib. iud. equeſtr.* conferri etiam poſſunt Paulus Zachius *in quæſt. medico-legalibus:* Beham *vom Roſtauſcher-Recht:* Strauchii *diſſertationes ædilitiæ:* H. Donellus *de ædilitio edicto:* Barth. Cæpolla *de ædilitio edicto, &c.*

*LIB. XXI. TIT. II.*

Cod. IV. 45. 46.

## De Euictionibus & duplæ ſtipulatione.

§. I. EVincere nihil aliud eſt, quam rem ab alio poſ-

Digitized by Google

poſſeſſam meliore iure demonſtrato implorato- que iudicis auxilio poſſeſſori auferre: *euictio- nem præſtare* autem ſignificat reparationem da- mni, quod poſſeſſor rei ablatæ ex illa ablatione perpeſſus eſt, v. Zœſ. *ad ff. h. t. n. 3.*

§. II. Sub hoc titulo quæritur: *quisnam ad præſtandam euictionem ſit obligatus?* reſpondetur, quilibet, qui per *contractum oneroſum* rem in nos tranſtulit, *l. 1. ff. h. t. l. 66. §. vlt. l. 4. l. 29. C. b. t. l. 33. C. de transact. l. 9. pr. ff. locat. l. 10. §. 2. ff. comm. diuid.* Hic vocatur *auctor*, v. *l. 8. 9. 10. & 11. C. h. t. Iudæi* iure Saxonico ab onere præ- ſtandi euictionem liberantur, ſi cum chriſtianis contrahunt, *Landr. lib. 3. art. 7.* quod tamen ab vſu receſſit, Frantzk. *ad ff. h. t. n. 326.*

§. III. E contrario in negotiis *lucratiuis* euictio non præſtatur, niſi expreſſe promiſſa, *l. 2. C. h. t.* Exceptio eſt, ſi donator *in dolo ſit*, qui rem alie- nam ſciens donauit & donatarius in eam rem *ma- gnos ſumtus fecit*, & per conſequens de damno vi- tando certat, *l. 18. §. 3 ff. de donat.* Reliquæ ex- ceptiones, quas vulgo adducunt, ſunt nullius momenti. Dicunt: euictionem præſtandam eſ- ſe, ſi donatio non a traditione, *ſed a promiſſione inceperit*; aſt vero omnis donatio incipit a pro- miſſione, nec traditio eius naturam variat, ſiue mox, ſiue ex interuallo accedat. Deinde *l. 1. C. de iur. dot.* ad quam omnes fere prouocant, expreſſe de *dote æſtimata* loquitur, vnde non donatio, ſed reuera emtio ibi ſubeſt, v. Brunnem. *ad l. 2. C. h. t.* qui nobiſcum ſentit. Porro adferunt exceptio- nem de *donatione remuneratoria*: verum illud

exem-

Digitized by Google

exemplum, quod ex *l. 27. ff. de donat.* adferunt, ſi præceptori *loco honorarii debiti* quid donatum, huc non pertinet, quia ibi donatio plane non adeſt, præceptor enim iure perfecto exigendi honorarium gaudebat.

§. IV. Sunt etiam cauſæ, vbi ne quidem in contractibus *oneroſis* euictio præſtatur. Huc pertinet (a) ſi euictio *culpa emtoris* accidit, v. g. ſi in arbitrium compromiſit, *l. 56. §. 1. ff. h. t.* iudicis incompetentis iurisdictionem prorogauit, Brunnem. *ad d. l. 56. n. 2.* tranſegit, vel liti renunciauit, *l. 17. ibi: nec circa iudicis diſceptationem, C. h. t.* exceptiones legitimas omiſit, *l. 56. §. 3. ff. l. 19. C. h. t.* non adpellauit, aut adpellationem deſeruit, *l. 63. §. 2. ff. de euict.*

§. V. Idem eſt, ſi litem autori non denunciauit. Requiritur enim *litis denunciatio*, ſi emtor contra venditorem deinde regreſſum ſuum inſtituere velit, *l. 8. & 9. C. h. t.* eum in finem, vt hic defenſiones parare illasque emtori vna cum iuribus ad cauſam facientibus exhibere poſſit, v. *l. 1. C. de peric. & comm. rei vend.* Opus eſt illa denunciatione, quamuis litem ortam venditor non ignoret, Brunnem. *ad l. 7. & 8. C. h. t.* ac fieri debet iudicialiter transmiſſo libello actoris ac reliquis ad informationem autoris neceſſariis, Carpz. *p. 1. c. 3. d. 29. n. 5.* ante, vel poſt litem conteſtatam, imo in ipſa adhuc adpellatione, v. *l. 29. §. 2. ff. h. t.* Carpz. *d. def. 29.* in eodem iudicio, in quo cauſa principalis ventilatur, *l. 49. ff. de iudic. l. 1. C. vbi in rem act.*

§. VI.

§. VI. Præter caſus in §. *VI.* recenſitos euictio porro non præſtatur, quoties res emta *per caſum fortuitum aufertur*, v. g. ſi ſeruus mortuus, *l. 21. ff. h. t. l. 26. C. eod.* emtor de poſſeſſione violento modo deiicitur, *l. f. C. de act. emt.* aut per iniuſtam iudicis ſententiam res emta aufertur, *l. 51. h. t.* quo etiam referunt, ſi res a principe occupetur ex ſola poteſtate, v. *l. 11. h. t.* aliud ergo, ſi præuia cauſæ cognitione hoc fiat.

§. VII. Nec tenetur autor ad euictionis præſtationem, ſi *integram vniuerſitatem* alicui vendidit, & *aliquæ res ſingulares* euincuntur; eſt enim venditio per auerſionem, v. g. ſi hereditas, grex, bibliotheca &c. vendita, pretio in ſingulas res non conſtituto, *l. 1. C. h. t.* Frantzk. *ad ff. h. t. n. 167. ſqq.* aliud ergo, ſi tota vniuerſitas aufertur, v. *tit. de her. & act. vend.* §. *II.* Denique non tenetur autor, ſi res *iure conſanguinitatis, vel alio iure retrahitur*, Frantzk. *d. l. n. 284. ſqq.* hoc enim præuidere potuit, vel debuit emtor, quod ſecus eſt, ſi retractus fit ex *conuentione*, aut quia res *fideicommiſſo grauata eſt*, quæ præuideri nequeunt, v. Brunnem. *l. 11. ff. h. t. n. 8. & in f.*

§. IIX. Sunt illi caſus, quando præſtatio euictionis ceſſat. Quodſi vero talis caſus non adeſt, iuxta §. II. in contractibus oneroſis aduerſus venditorem re euicta agit emtor, ad id, vt reſtituat *rei æſtimationem* iuxta *tempus euictionis*, ſiue creuerit poſt tempus contractus, ſine decreuerit, *l. 66. §. 3. l. 70. h. t.* deinde ad reſtituendum *intereſſe*, *d. l. 70. ff. l. 17. C. h. t.* quo etiam ſumtus litis

tis pertinent. Quod ſi tamen emtor vicerit, venditor eos ſumtus non reſtituit, quia calumniam non præſtat, v. Struu. *ex. 27. th. 18.*

§. IX. Si venditor emtori *indicauit*, *rem eſſe alienam*, emtor ne pretium quidem repetere poteſt, niſi pacto ſibi proſpexerit, *l. 27. C. h. t.* Quod ſi venditor pactus eſt, *ſe euictionem præſtare nolle*, a reſtitutione intereſſe quidem liberatur, non vero in dubio a reſtitutione pretii, *l. 11. §. f. ff. de act. emt.* ſi tamen hoc caſu venditor ſciens rem alienam vendidit, pactum illi plane non prodeſt, *d. l. 11. §. f.*

§. X. Apud Romanos, prout rubrica tituli indicat, in caſum euictionis *duplum*, *triplum*, &c. promitti ſolebat, *l. 56. pr. h.* quod hodie rarius fit. De euictione ſcripſerunt Gaballinus, Ioh. Anton. Mangilius, Alphonſ. de Guzmann, Burgundus, Frantzkius, cuius tractatus de hac materia commentario eiusdem ad ff. inſertus, Franc. Balduinus, Hugo Donellus, &c.

### *Lib. XXI. Tit. III.*

## De exceptione rei venditæ & traditæ.

§. I. QVæritur hic: *an ipſe venditor rem venditam euincere poſſit?* v. g. inuenit quis in hereditate rem aliquam, quam ſuam quidem eſſe putat, ea tamen defuncto ſolum commodata, vel oppignorata fuit: vendit illam: poſt venditionem verus dominus ſuper-

venit

Digitized by Google

venit & vbi res non amplius adeſt, venditor pretium illius rei vero domino perſoluit & ſic ex poſtfacto ipſe verus dominus efficitur: iam vult eam rem emtori euincere; reſpondetur, non poſſe eum proprio facto contrauenire, ſed ei obſtare exceptionem rei venditæ & traditæ, *l. 1. h. t.*

*Lib. XXII. Tit. I.*

Cod. IV. 32.

# De vſuris & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora.

§. I. VSura eſt acceſſio debitæ ſortis, iure canonico quidem prohibita, *c. 4. X. de vſur.* hodie tamen certo modo permiſſa, de quo deinde. Vſuræ ſunt vel *punitoriæ*, quæ ſine conuentione *propter moram* a debitore commiſſam ſoluuntur: vel *compenſatoriæ*, quæ ſoluuntur ex conuentione in compenſationem conceſſi vſus: vel *lucratoriæ*, quæ vltra modum compenſationis exiguntur, hæ vocantur a canoniſtis *mordentes* ab Hebræorum *neſech*, id eſt morſus, Gothofr. *ad l. 29. h.* & prohibitæ ſunt, v. *vſ. pract. diſt. iurid. h. t. diſt. I.*

§. II. Vſuræ debentur hodie vel ex *pacto* in contractibus b. f. & ſtricti iuris, vel ex *mora* iterum in vtriusque generis contractibus, *R. I de a. 1600. §. ſo viel nun. 139.* vel interdum ſine pacto & mora ex ſola *æquitate*, de quo v. *tit. de act. emt.*

§. IX.

Digitized by Google

§. *IX. inf.* quo etiam pertinet, ſi mandatarius, vel negotiorum geſtor pecunia principalis ſui vſus, *l. 29. §. 9. ff. mand. l. 19. §. 4. ff. de neg. geſt.*

§. III. Iure Romano *illuſtribus* ſolum trientes, ſiue 4. pro centum: *mercatoribus* beſſales, 8. pro 100. *reliquis* autem ſemiſſales, 6. pro 100. permittebantur, *l. 26. §. 1. C. h. t.* Hodie in imperio noſtro quincunces permiſſæ iuxta *rec. imp. de a. 1600. §. ſo viel nun 139. & R. I. de a. 1654. §. anreichend. 174.* quamuis in Saxonia & multis aliis prouinciis, v. g. Marchia, Pomerania, ducatu Brunſuicenſi & Magdeburgico, &c. etiam ſemiſſales in vſu ſint, quod a moribus cuiusque loci dependet. Ceterum, ſi quid vltra modum ſtatutum ſolutum eſt, illud vel vt indebitum repetitur, vel ſorti etiam imputatur, *l. 26. §. 1. C. h. t.*

§. IV. Vſuras *vltra alterum tantum* non currere, eſt communis adſertio. Verum illa vniuerſaliter non procedit. Si enim vſuræ *quotannis*, ſiue, vt dicunt, *particulariter ſolutæ*; in perpetuum currunt, quia in praxi non *nou. 121. c. 1.* ſed *l. 10. C. h. t.* recepimus. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 1. §. 28.* idem eſt, ſi non quidem particulariter ſolutæ, debitor tamen a creditore diligenter interpellatus *in mora ſoluendi* conſtitutus fuit, aut ſi ſunt vſuræ *pupillares*, *rei iudicatæ*, &c. v. omnino Finckelth. *obſ. 40. per tot.* Remanet ergo ille caſus ſolum, vbi vſuræ vltra alterum tantum non currunt, ſi *nec debitor eas quotannis ſoluit, nec creditor etiam illum de ſolutione diligenter interpellauit*, v. Finckelth. *d. l.*



Digitized by Google

§. V. Porro nec *vſuræ vſurarum* debentur, id eſt, vſuræ præteritæ non ſunt in ſortem conuertendæ & ex illa noua ſorte nouæ vſuræ exigendæ, *l. vlt. C. h. t.* quod ſi quis facit, crimen *anatociſmi* committere dicitur apud Ciceronem & deinde apud DD. communiter. Eſt vero anatociſmus vel *menſtruus*, quando ſingulis menſibus; vel *anniuerſarius*, quando ſingulis annis vſuræ in ſortem conuertuntur. Vterque prohibitus, v. *vſ. pract. diſt. iur. h. t. diſt. IX.*

§. VI. Diſtinguunt alias anatocismum quoque in *coniunctum*, quando vſuræ *ſorti principali immiſcentur*: & *ſeparatum*, quando ſuper vſuris *ſpecialis obligatio datur*. Vtrumque genus iterum prohibitum eſt, *v. l. 28. C. h. t.* In praxi tamen anatocismus ſeparatus toleratur, v. *diſt. X. h. t.* non vero indiſtincte, ſed eo ſolum caſu, *quando debitor eſt diues & vſuras promte ſoluere poteſt, eas tamen ad promouendum commodum ſuum tanquam ſortem retinere mauult*, Meu. *p. 4. dec. 213. n. 6.* quod nullam iniquitatem ſapere videtur.

§. VII. Alias etiam crimen anatocismi ceſſat, quoties *debitor mutatur*, v. g. ſi vſuræ a Titio ſolutæ Mæuio tamquam noua ſors ſubminiſtrantur: ſi tutor vſuras pupillares exigit & in ſuos vſus conuertit, *l. 7. §. 12. ff. de adm. tut.* idem obtinet, ſi negotiorum geſtor, aut mandatarius vſuras a debitoribus principalis ſui exigit iisdemque deinde ipſe vſus eſt, &c. ſecus vero eſt, licet *creditor mutetur*, Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 1. §. 30.*

§. IIX. Quicunque itaque creditor vel maio-

res

Digitized by Google

res vſuras exigit, vel in caſibus prohibitis vſuras vſurarum, vel vſuras vltra alterum tantum accipit, is *vſurariam prauitatem* committere dicitur. Coercetur illa prauitas variis pœnis in theoria, licet in praxi raro adplicentur. Pœna iuris *canonici* eſt, quod vſurarii amittant ius teſtamenti condendi, *c. 2. de vſur. in 6.* excludantur a S. communione, & ſepultura honeſta priuentur, *d. c. 2.* add. *c. 3. X. h. t.*

§. IX. Pœna iuris *ciuilis* eſt *infamia*, *l. 20. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* in *receſſibus imperii* adhuc accedit amiſſio quartæ partis ſortis, quæ quarta pars inter magiſtratus fœnatoris & debitoris diuidenda, *R. I. de a. 1577. tit. 17. §. 8.* Iure *Saxonico* integra ſors amittitur & vſurarius præterea arbitrarie punitur, Carpzov. *pr. crim. qu. 92. n. 28. ſqq.* De vſuris ſcripſit Iulius a Beyma, Chriſtoph. von Hagen, Hotomannus, Caſpar Caballinus, Molinæus, Salmaſius, Lælius Zechius, Petrus Binsfeld, &c. add. Cloppenburg *de fœnore*, Tabor *de altero tanto*, & H. Donellus *de vſuris & fructibus.*

§. X. Sequitur de *fructibus.* Fructus ſunt emolumenta rerum, & diuiduntur in *naturales* atque *ciuiles*, naturales vero iterum in *naturales in ſpecie ſic dictos*, & *induſtriales*. *Naturales in ſpecie* ſunt, quos natura producit absque magna hominum opera & impendio, v. g. poma, nuces, glandes, gramen, &c. *induſtriales*, quos natura non producit, niſi accedente magna hominum cura atque impendio, vt frumentum, vinum, &c. *ciuiles*,



Digitized by Google

qui non *ex re*, vti naturales & induſtriales, ſed *propter rem*, id eſt, propter vſum rei conceſſum percipiuntur, vt vſuræ, mercedes, &c. quamuis vero in *l. 121. ff. de V. S.* dicatur, vſuram in fructu non eſſe; hoc tamen de fructu naturali & proprie dicto ſaltem intelligendum, nam v. *l. 34. ff. h. t.* Quod *occaſione* rei percipitur, v. g. theſaurus, illud ad fructus plane non pertinet, ſed eſt emolumentum extraordinarium. Aliud exemplum de partu ancillæ in *§. 37. I. de R. D.* quamuis ratio ibi ſubiuncta non ſit genuina.

§. XI. Alias etiam diuiduntur in *pendentes*, qui fundo adhuc cohærent, v. *l. 44. ff. de R. V.* & *perceptos*; qui a fundo ſeparati, *§. 36. I. de R. D.* Hi iterum ſunt vel *extantes*, qui ita adhuc poſſidentur, prout percepti; vel *conſumti*, idque vel naturaliter, v. g. comedendo, &c. vel ciuiliter, v. g. vendendo, vel nouam ſpeciem inducendo &c. Porro diuiduntur in *perceptos*, qui reuera & actu percepti, & *percipiendos*, qui quidem actu non ſunt percepti, meliori tamen diligentia adhibita percipi potuiſſent, v. g. ſi quis agros debito modo non coluit, &c. De vſu harum diſtinctionum, v. *tit. de her. petit. §. V.* & *vſ. pract. diſt. iurid. h. t. diſt. IV. vsque ad diſt. IIX.*

§. XII. Tertio in rubrica præſentis tituli de *cauſis* dicitur. Cauſa in ſignificatu *generali* etiam fructus & onera comprehendit, vnde dicitur, rem reſtituendam eſſe cum omni cauſa, *l. 20. ff. de R. V.* & contra: rem tranſire ad nouum poſſeſſorem cum ſua cauſa, v. g. ſeruitute impoſita, hypothe-

theca, &c. *l. 67. ff. de contr. emt.* In ſenſu *ſpeciali* autem, vt hic, denotat omnem vtilitatem, quæ præter fructum rei accedit, v. g. conditio vſucapiendi, ſi res a non domino emitur, Briſſonius *de verb. ſign. voc. cauſa* & ex eo Beyer *poſit. ff. h. t. poſ. 46. ſqq.* item bonitas, immunitas, &c. v. *§. 3. I. de off. iudic. & tit. ſi ex nox. cauſ. ag. §. 1.*

*§.* XIII. Poſſes fortaſſe huc etiam *intereſſe* referre, quod denotat omnem vtilitatem, quæ mihi propterea abeſt, quod alter vel iuſto tempore, vel iuſto loco promiſſa non impleuerit, v. *tit. de condict. tritic. & de eo, quod cert. loc.* Diuiditur autem intereſſe *damni emergentis*, quando id prætendo, quod mihi reuera ex patrimonio meo deceſſit, v. g. ſi conductorem ob ædes corruptas conuenio, aut ex L. Aquilia contra damnum inferentem ago; hoc quilibet petere poteſt, v. omnino *l. 21. §. 3. ff. de act. emt.* & intereſſe *lucri ceſſantis*, quando lucrum ſperatum intercipitur, quod præter mercatores nemo regulariter prætendere poteſt, Gail. *2. obſ. 6. n. 3.* v. *tit. de condict. tritic. §. II. inf.* niſi debitor ſe expreſſe ad omne intereſſe obligauerit, Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 1. §. 26.* conf. Arn. Baert. *in tr. de eo, quod intereſt. & tit. C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur*, ibique Bereng. Paulhacus *in repet. l. vn. d. t.* apud Brunnem. *ad l. 4. ff. de eo, quod cert. loc. n. 2. 3.* Hugo Donellus *de eo, quod intereſt*, qui tractatus inſertus commentario ad partes codicis Iuſtinianei.

§. XIV. Quarto in rubrica tituli de *omnibus acceſſionibus* dicitur. Cum vero de acceſſionibus infra ſub *tit. de acquirendo rerum dominio* agatur; hinc



Digitized by Google

hinc lectorem eo remittimus. Sequitur itaque vltimo.

§. XV. De *mora*, quæ eſt rei peragendæ iniuſta dilatio, arg. *l.* 21. & 22. *ff. h. t.* Oritur illa intuitu *debitoris* vel ex *lapſu diei*, vbi nulla iuterpellatione opus, dies enim pro homine interpellat, *l.* 12. *C. de contr. & comm. ſtipul.* (quod ſecus eſſe putant, ſi ſub conditione aliquid promiſſum, & hinc poſt conditionis exiſtentiam interpellationem requirunt, Bachou. *ad Ttreutl. vol.* 2. *diſp.* 3. *th.* 7. *lit. d.*) vel oritur ex *interpellatione*, ſi nullum certum tempus obligationi adiectum. *l.* 32. *h. t.* vel denique *ex re*, ſi quis minori & illis, qui minorum iure fruuntur, debeat, hic enim v. g. debitor, ad vſuras tenetur, licet nullæ promiſſæ, nec etiam interpellatio facta, nec dies forſan præfinitus elapſus fuerit, v. *l.* 3. *C. in quib. cauſ. in int. reſt. nec non eſt.* Lex hic interpellat.

§. XVI. Mora perpetuat obligationem, id eſt, obligatio non ſolum in heredes tranſit, ſed etiam fideiuſſores, v. g. poſt elapſum tempus obligantur, *l.* 91. §. 3. & 4 *ff. de V. O.* v. *tit. de fideiuſſ.* §. *IX.* inducit obligationem ſoluendarum vſurarum, v. §. *II. h. t.* & transfert periculum in moroſum, *l.* 23. *l.* 82. §. 1. *ff. de V. O.* quod vltimum quoque ad eum caſum adplicari poteſt, ſi *creditor in non accipiendo moram committit*, & tunc præterea debitor facultatem habet, rem debitam iudicialiter deponendi, v. *infra tit. de acceptilat.* §. *II.* Si *vterque, debitor & creditor, in mora eſt, poſterior mora damnoſa habetur, l.* 17. *ff. de peric. & comm. rei vend.* Mev. *p.* 7. *dec.* 100. Ceterum de mora ſcripſerunt Ferretus, Do-

Digitized by Google

Donellus, Peckius, Arumæus, Saporta, Petr. Barboſa, Steph. Forcatulus, Taco a Glins, &c.

*Lib. XXII. Tit. II.*
Cod. IV. 33.

## De nautico fœnore.

§. I. F*Oenus nauticum* eſt vſura, quæ ſoluitur pro pecunia traiectitia. *Pecunia traiectitia* autem vocatur, quæ *periculo creditoris* per loca periculoſa marina, (vel ex interpretatione, per terreſtria etiam,) transferenda eſt, *l. 1. h. t.* Ergo quia hic periculum ſortis non ad debitorem, vti alias, ſed ad creditorem ſpectat, *vſuræ centeſimæ* quoque permittuntur, id eſt, 12. pro 100. *l. 26. §. 1. C. de vſur.* ſoluebantur enim vſuræ apud Romanos ſingulis menſibus, & quidem ſemper centeſima pars, id eſt, 1. pro centum, Gothofred. *ad d. l. 26. §. 1. lit. 1.*

§. II. Fœnus illud nauticum, ſiue vſuræ maiores adhuc hodie licitæ ſunt, Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 3. c. 5. §. 29.* & debentur, donec nauis ad portum adpulerit, *l. 1. C. h. t.* Illud vero periculum creditoris ſolummodo eſt, quod *naufragio* accidit, non quod a piratis, incendioue, vel ex iactu, aut culpa etiam debitoris, v. g. merces illicitas vehentis, quæ confiſcantur, euenit, niſi aliud pactum fuerit, Stryk. *d. l. §. 29.* Pertinet huc *contractus adſecurationis* inter mercatores, de quo in ſpeciali tractatu egit Petrus Santerna, conf. Stryk. *caut. contr. d. l. §. 27. ſeqq.* add. Benuenutus Straccha & Reinold. Kürike *de adſecura-*

*tionibus.* Inſtrumentum ſuper hoc confectum vocatur *die police*, vel *pollice*, cuius formulam habet Stypmann. *de iure marit. p. 4. c. 7. n. 425.* Quintinus Weitzen *in libr. von Avereyen* exhibet etiam *der Stadt Amſterdam Aſſeuranz und Averey Cammer-Ordnung.* conf. etiam Taco van Glins *in Aenmerkingen over het Holl. Zeerecht.*

§. III. Adfinis etiam eſt *Bodmeria*, quando mutuum nauarcho, ſiue domino nauis datum, ſub pacto, vt cum fœnore conuento, (quod itidem quantitatem vſurarum conſuetarum excedere poteſt) reddatur, ſi nempe carina nauis (*der boden des Schiffs*) ſalua reuerſa fuerit. Non vero creditor hic hypothecam in naui, ſed perſonale ſaltem priuilegium in dubio habet, niſi aliter conuentum. Si nauis perit, creditor nihil recipit, Stryk. *de inueſt. act. ſect. 1. membr. 7. §. 28.* & *in not. ad Lauterb. de exerc. act. voc. Boddemerey*, licet diſſent. Schilter. *ex. 35. th. 14.* v. ſtatuta Hamb. *p. 2. tit. 18.* & autores ſupra *ad tit. de exerc. act. in f.* citatos, add. Huber. *prælect. h. t. §. 2. in f.*

§. IV. Imo, quoties *alea ſortis* ſubeſt, toties maiores vſuræ permittuntur. Pertinet huc *contractus vitalitius*, vbi creditori ad alimenta quotannis maximæ vſuræ ſoluuntur, ita tamen, vt ſors penes debitorem remaneat morte creditoris ſecuta, quoquo tempore hoc factum fuerit. Idem in Italia & præcipue Romæ in *montibus pietatis* ſic dictis obtinet, de quibus Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 1. §. 33.* ita valet contractus, ſi tibi dem mille, vt poſt triennium 2000. reſtituas, ſi

ad-

Digitized by Google

adhuc vixero, quod & plura habet Brunnem. *ad l. 5. ff. h. t.* add. Borcholt. *in tract. de fœnore nautico.*

*Lib. XXII. Tit. III.*

Cod. IV. 19.

## De Probationibus & præſumtionibus.

§. I. P*Robatio* eſt actus iudicialis a partibus litigantibus ſuſceptus, vt iudici de facto controuerſo fides fiat. Diuiditur a DD. in *artificialem*, quæ per præſumtiones & coniecturas expeditur, in cauſis ciuilibus & maxime in criminalibus, & *inartificialem*, quæ fit per teſtes, inſtrumenta, iusiurandum, &c. ſi enim idoneos teſtes, aut liquida inſtrumenta pro me habeo, parum artis requiritur, vt in cauſa obtineam.

§. II. Alio reſpectu diuiditur in *plenam*, quando duo teſtes claſſici, ſiue omni exceptione maiores, aut liquida inſtrumenta adſunt: & *minus plenam*. Hæc iterum tres habet gradus. Alia eſt *ſemiplena maior*, ſi quis v. g. vnum teſtem claſſicum, alterum vero omni exceptione non maiorem habet: alia *ſemiplena ſimpliciter*, quando v. g. vnus teſtis omni exceptione maior adeſt, aut mercator librum ſuum producit: alia *ſemiplena minor*, quando v. g. vnus ſaltem teſtis adeſt isque non omni exceptione maior. De effectu eiusmodi probationum v. *tit. de iureiur. ff.* XXX. & XXXIII.



Digitized by Google

§. III. Probare debet *actor* actionem, *l. 31. in f. h. t.* niſi præſumtionem pro ſe habeat, quæ onus probandi in aduerſarium transfert, cuius exemplum in actione negatoria habuimus, v. *tit. ſi ſeru. vind.* §. *IV.* deinde *reus* itidem exceptionem probare obſtringitur, quia excipiendo actor fit, *l. 19. pr. h. t.* Hæc vocatur *reprobatio.*

§. IV. Porro probandi onus ipſi incumbit, qui aliquid *adſirmat*, *l. 2. h. t.* ſiue directo, ſiue per conſequentiam, id eſt, ſi negare quidem videtur alter, ſed tamen illa negatio implicite adfirmatiuam in ſe continet, qualis dicitur *negatiua prægnans*, v. g. ſi dico: tu teſtamentum condere nequis; adſero enim, te eſſe filium familias, vel prodigum, &c. v. *l. 5. h. t.* aut, ſi dico: non fui eo die Lipſiæ; adſero enim, me alibi fuiſſe, qualis negatio in ſpecie dicitur *certo loco & tempore circumſcripta.* Quod ſi ergo eſt *negatiua pura* & *vaga*, id eſt, ita non circumſcripta, negans ad probationem non tenetur, v. g. nihil tibi debeo, &c.

§. V. Probandum eſt *factum*, quia incertum, non *ius ſcriptum*, bene tamen *conſuetudo*, v. *tit. de LL.* §. *VII.* Expeditur hoc *poſt litem conteſtatam*, niſi forte quis probationem *ad perpetuam rei memoriam* ſuſcipere velit, quod *reo* indiſtincte licet, *actori* futuro autem non, quia hic ſtatim agere poteſt, niſi periculum ſubſit, ne teſtimonium propter morbum, vel abſentiam teſtium inſtantem pereat, de qua materia fuſe actum *in der Einleit. zum ciu. proc. c. 20. per tot.*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. Adcurate autem a probaturo obſeruandus eſt *terminus probatorius*, qui quidem non iure Romano, bene tamen per ordinationes proceſſuales multorum locorum determinatus, v. g. in Saxonia terminus Saxonicus 6. ſeptimanarum & 3. dierum. *Incipit* hic terminus ab eo tempore, quo ſententia interlocutoria ſuper L. C. lata vires rei iudicatæ obtinuit, deinde vero eſt *peremtorius*, & ita quidem, vt eo elapſo probatio mox deſerta ſit, quamuis nulla contumaciæ accuſatio præceſſerit, Meu. *p.* 7. *dec.* 36. Einleit. *zum ciuil. proc. cap.* 15. §. 3. *ſqq.* & §. 11.

§. VII. Intra terminum probatorium vero *bis & ter* ſucceſſiue *teſtes producere licet*, modo probans atteſtata priorum teſtium nondum didicerit tunc enim metus ſubornationis adeſſet. *Quarta productio* regulariter non eſt permiſſa, quia probans priora atteſtata iam didiciſſe præſumitur ex percontatione teſtium. Exceptio eſt, niſi *iurato adſerat*, ſe illa atteſtata nondum didiciſſe, *auth. at qui ſemel C. h. t.* & ſic præſumtionem contrariam remoueat.

§. IIX. Sequitur de *præſumtione*, quæ eſt probatio per argumenta probabilia facta, aut, ſi manis, eſt *releuatio a probatione*, *v.* §. *III. h. t.* Alia dicitur *hominis*, alia *iuris*, alia *iuris & de iure*.

§. IX. Præſumtio *hominis* eſt, quando *iudex*, qui per hominem hic intelligitur, ex *ſpecialibus circumſtantiis* in negotio aliquo *ſingulari* occurrentibus, aliquid inducit illudque tamdiu pro vero habet, *donec probetur contrarium*, v. Coraſius *de iur. ciu. in art. redig. p. 3. c. 7.* Eſt ea vel in *bonam*, vel

vel in *malam partem*, vnde iudex pro re nata iuramentum ſuppletorium, purgatorium, vel ipſam quoque torturam in criminalibus propter hanc præſumtionem dictitat.

§. X. Præſumtio *iuris* eſt, quæ a lege ciuili, vel naturali, ex natura *rerum* vel *generis humani in vniuerſum* conſiderati deducitur. Eſt ergo regula generalis, quæ ab eo deſumitur, quod *plurimum fieri ſolet* ſine præcedente aliqua probatione, v. g. quod *quilibet* præſumatur bonus: *quælibet* res libera: *quodlibet* inſtrumentum verum & ſolenne: diligentia communis & media præſumitur, non autem ſumma, v. Carpz. *p. 2. c. 26. d. 18.* & *19.* &c. Interim tamen hæc quoque non minus ac præſumtio hominis *probationem in contrarium admittit*, v. omnino *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. V.*

§. XI. Præſumtio *iuris & de iure* improprie dicitur præſumtio, quia *non admittit probationem in contrarium.* Eſt ergo *diſpoſitio legum* de actu aliquo, quod ita præciſe ſeſe habere debeat, v. g. quod res a tutore in inuentarium relatæ pupilli ſint, licet tutor adſerat, quod per errorem eas in inuentarium retulerit, *l. 13. C. arbitr. tutel.* quod partus in matrimonio natus cenſeatur legitimus, *l. 11. §. 9. ff. ad L. Iul. de adult.* v. ſupra *tit. de his, qui ſui vel al. iur. §. IV.* quod concumbens cum ſponſa, cui ſub conditione matrimonium promiſerat, conditioni renunciaſſe præſumatur, v. *c. 6. X. de cond. adpoſ. c. 12. X. de præſumt.* add. *c. 30. X. de ſponſ.* de muliere fideiuſſionem poſt bi-

en-

Digitized by Google

ennium repetente v. *tit. de SC. Vellei.* §. *VI.* aliud exemplum habuimus ſub *tit. de SC. Macedon.* §. *VII.* Confer ad hunc titulum Maſcardum, Duarenum, Pacianum & H. Donellum *de probationibus:* Herculanum & Nic. de Paſſeribus *de probatione negatiuæ:* Alciatum & Menochium *de præſumtionibus:* Marcellum Cala *de modo articulandi & probandi, &c.*

*Lib. XXII. Tit. IV.*

Cod. IV. 21.

## De fide inſtrumentorum, & amiſſione eorum.

§. I. SEquitur nunc probatio *inartificialis*, v. *ſſ. 1. tit. præc.* & primo quidem ea, quæ per inſtrumenta expeditur. Eſt vero *inſtrumentum* ſcriptura, quæ ſuper actu aliquo conficitur, vt, quod actum eſt, per eam facilius probari poſſit, v. *l. 4. h. t.* quamuis in ſignificatu *latiori* teſtes quoque inſtrumentorum adpellatione comprehendantur, *l. 1. h. t.*

§. II. Inſtrumentum eſt vel *publicum*, quod a perſona publica confectum, aut confirmatum, v. g. a iudice, vel notario: vel *quaſi publicum*, quod trium teſtium maſculorum ſubſcriptione corroboratum, *v. l. 11. in f. C. qui pot. in pign.* vel denique *priuatum*, quod fide mere priuata ſuſtinetur.

§. III. *Priuatum* porro vel dicitur *chirographum* ſuper contractu *vnilaterari*: vel *ſyngrapha*, ſuper contractu *bilaterali* confecta: vel *apocha*, ſiue quietantia, qua *creditor* fatetur, debitorem ſol-

uiſſe:

Digitized by Google

uiſſe: vel *antapocha*, qua *debitor* confitetur, ſe canonem, vel alios reditus ſoluiſſe & fundum præſtationi obnoxium eſſe, v. *l. 19. C. h. t. ibique Gothofr. in not.* Stryk. *caut. contr. ſect. 4. c. 3. §. 9.* vel *epiſtola, priuata conſignatio &c.*

§. IV. Publica inſtrumenta, quæ a *iudice* conficiuntur, nullis plane ſolennitatibus opus habent, bene tamen illa, quæ a *notario* fiunt. In his enim iuxta *ordin. imper. de a. 1512. §. Vnd nachdem in allgemeinen rechten & §. ſequ.* requiritur (I) *inuocatio nominis diuini:* (II) *annus Chriſti:* (III) *indictio Romana, Rœmer - Zinszahl*, quæ eſt ſpatium XV. annorum & olim monſtrauit annum, quo Romanis tributa ferri ſolebant, indicebantur enim tributa ſemper ad tria luſtra, cuius initium fecit Auguſt. imp. tertio ante natiuitatem Chriſti anno, vnde etiam, ſi quis indictionis annum arithmetice inquirere vult, anno Chriſti tres anni ſunt addendi, quia Chriſtus in tertia indictione natus & hoc facto annus Chriſti per 15. diuiditur, idque, quod vltimo reſiduum manet, indictionem conſtituit, ſi vero nihil reſiduum manet, indictio eſt XV. Cyclus indictionis ex conſtitutione imperatorum incipit die XXIV. ſept. quo tempore ob maturitatem fructuum optime ſolui poſſunt tributa: ex pontificum decreto autem eo tempore, quo & ipſe annus Chriſti mutatur, vnde etiam tabelliones imperatoria & pontificia autoritate pollentes diuerſo tempore indictionem mutant, v. omnino Matth. Stephani *in comm. ad nou. Iuſt. nou. 47. num. 7. ſqq.*

§. V.

Digitized by Google

§. V. Requiritur (IV) *nomen imperatoris regnantis* & anni regiminis, quos ab eo tempore numerare ſolent notarii, quo imperator non actu quidem imperium ſuſcepit, ſed in regem Romanorum electus eſt, quamuis hoc non adeo adcurate fieri exiſtimem: (V) *tempus*, dies, menſis & hora: (VI) *locus ſpecialis:* (VII) *cauſæ narratio* cum omnibus circumſtantiis: (IIX) *nomina duorum teſtium:* (IX) *ſubſcriptio & ſubſignatio* ſigillo notariatus facta. Si aliquid ex hiſce deficit, inſtrumentum ſemiplene ſaltem probat. Olim notariis honorarium offerendum erat aurum & argentum. Beſold. *theſ. pract. voc. Notarien*; hodie quamcunque monetam accipiunt. Debet etiam notarius in inſtrumento exprimere, quod ad hunc actum *rogatus* fuerit, ne ſe ingeſſiſſe videatur.

§. VI. Ab inſtrumentis notariorum differunt eorum *protocolla*, in quibus memoriæ cauſa omnia adnotant, ſed breuibus ſaltem, quæ diuerſis temporibus coram ipſis geſta ſunt. Vocant quoque *imbreuiaturam*. Debent ea notarii *propria manu* conſcribere & *partibus* iterum *prælegere*, ſimul etiam cauere, ne *raſuræ*, aut *cancellationes* in iis reperiantur, v. *d. ord. de a. 1512. §. Fürter ſo befehlen wir*. Quoniam igitur ex his protocollis inſtrumenta conficiuntur, hinc *transſumta* vocantur, & eo caſu, ſi transſumtum a protocollo diſcrepat, protocollo magis creditur.

§. VII. *Publica* inſtrumenta rite confecta plene probant, nec iure communi recognitione opus

opus habent. *Priuata* autem non probant *contra ſcribentem*, niſi fuerint recognita, de quo v. *Einleit. zum ciu. proc. cap. 3. §. 12. ſeqq. & c. 17. per tot.* Supponitur tamen, quod quis produxerit ipſa *originalia*, quia *copiæ* non probant, *l. 2. ff. h. t.* & quamuis a notario, vel iudice fuerint *vidimatæ*, vel *auſcultatæ*, nihilominus tamen plene non probant, niſi exemplificatio *præſente vtraque parte* facta fuerit, Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 7. §. 14. & 15.*

§ IIX. *Pro ſcribente* autem regulariter non probant inſtrumenta priuata, quia nemo teſtis in propria cauſa eſſe poteſt, *l. 7. C. de probat.* Exceptio eſt moribus noſtris in *libris mercatorum*, modo mercator ſit *vir fide dignus* & ille liber *vtramque paginam*, iſt eſt, data & accepta contineat, adiecta etiam ſit *cauſa debendi ſpecialis*, item *annus & dies*, atque tandem de ea re quæſtio ſit, *quæ ad mercaturam* ſpectat, v. Brunnem. *ad l. 6. C. de probat.* ibique plures citati. Procedunt hæc in *libro principali, dem Hauptbuch*, *libro de banco*: aliud in *capſia*, *der Kladde*, *iournal*, Stryk. *vſ. mod. h. t. §. IX.* Vt mercator *propria manu* omnia conſignauerit, opus non eſt, ſed ſufficit etiam, ſi inſtitor ſcripſerit, Carpz. *p. 1. c. 17. d. 35. n. 9.*

§. IX. Concurrentibus hiſce *omnibus* libri illi *ſemiplenam* probationem faciunt, vt adeo mercator ad iuramentum ſuppletorium veritatis, Carpz. *d. def. 35.* heredes vero ad iuramentum credulitatis admittantur, v. *tit. de iurei. §. XXXI.* Extendunt quoque ea, quæ de libris mercatorum diximus, ad *libros opificum* & omnium eorum, qui *fide habita hominibus credere ſolent ſine ſpeciali chirographo*,

id-

Digitized by Google

idque propter identitatis rationem. Idem de libris *Hebræorum* adſerit Nic. de Paſſerib. *de ſcript. priu. l. 4. qu. 3.*

§. X. Vitiantur inſtrumenta per *raſuras* in ſubſtantialibus, v. g. circa diem, annum, ſummam debitam, &c. item per *cancellationes : ſcripturam interlinearem : apoſtillam*, ſiue *poſt-ſcriptum : diuerſitatem chartæ & atramenti*, &c. de quibus Stryk. *caut. contr. ſect. 1. c. 6.* §. *4. ſeqq.* item, ſi inſtrumentum *pro antiquo venditatur*, quod tamen *in charta recenti ſcriptum*, quem caſum ex Riccii *dec. Neapol. p. 2. dec. 10.* adducit Struu. *ex. 28. th. 33. in f.*

§. XI. De *amiſſione* inſtrumentorum in rubrica tituli quidem mentio fit, in ipſis tamen legibus ff. de ea nihil habetur. Supplementum ergo ex codice & quidem *l. 1. 4. & 5. h. t.* petendum, vbi habetur, quod amiſſio inſtrumentorum ipſi veritati nihil obſit, modo veritas aliter probari poſſit. Adlegandus tamen caſus eſt fortuitus, quo inſtrumenta amiſſa, & probandus, quod interdum iuramento adſegantis permittitur, v. Meu. *2. dec. 283. & 284.* Ceterum pertinent huc Nicol. Euerhardus & H. Donellus *de fide inſtrumentorum* : Sutorius *de edendo, recognoſcendo, vel iurato diſſitendo* : Nic. de Paſſeribus *de ſcriptura priuata* : Rœſener *de libris mercatorum* : Bertazolius *de clauſulis inſtrumentorum* : Mynſingerus *in commentario ad hunc titulum, &c.*



Digitized by Google

## *Lib. XXII. Tit. V.*
### Cod. IV. 20.
# De Teſtibus.

§. I. TEſtimoniorum fides ab his præcipue exigenda, quorum fides non vacillat, *l. 1. pr. h. t.* Vacillat autem *generaliter* & in *omnibus cauſis* fides eorum, qui *impuberes* ſunt, *l. 9. §. 1. h. t.* *minores* in cauſis ciuilibus quidem admittuntur, non tamen in *criminalibus*, niſi *20. annis maiores* ſint, *l. 20. h. t.* *Hæretici* & *excommunicati* ex principiis clericalibus *plane repelluntur*, *auth. credentes*, *C. de hæret.* nec non *damnati iudicio publico*, *l. 3. §. 5. h. t.* & in ſpecie ob *carmen famoſum*, *l. 21. h. t.* Reliqui *infames*, vt & *viles* perſonæ admittuntur quidem ad teſtimonium dicendum, ſed tamen & horum fides vacillat, vnde iudicis arbitrio relinquitur, quantum fidei ipſis ſit tribuendum.

§. II. Vacillat porro fides in *aliquibus cauſis*, ſi ex circumſtantiis adparet, quod teſtis ex ipſa cauſa vel *commodum ſperet*, vel e contrario *incommodum metuat*. Hinc nemo in propria cauſa admittitur, *l. 10. ff. & C. h. t.* nec aduocati, tutores, &c. pro clientibus ſuis, pupillis, &c. *l. f. ff. h.* nec ſubditus in cauſa ſuperioris, niſi hodie ipſi iuramentum remittatur quoad hunc actum: item: ſi teſtis *alterutrius partis* litigantium ſit *amicus* vel *inimicus*, vnde propter amicitiam repelluntur parentes & liberi, *l. 9. h. t.* domeſtici, *l. 6. l. 24. h.* & alii, vbi ſimilis ratio adeſt. Ex-

cipi-

Digitized by Google

cipiunt communiter caſum, ſi *veritas aliter haberi non poſſit*, id eſt, alii homines notitiam rei non habeant, & deinde, ſi teſti cum *vtraque parte æqualis conuictio, vel inimicitia intercedat*, Carpzov. *p. 1. c. 16. d. 56.*

§. III. Quod ſi teſtibus nihil obiici poteſt, *omni exceptione maiores*, vel etiam *claſſici* dicuntur, quorum *duo* ad plenam fidem faciendam ſufficiunt, *l. 12. ff. h. t.* Coguntur quoque *inuiti* ad teſtimonium dicendum, quia publice intereſt, vt veritas facti detegatur, v. *l. 16. l. 19. ibi: inuitos teſtes. C. h. t.* v. *t. t. X. de teſt. cog.* Verum hic nonnullæ exceptiones notandæ.

§. IV. Scilicet non cogitur quis, vt teſtimonium dicat contra *proximos coniunctos* & *adſines*, qui recenſentur in *l. 4. h. t. ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino natum*, eosue, qui *priori gradu* ſunt. Exceptio iterum eſt, ſi veritas aliter haberi non poteſt. Ita quoque extra hunc caſum vxor cogi non ſolet, vt contra maritum teſtimonium ferat, v. Carpz. *p. 1. c. 16. def. 51.*

§. V. Porro non cogitur *aduocatus* ad manifeſtanda ea, quæ cliens ipſi ex ſingulari fiducia tamquam patrono cauſæ reuelauit: ſi ſponte ea aperit, vt præuaricator punitur, de quo fuſius Richter. *dec. 85. per tot.* Nec cogitur *confeſſionarius* reuelare ea, quæ in confeſſione pœnitentiali &, prout dicunt, ſub *ſigillo confeſſionis* aliquis ei detexit; ſin ea reuelat ſponte, ab officio deponitur & in arctum monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detruditur, *c. 2. de pœnit. diſt.*

 *6. c.*

Digitized by Google

*6. c. 12. X. de pœnit.* Extendunt hoc quoque ad eum caſum, ſi quis extra caſum confeſſionis ſacerdoti aliquid ſecreto reuelauit, Linck. *ad decret. tit. de pœnitent.* §. 7. Excipiuntur vero duo caſus, (a) ſi quis confitetur delictum adhuc *committendum*, & (b) ſi *vita innocentis*, qui alias forſan indiciis etiam grauatus, *periclitaretur*, vbi tamen reuelatio imperſonalis eſſe debet, id eſt, illum inquiſitum non eſſe reum, ſed alium, v. omnino Finckelth. *obſ. 94.* & Brunnem. *proc. ciu. c. 20. n. 61.* add. Carrocius *de reuelatione confeſſionis:* Adr. Beier *de ſigillo confeſſionis.*

§. VI. Teſtes deponere debent *præſtito iuramento* in præſentia partium, quam iurandi neceſſitatem imp. Conſtantinus in *l. 9. pr. C. h. t.* primo introduxiſſe videtur. Poſtea ſecedunt partes, & teſtes, ad oblatos a producente articulos probatoriales & interrogatoria producti, (quibus ſuppletur id, quod forſan in articulis omiſſum) examinantur, ex depoſitione rotulus conficitur & deinde facta publicatione ſinguli litigantes bina ſcripta communiter offerunt, in quibus producens oſtendere nititur, ſe probanda probaſſe, productus autem exceptiones contra perſonas & dicta teſtium adfert, de quibus omnibus v. late *Einleit. zum ciuil-proceſs c. 15. 16. & 22.*

§. VII. Teſtes *in iudicio* regulariter iurare & deponere tenentur. Exceptio eſt intuitu *perſonarum egregiarum*, v. *l. 15. ff. de iureiur.* nec non *valetudinariorum & ſenum*, qui LXX. annis maiores, ad

Digitized by Google

ad hos enim iudex mittere debet, vt domi ſuæ examinentur.

§. IIX. Hoc vltimo loco notandum, quod teſtis *rationem ſcientiæ ſuæ reddere debeat*, v. *l. 4. C. h. t. ibique Gothofr.* per illum ſenſum, quo actus ille, de quo quæſtio eſt, percipitur. Ergo etiam de *auditu proprio* deponere valide poteſt, non autem de auditu *alieno*, vnde natum eſt brocardicum: *plus valere vnum teſtem oculatum, quam decem auritos.* Exceptio eſt in *factis antiquis*, v. g. ſi de finibus quæritur, vbi etiam teſtes de auditu alieno admittuntur.

§. IX. Si teſtes ſibi inuicem contradicunt, nihil probatum eſſe cenſetur, quod DD. vocant *ſingularitatem obſtatiuam.* Ab hac differt *cumulatiua*, ſeu *adminiculatiua*, quando teſtes quidem deponunt de *diuerſis factis*, ſed quorum tamen alterum alteri adminiculatur, v. g. in probanda poſſeſſione, ſi vnus vidit arari in fundo: alter ab eodem ſeminari: tertius ab eodem meſſem colligi: hæc eſt proficua. Alia adhuc eſt ſingularitas *diuerſificatiua*, quando deponunt quidem de *eodem facto*, ſed ſimul tamen in circumſtantiis loci & temporis variant. Hæc obeſt, ſi factum non eſt iterabile, v. g. vnus dicit, quod Titius Meuium heri occiderit, alter, quod nudius tertius hoc factum: ſi vero eſt iterabile, v. g. adulterium, ſtuprum, &c. ſingularitas non nocet, v. Struu. *S. J. C. ex. 28. th. 48.* ſi teſtes illud factum *diuerſo tempore* commiſſum eſſe dicunt & tamen in circumſtantia loci, vel alia, variant.



Digitized by Google

§. X. Si vtraque pars teſtes produxit, qui ſibi contradicunt, ſtandum eſt maiori parte: vel, ſi *pares ſunt*, digniores humilioribus, ſeniores iunioribus, maſculi fœminis præferendi, Struu. *d. l. th.* 49 in dubio *pro reo* pronunciandum, v. *l. 125.* & *l. 128. ff. de R. I.* Ab arbitrio prudentis iudicis de cetero etiam omnia dependent. De teſtibus ſcripſerunt Euerhardus, Farinacius, Crotus, Gabriel, Caualcanus, Hugo Donellus, Ægidius, Aufrerius, Campegius, Reuberus &c.

## *LIB. XXII. TIT. VI.*
## Cod. I. 18.
# De iuris & facti ignorantia.

§. I. DE ignorantia *iuris* hæc eſt regula: *quod illa ignoranti noceat*, *l. 9. pr. ff. h. t.* id eſt, quod non poſſit inſtituere *actionem*, ſi v. g. quis per ignorantiam iuris aliquid dedit, per expreſſum & clarum textum in *l. 10. C. h. t.* ſi vero traditio nondum ſecuta, ſed res ſolum eſt *amittenda*, illa ignorantia non nocet, ſed promittens exceptione ſecurus eſt, *l. 7. & 8. ff. h. t.* & hoc ſenſu admitti poteſt, quod DD. dicunt, ignorantiam non nocere, ſi quis *de damno vitando certat*, aliter non, prout pluribus oſtenſum in *vſ. pract. diſt. iur. h. t. diſt. II.*

§. II. *Certæ* tamen *perſonæ* ſunt, quibus ignorantia iuris *ciuilis* (naturale enim omnes ſcire poſſunt & debent,) non nocet, vt minores, fœminæ, *l. 9. pr. ff. h. t.* &, quos adnumerant DD. mili-

Digitized by Google

milites & ruſtici. Hoc tamen ſingulare ius exigui momenti eſſe videtur, quoniam toties ceſſat, quoties ICtorum copiam habere poſſunt perſonæ recenſitæ, *d. l. 9. §. 3. ff. h. t.* aſt vero illa copia vt plurimum ſuppetit.

§. III. Quod ignorantiam *facti* attinet, diſtingue inter facta *propria* & *aliena*. *Ignorantia facti proprii nocet*, quia eſt ſupina, v. *l. 7. ff. ad SC. Vellei. l. 14. C. de hered. inſt.* excipiunt DD. ſi factum ſit valde antiquum. E contrario *ignorantia facti alieni non nocet*, *l. 2. h. t.* exemplum habuimus *tit. mandati* §. XI. *inf.* it. ſub. *tit. de hered. vel act. vend.* §. IX. adde omnino *l. f. §. 1. ff. pro ſuo.* Si aliæ probationes deficiant, prout communiter fit, res adlegantis iuramento permittitur, ſi eſt perſona fide digna. Carpzouius *p. 1. c. 22. d. 6.* hoc iuramentum *purgationis* vocat, vnde neceſſario ſupponendum, quod coniecturæ contra eum adſint, qui in ignorantia ſe fundat; deficientibus ergo eiusmodi coniecturis, adlegans ignorantiam nec probationem ſuſcipere, nec hoc modo iurare tenebitur, quia pro ipſo eſt præſumtio, quod factum alienum ignorauerit. Alter ergo, qui ipſum *ſciuiſſe* adſerit, adſertionem ſuam probare, aut iuramentum iudiciale deferre obſtrictus erit. Conferatur ad *h. t.* Ioh. Baptiſta Coſta *in tract. de iuris & facti ſcientia & ignorantia*, item Ioh. Malcotus *de iuris & facti ignorantia.*



Digitized by Google

Cod. V. I.
*Lib. XXIII. Tit. I.*

# De Sponſalibus.

§. I. SPonſalia in *l. 1. h. t.* deſcribuntur, quod ſint mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. *Mentio* & *repromiſſio* denotat ſolennem interrogationem & reſponſionem, quæ olim in ſponſalibus adhibebatur, non minus ac in aliis negotiis, vnde *ſpondere* idem eſt, ac ſtipulari, *l. 2. & 3. h. t.* hodie autem nudus conſenſus ſufficit, *l. 4. h. t.*

§. II. Sponſalia varie diuiduntur, (I) ſecundum ius canonicum in ea, quæ ſunt *de præſenti* & contrahuntur per verba de præſenti: *duco:* vel *recipio te in vxorem*, *c. pen. X. de ſponſal.* & ea, quæ ſunt *de futuro*, & contrahuntur per verba de futuro: *ducam*, vel *recipiam te in vxorem meam*, *d. c. pen.* Hæc poſteriora nullam producunt obligationem, *c. vlt. h. t.* ſed ponunt ſolummodo *ſpem* matrimonii, & ſunt præparationes ad matrimonium, Deſſelius *erot. iur. can. l. 4. tit. 1. qu. 3.* Non obſtat *c. 22. X. de ſponſal.* ibi enim ſponſalibus de futuro propterea effectus aliquis tribuitur, (quod nempe ea violanti pœnitentia imponenda,) quoniam in caſu ibi propoſito dicta ſponſalia *iuramento confirmata* fuerant, & vero notum eſt, quod iuramentum de iure canonico non ſemper ſequatur naturam actus, cui acceſſit, ſed no-

Digitized by Google

nouam obligationem ſuperaddat, v. *tit. de iure-iur.* §. IIX.

§. III. In lingua noſtra vernacula differentia illa verborum diuerſum effectum non producit, vnde hodie cum ſponſalibus de futuro comparantur illæ promiſſiones, quæ ab *impuberibus* fiunt de matrimonio aliquando contrahendo, quippe quæ etiam nullum effectum producunt, ſed adepta pubertate cuilibet pro lubitu ab illis recedere licet, *c. 7. & 8. X. de deſponſ. impub.* item *tractatus ſponſalitii*, ſi puellæ promittam, me velle aliquando cum ipſa ſponſalia contrahere, v. omnino Carpzou. *Jpr. eccleſ. l.2.def.174.tot.* Male autem a Lauterbachio & aliis huc referuntur ſponſalia conditionata, quippe quæ, vti mox videbimus, omnino aliquam obligationem inuoluunt, v. *vſ. pract. diſt. iur. h. t. diſt. I.*

§. IV. Diuiduntur (II) in ſponſalia *pura*, quæ puro & ſimplici conſenſu contrahuntur, & *conditionata*, quæ ſub certa conditione, donec illa extiterit, ſuſpenduntur. Hæc obligant *ad expectandum euentum conditionis*, vnde alter altero inuito pendente conditione ab illis ſponſalibus recedere non poteſt, quamuis illi, in cuius fauorem conditio adiecta fuit, eandem remittere & conſummationem matrimonii petere liceat, Carpzou. *Jpr. eccleſ. l. 2. def. 24.*

§. V. Poſſunt vero ſponſalibus cuiuscunque generis conditiones *poſſibiles* adiici, quamuis ſpem lucri contineant, v. g. ſi 1000. thaleros attuleris. Sed quid de *impoſſibilibus* & *turpibus*?



Digitized by Google

Ex ſententia pontificis in *c. fin. X. de cond. adpoſ.* diſtingue. Si conditio *contra leges matrimoniales* impingit, v. g. ſi generationem prolis euites: ſi diſceſſeris, poſtquam aliam honore, vel facultatibus ditiorem inueneris: ſi pro quæſtu adulterandam te dedero, &c. promiſſio effectu deſtituitur. Quod ſi *contra leges in genere* impingit, v. g. ſi furtum commiſeris, &c. vel *facto impoſſibilis eſt*, v. g. ſi cœlum digito tetigeris, &c. papa has conditiones in fauorem matrimonii pro non adiectis habendas eſſe ſtatuit, quod tamen abſurdum eſt, vnde apud euangelicos non obſeruatur, ſed talia ſponſalia pro irritis habentur ob deficientem conſenſum, Struu. *S. J. C. ex. 29. th. 6. 7.* Dn. Thomaſ. *in diſp. Lipſ. vlt. de valid. coniug. inuit. parent. contr.* §. 8. Vſ. pract. *diſt. h. t. diſt. III.*

§. VI. Sponſalia (III) diſpeſcuntur in *publica*, quæ accedente parentum conſenſu contrahuntur: & *clandeſtina*, vbi ille conſenſus deficit, quæ poſteriora an & quatenus ipſo iure nulla ſint, ex §. *ſequ.* patebit. Iure *Saxonico* pro clandeſtinis ſponſalibus adeoque ipſo iure nullis illa etiam habentur, quæ *abſque teſtibus celebrata*, licet parentes conſenſerint, Carpzou. *d. l. 2. def. 34. & 35.* quod iure communi ſecus eſt.

§. VII. Requiritur ad ſponſalia, vti dictum, *conſenſus parentum*. Sed quæritur: an de *neceſſitate*, an vero de *honeſtate* ſolum? Si *neceſſitatis* eſt, ſponſalia contracta ipſo iure nulla ſunt, licet iuramento confirmata fuerint, de quo Carpzou.

*d. l.*

Digitized by Google

*d. l. 2. def. 58.* aut licet copula carnalis, vel benedictio ſacerdotalis acceſſerit; ſi vero *honeſtatis* ſolum, liberi quidem conſenſum parentum negligentes peccant & pœna aliqua arbitraria coerceri poſſunt, ipſum tamen matrimonium non reſcinditur. Jure *diuino poſitiuo* conſenſus ſolum honeſtatis eſt, quod idem iure *canonico* obtinet. Jure *Romano* eſt neceſſitatis, *pr. J. de nupt. Mores* variant. In terris Brandenburgicis, Brunſuicenſibus, & aliis forte eſt neceſſitatis: alibi ſaltem honeſtatis. Fuſe de hac materia agit Dn. Thomaſ. *cit. diſp. §. 16. ſqq. Vſ. pract. diſt. tit. de rit. nupt. diſt. VI.*

§. IIX. Ceterum *patris* conſenſus principaliter ſolum deſideratur, moribus etiam in nuptiis liberorum *emancipatorum*, Carpz. *d. l. 2. def. 49.* add. Brunnem. *ad l. 20. C. de nupt.* non ergo matris, propinquorum, &c. niſi ex legibus decori. Non poteſt autem pater *ſine iuſta cauſa diſſentire*, & ſi nihilominus hoc faciat, conſenſus a conſiſtorio nomine principis ſuppletur. Quod ſi liberi ſponſalia contrahunt ſub conditione, *ſi parentes conſenſerint*, hiſce nulla iniuria infertur, ſed conſentire, aut iuſtas diſſenſus cauſas adlegare tenentur.

§. IX. Sponſalia perfecta moribus noſtris *mutuo conſenſu* non diſſoluuntur, quamuis ex textu *Matt. 19. v. 6.* hoc non probetur, quippe vbi de illis ſermo eſt, qui ſunt *vna caro* & ſic de matrimonio conſummato, v. Stryk. *de diſſent. ſponſ. ſect. 3. Einleit. zum conſiſt. proc. c. 13. §. 6.* Exceptio eſt, niſi *alienatio animorum* ex vtraque parte adſit, neque tentata reconciliatio locum inueniat,

niat, quo caſu merito adplicatur regula ex *c. 17. X. de ſponſal. quod coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.*

§. X. Sed quid, *ſi vnus ſaltem recedere vult? ſi iuſtam cauſam adlegare poteſt*, hoc ei permittitur. Toties autem iuſta cauſa adeſſe dicitur, quoties aliquid ſuperuenit, *quod amorem plane tollit*, amor enim eſt fundamentum matrimonii. Huc pertinet, ſi alter poſt ſponſalia reſciſcat, alterum contagioſo morbo laborare: eum graue delictum commiſiſſe: ſi alter deformis fiat, &c. conf. Meu. *4. dec. 43. 44. 45.* & late Carpzov. *Ipr. eccleſ. l. 2. def. 176. vsque ad def. 188.*

§. XI. Si *iuſtam cauſam non habet*, impune non recedit. Quamuis enim modum conciliandi amorem atque concordiam per incarcerationem aliaque violenta remedia plane improbemus, niſi impraegnatio acceſſerit; interim tamen hoc manet, quod non ſolum ad ſatisfactionem alteri parti in pecunia praeſtandam, ſed ſimul ad certam poenam publicam ſoluendam condemnari queat, cui DD. adhuc poenitentiam eccleſiaſticam adiungunt v. Mev. *6. dec. 355. 356. 357.*

§. XII. *Arrhae* communiter accedunt ſponſalibus, non tamen de neceſſitate exiguntur. Si ſponſalia diſſoluntur, ille duplicatas reſtituit, qui cauſam diſſolutioni praebuit: ſi nemo per factum illicitum cauſam dedit, ſimpliciter reſtituuntur, *l. 3. & 5. C. h. t.* Hodie priori caſu in aliquibus locis, v. g. Saxonia, conſiſtorio cedunt. De *ſponſalitia largitate* aliisque v. *vſ. pract. diſt. iur. h. t. diſt. IV.*



Digitized by Google

§. XIII. Si quis *bina ſponſalia* contrahit, *publica* præferuntur *clandeſtinis*: publica *priora poſterioribus*, licet ad hæc copula carnalis acceſſerit, v. *c. 31. X. h. t.* vel ſacerdotalis benedictio, hæc enim eſt inſtar confirmationis & nihil noui tribuit, v. Stryk. *ad Brunn. ius eccl. l. 2. c. 16. §. 8. verb. de conſuetudine*, ea, quæ ſunt *de præſenti*, aliis *de futuro* contractis: *conditionata priora*, ſi conditio deinde exiſtit, *puris poſterioribus*, v. Carpz. *Jpr. eccleſ. l. 2. def. 21.* Pertinet huc Paulus Cypræus *de iure connubiorum*, ſiue *de ſponſalibus*: Beuſt. *de ſponſalibus*: Stryk. *de diſſenſu ſponſalitio*: Bechſtadius *de conditionibus ſponſalium*: Ant. Matthæi *de ſponſalibus*: Baſil. Monnerus *de clandeſtinis ſponſalibus &c.*

## *Lib. XXIII. Tit. II.*
## Cod. IV. 4. ſqq.
# De Ritu Nuptiarum.

§. I. SPonſalia, quæ ſunt inſtar *emtionis*, ſequuntur ipſæ nuptiæ, inſtar *traditionis*. Deſcribuntur vulgo *nuptiæ*, quod ſint viri ac mulieris coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem continens, *ſ. 1. I. de patr. pot. l. 1. ff. h. t.*

§. II. Finis *primarius*, ex quo diiudicatur matrimonium, eſt *ſobolis procreatio*, *Geneſ. 1. v. 27. & 28.* *ſecundarius* autem *mutuum adiutorium*. Ergo, vbi *nulla ſpes* eſt generandi ſobolem, ibi nullum matrimonium, vt in maſculis ante 14. in fœminis vero ante 12. annum *pr. I. h. t. l. 4. ff. h.* in caſtratis & im-

Digitized by Google

& impotentibus, *v. l. 10. C. de repud.* & Hieron. Delphini *eunuchi coniugium*, *die Capaunen Heyrath*, vbi reſponſa theologica & iuridica in vtramque partem habentur, iure canonico,ſi inhabilitas per maleficum cauſata, per triennium cohabitare debent & vtendum mediis eccleſiaſticis, v. Brunnem. *iur. eccl. l. 2. c. 17. §. 3.* De *infibulatione*, *Neſtelknupffen*, v. Pagenſtech. *de iur. virg. §. 69.* Si vero *aliqua ſpes* adeſt ſobolem procreandi, matrimonium indulgetur, v. g. ſenibus, *l. 27. C. h. t.* ſpadonibus, aut qui vnum teſticulum ſaltem habent, *arg. l. 6. §. 2. l. 7. ff. de ædil. edict.* v. *l. 128. ff. de V. S.*

§. III. Quamuis vero finis ille primarius obtineri poſſet; interdum tamen ex *ſpecialibus cauſis* matrimonium interdicitur. Ita *tutor* non poteſt ducere pupillam, nec *curator* curandam, *l. 36. h. t. t. t. C. de interd. matrim. int. pup. & tut.* nec *filio tutoris* hoc licet, ne pupillæ in re familiari ab his circumſcribantur, qui rationes eis geſtæ tutelæ reddere compelluntur, *l. 64. §. 1. l. 66. l. 67. h. t.* ergo, ſi rationes iam redditæ ſunt, prohibitio ceſſat, Carpz. *p. 4. c. 20. d.* aut, ſi pupilla tutori a patre deſtinata, *d. l. 36. h. t.* ſic quoque pupillus tutoris filiam ducere non prohibetur, *d. l. 64. §. 2. h. t.*

§. IV. Porro *raptor* raptam ducere nequit, *l. vn. C. de rapt. virg.* quod hodie permittitur, ſi rapta conſentiat, *c. fin. X. de rapt.* *Adulter.* prohibetur ducere eam, quam per adulterium polluit, *nou. 134. c. 12.* iure canonico & moribus etiam hoc ceſſat, modo adulterium *cum promiſſione matrimonii non fuerit coniunctum*, aut adulter vxori *inſidias vitæ non ſtruxerit. c. 6. X. de eo, qui dux. in matr.*

quam

Digitized by Google

*quam per adult. poll.* Finckelth. *obſ. 25. tot.* Sic *iudæus* chriſtianam ducens tanquam adulter punitur iuxta *l. 6. C. de iud.* hodie tamen, ſi ſemel conſummatum eiusmodi matrimonium, diſſolui iterum non ſolet, v. Ziegler *ad Lancell. l. 2. tit. 12. §. 5. verb. ſi quis enim iudææ.*

§. V. Maxime autem matrimonia ob conſanguinitatem & adfinitatem prohibentur. Eſt vero *conſanguinitas* vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium. *Fictam*, quæ vel ex *adoptione* oritur, *v. §. 2. & 5. I. h. t.* vel ex *ſuſceptione ex baptiſmo, t. t. X. de cogn. ſpirit.* hodie non adtendimus, ſed ſolummodo *veram* ex procreatione prouenientem, circa quam tamen in hac materia nihil intereſt, an concubitus legitimus fuerit, an *illegitimus*, *l. 14. §. 2. ff. h. t.* item, an quis ex vtroque parente coniunctus ſit, an ex *alterutro ſaltem*, *Leuit. 18. v. 9.*

§. VII. In conſanguinitate obſeruandi ſunt gradus & lineæ. *Gradus* eſt diſtantia vnius perſonæ ab alia per generationem facta. Multi gradus coniunctim ſumti conſtituunt *lineam*, quæ propterea dicitur ſeries diuerſarum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium. Diuiditur in *rectam*, in qua deprehenduntur perſonæ, quæ vel nos generarunt, (hæc in ſpecie vocatur *adſcendens*, in *l. 1. & l. 9. ff. de grad. ſuperior*:) vel, quas nos generauimus, (hæc eſt *deſcendens*, in *d. l. inferior*:) & *collateralem*, ſiue *obliquam*, aut *transuerſalem*, in qua conſtitutæ ſunt perſonæ, quæ ſe inuicem non generarunt, ſed tamen ab eodem ſtipite deſcendunt, v. g. fratres &c.

Digitized by Google

§. VII.



§. VII. Hæc iterum eſt vel *æqualis*, quando vtraque perſona coniungenda æqualiter a communi ſtipite diſtat, v. g. duo fratres; vel *inæqualis*, ſi inæqualiter diſtant, v. g. ego & patrui nepos. Quod ſi poſteriori caſu vna perſona immediate ſub communi ſtipite deprehenditur, v. g. patruus meus: *reſpectus parentelæ* adeſſe dicitur. Scilicet adſcendentium fratres & ſorores mihi parentum: fratrum & ſororum liberi autem mihi etiam liberorum loco ſunt.

§. IIX. In computatione graduum inſtituenda vtimur vel hac regula: *quot ſunt generationes, tot ſunt gradus*; vel illa: *quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus, demto ſtipite*, in collateralibus additur: demto ſtipite *communi*.

§. IX. In linea *recta* computatio iuris ciuilis & canonici coincidit, non vero in *collaterali*, idque ex hac ratione. Ius *ciuile* per generationes intelligit *ſingulas perſonas* generatas, & ergo ſi duo ſunt liberi, duæ etiam ſunt generationes, & per conſequens duo illi liberi, tanquam fratres inter ſe, in ſecundo gradu exiſtere dicuntur. Numerantur ergo iure ciuili ſingulæ perſonæ in vtroque latere. E contrario ius *canonicum* per generationem *omnes liberos eiusdem patris coniunctim* (eodem modo, quo in ſacris dicitur, quod Deus puniat vsque ad tertiam & quartam generationem,) intelligit, & ergo duo pluresue liberi primam ſolum generationem conſtituunt, ergo etiam duo fratres in primo ſaltem gradu ſunt, ſiue vtrumque latus coniungitur & pro vno

vno habetur, vnde perſonæ vnius lateris ſaltem numerantur; ſi vero linea eſt inæqualis, longius latus neceſſario numerandum eſt, quia illa perſona, quæ inæqualitatem conſtituit, nouam generationem inchoat, v. Pacius *ad pr. I. de grad. cognat. in f. ibi: tertia ratio eſt.* In materia de nuptiis præſenti computationem canonicam ſequimur, in aliis, v. g. ſucceſſione, ciuilem.

§. X. Ratione prohibitionis graduum notari debet diſpoſitio iuris *diuini, Romani & canonici*, nec non *mores noſtri.* In linea *recta* nuptiæ ſunt prohibitæ *in infinitum*, & hic omnia iura conſpirant.

§. XI. In linea *collaterali æquali* nulla in iure *diuino* eſt prohibitio, niſi intuitu *fratrum & ſororum, Leuit. 18. v. 9.* In linea *inæquali* prohibentur *d. c. 18. v. 12. & 13.* expreſſe ſaltem duæ perſonæ, *amita* & *matertera*, & hinc vltra haſce perſonas prohibitionem non extendendam, ſed matrimonium cum *patruo* & *auunculo* diſpenſabile eſſe volunt nonnulli, quos ſequitur Bruckner *in deciſ. iur. matrimon. c. 5. §. 60. n. 6. & 7.* verum cum hic eadem proximitas ſanguinis (quæ cauſa prohibitionis eſt, *d. c. 18. v. 6.*) deprehendatur, illi opinioni ſubſcribere non poſſumus, nam & *v. 9.* ſolius *ſororis* fit mentio, fratrem tamen propterea ducere non licet, v. Stryk. *in not. ad Brunnem. ius eccleſ. l. 2. c. 16. §. 22.* Ceterum in gradibus *vlterioribus* iure diuino non expreſſis, v. g. ſi de propatruo, &c. quæritur, diſpenſationi locum eſſe plerique concedunt, Id. *loc. cit.*



Digitized by Google

§. XII. Ius *Romanum* in linea *æquali* ius diuinum ſequitur, nam & eius prohibitio fratres & ſorores ſolum reſpicit, §. *2. & 4. I. h. t.* in linea inæquali autem vlterius progreditur, quamdiu ſcilicet reſpectus parentelæ adeſt, §. *3. I. de nupt.*

§. XIII. Ius *canonicum* in linea *æquali* matrimonium prohibet vsque ad quartum gradum incluſiue, idque ex lepida ratione, *quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis, c. 8. X. de conſangu.* De linea *inæquali* cum reſpectu parentelæ coniuncta nihil inueni in iure canonico, DD. tamen putant, tali caſu prohibitionem in infinitum extendi, v. Linck. *ad tit. X. de conſangu. §. 5.*

§. XIV. Quod *mores* adtinet, illi variant. In Saxonia & multis aliis prouinciis prohibitus ſaltem eſt gradus tertius lineæ collateralis inæqualis, in Marchia Brand. etiam lineæ æqualis incluſiue, Stryk. *ad Brunnem. d. l. 2. c. 16. §. 21.* Si reſpectus parentelæ adeſt, prohibitio in infinitum plerumque porrigitur. Ceterum in illis gradibus, qui iure diuino non prohibiti, diſpenſationi principis locus eſt.

§. XV. Progredimur ad adfinitatem. Eſt autem *adfinitas* coniunctio vnius coniugis cum omnibus cognatis alterius coniugis, prout intelligenda *l. 4. §. 3. ff. de gradib.* Ergo omnes vxoris cognati mariti, & omnes mariti cognati vxoris adfines fiunt, *ipſi autem vtriusque coniugis cognati non fiunt adfines inter ſe.* Hinc pater matrem & filius filiam, aut pater filiam & filius matrem, item



Digitized by Google



duo fratres duas ſorores ducere poſſunt, v. omnino *c. 5. §. de conſangu. & adfin.* hinc compriuigni etiam matrimonium recte contrahunt, *§. 8. J. de nupt.* licet habent fratrem ſororemue ex matrimonio poſtea contracto natos *d. §. 8.* quem in praxi ſequimur. Ceterum vero, quod caſum exiſtentiæ fratris illius communis adtinet, inter interpretes non conuenit. Lutheri verſio *Leu. 18. v. 11.* loquitur *de ſerore communi ipſa*, quod eam ducere non liceat; aſt quoniam hic caſus iam paulo ante *v. 9.* prohibitus erat, hinc non probabile, Deum in *v. 11.* eundem caſum repetiiſſe; ſed præferenda eſſe videtur ſententia Bohlii *ſpec. tract. de matrimonio compriuignorum*, quod Deus matrimonia *compriuignorum* prohibuerit, poſtquam frater communis extat, vnde, quando Lutherus dixit: *die (ſc. Tochter) deinem Vater gebohren iſt*, verſio aliter formanda: *die (ſc. Stieffmutter, vel Vaters Weib,) deinem Vater gebohren hat*, v. Stryk. *ad Brunn. d. c. 16. §. 23. verb. de matrimonio compriuignorum.* Dn. Thomaſ. *iurispr. diu. l. 3. c. 3. §. 151. ſeqq.*

§. XVI. Gradus autem adfinitati nulli ſunt, *l. 4. §. 5. ff. de grad.* v. ſupra definitionem gradus §. VI. nec ergo lineæ, ſcil. proprie dictæ. Quoniam vero computatio graduum & linearum in materia prohibitionis nuptiarum maximum vſum præſtat: hinc DD. per analogiam quandam in adfinitate etiam gradus & lineas numerant, cuius rei fundamentum propter intercedentem vnitatem carnis hoc eſt: *quocunque gradu in conſanguinitate aliquis coniugi meo eſt coniunctus, eo gradu mihi*



Digitized by Google

*iunctus eſt in adfinitate:* & ratione eorum, qui coniugium nondum inierunt: *quotcunque gradu conſanguineus meus mihi eſt in conſanguinitate, eo gradu eius vxor mihi eſt in adfinitate, cauſ. 35. qu. 5. c. 3.* v. g. pater in primo gradu conſanguinitatis lineæ adſcendentis, ergo nouerca, tamquam eius vxor, in eodem gradu & linea adfinitatis, &c. Ceterum & in adfinitate perinde eſt, ſiue vnitas carnis modo legitimo, ſiue *illegitimo* adceſſerit, *l. 7. ff. de grad. l. 14. ff. h. t.*

§. XVII. Fluit ex dictis ſimul, quod matrimonium ratione adfinitatis in iisdem gradibus ſit interdictum, quos intuitu conſanguinitatis adduximus ſupra §. *X. vsque ad* §. *XIV.* vnde ſingula repetere ſuperfluum foret. Tangemus ſaltem ea, quæ quoad interpretationem legis diuinæ controuerſa ſunt.

§. XIIX. Scilicet *Leu. 18. v. 14. & 16.* in linea collaterali ſolum prohibetur matrimonium cum *patrui vidua & fratris vidua*, ergo reliquos caſus, v. g. ſi quis ducit *auunculi viduam*, aut *vxoris ſororem*, diſpenſabiles eſſe exiſtimant nonnulli, v. Bruckner. *in deciſ. iur. matrim. c. 5. §. 60.* & de coniugio cum vxoris ſorore in ſpecie Bucholtz *in reſp. iuris pro matrim. princ. cum def. vxor. ſor.* Verum nobis eadem principia, quæ §. XI. adduximus, & hic ſequi tutius videtur ob paritatem rationis, Stryk. *ad Brunnem. d. c. 16. §. 26.* Ex textu adducto *Leu. 18. v. 18.* a contrario ſenſu argumentari non licet, ſed hebraismus in verbis vltimis latet, prout videre eſt ex aliis locis, *2 Sam. 6. v. 23. Gen. 28. v. 15. Matt. 1. v. vlt.* &c. Scripta,

quæ

Digitized by Google

quæ Hauemannus & Strauchius contra Bucholzium ediderunt, nec non quæ in cauſa Oettingenſi & alias prodierunt, recenſet nouiſſime L. Kettner *in der unterſuch. der Frage: Ob iemand ſeines verſtorbenen Weibes ſchweſter heyrathen dürffe? theſ.2.* Dn. Thomaſ. *Jpr. diu. l. 3. c. 3. §. 100. ſqq.*

§. XIX. Notandum adhuc, quod ius diuinum, vnum ſaltem adfinitatis genus agnoſcat, nempe quod §. XV. deſcripſimus. Ius canonicum vero *tria genera* comminiſcitur, quorum *primum* veram adfinitatem continet, quando nempe quis *vna caro factus cum mea conſanguinea*, v. g. vitricus: *ſecundum* dicitur, quando quis vna caro factus *cum adfine mea primi generis*, v. g. vitrici ſecunda vxor, quam mortua matre mea duxit: *tertium*, quando quis vna caro factus *cum adfine ſecundi generis*, v. g. ſi vitricius moritur & eius ſecunda vxor ſecundo marito nubit, &c. Verum ſecundum & tertium genus matrimonium non impedit, *c. 8. X. de conſangu. & adfin.* quamuis in *l. 15. h. t.* interdicatur matrimonium cum *priuigna vidua*, (quæ eſt iuxta ius canonicum in 2. genere) hæc tamen prohibitio humana ſolum eſt, & diſpenſationi principis ſubiecta.

§. XX. Præter veram adfinitatem, de qua hactenus, datur etiam *ficta*, quæ ex *ſponſalibus* oritur, & ſic filii, vel patris ſponſam, vel ſponſæ matrem ducere non licet, *§. 8. I. de nupt. l. 12. §. 1. & 2. l. 14. §. 4. inf. ff. h. t.* Verum quia & hæc prohibitio ex iure mere humano eſt, hinc diſpenſatio locum habet, ita tamen, vt ſi perſonæ deſponſatæ *ſuſpecte vixerunt*, perſona ſuperſtes iuramentum pur-

purgatorium præſtare teneatur, quod copula carnalis non acceſſerit, v. Mev. 8. *dec.* 273. Brunnem. *ad l.* 12. §. 2. *ff. h. t.*

§. XXI. Hæc de prohibitione nuptiarum quoad certas perſonas. Alias vero *vnus & vna* ſolum coniugi debent, vnde *polygamia* ſub pœna capitis prohibita in *conſt. crim. art.* 121. Iure *naturæ* certum eſt, polygamiam non eſſe illicitam. Sed quid iure *diuino noui teſtamenti?* prohibitionem colligunt ex loco *Matth.* 19. *v.* 4. vbi Saluator in deciſione controuerſiæ de diuortio ad circumſtantias primæ creationis prouocat, vnde, ſi illæ circumſtantiæ vim legis habent in vna controuerſia, eandem quoque vim in aliis controuerſiis habere debent. Sunt tamen plurimi, qui polygamiam iure N. T. prohibitam non eſſe exiſtimant, v. Struu. *S. I. C. ex.* 29. *th.* 52. Superiori ſeculo varia ſcripta hac de quæſtione publicata fuerunt. Pro polygamia: Sinceri Wahrenbergs *diſcurſus de polygamia*, & Theophili Alethæi *polygamia triumphatrix*, cum notis Athanaſii Vincentii, quorum ſcriptorum verus autor Ioh. Lyſerus, it. Daphnæus Arcuarius (*Laur. Bægner*) *in conſideratione coniugii*, v. Bruckneri *deciſ. iur. matrim. c.* 13. §. 78. *ſqq.* vbi alios magno numero refert iisque ſuum calculum addit. Contra polygamiam: Chriſtianus Vigilis (Geſenius) *in epiſt. ad Sincerum Wahrenbergium*, (i. e. Lyſerum) eiusdemque *diſcurſus inter polygamum & monogamum*, item ſcripta Muſæi Felt-

man-

Digitized by Google

manni, Diecmanni, Brunsmanni, add. Zeidler *de polygamia & matrimonio cum vxoris ſorore*, conf. *hiſtor. iuris nat. §. 56. ſeqq.*

§. XXII. Maritus (poſt conſummatum matrimonium per benedictionem ſacerdotalem, de qua Stryk. *ad Brunn. ius eccleſ. l. 2. c. 16. §. 6.*) poteſtatem exercere dicitur in vxorem, vnde hæc ipſi reuerentiam debet, *l. 14. §. 1. in f. ff. ſolut. matrim.* nec non operas œconomicas præſtare tenetur, *l. 48. pr. ff. de oper. lib.* non vero artificiales, vnde quidquid ex his forſan præſtitis adquirit, ſibi retinet. In dubio autem omne, quod durante matrimonio adquiſitum, a marito, vel ex eius bonis adquiſitum eſſe cenſetur, *l. 51. ff de donat. int. vir. & vxor. ibique Brunnem.* Garſias *de adquæſtu coniugali.* Porro etiam maritus vxorem modice caſtigare poteſt, v. *nou. 117. c. 14.* Carpz. *pr. crim. qu. 12. n. 5.* Diſp. noſtr. *de iure & iurispr. domeſt. c. 2. §. 19. ſeqq.* & *translatio poteſtatis maritalis in vxorem* non eſt valida, quia illa marito in pœnam vxoris conceſſa.

§. XXIII. Caue tamen, ne propterea cum Struuio *S. J. C. ex. 3. th. 7. & 28.* exiſtimes, ac ſi *vxor ſit perſona non ſui, ſed alieni iuris.* Poteſtas enim, quam maritus exercet, non eſt talis *in ſenſu iuris Romani*, id eſt, non æquiparatur dominicæ & patriæ poteſtati; ſed eſt poteſtas *in ſenſu politico*, id eſt, quæ ius dirigendi, non vero ius adquirendi inuoluit. Nam quæ maritus per vxorem adquirit, ea *pactum ſupponunt*, dominus vero & pater ex *ſola legis diſpoſitione* adquirunt. Certe vxor cum marito contrahit, teſta-

ri poteſt, &c. quod non poteſt ille, qui alieni iuris eſt. Plura vide in *cit. diſp. c. 2. §. 15. ſeqq.* vbi etiam de legibus veteribus Romanorum.

§. XXIV. Maritus vxorem alere & ægrotam curare, *l. 13. C. de negot. geſt.* nec non defendere tenetur, *§. 2. J. de iniur.* ad ſumtus funeris autem non ſemper eſt obligatus, v. *tit. de religioſ.* §. IIX. Ceterum vxor eius *nomen*, *dignitatem* & *forum* conſequitur; quod ſi tamen poſtea mortuo primo minoris ordinis virum ſortita fuerit: priori dignitate priuata poſterioris mariti ſequitur conditionem, *l. 1. l. 13. C. de dignit.*

§. XXV. Autores huc pertinentes ſunt: Sanchetz *de matrimonio:* Guttierez *de matrimonio:* Couarruuias *de matrimonio:* Arniſæus *de iure connubiorum:* Monner. *de matrimonio:* Beuſt. *de matrimonio:* Bruckneri *deciſiones iuris matrimonialis:* Kitzel *in ſynopſi matrimon.* Ponce *de ſacramento matrimonii:* Bechſtadius *de iure connubiorum:* Hauemann *in gamologia:* Albericus Gentilis *de nuptiis:* Tiraquel *de LL. connubialibus:* Mauſerus *de nuptiis:* Thadeus Piſo Soaccius & Thom. Treuiſanus *de ſponſalibus, matrimonio & eorum priuilegiis:* Browerus *de iure connubiorum apud Batauos:* Mylerus *in gamologia perſonarum illuſtrium, &c.*

*Lib XXIII. Tit. III.*
Cod. V. 11. 12.

## De iure Dotium.

§. I. CONiugio plerumque accedit dos, quamuis ad eſſentiam coniugii illa præciſe non re-

Digitized by Google

requiratur. Eſt autem *dos* certa res vel etiam vniuerſitas rerum, ab vxore, vel alio quopiam in maritum, ad onera matrimonii eo melius ſuſtinenda, translata. Varie illa diuiditur.

§. II. Alia eſt dos *vera*, quæ matrimonio vero: alia *putatiua*, quæ *putatiuo* (v. *tit. de his, qui ſui, vel al. iur. §. IV. inf.*) accedit. Hæc omnibus priuilegiis dotis gaudet, quamdiu matrimonium eſt putatiuum, poſtea non, *l. 3. ff. h. t.* v. *vſ. pr. diſt. h. t. diſt. 1.* Alia eſt dos *profectitia*, quæ ab vxoris patre, vel alio adſcendente in linea paterna, *l. 5. h. t.* alia *aduentitia*, quæ ab alio quocunque conſtituta. In effectu inter vtramque nihil intereſt, v. *diſt.* III. *h. t.*

§. III. Porro alia eſt dos *conſtituta*, ſcilicet per realem traditionem, alia ſaltem *promiſſa*, ſed nondum tradita. Hæc marito actu quidem non præſtat vtilitatem, interim tamen eatenus vera eſt dos, quod v. g. maritus in Saxonia eam, ſi in mobilibus conſiſtit, non minus lucretur, quam ſi antea tradita fuiſſet, quod eodem modo obtinet, ſi lucrum dotis ex pactis prouenit, v. *l. 9. C. de pact. conuent. ibi: dederit, vel promiſerit.* add. *diſt. II. h. t.* In Codice etiam peculiaris titulus de dote *cauta non numerata* extat, vbi maritus ſpe futuræ numerationis ſe dotem accepiſſe confeſſus eſt, quam tamen non accepit. Hoc caſu exceptio non numeratæ dotis ipſi competit, v. *tit. de reb. cred. ff.* XXIV.

§. IV. Ad dotem conſtituendam tenetur *pater*, *l. 19. ff. de rit nupt.* etiam ſi filiam ſimpliciter in

matrimonium collocauerit, nulla promiſſione dotis facta, Huber. *Prælect. ff. h. t.* §. 4. ſcilicet iuxta *quantitatem patrimonii patris* & *qualitatem ſponſi*, *l. 69. §. 4. ff. h. t.* vnde, ſi duæ filiæ duobus maritis inæqualis conditionis nupſerunt, æqualem dotem prætendere nequeunt, onera enim matrimonii, ad quæ ſuſtinenda dos conſtituitur, inæqualia ſunt. Sed quid, *ſi filia ſit diues?* hæc ex neceſſitate non erit dotanda, quia iam ſine dote a patre conſtituenda honeſtam nubendi occaſionem inuenire poteſt. Non obſtat *l. vlt. C. de dot. promiſſ.* ibi enim caſus proponitur, *ſi pater dotem promiſit*, an tunc de ſuo, an vero de bonis filiæ (aduentitiis) promiſiſſe videatur? & deciditur, videri, quod de ſuo promiſerit. Nos vero agimus de eo caſu, *ſi pater nec promiſit*, *nec promittere vult*, an tunc ad promittendum cogi poſſit? quod ex dictis negatur, Huber. *d. l.* conſentit Carpzou. *p. 2. c. 42. d. 13.* Lauterbach. *h. t.*

§. V. Si filia eſt *ſpuria*, vel *indigna*, id eſt, quæ exheredationem meretur, pater ad dotandum non compellitur, v. *l. 41. §. 11. ff. de leg. 3.* Lauterb. *h. t.* idem eſt, ſi filia nupſit *inuito patre*, Wiſſenbach. *h. t. th. 9.* Huber. *d. l. §. 3.* quod intelligo, ſi nupſit indigno, & pater iuſtas diſſentiendi cauſas habuit. Si *ſemel dotata*, denuo dotanda non eſt, niſi dos ſine eius culpa perierit. Mornacius *ad l. 19. ff. de rit. nupt.* pro qua non habetur,, ſi maritus dotem conſumſit, Huber. *d. l. §. 3. in f.*

§. VI. Si pater filiam non habet in poteſtate, quod hodie rarius fit, *auus* ad dotandum obſtringitur,

Digitized by Google

gitur, v. *l.5.* §. 8. *ff. h. t.* Huber. *d. I.* §. 5. *Mater* non tenetur, licet pater mortuus ſit, *l. 34. ff h. t.* niſi ex magna & probabili cauſa, *l. 14. C. h. t.* quam eo caſu adeſſe putant DD; ſi pater eſt inops & filia absque congrua dote honeſtam nubendi occaſionem inuenire nequit. *Fratres* vero ad dotandum plane non compelluntur, ſi de bonis allodialibus quæſtio eſt, *l. 12* §. *3. ff. de admin. tut.*

§. VII. Quæcunque *res* marito *proficit ad onera matrimonii ſuſtinenda*, illa in dotem dari poteſt. Si illa conſiſtit in *quantitate*, ad maritum dominium plenum pertinet, hinc maritus periculum ſuſtinet, ac ſoluto matrimonio non eandem, ſed ſimilem rem reſtituit, *l. 42. ff. h. t.* ſi vero conſiſtit in *ſpecie aliqua*, id eſt, re non fungibili, maritus quidem dominium aliquod conſequitur, *l. 75. ff. h. t.* non tamen omnia emolumenta percipit, ſed tantum ordinaria, id eſt fructus, non extraordinaria, v. g. theſaurum, *l. 7.* §. *12. ff. ſolut. matrim.* Ergo, quia hoc dominium ſingularem plane naturam habet, & reuera non differt ab vſufructu, niſi in hoc, quod maritus rem dotalem penes tertium exiſtentem vindicare queat, *arg. l. 9. C. de R. V.* Struu. *S. I. C. ex. 11. th. 5.* & quod poſſeſſio bonorum dotalium immobilium a cautionis præſtatione liberet, v. *tit. qui ſatisd. cog.* §. *V.* hinc DD. illud dominium *ciuile* vocant, & vxori *naturale* ſaltem attribuunt, quippe cuius exercitium quieſcit durante matrimonio. *Vtile* vero mariti dominium vocari nequit, quod facit Dn. Schœpffer *h. t. n. 15.* nam vtilis dominus etiam extraordinaria emolumenta percipit, *v. ſupra tit. ſi ager vectig.* §. *IX.*

*§*. IIX. A bonis dotalibus differunt *parapher- nalia*, quæ præter dotem ad maritum intulit vxor & quorum vſumfr. etiam habet maritus, nullum tamen dominium, *l. 9. §. 3. ff. h. t. l. 11. C. pact. conuent.* & ab his iterum *receptitia*, *Spillgelder*, quæ vxor recepit, id eſt, ſibi reſeruauit & propriæ diſpoſitioni, ita vt maritus nec dominium, nec vſumfr. habet, v. Huber. *in prælect. ff. h. t. §. 15. & §. 19. inf.* Pertinet huc præ aliis *l. 8. C. de pact. conuent.* vbi dicitur, maritum paraphernorum habere communionem, niſi vxor prohibuerit, quod per pactum fit. Tenetur interim maritus fructus ex paraphernalibus ad communes familiæ vſus adplicare. *In dubio* bona præſumuntur paraphernalia, bona enim dotalia & receptitia certum pactum ſupponunt, quod in facto conſiſtit, atque adeo probari debet, v. Carpzov. *p. 1. c. 28. d. 89. & 90. v. vſ. pract. diſt. h. t. diſt. IV.* Stryk. *caut. contr. ſect. 3. cap. 8. §. 6.*

§. IX. Hæc ſunt iura, quæ marito in bonis vxoris competunt. *Vera communio bonorum*, ſcilicet quoad ipſam proprietatem, in bonis vtriusque coniugis apud nos regulariter & in omnibus locis non deprehenditur, adeoque qui eam adlegat, facti probationem in ſe ſuſcipere tenetur, v. Stryk. *de ſucceſſ. ab int. diſſ. 4. c. 3. §. 36.* Praxis hoc comprobat. Nam æs alienum indiſcriminatim non ſoluitur; bona conſtante matrimonio quæſita non communicantur, &c. qui tamen effectus veræ communionis eſſe debebant, v. Meu. *ad ius Lub. l. 1. tit. 5. art. 5. num. 28.* vt adeo grauiter hallucinetur Gailius & alii, quos adduxit Meuius

*l. cit.*

*l. cit. n. 14. ſq.* ſtatuentes, quod communio vniuerſalibus pene germaniæ moribus inualuerit. Vigent tales mores in Weſtphalia, Franconia, &c. non vero in Saxonia, ducatu Magdeburgico, principatu Anhaltino, Marchia, Pomerania, &c. conf. Henelius *de communione bonorum inter coniuges*, qui liber eius tractaui *de iure dotalitii* iunctus eſt.

§. X. Progredimur ad *donationem propter nuptias*, per quam Huberus *d. l.* §. *19.* intelligit peculia, quæ tam viro, quam vxori, dantur a parentibus, aut ab aliis, ad onera matrimonii communiter ſuſtentanda, quæ proprietate ſingulorum manent; verum, vt ipſe Huberus ſubiungit, tale peculium vxori datum, ad paraphernalia pertinet, atque ideo ille ſignificatus donationis propter nuptias eſt nimis laxus. In *tit. C. de donationibus ante nuptias, vel propter nuptias &c.* in *l. 1. ſqq.* vocabulo donationis propter nuptias illud intelligitur, quod ſponſus ſponſæ ante conſummationem matrimonii donare conſueuit; hodie autem, quo etiam collineat *l. 20. C. d. t.* donatio propter nuptias etiam conſtante matrimonio fieri ſolet, & quidem in *remunerationem dotis*, vt ſcilicet vxor *mortuo marito* eandem vel ad dies vitæ ſaltem iure vſufructuario, vel, prout conuentum fuit, pleno etiam iure in perpetuum retineat. Hæc itaque *non abſorbet dotem*, ſed dos viduæ reſtituitur, Stryk. *caut. contr. ſect. 3. c. 8.* §. *28.* Putat quidem Carpzov. *p. 2. c. 42. def. 1.* regulariter ſoluto matrimonio dictam donationem ad maritum eiusque heredes reuerti & eam ſolum in ſecuritatem dotis conſtitui; verum hac ratione donatio nullum haberet

ret effectum, quoniam vxor iam ſine illa tacitam hypothecam cum iure prælationis in bonis mariti præ aliis creditoribus habet, v. ſupra *tit. in quib. cauſ. pign.* §. *II.*

§. XI. Donatio hæc regulariter *doti æqualis* eſſe ſolet, ac in dubio talis præſumitur, *l. 20. in f. pr. C. de nupt.* hodie tamen libertas paciſce[illegible]n non eſt reſtricta. Interim *viuo marito* vxo[illegible] nihil traditur, quia alias dos invtilis fieret, ſed vxor iure tacitæ hypothecæ in bonis mariti fruitur, v. *de tit. in quib. cauſ. pign.* §. *II.* Vocatur hæc donatio etiam *antipherna*, *l. 20. pr. C. de donat. ant. nupt.* item *hypobolum* quaſi acceſſio dotis, Huber. *in prælect. ad h. t.* §. *21. in f.*

§. XII. A donatione propter nuptias differt *dotalitium*, quod a nobilibus aliisque bona *feudalia* poſſidentibus communiter conſtitui ſolet, quamuis etiam ab aliis fieri poſſet. Continet illud vtplurimum quadruplicatas dotis vſuras & ſic conſtituitur in *compenſationem* dotis & *abſorbet dotem.* Liberum interim viduæ eſt, an dotem illatam repetere, an vero dotalitium vrgere velit; modo dotalitium ſemel non adprehenderit, quo caſu variare amplius non licet, Stryk. *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 4. c. 2.* §. *15. 16. 17.*

§. XIII. Vidua dotalitium petens *illationem dotis* probare tenetur, & quidem ſi viduæ cum defuncti *liberis* res eſt, mariti confeſſio ſufficit, quippe quam liberi impugnare non poſſunt: ſi vero vidua ab *agnatis* defuncti dotalitium petit, alia probatione opus eſt, quia confeſſio mariti forſan in gratiam vxoris facta agnatis, ſi non ſunt ſimul

mul

Digitized by Google

mul heredes defuncti, præiudicare nequit. Quod ſi vidua ſemiplenam probationem, vel vrgentes præſumtiones pro ſe habet: ad iuramentum ſuppletorium admittitur, v. Finckelth. *obſ. 22.* Brunnemann. *proc. conc. cred. c. 3. §. 13. & c. 5. §. 32. ibique not.* Ceterum probata illatione *verſio in vtilitatem feudi* præſumitur, & hinc, quia obligatio ex re eſt, quilibet ſucceſſor feudalis ad conſtituendum dotalitium obſtringitur, licet maritus nullum promiſerit, Id. *l. c. §. 9. ſeqq.*

§. XIV. Dotalitium non extinguitur, licet vidua *ad ſecunda vota tranſeat*, eſt enim ſpecies *vſusfructus*, hic vero morte vſufructuarii demum perit, id. *l. c. §. 28.* quemadmodum vero alii vſufructuarii ad præſtandam cautionem tenentur: ita quoque viduæ idem incumbit, *ibid.* Vocatur apud Gallos *doarium.* Gothofr. *ad rubr. C. de donat. ant. nupt.*

§. XV. *Morgengaba* interdum pro ipſo dotalitio accipitur, *Gothofr. d. l.* alias vero eſt donatio facta a marito altero nuptiarum die nouellæ ſuæ vxori in præmium delibatæ virginitatis, quæ eſt mere voluntatis, v. Mev. *ad ius Lub. l. 1. tit. 6. n. 35. ſeqq.* & hodie non adeo frequens. Alia hodie, præſertim in Saxonia eſt morgengabæ ſpecies, quæ vxori nobili ex bonis defuncti mariti debetur, ad quam omnis generis *fœmellæ pecudes* referuntur, Carpz. *p. 3. c. 33. def. 20.* in Pomerania de ſingulis mille florenis dotalibus 50. ſoluuntur, *Lehns-Conſtit. tit. 10. §. 5.*

§. XVI. Quod denique *dona nuptialia* adtinet, quæ ab amicis tempore nuptiarum nouis coniugibus offeruntur, de illis nullum dubium eſt, quin pro parte dimidia ad maritum & pro altera dimidia ad vxorem pertineant, v. Hahn. *ad Weſenb. h. t. num. fin.*

Digitized by Google

niſi forte donans, quod rarius fieri puto, ſeſe declarauerit, quod vel ſoli marito, vel ſoli vxori donare velit. Conferendi ſunt ad hunc titulum Coſta *de dotibus:* Campegius *de dote:* Baldus Nouellus *de dote:* Petrus Barboſa *de dote eiusque priuilegiis*, &c. Henelius *de dotalitio*, &, quod principes adtinet, Mylerus ab Erenbach *in gamologia principum*, &c.

*Lib. XXIII. Tit. IV.*

Cod. V. 14.

## De Pactis dotalibus.

§. I. DE dote, paraphernalibus, &c. in *pactis dotalibus* diſponi ſolet, vnde de iis nunc agendum. Ineuntur autem ea duplici modo; vel enim per modum *vltimæ voluntatis*, quando talia verba diſpoſitiua adhibentur, quæ alias in vltimis voluntatibus communiter adhiberi ſolent, v. g. *erben*, *ſuccediren*, &c. hæc quinque teſtium præſentiam requirunt & inſtar teſtamenti, vel codicillorum, quocunque tempore reuocari poſſunt etiam ab vno coniuge altero inuito. Vocantur pacta *mixta*, Stryk. *caut. contr. ſect. 3. c. 8. ſſ. 21.*

§. II. Vel ineuntur pacta dotalitia per modum *contractus*, quæ vocantur *ſimplicia*, quando paciſcentes verba ad contractus & negotia inter viuos quadrantia adhibent, v. g. quod ſuperſtes coniux in caſum mortis omnia, vel aliqua bona *retinere*, vel *habere* debeat, *haben*, *behalten*, *nicht herausgeben*, item *erblich haben*, & hæc non reuocantur vnius diſſenſu, niſi propter eas cauſas, de quibus infra ad *tit. de donationibus* generatim dicetur, Id. *loc. cit.* §. *21. 22. 23.* Scriptura & teſtes hic non requiruntur, niſi ad meliorem probationem.

Digitized by Google

§. III.

§. III. De *tempore*, quo pacta iniri poſſunt, ita tene: *extraneus*, qui dotem dat, paciſci poteſt in ipſa dotis conſtitutione, poſtquam autem dotem dedit, paciſcendi facultatem non amplius habet, niſi muliere conſentiente, quippe in quam ius ſuum ſemel transtulit & ſic dominium rei datæ amiſit, *l. 20. §. 1. ff. h. t.* e contrario autem *ipſa vxor* quocunque tempore paciſci poteſt, *l. 1. pr. h. t.* quamuis enim dotem marito dederit, dominium tamen naturale nihilominus retinet, v. *tit. præc. §. VII.* atque adeo de re *aliena* non paciſcitur, vti quidem extraneus, add. *l. 7. h. t.*

§. IV. Valent pacta quocunque modo, hoc tamen excepto, *ne dotis conditio*, ſi vxor ſuperuixerit, *deterior reddatur*, *l. 14. h. t.* v. g. ne dos omnino reddatur, vel, vt longiore die ſoluatur, *l. 16. h. t.* Ita quoque non valet pactum, vt *fructus in dotem conuertantur*, qua mulier fieret indotata, id eſt, maritus ex dote nihil conſequeretur & ſic perinde eſſet, ac ſi vxor nullam dotem adtuliſſet, niſi forte hoc adiiciatur, quod *mulier ipſa ſe ſuosque alere & vniuerſa onera ſua expedire debeat*, *l. 4. ff. h. t.*

§. V. Pacta dotalitia per modum *vltimæ voluntatis* concepta nullam requirunt inſinuationem, licet donationem in caſum mortis contineant, v. *tit. de donation. & mort. cauſ. donat.* Si per modum *contractus* concepta & maritus ex iis vltra 1000. thaleros lucrari velit: inſinuatione opus eſt, quia donatio *ſimplex* adeſt: ſi vero vxor aliquid lucratur, inſinuandi neceſſitas ceſſat, quia

donatio *remuneratoria* cenſetur, v. *d. t. auth. eo decurſum C. de donat. aut. nupt.* Hahn. *ad Weſenb. h. t. n. 4. verb. ſane in perſona.* De *pactis dotalibus* peculiarem tractatum conſcripſit Andreas Kohlius, add. Fontanella *de pactis nuptialibus*, Rolandus a Valle *in tract. de lucro dotis*, Phanucius *de lucro dotis*, &c.

*Lib. XXIII. Tit. V.*

Cod. IV. 23.

# De Fundo dotali.

§. I. QVemadmodum dominium marito in rebus dotalibus competens alias plane ſingularem naturam habet; v. *tit. de iure dot.* §. *VII.* ita quoque idem intuitu *fundi dotalis*, id eſt, omnium rerum immobilum, deprehenditur, quippe quas *alienare prohibetur*, in totum & pro parte, *l. 3. §. 1. l. 13. h. t.* hinc nec ſeruitutes praedio debitas remittere, nec nouas ei imponere poteſt, *l. 5. & 6. h. t.* nec fundum oppignorat, ne quidem vxore conſentiente *pr. J. quib. al. lic. l. vn. §. 15. C. de rei vx. act.*

§. II. Exceptiones huius regulae ſunt: (I) ſi fundus marito *aeſtimato datus*, quia tunc ſoluto matrimonio non ipſum fundum, ſed eius pretium reſtituit, & ſic plenum dominium habet, *l. vn. §. 15. C. de rei vx. act.* quod limitatur, modo alia mariti bona adſint, ex quibus vxori ſatisfieri queat; his enim deficientibus, fundum alienatum adhuc vindicat, *l. 30. C. de iur. dot.*

§. III. Exceptio eſt (II) ſi *alienatio neceſſaria*

ſub-

ſubſit, *l. 1. pr. ff. h. t.* v. g. ſi fundus dotalis cum alio communis eſt & ſocius ad diuiſionem prouocat, Brunnem. *ad d. l. 1. n. 5.* (III) ſi *vxor poſt biennium denuo conſentiat*, ipſique ex aliis mariti bonis ſatisfieri poſſit, *nou. 61. c. 1.* Ceterum in hac materia adpellatione mariti etiam *ſponſus* continetur, *l. 4. ff. h. t.* De *fundo dotali* ſcripſerunt Cæſar Ottinellus & Pardulphus Prateius.

*Lib. XXIV. Tit. I.*

Cod. V. 16.

## De donationibus inter virum & vxorem.

§. I. Donationes inter coniuges ſunt propterea *probibitæ*, ne mutuato amore inuicem ſpoliarentur, donationibus non parcentes, ſed profuſa erga ſe liberalitate, *l. 1. h. t.* & ne concordia pretio conciliari videretur, neue melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret, *l. 3. pr. h. t.* hinc res donata vindicatur, ſi extat, ſi non extat, condicitur, quatenus alter locupletior exinde factus, *l. 5. §. 18. h. t.*

§. II. Hæc tamen regula tot admittit exceptiones, vt fere per illas plane abſorbeatur. (I) Si donans *non reuocet* donationem *ante mortem*, mortuus enim non amplius ſpoliatur & heredibus ius reuocandi non datur, *l. 32. §. 2. 3. 13. h. t.* quod ſecus eo caſu, ſi donatarius moritur ante reuocationem, quia donans adhuc ſpoliatur.

§. III. Exceptio (II) eſt, ſi vel donans *non ſit*



Digitized by Google

*factus pauperior*, v. g. ſi res aliena donatur, quam donatarius vſucapere poteſt, *l. 25. h. t.* vel *donatarius non locupletior*, *d. l. 25.* v. g. ſi vxor marito adipiſcendæ dignitatis gratia aliquid donat, *l. 40. & 42. h. t.* vel ad proceſſus mariti, *l. 41. h.* ſepulturæ cauſa, *l. 5. §. 8. h. t.* ad domum exuſtam exſtruendam, *l. 14. h.* exilii cauſa *l. 43. h.* DD. etiam addunt donationes modicas, v. g. tempore nundinarum, die notalitio, natiuitatis Chriſti, &c. v. Carpz. *p. 2. c. 13. d. 20.* modo non ſit *immodicum munus*, *l. 31. §. 8. ff. h. t.*

§. IV, Excipitur (III) donatio *mortis cauſa facta*, quia per hanc donans iterum non ſpoliatur, *l. 26. §. 1. h. t.* cum qua tamen confundi non debet donatio *morte confirmata*, de qua in §. *II. h. t.* hæc enim manet inter viuos & ſic non valet vltra 1000. thaleros, niſi in iudicio confirmata fuerit, v. *d. tit. de donat.* mors ſcilicet eſt inſtar confirmationis, hæc autem confirmatio ad tempus initii retrotrahitur.

§. V. Excipitur (IV) ſi vxor, vel maritus non proprie alienat, ſed ſaltem *non adquirit*, v. g. ſi maritus ſibi legaturo perſuadeat, vt eam rem vxori leget, *l. 31. §. 7. ff. h. t.* Ita in *d. l. 31.* cuius autor eſt Pomponius. Sed huic expreſſe contradicit Vlpianus *in l. 3. §. 13.* & Iulianus *in l. 4. ff. h. t.* non valere, *ſi donaturum mihi, inter viuos, vel mortis cauſa, iuſſero vxori meæ dare*, neque poſſunt hi textus commode conciliari. Putarem Vlpiani & Iuliani ſententiam præferendam eſſe, quia Pomponii adſertio ſubtilitatem ſapit.

§. VI. Ex iure *Saxonico* (V) notandum eſt, quod *vxor cum curatore & coram iudicio* marito

va-

Digitized by Google

valide donare queat, & vice verſa maritus vxori, Carpz. *p. 2. c. 13. d. 16.* Donationes inter *principem & auguſtam* valent, nec ex iure priuatorum iudicantur. Donationes vero coniugum non valere exiſtimo, licet *iuramento confirmatæ fuerint*, quoniam hac ratione, ſi ius canonicum ſequi velimus, vis legum ciuilium elideretur, & quoniam *iuſtitia* in iuramento contra prohibitionem legis præſtito deficit, cui noſtræ ſententiæ ſubſcribunt Bartolus, Baldus & alii plurimi apud Gail. *2. O. 40. n. 1.*

§. VII. *Reliqui contractus omnes* inter coniuges valent, modo non ſubſit fraus, v. g. venditio vno nummo facta, *v. l. 7. §. 6. l. 58. pr. h. t.* Interim ipſa donatio *in dubio non præſumitur*, exceptis *veſtibus quotidianis* vxori datis, veſtes enim feſtiuæ & iocalia pretioſa eum ſaltem in finem vxori conceſſa eſſe videntur, vt vxor cultior & ornatior eſſet, non vt earum dominium conſequeretur, v. *l. 31. §. 8. h. t.* Gothofr. *ad l. 15. pr. h. t.* De donationibus inter virum & vxorem peculiarem tractatum edidit Scipio Gentilis, add. Joh. Pyrrhus *de donatione mutua inter virum & vxorem*, Car. Molinæus *de donationibus factis, vel confirmatis in matrimonio*, & Nic. Sutorius *de donationibus matrimonialibus, &c.*

*Lib. XXIV. Tit. II.*

Cod. V. 17. 24.

## De diuortiis & repudiis.

§. I. REpudium *diſſolutionem & ſponſaliorum & matrimonii conſummati: diuortium*



Digitized by Google

vero *ſolius matrimonii* ſignificat, *l. 101. §. 1. ff. de V. S.* Formulæ diuortiorum & repudiorum ſunt in *l. 2 ff h. t* De cauſis repudii deſponſatorum hodiernis egimus iam ad *tit. de ſponſal. §. IX. & X.* hic itaque de ſolis coniugum diuortiis agendum reſtat.

§. II. Iure Romano coniuges vel diſcedunt *bona gratia*, *l. 62. pr. ff. de donat. int. vir. & vx.* vel interdum *cum ira ſui animi & offenſa*, *l. 32. §. 10. ff. d. tit.* id eſt, inuita etiam altera parte, *nou. 22. c. 4.* cuius diuortii cauſa tam intuitu mariti, quam vxoris, determinauit Juſtinianus in *nou. 117. c. 8 9. & 12.* In republica etiam *iudaica* marito vxori libellum repudii mittere permiſſum erat, v. omnino Dn. Thom. *iuriſpr. diu. lib. 3. c. 3. §. 53. ſqq.*

§. III. Moribus noſtris non permittitur diuortium, niſi (α) propter *adulterium*, *Matt. 19. v. 9.* modo illud tale *reuera* ſit, quale non eſt, ſi vxor *vim paſſa*, *l. 13. §. 7. ff. ad. L. Jul. de adult.* licet vxor iniuriam ſuam protegendæ pudicitiæ cauſa confeſtim marito renunciare prohibuerit, *l. 39. pr. ff. ad L. Jul. de adult.* aut maritus *ex errore* cognouerit aliam, quam ſuam vxorem eſſe putabat, *c. in lectum 6. cauſ. 34. qu. 1.* aut maritus per lenocinium *cauſa adulterii fuit*, *l. 47. ff. ſolut. matrim.* &c. Neque etiam locus datur diuortio, ſi maritus expreſſe, vel tacite, v. g. per ſubſequentem concubitum, vxori delictum *condonauit*, v. *l. 13. §. 5. ff. ad L. Jul. de adult. d. l. 47. ſol. matr.* aut ille *ſimiliter adulterium commiſit*, *l. 39. ff. ſolut. matrim.* v. *tit. de compenſat. §. V.*

§. IV. Porro (β) diuortium hodie permittitur propter *malitioſam deſertionem*, *1 Corinth. 7. v. 15.* pro qua etiam reputatur, ſi coniux concubitum de-

denegat aut coeundi poteſtatem ſibi doloſe adimit, *c. 7. cauſ. 32. qu. 2.* aut maritum ſequi recuſat, quando domicilium in alium locum transfert, niſi forte maritus promiſerit, ſe domicilium mutare nolle; tunc enim pacto ſtandum, modo circumſtantiæ ex poſtfacto non mutentur, ita, vt maritus eo in loco ſubſidia vitæ amplius quærere nequeat; vel propter reformationem religionis migrare cogatur, &c. Richter. *deciſ. 9.* Ceterum diuortium ſemper *publica conſiſtorii autoritate* fieri, & in caſu deſertionis *edictalis citatio* præcedere debet, quæ poſt elapſum ſemeſtre ſpatium decerni poteſt, Carpzou. *Ipr. conſiſt. l. 3. def. 60. n. 12. & 13.*

§. V. Si matrimonium eſt diſſolutum, *liberi apud innocentem* ſunt *educandi*, ita tamen, vt ſi pater eſt pars nocens, ille nihilominus ſumtus educationis ſuppeditare teneatur, v. *auth. ſi pater C. diuort. fact. apud quem lib.* *Nocenti* quoque *aliud matrimonium inire* non permittitur. Ita de iure canonico, v. *c. 12. in verb. ſin: X. de præſumt. c. 23. & 24. cauſ. 32. qu. 7.* Verum quia hæc pœna valde dura, Meu. *6. dec. 359. n. 7.* imo neceſſariam peccandi occaſionem condemnato ſuppeditat; hinc DD. noſtri talem limitationem addunt, quæ totam regulam deſtruit, ſcilicet nocenti etiam matrimonium eſſe permittendum, *ſi donum continentiæ non habeat*, Carpz, *l. 2. def. 191.* Dicunt quidem, quod nocens, ſi nubit, relegari debeat; ſed tamen & relegationem remittunt, modo ille mulctam ſoluat & nuptiæ absque pompa celebren-

brentur, Id. *d. l. in f.* conſ. diſp. noſtr. *de cœlibatu pœnæ nomine impoſito.*

§. VI. Præter illas duas diuortii cauſas, adulterium & deſertionem malitioſam, adhuc aliæ a principibus Euangelicis ſtatui poſſunt, v. Strauch. *inſt. iur. publ. l. 1. tit. 35.* quia nondum expeditum eſt, quod ſub voce *πορνείας Matth. 19. v. 9.* ſola fornicatio intelligatur, cum nonnulli eruditi viri ſtatuant, dictum vocabulum omnia delicta maiora comprehendere, v. Seldeni *uxor hebraica l. 3. c. 28. & 31.* Wesenbec. *in parat. ff. h. t. n. 11.* hinc in primitiua quoque eccleſia plures diuortii cauſæ permiſſæ a Conſtantino & Iuſtiniano; v. *ſupra §. II. h.* Wesenbec. *d. l.* Ita ob *inſidias vitæ ſtructas* diuortio locum eſſe, euicit Stryk. *in pec. diſp. de diuort. ob inſid. vit. ſtruct.*

§. VII. Cum diuortio interim confundi non debet *declaratio nullitatis matrimonii*, quæ toties obtinet, quoties matrimonium vel contra legem diuinam *in gradu prohibito contractum*: vel *finis principalis deficit*, v. g. ſi quis iam ante contractas nuptias impotens fuit, v. *c. 1. & t. t. X. de frigid. & malefic. & impot. coeund.* vel in altero contrahentium *legitimus conſenſus non deprehenditur.*

§. IIX. Hoc vltimum accidit, ſi quis per *vim atrocem* ad matrimonium compulſus, *c. 14. X. de ſponſal.* aut *dolo* inductus, v. g. ſi qui vitiatam pro virgine accipit, quod tamen in praxi non eſt reciprocum quoad vxorem, v. late Finckelth. *obſ. 30.* Brunnem. *iur. eccleſ. l. 2. c. 17. §. 25. ibique* Stryk. *in not.* qui *ſciens* meretricem ducit & de lu-

lupanari extrahit, ei, quod agit, in remiſſionem peccatorum proficit, iuxta *t.20.X.de ſpon.* *Error*, ſi eſt in *perſona*, matrimonium iterum nullum reddit, vnde Iacob Leam repudiare potuiſſet; ſi vero eſt in *accidentalibus*, v. g. probitate, diuitiis, &c. matrimonium ſubſiſtit.

§. IX. Differt etiam a diuortio *ſeparatio quoad thorum & menſam*, quæ vinculum matrimonii non dirimit, ſed regulariter ſaltem ad certum aliquod tempus fit, donec ſcilicet diſcordia & rixæ inter coniuges exortæ iterum ſopitæ fuerint. Quod ſi reconciliatio non ſequatur, ſeparatio ad longius tempus extenditur, vbi tamen maritus vxori alimenta adhuc ſuppeditare, vel bona inlata, ſi ea ad alimenta ſufficiunt, reſtituere tenetur, Brunnem. *d. c. 17. §. 31.* *Friguſculum*, ſeu leue iurgium, *l. 31. ff. de iur. dot. l. 32. §. 12. ff. de don. int. vir. & vxor.* ad hanc ſeparationem non ſufficit. Conf. Beza de *diuortiis*, Nicolai *de repudiis & diuortiis*, & DD. ad *tit. de ritu nuptiarum in f.* allegati.

*Lib XXIV. Tit. III.*

Cod. V. 18.

## Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

§. I. SOluto matrimonio dos mulieri ſolui debet, *l. 2. pr. h. t.* aut etiam illi, qui ex libera voluntate vxori dotem conſtituit eandemque ſibi ſtatim ab initio reddi ſtipulatus eſt, v. *l. vn. §. 13. C. de rei vx. act.* Actio, quam vxor ad repetendam dotam inſtituit, olim *actio rei vxoriæ* vocabatur, pro qua Iuſtinianus actionem ex ſtipulatu ſubſtituit in *d. l. vn.*

Digitized by Google

§. II.

§. II. Olim quoque *iudicium de moribus* in vſu erat, quo maritus ob mores vxoris prauos & inhoneſtos dotem retinebat, quod ſublatum in *tit. C. de repud. & iudic. de mor. ſubl.* Lucratur tamen adhuc hodie maritus dotem, ſi vxor adulterium commiſit, de quo infra ad *tit. ad L. Jul. de adult. §. III.* non vero eandem lucratur, ſi occidit, *l. 10. §. 1. h. t.* aut ſi matrimonium propter defectum virginitatis nullum declaratum fuit, nam & tunc nulla dos adeſt & vxor non peccauit durante matrimonio, Carpz. *Ipr. eccleſ. l. 2. def. 199. n. 4. & 5.*

§. III. Dos ſoluto matrimonio ſtatim reſtituenda, ſi in *immobilibus* conſiſtit, poſt annum vero, ſi in *mobilibus*, *l. vn. §. 7. C. de rei vx. act.* vbi tamen interim ex bonis mariti alenda vidua. Fructus vltimi anni in immobilibus pendentes pro rata temporis reſtituuntur, *l. 7. §. 1. ff. h. t.* v. Duaren. *diſp. anniu. l. 1. c. 60.*

§. IV. *Conſtante matrimonio* vxor dotem repetere regulariter non poteſt, quia ad ſuſtinenda onera matrimonii maritus eam accepit. Exceptio eſt, ſi maritus *ad inopiam vergat*, *l. 24. pr. ff. h. t.* vbi tamen adminiſtratio dotis marito ſolum aufertur, non vero ipſi reditus, Eſcob. *de ratiocin. tom. 2. comp. 18. n. 12.* Aliam exceptionem addunt, ſi vxor *patrem inopem alere tenetur*, v. Lauterbach. *comp. ian. h. t.* aut *fratrem*, v. *tit. de agnoſcend. & alend. lib. §. IV.* conf. Perez. *ad tit. C. ſi dos conſt. matrim. ſol. fuer. in fin.* Ceterum ad hunc titulum peculiarem commentarium edidit Petr. Barboſa.

Lib.

Digitized by Google

LIB. XXV. TIT. I.

# De impenſis in res dotales factis.

§. I. IMpenſæ in genere ſunt (*a*) *neceſſariæ*, quæ rem ab interitu conſeruant, v. g. ædificia reficere, arbores curare, ſeruum alere, &c. *l. 1. 2. 3. & 4. ff. h. t.* hæ iterum ſunt vel *modicæ*, quæ ad conſeruationem *præſentis temporis* faciunt, v. g. ſeruum alere &c. deinde autem mox denuo impendi debent, v. *l. 7. §. 2. ff. de vſufr.* vel *magnæ*, quæ *perpetuam* rei conſeruationem reſpiciunt.

§. II. Deinde (*b*) impenſæ *vtiles* dicuntur, quæ rem meliorem faciunt, ab interitu tamen non conſeruant, *l. 79. §. 1. ff. de V. S.* v. g. ædes ad commodiorem habitationem aptare, fornacem, feneſtras, &c. reſtaurare, *l. 6. & l. 14. h. t.* quæ non minus, ac neceſſariæ, in modicas & magnas diſpeſci poſſunt: (*c*) *voluptuariæ* ſunt, quæ ſpeciem dundaxat ornant, non etiam fructum augent, v. g. viridaria, aquæ ſalientes, incruſtationes, picturæ, &c. *d. l. 79. §. 2. de V. S. d. l. 14. h. t.* Quod ſi tamen hæ ſimul vtilitatem promoueant, v. g. ſi in res promercales factæ, *l. 10 h. t.* a DD. *delicatæ* vocari conſueuerunt.

§. III. *Neceſſarias* conſequitur maritus eiusque heres dotem reſtituens, *l. 5. pr. h. t.* imo etiam licet res dotalis caſu perierit, *l. 4. h. t.* nec valet pactum in contrarium, quia ſpeciem donationis inuolueret, *l. 5. §. 2. ff. de pact. dot.* *Vtiles* ſimiliter reſtituendæ ab vxore, modo eas reſtituere queat, *l. 8. ff. h. t.* conſ. *tit. de R. V. §. VI.* vbi tamen ſpeciale

quid

Digitized by Google

quid eſt, quod maritus earum intuitu ius retentionis in rebus dotalibus exercere non poſſit, *l. vn. §. 5. C. de rei vx. act.* Limitantur etiam dictæ adſertiones, quod magnas ſolum impenſas repetat maritus, non *modicas*. *l. 12. h. t.* in quo cum vſufructuario & commodatario conuenit. Denique *voluptuarias* non repetit maritus, licet illæ conſentiente vxore factæ, l. *11. pr. h. t.* ſed eas tollit ſalua re dotali, *d. l. vn. §. 5. C. de R. V. A. Delicatæ* vtilibus comparantur in *l. 10. h. t.*

§. IV. Impenſas *quærendorum fructuum gratia* maritus ex ſuo facit, *l. 16. h. t.* & *tributa* quoque ſoluit, quia ſunt onus fructuum a marito perceptorum, *l. 13. h. t.* Sumtus *litis*, v. g. ſi quis rem dotalem vindicare intendit, maritus autem actionem repellit, neceſſariis impenſis adſcribendos eſſe cenſemus, quia rem *ciuiliter* conſeruant, vt Joh. Garſias *in tract. de expenſis & meliorationibus*, & hic in ſpecie *c. 14. n. 27.*

*Lib. XXV. Tit. II.*

Cod. V. 21.

## De actione rerum amotarum.

§. I. SI vxor marito res quaſdam amouit, cum *diuortii conſilium iniiſſet*, *l. 17. §. 1. h. t.* non quidem datur turpis actio furti, quia ſocietas vitæ vxorem quodammodo rerum dominam fecerat, *l. 1. h. t.* & ſic honori matrimonii parcendum

Digitized by Google

dum erat, *l.* 2. *h. t.* interim tamen actio *rerum amotarum* ad reſtitutionem rerum locum habet, *l.* 25. *h. t.* idem obtinet, ſi *maritus* vxori, *l.* 7. *h. t.* aut vxor marito abſtulit, cum *de viri vita deſperaſſet*, *l.* 21. *h. t.* Si *conſtanti matrimonio* quid amotum, iure gentium condicitur, *d. l.* 25. *h. t.* Si *poſt diuotium*, auferens furti tenetur, *l.* 3. *pr. h. t.*

*Lib. XXV. Tit. III.*

Cod. V. 25.

# De agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.

§. I. SI parentes liberos agnoſcere nolunt; actio *præiudicialis* hiſce competit, quippe quæ toties locum habet, quoties de *ſtatu* quæritur, §. 13. *de act. l.* 9. *C. de patr. pot. l.* 5. *ſſ.* 8. *ff. h. t.* Agnitos autem liberos parentes alere tenentur, ſuos & emancipatos, *l.* 5. §. 1. *h. t.* legitimos & illegitimos, v. de ſtupratore infra *tit. ad L. Jul. de adulter.* §. *XVII.* Onus alimenta ſuppeditandi ſtatim a tempore partus incipit, nec obſtat, quod in *l.* 9. *C. de patr. pot.* de *maiori trimo* ſolum ſermo ſit; veteres enim ante triennium liberos mamma depellere non ſolebant, Gothofr. *ad. d. l.* v. Garſ. *de expenſ. & melior. c.* 3. *n.* 31. Interim tamen matri alimenta præſtanda, vt lac præbere poſſit.

§. II.

§. II. Si pater nihil in bonis habet, *auus*, & hoc deficiente *proauus paternus* alere tenetur, *v. l.* 5. §. *2. h. t.* etiam nepotem naturalem, Stryk. *ad Brunn. ius eccleſ. l. 2. c. 18.* §. *28. verb. in huius bona.* Poſt hos onus alendi in *matrem* & adſcendentes maternos deuoluitur, *d. l. 5.* §. *4. & 5. l. 8. h. t.*

§. III. Ceſſat neceſſitas alendi, ſi (*α*) liberi *ſe ipſos exhibere poſſint*, *l. 5.* §. *7. h. t.* (*β*) ſi ſint *ingrati*, vt exheredationem mereantur, prout colligunt ex *l. 5.* §. *11. h. t.* vbi v. Gothofredum *in notis*. Quod ita intelligendum, vt filio non debeantur alimenta *ciuilia*, ſcilicet pro conditione ac qualitate patris & filii, ſed *naturalia* ſaltem, quibus ex neceſſitate ad qualemqualem vitæ ſuſtentationam indiget. (*γ*) Si ſint liberi *inceſtuoſi*, *auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* his tamen iure canonico debentur alimenta, *c. 5. X. de eo, qui dux. in matrim. in f.* quod iterum de ſolis naturalibus accipiunt, v. Brunnem. *ad d. auth. ex complexu.*

§. IV. Hæc de parentibus. Tenentur vero viciſſim quoque *liberi* egenos parentes alere; *l. 5.* §. *15. & 16. h. t.* nec non in ſubſidium *fratres* ſe inuicem, v. *l. ff. de iur. dot. l. 73. 20. ff. ſol. matrim.* conf. Friderus, Mindanus, *de mand. l. 2. c. 54. per tot. in ſpecie hic n. 20.* integros vero tractatus *de alimentis* ſcripſerunt Colerus & Surdus.



Digitized by Google

*Lib. XXV. Tit. IV.*

# De inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu.

§. I. SI mulier mortuo marito prægnantem ſe eſſe dicet: his, ad quos ea res pertinet, denunciare debebat, vt mittant, ſi velint, quæ ventrem *inſpiciant*. Poſtea tempore partus inſtante denunciatio iteranda erat, vt heredes mittant, qui ventrem cuſtodiant, vt ſcilicet omnis ſuppoſitio partus euitetur, vt pluribus *l. 1. §. 10. h. t.* Hodiæ honeſtæ fœminæ aduocari ſolent, quibus præſentibus fœmina pariat.

§. II. Si maritus feminam, quæ diuertit, grauidam eſſe adſerit, illa vero negat: res per tres obſtetrices probatæ ætatis & fidei diiudicanda eſt, vt ſcilicet hæ in domo heneſtæ matronæ ventrem inſpiciant, quarum duæ ſi renunciauerint, prægnantem videri, mulier cuſtodem ventris admittere tenebitur, perinde, atque ſi ipſa hoc deſideraſſet, *l. 1. pr. &* §. *6. h. t.* ſi non eſt prægnans, *iniuriarum experiri* poteſt, niſi maritus prægnantem eſſe iuſte credidit, vel nimio voto liberorum ſuſcipiendorum ductus eſt, *d. l. 1. §. 8. h. t.* Frid. Bruckmann, *de inſpiciendo ventre.*

Lib.

## *LIB. XXV. TIT. V.*

# Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur.

§. I. SI ex inſpectione ventris adparet, fœminam prægnantem eſſe, ea in bona mariti defuncti immittitur, v. infra *tit. de ventre in poſſeſſ. mitt.* aſt, ſi deinde dolo mulieris, vel eius, in cuius poteſtate eſt, alius in poſſeſſionem fuerit admiſſus, actio aduerſus eos datur, quanti intereſt, *l. 1. §. 1. h. t.* ne dum prætor in fauorem partus poſſeſſionem pollicetur, aliis prædæ occaſionem præbeat, *l. 1. pr. h. t.* actio, de qua diximus, eſt rei perſecutoria & ſic perpetua, *l. 1. §. 4. h.*

## *Lib. XXV. Tit. VI.*

# Si mulier ventris nomine in poſſeſſione, calumniæ cauſa eſſe dicetur.

§. I. SI mulier per calumniam ſe grauidam eſſe ſimulauit, actio datur ei, cuius intereſt, ad omne intereſſe, quæ actio prætoria pœnalis eſt, & ſic vltra annum non durat, *l. 1. §. 2. & 3. h. t.* quatenus vero ad nudam damni reſtitutionem tendit, perpetua eſt ad 30. annos *d. l.*

Digitized by Google

*d. l. 1. §. 4. h. t. ibique Gothofred.* Si res calumnia caret: nihil præſtabit mulier, quaſi ſine cauſa alta ſit ſub prætextu ventris, *d. l. 1. §. 7. h. t. ed Haloandr.* quia inſtar b. f. poſſeſſoris habetur, vbi ſæpe delationi iuramenti locus eſt.

*Lib. XXV. Tit. VII.*
Cod. V. 26.

## De Concubinis.

§. I. PEllex, vero nomine *amica*, paulo honeſtiore *concubina* adpellatur, nobis *eine Haushalterin*, quæ cum vxor non ſit, cum aliquo tamen viuit, *l. 144. ff. de V. S.* amicæ militum, quæ focum ipſis conſtruunt, *focariæ* dicuntur, *l. 2. C. de donat. int. vir. & vxor. ibique Gothofr.* conf. Menag. *amæn. iur. ciu. c. 39. voc. pellex.*

§. II. Cum concubina non erat indiſſolubilis vitæ coniunctio, v. *l. 1. pr. h.* non poterat vero quis concubinam habere, quæ honeſtæ vitæ & ingenua erat, ſed quæ liberta ſaltem, aut obſcuro loco nata, aut quæ quæſtum corpore fecit, *l. 3. pr. h. t.* nec, quæ in patroni fuit, deinde in filii, vel nepotis concubinatu eſſe poteſt, *l. 1. §. 3. h.* nec plures, quam vnam habere licet, *gloſſ. in l. vn. C. h. t.* nec concubinam habere poteſt, qui in matrimonio viuit, *l. vn. C. h. t.*

§. III. Hodie legibus imperii publicis omnis cohabitatio extra legitimum matrimonium & ſic etiam concubinatus eſt prohibitus, v. *Reform.*



Digitized by Google

*polit. de a. 1530. tit. 33. it. de a. 1548. tit. 25. von leichtſertiger beywohnung.* Pœna eſt carceris per aliquot hebdomadas, deinde autem, ſi quis non deſiſtit, relegationis, Carpzou. *pr. crim. qu. 70. n. 41. 42.* Gerh. Greuenbruch *de beneficiatis, concubinariis eorumque concubinis.*

*Lib. XXVI. Tit. I.*

Cod. V. 34.

# De Tutelis.

§. I. IN duobus libris ſequentibus materia de tutelis exponitur. Eſt autem *tutela* vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa. *Tutores* autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent, quaſi tuitores atque defenſores, ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur, ita Paulus in *l. 1. pr. & §. 1. h. t.* Poſſes etiam dicere, quod tutela ſit *facultas perſonarum pupilli educandi, eiusque bona adminiſtrandi.*

§. II. Quamuis vero pupillus ſub *poteſtate* tutoris eſſe dicatur: ille tamen propterea non eſt alieni, ſed *ſui iuris.* Scilicet illa tutoris poteſtas ius quidem dirigendi actiones pupilli inuoluit, non vero ius adquirendi per pupillum, & ergo eſt poteſtas in ſenſu *politico* ſolum, non in ſenſu *iuris Romani.* Nonnullis dicitur poteſtas *directiua*, conf. *tit. de rit. nupt. §. XXIII. & tit. de his, qui ſui, vel al. iur. §. II.*

§. III.

Digitized by Google

§. III. Tutela eſt vel *teſtamentaria* vel *legitima*, vel *datiua*, de quibus ſingulis in titulis ſpecialibus mox agetur. Alias vero tutores etiam diuiduntur in *gerentes*, ſiue *adminiſtrantes*, qui actu tutelam gerunt: *honorarios*, qui ſunt obſeruatores quaſi eorum actuum, quos adminiſtrantes expediunt, & cuſtodes, *l. 3. §. 2. ff. de adm. tut. l. 14. §. 1. ff. de ſolut. & notitiæ gratia* datos, qui ad inſtruendos contutores conſtituuntur, *d. l. 14. §. 1. & 6. de ſolut.* conf. late vſ. pract. diſt. *h. t. diſt. III.*

§. IV. Quicunque *ad dirigendas actiones & adminiſtranda aliorum negotia habilis eſt*, ille etiam ad tutelam admittitur regulariter, etiam filiusfamilias *pr. J. qui teſtam. tut. dar.* Excipitur (α) *ſeruus*, niſi ipſi libertas ſimul data, v. *§. 1. I. de teſt. tut.* quod hodie vſum non habet, perinde ac obſeruatio de *peregrino*. (β) *femina, l. 16. pr. l. 18. ff. h. t.* excepta matre & auia, de quibus ad *tit. de legit. tut.* (γ) qui *in alia tutela male verſatus*, *l. 3. §. 8. ff. de ſuſpect. tut.* (δ) *creditor*, aut *debitor* pupilli, *nou. 72. c. 1.* qui ſe talem eſſe tacuit & nihilominus tutelam in ſe ſuſcepit, is, ſi creditor eſt, iure crediti cadit: ſi debitor, ſolutiones durante tutela forſan factæ ipſi non proficiunt, *d. nou. 72. c. 4.* quod ſi tutor poſt ſuſceptam tutelam demum pupilli debitor, vel creditor, efficiatur, curator ipſi ſolum eſt adiungendus, non vero ille remouendus, *d. nou. c. 2.* admittunt quoque creditorem, vel debitorem, ſi pater eum tutorem in teſtamento conſtituit, & crediti, vel debiti,



Digitized by Google

ſcientiam habuit, aut ſi magiſtratus in veritatem nominis inquiſiuit, v. Montanus *de tutel. c. 9. n. 72. ſq.* Stephani *ad d. nou. 22. num. 8.*

§. V. Quæritur: an *iudæus* ad tutelam chriſtiani admittendus, affirmatiua fundata eſt in *l. 16. §. 6. ff de excuſ. tut*, ipſa tamen educatio iudæo non eſt committenda, quippe quæ alias etiam a tutela ſeparata eſſe poteſt, v. infra *tit. vbi pupill. educ.* Stryk. *ad Lauterb. h. t. voc. permiſſum.* De aliis prohibitionum cauſis agitur ad *tit. de excuſat. tut. IV. & V.*

*Lib. XXVI. Tit. II.*

Cod. V. 28.

# De teſtamentaria tutela.

§. I. PRima tutelarum ſpecies( v. *tit. præc. §. III.*) eſt *teſtamentaria*, quæ conſtituitur (1) a *patre* liberis in *poteſtate* eius exiſtentibus & (2) in *ſolemni teſtamento*, vel in codicillis teſtamento confirmatis *l. 1. & 3. h. t.* quæ duo, ſi concurrebant, apud Romanos nulla confirmatione iudicis opus erat. Poteſt etiam pater ex die, ad diem, & ſub conditione tutorem dare, *l. 8. §. 1. ſqq. h. t.*

§. II. *Liberis* datus, *nepotibus* quoque datus cenſetur, *§. vlt. I. qui teſt. tut. & filii filias* quoque comprehendunt *l. 16. h. t.* Hoc tamen ſpeciale eſt in hac materia, quod *filiorum nomine non veniant nepotes, d. §. vlt. I. qui teſtam. tut.* ratio eſt, quia ne-

nepotes hic *nullum præiudicium ſentiunt*, licet filiorum nomine non comprehendantur, iudex enim nihilominus ipſis de tutore proſpicere poteſt ac debet; quod ſecus eſt v. g. in heredis inſtitutione.

*Lib. XXVI. Tit. III.*

Cod. V. 29.

# De confirmando tutore, vel curatore.

§. I. SI ergo vnum ex illis duobus deficit, de quibus *tit. præc.* §. *I.* dictum, v. g. ſi mater tutorem dedit, vel pater filio emancipato, vel in teſtamento non ſolemni, aut codicillis teſtamento non confirmatis, confirmatione iudicis demum opus eſt iure Romano *v. l. 1. ſqq. h. t.* Hodie confirmatio iudicis indiſtincte requiritur, *Rec. imp. de a. 1584. tit. 31. & 1577. tit. 32.* & fallitur Gailius, quando *l. 2. c. 107. n. 5.* exiſtimat, in teſtamentariis tutoribus ſufficere, *modo loco curatorii exhibeant copiam collationatam teſtamenti.* Interim tamen tutor ita confirmatus adhuc manet teſtamentarius, & propterea tutori legitimo præfertur.



Digitized by Google

*Lib. XXVI. Tit. IV.*
Cod. V. 30.

# De Legitimis Tutoribus.

§. I. DEficiente tutela teſtamentaria (v. *ſeq.* §. *I.*) ſuccedit *legitima*, quæ propterea ita vocatur, quia *immediate* ex lege proficiſcitur ſine accedente hominis facto. Defertur illi, *qui proximam ſpem ſuccedendi habet ac adſuſcipiendam directionem actionum pupilli nec non adminiſtrationem bonorum eius habilis eſt*, ſiue iure nouiſſimo ſit *agnatus*, (per perſonam *maſculinam* coniunctus, nobis *Schwerdmage*,) ſiue *cognatus*, (per *fœminam* coniunctus, *Spilmage*,) *nou. 18. c. 5.* ergo ſi plures in pari gradu conſtituti, omnes ſimul admittuntur, *l. 9. ff. h. t.*

§. II. Si proximior ſit inhabilis, vel impeditus, v. *tit. de excuſ. tut.* iure Romano ſequens non admittitur, ſed iudex alium conſtituit, §. *5. I. de curat. l. 3.* §. *8. h. t.* quia in deficientis locum ſubrogatur, quamuis hoc ſubtilitatem ſapiat, vnde etiam iure *Saxonico* ſucceſſioni locus eſt, ex quo iure hoc præterea notandum, quod agnati cognatis, & inter plures eiusdem gradus ſenior præferatur, v. Carpzov. *p. 2. c. 11. def. 11. n. 1. & 2.*

§ III. Iure nouellarum introducta etiam eſt tutela *anomala & irregularis*, vt vocatur, quæ defertur *matri & auiæ*, volentibus, non inuitis, *nou. 118. c. 5.* quamuis pupillorum ſint creditrices, aut de-

debitrices, *nou. 94. c. 1.* An *mater auo præferatur?* anceps eſt quæſtio. Nobis propter verba *d. nou. 118. c. 5. ſecundum hereditatis ordinem*, item: *teſtamentariis ſolis tutoribus præcedentibus eas*, adfirmatiua placet, v. vſ. pr. diſt. *h. t. diſt. 1.* Ceterum mater & auia, antequam tutelam ſuſcipiunt, ſecundis nuptiis & SCto Velleiano renunciare tenentur, *d. nou. 118. c. 5.* vnde ſi nihilominus ad ſecunda vota tranſeunt, tutela priuantur, *nou. 94. c. 2.* nec eam recipiunt, licet maritus deinde iterum mortuus fuerit, quia eiusmodi iteratæ tutelarum mutationes pupillis valde damnoſæ ſunt.

*Lib. XXVI. Tit. V.*

Cod. V. 34. 36.

# De Tutoribus & Curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent: & qui, & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt.

§. I. SI & legitima & teſtamentaria tutela deficit, *datiuæ* locus eſt, quæ a magiſtratu conſtituitur. Ergo ſi teſtamentaria non deficit, nec legitima ſuccedit. *Deficere* autem dicitur *teſtamentaria*, ſi vel nullus in teſtamento tutor datus, vel teſtamentum ex capite nullitatis corruit, vel tutor ante ſuſceptam tutelam mortuus, *§. 2. J. de legit. agn. tut. l. 11. §. 3. & 4. ff. de teſtam. tut.*



Digitized by Google

his caſibus tutelæ *legitimæ* locus eſt; ſi vero teſtamentaria adhuc *ſperatur*, v. g. ſi tutor ſub conditione datus; vel ſi fuerit *excuſatus*; vel etiam *remotus*, tutor legitimus non admittitur, ſed alius in locum deficientis ſubrogatur, *d. l. 11. pr. §. 1. & 2. de teſtam. tut.* quarum adſertionum ratio eſſe videtur, ne teſtator pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedat, prout oſtendit Dn. Thomaſ. *ad Strauch. diſſ. 5. th. 10.*

§. II Cum tutela *principaliter* perſonam reſpiciat, hinc ſi pupillus in alio loco domicilium ſuum habet, in alio autem eius bona ſita ſunt, *iudex domicilii* tutorem dabit, non iudex rei ſitæ, niſi *magna pars* bonorum in alio loco ſita, prout accipiunt *l. vn. C. vbi pet. tut. vel curat.* tunc enim & in eo loco domicilium habere cenſetur pupillus, & ſic vterque iudex tutorem dat, *l. 27. ff. h. t.* ſufficit etiam, licet ille iudex domicilii ſolam iurisdictionem ciuilem, ſiue inferiorem, habeat. Tutor conſtitutus omnia pupilli bona, etiam alibi ſita, adminiſtrat, ſi ſcilicet ſunt bona *particularia* aut *minor bonorum pars*, niſi tutor quoad illa bona ſe excuſauerit, quod facere poteſt, ſi bona in alia prouincia ſita, *l. 21. §. 2. ff. de excuſ. tut.* vel alias in loco longe diſſito, Brunnem. *ad d. l. vn. C. vbi pet. tut.*

§. III. Si quando *deſunt in ciuitate*, ex qua pupilli oriundi ſunt, *qui idonei videantur eſſe tutores*; officium erit magiſtratuum, inquirere ex vicinis ciuitatibus honeſtiſſimum quemque & *nomina præſidi prouinciæ mittere*: non ipſos arbitrium dandi ſibi vindicare, *l. 24. ff. h. t. ed. Haloandr.* add.

*l. 5.*

*l.* 5. *C. qui dar. tut.* noſtri vocant conſtitutioem per *literas ſubſidiales*, ſiue *requiſitorias*.

§. IV. Si quis *a parentibus prohibitus fuerit* tutor eſſe: hunc neque creari oportet: & ſi creatus ſit, nec recuſauerit, prohiberi eum eſſe tutorem manente epitimia, id eſt, exiſtimatione, ſiue honore, *l.* 21. §. 2. *h. t.*

*LIB. XXVI. TIT. VI.*

Cod. V. 31. 32.

# Qui petant tutores, vel curatores, & vbi petantur.

§. I. TVtores, non vero curatores, *l.* 1. *h. t.* pupillis ex neceſſitate petunt (α) *mater*. Quod ſi enim non petiit tutores idoneos filiis ſuis: vel prioribus excuſatis, reiectisue, non confeſtim aliorum nomina dedit; tanquam indigna *a legitima filii hereditate expellitur l.* 2. §. 1. & 2. *ff. h. t.* Petere debet mater intra *annum* §. 6. *I. ad SC. Tertull. Ceſſat* tamen pœna, ſi mater fuit *minor*, quia delictum contra ius ciuile ſolum commiſſum, *l.* 2. *C. ſi adu. delict.* item, ſi filius poſtea *pubes factus* & tamen matrem per teſtamentum ab hereditate non excluſit, eo ipſo enim iniuriam remiſiſſe cenſetur, *l.* 3. *C. ad SC. Tertull.*

§. II. Porro (β) petere tenentur *liberti*, quod hodie vſum non habet. (γ) *Cognati* omnes, *qui ſperant ſucceſſionem*, ſcilicet proximam, iterum intra annum, *l.* 10. *C. de legit. hered.* vbi tamen



Digitized by Google

per ſe patet, quod annus matri præfinitus ipſis non computetur, v. Brunnem. *ad d. l. 10.* Reliqui cognati, adfines, familiares & amici parentum, educatores, &c. voluntate petunt, *l. 2. pr. h. t.*

§. III. Interdum quoque *creditor pupilli* per indirectum cogitur, vt pupillo tutorem petat, ſi nempe alii petitionem negligant, & ipſe tamen actionem contra pupillum mouere velit, *l. 2. ſſ. 3. ff. h. t. l. 1. & l. 4. C. qui pet. tut.*

*Lib. XXVI. Tit. VII.*

Cod. V. 37. 38.

# De adminiſtratione & periculo tutorum, & curatorum, qui geſſerint, vel non: & de agentibus, vel conueniendis, vno vel pluribus.

§. I. A Tutoribus & curatoribus pupillorum eadem diligentia exigenda eſt circa adminiſtrationem rerum pupillarium, *quam paterfamilias rebus ſuis ex bona fide præbere debet*, *l. 33. pr. h. t.* ex qua regula de caſibus ſpecialibus iudicium facile ferri poterit.

§. II. Tenetur v. g. tutor pecuniam pupilli ſtatim intra ſex primos menſes licito fœnori exponere, aut pro eadem prædia comparare, non vero otioſam relinquere, alias enim ipſe ad vſuras



Digitized by Google

ras conuenitur, *l. 7. §. 3. l. 15. h. t.* niſi per eum factum non ſit, quominus compararet, vel fœnori exponeret, *dd. ll.* Præſumitur interim pro tutore, niſi arguatur eo tempore ſuam pecuniam bene collocaſſe, *l. 13. §. 1. h. t.* Alias caute agunt tutores, qui magiſtratui ſtatim denunciant, ſi idoneos debitores inuenire nequeunt.

§. III. Non debet tutor indebitum ſoluere, *l. 13. §. 2. h.* nec donare, *l. 22.* ſolemnia tamen munera parentibus cognatiſque pupilli mittere, *l. 12. §. 3.* de quibus Briſſonius *antiqu. iur. l. 4. c. 3.* & res, quæ tempore depereunt, alienare poteſt, imo debet, *l. 7. §. 1.* debitores pupilli diligenter interpellet & conueniat, *l. 15. h. t.* &c.

§. IV. Antequam vero tutores adminiſtrationem ſuſcipiunt, opus eſt (I) *confirmatione iudicis*, v. *tit. de confirm. tut.* & prohibentur adminiſtrare, ſi hæc nondum ſecuta, *Ref. pol. de a. 1548. tit. 31. §. 2.* (II) requiritur *inuentarii*, ſiue *repertorii confectio*, antea etiam tutor nihil gerere debet, niſi id, quod dilationem nec modicam expectare poſſit, *l. 7. pr. h. t.* Si inuentarium conficere negligit tutor, tamquam ſuſpectus ſtatim remouetur & infamis fit, *l. fin. §. 1. C. arbitr. tutor.* niſi forte neceſſariam aliquam, aut iuſtiſſimam cauſam adlegare poſſit, cur id factum non ſit, *l. 7. pr. h. t.*

§. V. Poteſt tamen pupilli *pater inuentarii confectionem* in teſtamento *prohibere*, ne vel paupertatis vilitas detegatur, vel diuitiæ exponantur inuidiæ, *arg. l. 2. C. de alim. pup. præſt. l. 2. C. quand. &*

quib.

Digitized by Google

*quib. quarta debet. lib. 10.* quo caſu priuata conſignatio tutoris ſufficit, Carpz. *p. 2. c. 11. 4.* niſi forſan ille mores poſt conditum a patre teſtamentum mutauerit, v. *l. 10. ff. de confirm. tut.* Rationes interim tutor nihilominus reddere tenetur, quam opinionem communiorem eſſe ipſe fatetur alias diſſentiens Mollerus, *1. ſemeſtr. c. 39. n. 7.* quem ſequitur Carpz. *d. l.* imo ſi pater & hanc neceſſitatem ipſi remiſerit, (qualis tutor *aneclogiſtus* dicitur,) adhuc tamen de dolo tenetur, ſi ille probari queat, *l. 5.* §. 7. *h. t.* & priuatim accepta & expenſa conſignare debet, Stryk. *caut. contr. ſect. 3. c. 2.* §. *1. in fin.*

§. VI. Porro (III) tutores indiſtincte *ſatisdare* tenentur, *Ref. pol. de a. 1577. tit. 32. ſ. 3.* niſi hodie immobilia poſſideant, in quibus & reliquis bonis pupilli tacita hypotheca gaudent, v. *tit. in quib. cauſ. pign.* §. *1.* olim ab hac ſatisdatione tutores teſtamentarii & cum inquiſitione in vitam & facultates eorum conſtituti immunes erant, *pr. J. de ſatisd. tut.*

§. VII. Denique (IV) *iuramenti præſtatio* a tutoribus exigitur, quod bona fide in educatione pupilli & adminiſtrandis eiusdem bonis agere velint, *Ref. pol. de a. 1557. d. l.* quod hodie non ſemper quidem exigitur, nihil tamen prohibet, quo minus magiſtratibus circumſtantiis ita ſuadentibus illud adhuc exigere liceat.



Digitized by Google

*Lib. XXVI. Tit. VIII.*
Cod. V. 59.

# De autoritate & conſenſu Tutorum & Curatorum.

§. I. OFficium tutorum & curatorum in hoc præcipue etiam conſiſtit, vt quando pupilli vel minores contrahunt, tutores autoritatem interponant & curatores conſenſum adhibeant, v. *vſ. pract. diſt. iur. h. t. diſt. 1.* Quodſi hoc facere recuſant, inuiti quidem non coguntur, pupillo tamen, ſi damnum paſſus eſt, actio tutelæ contra eos datur, *l. 17. ff. h. t.*

§. II. Autoritate tutoris opus eſt, ſi negotium ita comparatum, vt pupillus aliquo modo ſine dolo ſuo *exinde lædi poſſit*, non ergo, ſi meliorem reddit ſuam conditionem, v. *tit. de pact. §. IV. tit. de neg. geſt. §. II.* aut, ſi doloſe verſatus, v. *tit. de minor. §. VII.* Olim quoque autoritas ſtatim *ab initio* erat interponenda & quidem a *præſente* tutore, *l. 9. §. 5. h. t.* Hodie ex interuallo etiam fieri poteſt, modo noua deliberatio præceſſerit: & ab abſente, modo negotium tutori plene expoſitum fuerit, v. Brunnem. *ad l. 9. h. t. n. 4. 5. & 6.*

§. III. Si pupillus *plures habet tutores* & tutela inter hos eſt *diuiſa*, eius autoritas requiritur, qui huius rei intuitu tutelam gerit, *l. 4. h. t.* & tali caſu pupillus etiam cum vno ex reliquis tutoribus contrahere poteſt, *l. 5. pr. h. t.* alias vero tutor ipſe in rem ſuam autor fieri nequit, quia metuendum, ne plus ſibi, quam pupillo faueat, *l. 1. pr. h. t.*



Digitized by Google

Si tutores *pro indiuiſo* tutelam gerunt, vnius autoritas ſufficit, niſi pupillus ſe in adrogationem dare velit atque ita omnium officium diſſoluatur, vbi omnes etiam conſentire debent *l. f. C. h. t.* Tutoris *honorarii & notitiæ cauſa dati* autoritas non ſufficit, ſi principaliter de alienatione bonorum pupilli agitur, v. g. in venditione, &c. *l. 4. ff. de aut. & conſ. tut.* bene tamen, ſi pupillus principaliter adquirit & per conſequentiam ſolum obligatur, v. g. in hereditatis aditione, *l. 40. ff. de adqu. vel omitt. hered.*

*Lib. XXVI. Tit. IX.*
Cod. V, 30.

## Quando ex facto tutoris, vel curatoris, minores agere, vel conueniri poſſunt.

§. I. FActum tutoris eſt factum pupilli, & ſic ex facto tutoris pupillus agere & conueniri poteſt, v. *l. 7. h. t.* modo læſionem docere non poſſit, vbi reſtituitur, v. *tit. de minor.* Loquimur autem de facto *licito*, vnde ex dolo tutoris non conuenitur pupillus, niſi in quantum forte locupletior factus, *l. 1. 3. & 4. ff. h. t.*

§. II. Durante tutela *ipſe* quoque *tutor conueniri poteſt*, non tamen, vt de ſuo ſoluat, v. *l. 5. h. t.* Si *dolum admiſit*, aut pro pupillo *fideiuſſit*, non conſideratur vt tutor; & propterea ſemper conueniri poteſt. Hæc autem fideiuſſio in dubio non præſumitur, ſed ab adlegante liquido eſt probanda.

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib.* XXVI. *Tit.* X.

Cod. V. 43.

# De ſuſpectis tutoribus & curatoribus.

§. I. S*Vſpectus* tutor, vel curator dicitur, qui non tanquam bonus paterfamilias tutelam curamue gerit, aut geſturus præſumitur, v. exempla in *l. 3. §. 5. ſeqq. h. t.* vnde etiam ante ſuſceptam tutelam quis tamquam ſuſpectus remoueri poteſt, *§. 5. J. h. t.* v. g. ſi inuentarium facere recuſat, v. *tit. de admin. tut.* §. *IV.* nec iuuat eum, licet *ſoluendo ſit*, *d.* §. *V. I. h. t.* quia melius eſt, intacta iura ſeruari, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere, *l. 5. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* nec etiam, licet *ſatis offerat*, quia ſatisdatio tutoris maleuolum propoſitum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat, §. *12. I. h. t.*

§. II. Quicunque *iudex* tutorem dat, ille hodie etiam de ſuſpecto cognoſcit. Suſpecti poſtulari poſſunt *omnes tutores*, ita tamen, vt, ſi illi *legitimi* ſunt, eorum famæ parcatur & curator ipſis potius adiungatur, *l. 9. ff. h. t.*

§. III. Poſtulatio ſuſpecti eſt quaſi publica & hinc *omnibus patet.* Admittuntur etiam ad eam *mulieres*, vtputa mater, nutrix, auia, ſoror, & ſi qua alia fuerit, cuius prætor perpenſam pietatem intellexerit, *l. 1. §. 6. & 7. h. t.* *Impuberes*

ſuos

ſuos tutores ſuſpectos poſtulare nequeunt, bene autem *puberes*, ex conſilio tamen neceſſariorum, §. 4. *I. h. t.* Poteſt quoque ſine accuſatione ſuſpectus repelli, ſi prætori liqueat ex apertiſſimis rerum argumentis, ſuſpectum eum eſſe. *l. 3. §. 4. h. t.*

§. IV. *Tutores honorarii* reliquos gerentes ex neceſſitate poſtulare ſuſpectos debent, imputabitur enim iis, cur, ſi male eos conuerſari videbant, ſuſpectos eos non fecerunt, *l. 3. §. 2. ff. de admin. & peric. tut.* idem obtinet in tutoribus *notitiæ cauſa datis, l. 1. C. de peric. tut.* & in *reliquis omnibus, l. 2. C. de diu. tut.*

§. V. Si quis ſuſpectus poſtulatur, quoad cognitio finiatur, *interdicitur ei adminiſtratio*, §. 7. *I. h. t.* Condemnatum ex *dolo* ſequitur infamia; §. 6. *I. h. t.* non vero, ſi ob culpam quamcunque remotus, *l. 3. §. 18 ff. h. t.* v. *tit. commodati* §. *XXII.* ſi nulla remouendi cauſa decreto ſignificatur, ſalua eſſe cenſetur exiſtimatio, *l. 4. §. 2. h. t. l. 104. ff. de R. J.*

*Lib. XXVII. Tit. I.*

Cod. V. 62. ſqq.

## De Excuſationibus.

§. I. VTilitatem alterius conſilio ipſaque opera promouere, quod tutor facit, ſine dubio alias ad *officia humanitatis* pertinet; ad quæ nemo inuitus adigitur; nihilominus tamen

men princeps interdum propter publicam vtilitatem eiusmodi officiis humanitatis vim *iuris perfecti* tribuere poteſt, quod intuitu tutelæ factum, vnde tutela *munus publicum* dicitur, *pr. J. de excuſ. tut.* & ſic quilibet ad eam ſuſcipiendam inuitus tenetur, niſi iuſtam excuſationem habeat.

§. II. Excuſare ſe poteſt quilibet tutor, etiam teſtamentarius. Sed quid, *ſi huic legatum ſimul relictum?* amittit hoc poſt excuſationem, ſi intuitu tutelæ illud relictum, quod ſemper factum eſſe præſumitur, etiamſi legatum teſtamento adſcriptum, codicillis vero poſtea factis tutor datus ſit, niſi pater euidenter expreſſerit, velle ſe dare, etiamſi tutelam non adminiſtrauit, *l. 28. §. 1. l. 32. l. 33. h. t.* alia ratio eſt, ſi *prætor illum vult tutorem dare, cui pupilli pater quid legauit:* hic enim legatum non amittit, quamuis ſe excuſet, *l. 34. h. t.*

§. III. Excuſationem DD. diuidunt in *propriam*, quæ tutori *volenti* datur, quando ſcilicet tutelæ ſuſceptio in *proprium ipſius præiudicium* vergeret, atque hæc a tutela *ſuſcipienda* immunitatem præbet, & *impropriam*, quæ tutorem *volentem etiam repellit*, quando ſcilicet tutelæ ſuſceptio *pupillo*, vel *reipublicæ* damnoſa foret, atque hæc a tutela *iamdum ſuſcepta* remouet, v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. 1.* Verum hæc poſterior ſpecies reuera eſt excuſatio improprie ſic dicta, cum nihil aliud ſit, quam *prohibitio*, v. *§. 13. J. de excuſ. tut. vel curat.* Videamus caſus ad vtramque ſpeciem pertinentes.



Digitized by Google

§. IV. *Prohibitio*, vel *excuſatio impropria*, ob fauorem *reipublicæ* adeſt, ſi tutor *miles* eſt, §. *14. I. h. t.* & *actu* adhuc militat, licet inter nocturnos cuſtodes ſolum, qui ſunt Romæ, *l. 8. §. 4. h. t.* Qui *dimiſſus ignominioſè*, nullum habet priuilegium; *l. 8. §. 1. h.* ſin miſſio *cauſaria*, vel *indifferens* ſit, ad tempus immunitas datur, de quo *l. 8. §. 3. h.* qui vero militiæ tempus *honeſte* compleuerunt, id eſt, veterani, intra annum plenam remiſſionem habent, poſt annum vero a tutela filiorum *aliorum veteranorum* non excuſantur, *d. l. 8. pr. & §. 2. I. h. t.* v. *tit. C. de excuſ. veteran.* Ad prohibitos iure Rom. etiam *episcopi & monachi* pertinent, *nou. 123. c. 5.*

§. V. Excuſatio impropria ob fauorem *pupilli* adeſt, ſi (a) inter *tutorem & pupillum lis intercedat*, ſcilicet de *omnibus bonis*, aut *plurima parte* eorum *l. 21. pr. ff. h. t.* (b) ſi inter *tutorem & patrem pupilli inimicitiæ capitales intercesſerunt*, nec reconciliatio interuenit, *§. 11. & 12. I. l. 6. §. 17. ff. h.* (c) in furioſis, minoribus, prodigis, & iis, quos ſub *tit. de tutel. §. IV.* recenſuimus.

§. VI. *Excuſatio propria* ob fauorem *tutoris* adeſt, (a) propter *numerum liberorum*. Olim Romæ tres, in Italia quatuor, in prouinciis quinque excuſabant, *pr. I. de excuſat. tut.* Nos neque Romæ, neque in Italia, neque in prouinciis veterum Romanorum commoramur; comparatiue tamen loquendo magis cum ciuibus vrbis Romæ conuenimus & ſic tres hodie indiſtincte excuſare puto. Requiritur tamen, vt ſint *viui l. 2. §. 4. h. t.* aut in *acie mortui*, *pr. I. h. legitimi*, *l. 2. §. 3. h.* adop-

Digitized by Google

*adoptiui* non connumerantur, *d. pr. I. h. t.* neque *naſcituri*, v. *tit. de ſtat. hom.* §. *V.* Proſunt etiam *nepotes ex filio*, quippe quos auus paternus in ſua poteſtate habebat, non qui ex filia, *d. pr. I. h. t.*

§. VII. Porro (b) excuſant *tria onera tutelæ* non adfectatæ, vt tamen plurium pupillorum tutela *eorundem bonorum*, veluti fratrum, pro vna computetur, §. *5. I. h. t.* quia rationes ſemel ſolum reddendæ, quarum multiplicatio maximum onus tutori adfert, *l. 31.* §. *4. h. t.* Idem eſt, ſi quis tres *curatorias*, aut commixtim tres curatorias & tutelas habet, *l. 2.* §. *9. ff. h. t.* Imo, licet *vnam* ſolum habeat, illa tamen tam *diffuſa* ſit & *negotioſa*, vt pro pluribus cedat, *l. 31.* §. *4. h. t.* contra excuſationi locus non eſt, ſi *priorum pupillorum ætas prope pubertatem ſit*, ita, vt tantummodo *ſemeſtre tempus* reliquum fuerit, *l. 17. pr. h. t.* vel, ſi altera tutela ſit *honararia*, *l. 15.* §. *9. h. t.*

§. IIX. Excuſantur (c) qui *poteſtatem aliquam* habent, id eſt, imperium, §. *3. I. h. t.* (d) *maiores 70. annis* §. *13. I. h. t.* non officere etiam puto, quamuis aliquod tempus deficiat, neque contrarium in *l. 2. pr. ff. h. t.* expreſſe habetur; punctum enim in moralibus latitudinem aliquam habet. (e) *conſiliarii principis*, *l. 30. pr. ff. h. t.* (f) *grammatici*, *rhetores & medici* Romæ, §. *15. I. h. t.* hodie omnes profeſſores & doctores diligenter legentes, niſi pupillus etiam profeſſoris filius ſit, *arg. l. 17.* §. *1. & 7. h. t.* Idem obtinet intuitu *presbyterorum*, *diaconorum & ſubdiaconorum nou. 123. c. 5.* apud euangelicos excuſatio intuitu omnium clericorum eſt voluntaria & propria.

§. IX. Excuſantur (g) *abſentes reip. cauſa*, quamdiu abſunt, & poſt reditum per annum adhuc, §. *2. J. h. t.* quibus adcenſentur etiam comites abſentium, qui ſunt intra ſtatutum numerum, *l. 41. §. 2. h. t.* (h) qui *aduerſa valetudine laborant*, propter quam ne ſuis quidem negotiis ſupereſſe poſſunt, §. *7. I. h. t.* (i) qui *tutelam geſſerunt*, *a cura* excuſantur, *l. 29. C. h. t.* ne quis duplici onere grauetur, (k) qui *inimicitiæ cauſa* a patre pupilli dati, §. *9. I. h. t.*

§. X. Excuſantur (l) *illiterati*, & qui ſimul peritiam rerum agendarum non habent, *l. 6. §. vlt. h. t.* aſt ſi hanc quoque habeant, rationes tamen per alios commode confici non poſſunt, nec in bacillis fiſſis, *kerbhœlzern*, de quibus Carpzov. *p. 2. c. 4. d. 7.* niſi hereditas non ſit ampla. Excuſantur (m) *pauperes*, ſi ſe impares oneri iniuncto probare poſſint, §. *6. I. h. t.* De excuſatione propter *bona diſſita* diximus *ad tit. de tut. & curat. dat. ab his &c. §. 11.*

§. XI. Qui *patri promiſit*, ſe fore tutorem, (quæ eſt tutela *pactitia.* v. Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 20. §. 21.*) a tutela ſe excuſare nequit, *l. 15. §. 1. ff. h. t.* niſi noua cauſa deinde ſuperueniat, de qua non cogitauit promittens, v. g. aduerſa valetudo, *l. 10. §. vlt. & l. 11. h. t.* Ita quoque, qui tutelam *ſuſcipit, vbi ſe excuſare potuiſſet*, iure ſuo tacite renunciaſſe cenſetur.

§. XII. Excuſatio iure Rom. *intra 50. dies* adleganda, v. §. *16. I. h. t.* hodie terminus arbitrarius communiter eſt & omnes excuſationes inſtar aliarum exceptionum vna vice ſimul proponendæ, v. *tit. de except.* Proponitur autem ex-

excuſatio coram *iudice inferiore*, §. *16. J. h. t.* quod ſi vero ea per ſententiam aufertur, adpellationi locus eſt, *l. 13. pr. h. t.* ex quibus textibus reliqui v. g. *l. 20. de adm. tut. l. 16. h. t. l. 17. §. 1. ff. de adpellat.* explicandi, quos alii eum in finem adlegant, vt probare velint, tutorem ſtatim a delatione adpellare poſſe, quod tamen erroneum, quia ſola delatio grauamen nondum infert.

§. XIII. Qui *falſis adlegationibus* excuſationem meruit, is onere tutelæ non eſt liberatus, *ff. fin. l. h. t.* ſed periculum adminiſtrationis ad eum pertinet, *ex quo datus eſt*, *l. 1. C. ſi tut. vel cur. falſ. alleg. excuſ.* Idem obtinet, ſi cauſa adlegata tamquam inſufficiens reiecta, *l. 39. §. 6. ff. de adm. tut.* vnde quia litis euentus ſemper dubius, periti ſuadent, vt tutor pendente cognitione tutelam nihilominus gerat, addita tamen proteſtatione, quod hoc ipſo ſibi præiudicare nolit.

*Lib XXVII. Tit. II.*

Cod. V. 49. 50.

## Vbi pupillus educari, vel morari debeat; & de alimentis ei præſtandis.

§. I. SI diſceptetur, vbi morari, vel vbi educari pupillum oporteat: cauſa cognita id præſidem ſtatuere oportebit, *l. 5. h. t.* In cauſæ cognitione vero euitandi ſunt, qui *pudicitiæ impuberis* poſſunt *inſidiari*, *d. l. 5.* aut *propter*

 *ſpem*

Digitized by Google

*ſpem ſucceſſionis* ſuſpecti ſunt, *l. 2. C. h. t.* Regulariter apud *matrem* educandus pupillus, ſi vitricum ei non induxit, *l. 1. C. eod.* quamuis & hic cauſæ cognitione denuo opus ſit, qualem induxerit. Cui præſes educationem iniungit, is neceſſitatem habet, vt hoc faciat, *d. l. 1. C.* & ſi idcirco aliquid a patre pupilli relictum, hoc amittit, qui educationem recuſat, *l. 1. §. 3. ff. h. t.*

§. II. Jus alimentorum decernendorum pupillis prætori competit: vt ipſe moderetur, quam ſummam tutores, vel curatores, ad alimenta pupillis, vel adoleſcentibus præſtare debeant. *Modum* autem *patrimonii* ſpectare debet, cum alimenta decernit, & debet ſtatuere tam moderate, vt non vniuerſum reditum patrimonii in alimenta decernat, ſed ſemper ſic, vt aliquid ex reditu ſuperſit. Ante oculos habere debet in decernendo & *mercedes pupillorum*, & *veſtem*, & *tectum pupilli*, *ætatem* etiam contemplari, in qua conſtitutus eſt, cui alimenta decernuntur, *l. 3. pr. ſſ. 1. ſqq. h. t.*

*Lib. XXVII. Tit. II.*

Cod. V. 51.

## De tutelæ & rationibus diſtrahendis, & vtili curationis cauſa actione.

§. I. INter pupillum & tutorem quaſi ex contractu naſcitur obligatio, §. 2. *I. de oblig. quæ quaſ.*

Digitized by Google

*quaſ. ex contr.* & exinde duæ proueniunt actiones. Altera dicitur actio *tutelæ directa*, de qua hic, quæ datur pupillo aduerſus tutorem, ad id, vt rationes geſtæ adminiſtrationis reddat, reliqua reſtituat & damna forte data reſarciat.

§. II. Si *plures* ſunt tutores, diſtingue. Si *omnes coniunctim* adminiſtrarunt, quilibet in ſolidum tenetur, ſi reliqui non ſunt ſoluendo; alias vero beneficium diuiſionis locum habet, *l. 38. ff. 1. ff. de admin. tut. l. 1. §. 10. ſeqq. h. t.* vel etiam beneficium ordinis, ſiue excuſſionis, ſi *vnus principaliter* damnum intulit, vid. *l. 39. §. 11. ff. de adm. tut.*

§. III. Si tutela eſt *diuiſa*, iterum diſtingue. Si *iudex*, aut *teſtator* eam diuiſit: vnusquisque pro ſua ſolum adminiſtratione conuenitur, nec reliqui tenentur, niſi eum, qui damnum intulit per dolum aut culpam, ſuſpectum non remouerunt, *l. 2. C. de diu. tut.* Si vero *ipſi tutores* inter ſe res adminiſtrationis diuiſerunt: non prohibetur pupillus vnum ex his nihilominus in ſolidum conuenire, *d. l. 2.* ſaluo tamen iterum beneficio excuſſionis, ſi is ſoluendo eſt, qui geſſit, *l. 3. C. eod.*

§. IV. *Rationes* iuxta inuentarium ſunt reddendæ, hoc ergo producendum, & ſi tutor illud producere nolit, pupillo res ſuas iuramento in litem præſtito æſtimare permittitur, *l. 7. pr. ff. de admin. tut.* Data & accepta ſigillatim exprimenda atque probanda, ita tamen, vt non vbique exacta probatio requiratur, ſed aliqua-



Digitized by Google

lis etiam demonſtratio (*beſcheinigung*) ſufficiat, imo tutor in leuioribus præcipue ad iuramentum admittatur.

§. V. Ad ea *damna* reſarcienda tenetur tutor, quæ *leui* culpa dedit, *l. 23. ff. de R. I.* interdum quoque *leuiſſima*, ſi oblata ſatisdatione præ contutoribus ſe quaſi intruſerit, *§. 1. I. de ſatisd. tut. Heredes* non conueniuntur, niſi propter dolum & culpam latam defuncti, non propter culpam leuem, per expreſſum textum in *l. 1. C. de hered. tut.* ſi tutor *ex bonis pupilli quid abſtulit* & *in rationes non retulit*, iure Romano ad duplum conuenitur actione *de rationibus diſtrahendis*, v. *l. 1. §. 19. 20. l. 2. h. t.* hodie pœna arbitraria eſt.

§. VI. Iure Romano hæc actio *finita tutela* ſolum inſtituitur *l. 4. pr. h. t.* hodie *ſingulis annis*, quia tutor ſingulis annis rationes reddere, imo non interpellatus ſponte easdem offerre tenetur, *ref. polit. de a. 1577. tit. 32. §. 3.* conuenitur autem tutor in eo loco, *vbi geſſit*, quia ibi faciliores probationes, v. *l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin.* vnde hoc forum in ſpecie *geſtæ adminiſtrationis* dicitur.

§. VII. Quemadmodum pupillis actio tutelæ *directa*: ita *minoribus* (quales ſunt fœminæ poſt 12. maſculis poſt 14. annum, *pr. I. quib. mod. tut. fin.*) actio tutelæ *vtilis* contra curatores eodem modo, vt diximus, datur, *h. rubr.* conf. hic Franc. Munnoz de Eſcobar *in tr. de ratiocin. adminiſtrator.* Ioh. Heeſer, *de rationibus reddendis*.

*Lib.*

Digitized by Google

LIB. XXVII. TIT. IV.
Cod. V. 58.

# De contraria tutelæ & vtili actione.

§. I. TVtori contra pupillum viciſſim datur actio tutelæ *contraria* ad indemnitatem conſequendam, v. g. ſi pro pupillo aliquid impendit bona fide *l. 1. pr. l. 3. pr. h. t.* etſi euentum aduerſum habuit, quod geſtum eſt, *l. 3. §. 7. eod.* Item, vt pupillus tutorem liberet, ſi perſonam, vel res ſuas, fideiubendo & oppignorando, pro pupillo obligauit, *l. 6. h. t.* *Salarium* non conſequitur tutor, niſi teſtator, aut iudex, v. Carpz. *p. 2. c. 11. d. 40. n. 5.* tale ipſi conſtituerit, *l. 33. §. 3. ff. de adm. tut.* aut leges prouinciales aliud diſponant, conf. Eſcobar *de ratiocin. c. 28. n. 1. ſeqq.* Eas tamen operas tutor ſolum gratis præſtare tenetur, quæ a *quolibet patre familias* præſtari ſolent, vnde ſi tutor *peculiarem artem*, vel *opificium* callet atque operas præſtat, v. g. tamquam aduocatus, medicus, ſartor, ſutor, &c. mercedem operarum præſtitarum omnino petere poteſt, Id. *c. 27. n. 54.*

§. II. Curatori adoleſcentis, furioſi, prodigi, ventris etiam, actio tutelæ contraria *vtilis* eodem modo, vti dictum, competit, *l. 1. §. 2. h. t.*

Lib. XXVII. Tit. V.

Cod. V. 45.

## De eo, qui pro tutore, proue curatore, negotia geſſit.

§. I. TVtor & protutor eodem modo differunt; vt procurator & negotiorum geſtor. *Tutor* expreſſe conſtitutus eſt: *protutor* non, ſed nihilominus tamen ille negotia pupilli b. f. gerit, ſiue ſe putat tutorem, ſiue ſcit, ſe non eſſe, *l. 1. §. 1. h. t.* Qui aliqua gerit, reliqua gerere non tenetur, niſi alius adfuit geſturus, *d. l. 1. §. f. h.* Ceterum eandem fidem & diligentiam præſtat, *l. 4. h.* eædem quoque actiones, de quibus ante, ipſi & contra ipſum dantur, *l. 1. pr. l. 5. h. t.*

Lib. XXVII. Tit. VI.

## Quod falſo tutore autore geſtum eſſe dicatur.

§. I. PRocurator b. f. gerebat: *falſus tutor* dolo malo, *l. 7. pr. h. t.* & perinde ipſi eſt, ſiue decipiat ipſum *adoleſcentem*, ſiue eum, *qui cum adoleſcente contraxit.* Ergo duæ etiam dantur actiones. Vna adoleſcenti decepto, *l. fin. h. t.* altera ei, qui cum adoleſcente contraxit, *l. 1. pr. h. t.* niſi hic ſciuerit, falſum tutorem eſſe, *l. 1. §. 6. h.*

Digitized by Google

*6. h.* & ſciens ille maior ſit, *l. 4. h.* Vtraque actio datur ad id, quanti ea res erit, *l. 7. pr. h. t.*

*LIB. XXVII. TIT. VII.*

Cod. V. 54. 57.

## De Fideiuſſoribus, & nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum.

§. I. DE *heredibus* iam diximus ad *tit. de tut. & rat. diſtrah. §. V.* Quod *fideiuſſores* adtinet, eadem obtinent, quæ infra *tit. de fideiuſſoribus* in genere dicentur, tribus ſaltem exceptis. (I) Pro fideiuſſoribus etiam reputantur, qui *præſentes fuerunt* & *non contradixerunt* & *nomina ſua in acta publica referri paſſi ſunt*, *l. 4. §. 3. h. t.* cum alias tacens in rebus, quæ præiudicium ipſius inuoluunt, conſenſiſſe non cenſeatur.

§. II. (II) Fideiuſſorum vicem ſuſtinent, qui *tutores idoneos eſſe adfirmarunt*, vnde *affirmatores* dicuntur in *l. 4. §. 3. h. t.* atque hic ex commendatione oritur obligatio.

§. III. (III) Qui pro diuerſis tutoribus fideiuſſerunt, pro reliquis quidem non tenentur: qui autem pro *eodem tutore* fidem interpoſuerunt, *in ſolidum* tenentur ſine beneficio diuiſionis, *l. 6. h. t.*

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. XXVII. Tit. IIX.*

Cod. V. 75.

# De Magiſtratibus conueniendis.

§. I. PVpillus, ſi damnum paſſus, *tutorem*, vel *heredes* eius, deinde *fideiuſſores* conuenit, prout hactenus vidimus; ſi illi omnes non ſunt ſoluendo, tutor *honorarius*, ſi quis adfuit, tenetur, *l.* 3. §. 2. *ff. de admin. tut.* Si nec ab hoc ſuum recipere poteſt pupillus, ſubſidiaria actio contra magiſtratum datur, *l.* 1. *pr. h. t.* propterea, quod ſatis non exegerit a tutore, aut alias idoneum tutorem non dederit, *l.* 1. §. 12. *h. t.* & magiſtratui incumbit probatio, vt doceat, tutores ſoluendo fuiſſe, eo tempore, quo conſtituebantur, *l.* 1. §. 13. *h. t.* quod ſi ab initio magiſtratus ſatis exegit, & idoneum dedit: quamuis poſtea facultatibus lapſi ſunt tutores, vel fideiuſſores: nihil eſt, quod ei, qui dedit, imputetur. Non enim debent magiſtratus futuros caſus & fortunam pupillo præſtare, *d. l.* 1. *ſ.* 11. *h. t.*

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. XXVII. Tit. IX.*
Cod. V. 71. ſqq.

# De rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis.

§. I. DIximus ad *tit. de admin. & peric. tut.* §. *I.* quod tutor eodem modo in rebus pupilli verſari debeat, prout bonus paterfam. in rebus propriis verſari ſolet. Bonus autem paterfamilias regulariter bona immobilia non facile alienat, nec ſupponit, i. e. oppignorat; ergo nec tutor hoc facere debet: niſi ſequentia concurrant.

§. II. (I) *Cauſa neceſſaria*, i. e. æs alienum vrgens, *l. 5. §. 9. in f. h.* aut ſi vſurarum modus parendum æri alieno ſuadet, *ibid.* extra caſum æris alieni vtilitas non ſufficit, *d. l. 5. §. 14. l. 13. pr. h. t. dotis conſtitutio* tamen pro cauſa neceſſaria etiam reputatur, *l. 61. §. 1. ff. de iur. dot.* vel ſi liberi matrem egenam alere teneantur. (II) *Conſenſus veri tutoris*, vel *curatoris*, protutoris non ſufficit. *l. 8. pr. h. t.* (III) *cauſæ cognitio*, vbi prætor æſtimare debet, vtrum vendere potius, an obligare permittat: nec non illud vigilanter obſeruare, ne plus accipiatur ſub obligatione prædiorum fœnoris, quam opus ſit ad ſoluendum æs alienum: ne propter modicum æs alienum magna poſſeſſio diſtrahatur: nec nimium tutoribus credere, ſed neceſſarios pupilli requirere, & aduocatum pupillo dare debet, &c. de quibus omnibus

bus fuſe in *l. 5. §. 10. & 11. h. t.* quod ſi his obſeruatis neceſſitatem iudex deprehendit, (IV) *decretum* ſubſequitur, *l. 6. C. h. t.* quod regulariter *iudex domicilii* interponit, *l. 5. §. 12. h. t.* vel etiam iudex *rei ſitæ*, *l. 16. C. de præd. min.* tutius eſt, ab vtroque decretum interponi, Gothofr. *ad d. l. 5. ſſ. 12. h. t.*

§. III. Si hæc coniunctim non fuerunt rite obſeruata, alienatio nulla eſt, & hinc minori *rei vindicatio* competit, qui tamen pretium acceptum viciſſim reſtituere tenetur, *l. 24. §. 4. ff. de minor.* ſi illud pretium in vtilitatem minoris verſum, *l. 10. l. 16. C. h. t.* Quod ſi *poſſeſſor* adſerit, prædium legitime venditum eſſe, *onus probandi ipſi incumbit*, v. *l. 13. §. 2. ff. de publ. in rem act. l. 16. C. h. t.* Debet interim alienatio facta titulo *lucratiuo* intra decem annos inter præſentes, viginti inter abſentes, titulo *oneroſo* autem interueniente, intra quinque annos ab adepta maiorennite computandos impugnari, *l. f. C. ſi mai. fact. alien. fact. ſin. decr. rat. hab.*

§. IV. Alienatio ſine decreto valet (a) quando *princeps per reſcriptum eam permiſit*, *l. 2. C. quand. decret. non eſt opus.* (b) ſi *pater* alienationem mandauit, *l. 1. & 3. C. eod.* vel ipſe iam *oppignorauit*, *l. 1. §. 2. h. t.* (c) ſi alienatio *neceſſaria* eſt, v. g. ſi in re communi ſocius ad diuiſionem prouocat, *l. 1. §. 2. h. v. tit. fam. erciſc. §. 11. in fin.* idem eſt, ſi propter ius retractus &c. alienatio fiat, v. *l. vlt. C. h. t.* (d) ſi minor alienationem *iuramento confirmauit*, *auth. ſacramenta puberum. C. ſi adu. vend.*

§. V.

Digitized by Google

§. V. Si prædium minoris permiſſu prætoris *oppignoratum fuit*, creditor deinde ſine nouo decreto pignus quidem vendere poterit; ſed tamen & hic tutius fecerit, ſi prius prætorem adierit, *l. 7. §. 1. h. t.* Porro, ſi prætor in oppignorationem conſenſit, tutor rem vlterius obligare poteſt ſine nouo decreto, *ſi acceptam pecuniam mutuam ei ſoluit, qui ſub pignore erat creditor*, *l. 7. §. 5. & 6. h. t.* ſic enim ius prioris creditoris ad ſequentem tranſit, *ibid.* conf. hic Octau. Simoncellus *de decretis ceteriſque ſolennitatibus in contractibus minorum* & Sande *de prohib. rer. alienat.*

*Lib. XXVII. Tit. X.*

Cod. V. 70.

## De curatoribus furioſo & aliis extra minores dandis.

§. I. CVratores omnibus illis dantur, *qui rebus ſuis ſupereſſe nequeunt*, *l. 2. h. t.* Non poſſunt autem alii iisdem ſupereſſe propter defectum *corporis*, v. g. valetudinarii, cœci, muti, ſurdi, &c. & hi non niſi *volentes* curatores accipiunt, v. Struu. *S. I. C. ex. 31. th. 91.* alii propter defectum *animi* nequeunt, v. g. furioſi, mente capti, prodigi, qui neque tempus, neque finem expenſarum habent, *l. 1. pr. h. t.* & hi *inuiti* etiam curatores accipiunt. Requiritur tamen, vt quis a iudice tamquam prodigus, & deinde etiam tamquam homo frugi iterum declaretur. Si furioſus *dilucida interualla* habet, cura interim ſuſpenditur, *l. 6. C. h. t.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Iure Romano curator minori in *teſtamento* dari non poterat, quoniam ille volens ſaltem curatorem accipiebat, §. *1. J. de curat.* hodie vero inuitus accipere tenetur, *ref. pol. de a. 1577. tit. 32. §. 1.* ergo etiam curator teſtamento dari poterit. Cura *legitima* non æque ac tutela legitima in LL. Romanis eſt fundata, ex ratione, quia minores teſtamenta condere & eo ipſo cognatos a ſucceſſione excludere poſſunt, vnde hi onus ſuſcipere non coguntur, quia non habent certam ſpem emolumenti conſequendi. Contra, quoniam *furioſi & prodigi* ad teſtandum ſunt inhabiles, ergo illi ſunt in curatione legitima, *§. 3. J. de curat. l. 5. C. d. t.* Hodie cura legitima etiam intuitu minorum fundata eſſe videtur in *d. ref. pol. tit. 32. §. 1. verb. oder ihre angebohrne Freund und Verwandten &c.* Deficientibus teſtamentariis & legitimis *magiſtratus curatorem dat. §. 1. I. de curat.* & quidem iudex domicilii, vel etiam rei ſitæ, ſi maior bonorum pars alibi ſita.

§. III. Quæcunque de tutoribus diximus, illa intuitu curatorum ſunt repetenda. Iure Romano ſpeciale quid erat, quod *maritus curator vxoris* eſſe non poterat, *l. 14. ff. h. t. l. 2. C. qui dar. tut.* quia vxor quælibet marito condonaret, quamuis ille male gereret; hodie maritus ad curam vxoris admittitur: an bene, an male, alia quæſtio eſt. De *tutela* integros tractatus ediderunt Guttieretz, Piaggius, Duarenus, Caualcanus, Marcus Mantua, Oldendorpius, Manzinus, Gallanettus Plumius, Maulus, Mantzius, Paulus Montanus

Digitized by Google

mus, &c. add. Damhouderus *in patrocinio pupillorum*. De *tutelis electorum & principum* ſcripſit Ioh. Leonhard. de Puhel, add. Thom. Schrœderus *von dem ambt der vormünder und pflegevæter*.

*Lib. XXIIX. Tit. I.*

Cod. VI. 22. 23.

## Qui teſtamenta facere poſſunt & quemadmodum teſtamenta fiant.

§. I. TRanſimus nunc ad materiam *ſucceſſionis*, ſiue *hereditatis*, hereditas enim eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit, *l. 62. ff. de R. J.* Regulariter hereditas defertur vel per *teſtamentum*, vel *ab inteſtato*: interdum quoque, præſertim hodie, per *pacta*, de quibus nonnulla præmittemus, antequam ad materiam de teſtamentis accedimus. Sunt autem illa pacta vel *adquiſitiua*, vel *conſeruatiua*, vel *diſpoſitiua*, vel *renunciatiua*. De *fideicommiſſariis* v. *tit. ad SC. Trebell. §. XI.*

§. II. Pacta *adquiſitiua* ineuntur inter perſonas, quæ ſibi *ab inteſtato ſucceſſuræ non erant*, & hæc iure Romano illicita ſunt, niſi a *militibus* fiant, *l. 19. C. de pact.* hodie ita paciſci poſſunt (I) *coniuges*, quod communiter in pactis dotalibus fieri ſolet: (II) *vitrici cum priuignis*, quale pactum vocatur *vnio prolium*, v. *tit. de adopt. §. X. ſeqq.* (III) *Illuſtres*, per quos intelliguntur, qui imperatori & imperio immediate ſubiecti, v. Betſius *de ſtatutis, pactis & conſuetudinibus illuſtrium perſonarum*: vocantur

ea *pacta confraternitatis*, *Erbverbrüderungen*, de quibus Ioh. Caſpar Guttich *in pec. tract.* aliique. Inter *priuatos* etiam ſine conſenſu ſuperioris talia pacta valere exiſtimat Stryk. *caut. contr. ſect. 3. c. 6. §. 12.* quamuis hoc in praxi adhuc dubium. Sunt & (IV) inter illuſtres pacta *ganerbinatus*, quæ eo tempore inibantur, quo in Germania ius in manibus poſitum erat eorumque finis principalis erit *mutua defenſio*, ſecundarius autem *mutua ſucceſſio*, in quo a confraternitatibus differunt, quæ *ſolam* ſucceſſionem pro fine habent, v. Wehner *obſ. pract. voc. Gan-Erben* Wernerus Kylling. *in tr. de Ganerbiis.*

b. m. v. m. allodial

§. III. *Conſeruatiua* pacta ineuntur inter eas perſonas, quæ iam alias quidem *ius ſuccedendi ab inteſtato habebant*, nunc vero metuunt, ne illo priuentur, v. g. ſi filius patrem iniuria adfecit & exheredationem metuit; item, ſi fratres de conſeruanda ſucceſſione paciſcuntur, v. Struu. *ex. 10. th. 11. inf.* hæc omnino licita.

§. IV. *Diſpoſitiua* ineuntur de hereditate *tertii* & valent, ſi de tertio *incerto* agitur, v. *l. 3. §. 2. ff. pro ſoc.* vel *certo* etiam, qui *conſentit & in ea voluntate vsque ad mortem perſeuerat*, *l. f. C. de pact.* alias non valent, quia votum captandæ mortis ſubeſſe cenſetur, v. Stryk. *caut. contr. ſect. 3. c. 6. §. 6. ſeqq.*

§. V. Pacta *renunciatiua* etiam hodie valent, modo iuramento fuerint corroborata, *c. quamuis 2. de pact. in 6.* quæ forma a lege præſcripta & in praxi recepta non ſolum ad liberos, ſed ad quoscunque & ſic etiam ad vxorem in pactis

do-

Digitized by Google

dotalibus portioni ſtatutariæ renunciantem pertinet, v. Mev. *ad ius Lubec. part. 2. ad rubr. tit. 1. n. 76.* Dn. de Lyncker. *cent. 15. deciſ. 1472. ibi : oder einiges andern.* Mœller *lib. 2. ſemeſt. c. 9.*

§. VI. Ineuntur vero illa pacta vel cum eo, *de cuius futura hereditate* agitur, v. g. cum patre: vel cum eo, *qui futurus eſſet coheres*, v. g. cum fratre. *Poſteriora* fratribus cum ſororibus paciſcentibus magis ſunt proficua, *priora* enim effectum ſuum amittunt, ſi pater iuri ex pacto quæſito renunciat & filiam nihilominus heredem in teſtamento inſtituit, v. Struu. *ex. 38. th. 50.* Alias vero filiæ renunciatio eſt valida, quamuis nec *dotem congruam*, nec *legitimam* acceperit, Stryk. *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 8. c. 10. §. 24. ſqq.* Meu. *ad ius Lub. part. 2. tit. 1. rubr. n. 64. & 66.* quamuis multi, v. g. Gail. *2. obſ. 147. n. 13.* ſed ſine ſolida ratione diſſentiant, quibus Struuium *loc. cit.* acceſſiſſe miror.

§. VII. Renunciatio hanc tacitam habet conditionem: *ſi hereditas renuncianti fuerit delata.* Vnde ſi filia turbato ordine mortalitatis (vt habetur in *l. 15. pr. ff. de inoff. teſtam.*) ante patrem deceſſit, renunciatio effectu ſuo deſtituitur, licet filia pro ſe & heredibus renunciauerit, non enim filiam de hoc caſu cogitaſſe dicunt, v. Struu. *d. l.* Ceſſat etiam renunciatio, ſi *illi deceſſerint*, *in quorum fauorem renunciatio facta*, v. g. fratres: item filia fratri ſine deſcendentibus mortuo nihilominus ſuccedit, licet in fratris hereditate bona paterna deprehendantur, idque ob eandem cauſam, Struu. *d. l.* Gail. 2. *obſ. 148. n. 12.*



Digitized by Google

§. IIX. Illud vero valde abſurdum eſt, quod ſtatuit Gail. 2. *obſ. 147.* renunciationem impugnari poſſe *propter læſionem vltra dimidium*, ſi bona paterna deinde aucta fuerint. Nam propter enormem læſionem illa ſolum negotia reſcinduntur, quæ *mutuas habent præſtationes*, v. *tit. de reſc. vend.* quales hic deficiunt. Et filia probabiliter præuidere potuit hanc læſionem, ſi ita loqui fas eſt, quia bona augeri & minui ſolent, v. Struu. *d. l. in fin.* Pertinent ad hanc materiam Kellenbentz, *de renunciatione ſucceſſionis*: Barthol. Muſculus *de ſucceſſione conuentionali*: Contius *de pactis futuræ ſucceſſionis*, qui libellus in nonnullis editionibus tractatui Rikii *de vnione prolium* ſubnexus eſt: Breulæus *de renunciatione filiarum*: Stryk. *de ſucceſſ. ab inteſtato diſſ. 8. per tot.*

§. IX. Iam de teſtamentaria ſucceſſione. *Teſtamentum* eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de omni eo, quod quis poſt mortem fieri vult, *l. 1. ff. h. t.* Poteſt autem *in dubio quilibet teſtamentum facere*, modo animi ſententiam verbis ore prolatis, aut ſcripto comprehenſis declarare queat & maturitate iudicii polleat, non ergo *furioſus*, aut *mente captus*, *l. 17. h. t.* nec *impubes*, v. *l. 5. h. t.* (dies vltima, cœpta tamen, pro completa habetur. *ibid.*) nec *ſurdi & muti natura*, bene tamen *ſi morbus eſt diſcretus*, qui ex accidenti ſuperuenit, vbi mutus in ſcriptis, ſurdus autem modo ordinario, id eſt, vel in ſcriptis, vel verbis ore prolatis, teſtari poteſt, *l. 10. C. qui teſt. fac. poſſ.*

§. X. Aliquibus perſonis ius ciuile teſtamen-

ti

ti factionem denegat, quamuis nullo defectu naturali laborent. Ita non teſtantur (I) *peregrini*, v. *l.* 1. *pr. ff. ad L. Falcid. & ab hoſtibus capti*, *l.* 8. *pr. ff. h. t.* quod hodie ſecus. (II) Illi, *quibus aqua & igne interdictum*, *deportati*, *ad ferrum*, *aut ad beſtias aut in metallum damnati*, *d. l.* 8. §. 1. 2. & 4. *h. t.* hodie *banniti* huc referri poſſent. (III) *Ad mortem damnati*, nam horum bona olim confiſcabantur, ergo per rerum naturam teſtari non poterant: cum vero moribus noſtris confiſcatio extra crimen perduellionis ceſſet, v. infra *tit. de bonis damnat.* ius teſtandi etiam illis denegari non poterit, Struu. *ex.* 32. *th.* 8.

§. XI. Teſtari nequeunt (IV) *filiifamilias*, quamuis pater hoc permittat in peculio aduentitio, *l.* 9. *pr. h. t.* (V) *Prodigi*, v. *l.* 18. *pr. h. t.* quia metuendum, ne amicos amicasque ſuas, homines leues & diſſolutos, heredes ſcribant, vnde e contrario, ſi bene conſulunt poſteritati ſuæ, eorum quoque teſtamenta ſubſiſtunt, *nou. Leon.* 39. quæ recepta. *Minores* etiam recte teſtantur, quia eiusmodi animi deprauatio, vt in prodigis, in ipſis non deprehenditur, v. *l.* 4. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* neque *curatoris conſenſus* ad validitatem teſtamenti minoris requiritur, nam læſio exinde minori non imminet, quia teſtamentum poſt mortem demum vires habet, antea autem quocunque tempore reuocari poteſt, quod ſecus eſt in contractibus.

§. XII. Non teſtantur (VI) *hæretici*, *auth. credentes C. hæret.* (VII) *apoſtatæ. l.* 3. *C. de apoſt.*



Digitized by Google

quo a DD. (IIX) referuntur *veneſici*, niſi ſeriam pœnitentiam agant & poſtea teſtentur, Struu. *ex. 32. th. 8.* (IX) *ob carmen famoſum damnati*, *l. 18. §. 1. h. t.* (X) *vſurarii manifeſti*, *c. 2. in fin. de vſur. in 6.* (XI) *monachi*, *auth. ingreſſi. C. de SS. eccleſ.* antequam monaſterium quis ingrediatur, bona ſua quidem inter liberos diuidere poteſt, nihilominus tamen portionem filialem ſibi reſeruare eamque monaſterio inferre tenetur, *auth. ſi qua mulier, aut vir. C. de SS. eccleſ.*

§. XIII. *Cæcis* facultas teſtandi non quidem eſt ademta; nihilominus tamen tria circa eorum teſtamenta in ſpecie ſunt obſeruanda. *Primum* eſt, quod præter ſeptem teſtes alias conſuetos *octauus* adhuc adeſſe debeat, ſiue tabellarius, ſiue alius: *ſecundum*, quod præſentibus omnibus teſtibus non in ſcriptis teſtetur, ſed *nuncupatiue*, exprimendo nomina heredum ſpecialiter, & dignitates ſingulorum, & indicia, ne ſola nominum commemoratio quidquam ambiguitatis pariat, &c. *Tertium*, quod hæc nuncupatio eodem loco & tempore præſentibus omnibus teſtibus a notario, vel octauo teſte alio, *in ſcripturam redigi debeat*, de quibus omnibus in *l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ.* v. Blaſius Michalorius *de cæco, ſurdo & muto.*

§. XIV. Teſtamenta ſuſtinentur vel *fide publica*, quæ penes principem & magiſtratus ab eo conſtitutos: vel *priuata*, quæ penes alios priuatos homines deprehenditur. Et ex hoc fundamento teſtamentum in *publicum & priuatum* diſpeſci ſolet.

§. XV.

Digitized by Google

§. XV. *Publicum* igitur eſt, quod vel principi oblatum & ab eo acceptatum, *l. 19. C. de teſtam.* vel actis iudicii inſinuatum. Hic nullæ plane requiruntur ſolemnitates, ſed ſufficit, modo de voluntate teſtatoris conſtet, *d. l. 19.* Id tamen requirunt nonnulli DD. vt *teſtator ipſe*, non autem per procuratorem teſtamentum principi, aut iudici offerat; verum hæc ſententia ſolido fundamento non nititur, vnde eam prolixe iam refutauit Stryk. *de caut. teſtam. c. 8. per tot.* vbi diſſentientes in §. II. etiam videri poſſunt.

§. XVI. Si teſtator morbo forſan impeditus teſtamentum offerre nequeat; a principe duo Secretarii ablegari ſolent; a iudice vero in Saxonia duo ſcabini cum actuario, vel ipſe etiam iudex cum actuario ægrotantem accedit, ab eodemque vel teſtamentum in ſcriptis oblatum accipit, vel eius etiam nuncupationem excipit & ad acta refert, v. Stryk. *d. l. c. 7. §. 38.* Tempore neceſſitatis, v. g. ſi teſtator moribundus, ſolius iudicis præſentia ſufficit, *deciſ. elect. Sax. nou. 45.* vbi quoque diſpoſitum, quod ſcabinorum præſentia nunquam ſit præciſe neceſſaria, ſed iudicem cum actuario præſentem fuiſſe ſufficiat. Extra Saxoniam ſolius iudicis præſentia ſufficit. Ceterum apud quem iudicem inſinuatio fieri debeat, hoc collige ex *tit. de iurisd.* §. III. v. Tabor. *in tr. de teſtamento principi, aut comiti oblato.* Diſp. noſtr. *de actuar. præſent. in actu teſtand.*

§. XVII. Si teſtator *neque legere neque ſcribere* poteſt & nihilominus tamen teſtamentum ſcriptum



Digitized by Google

offert: a iudice illud teſtatori eſt *prælegendum*, vt conſtet, annon forte contra ipſius voluntatem aliquid teſtamento inſertum, Stryk. *caut. teſtam. c. 3 ſſ. 21.* Hac prælectione etiam in teſtamentis priuatis opus eſt dicto caſu, ſi alius voluntatem teſtatoris in ſcripturam redegit, ita quidem, vt durante prælectione teſtibus etiam inſpiciendi facultas concedatur, ne notarius aliusue aliter prælegat, quam literis ipſe concepit, Id. *c. 4. §. 7.* Alias vero, ſi ipſe teſtator legere poteſt, prælectio ſuperflua eſt Id. *c. 7. §. 39.*

§. XIIX. Coram *ſculteto*, ſiue prætore pagano, eiusque ſcabinis inſinuatio teſtamenti fieri nequit Finckelth. *obſ. 75.* niſi *aliqua iurisdictio ſculteto fuerit conceſſa*, Stryk. *c. 13. §. 23.* Habetur etiam in *c. 10. X. de teſtam.* quod teſtamentum *coram parocho & duobus teſtibus* conditum valeat: verum illa iuris canonici diſpoſitio in *terris* imperii extra Saxoniam non ſeruatur, nec in *electoratu Saxoniæ*, v. Finckelth. *obſ. 75. n. 19. & 20.* in *reliquis* tamen *Saxoniæ prouinciis* eſt recepta, v. Linck. *ad tit. X. de teſtam. §. 7.* Optime Connanus *l. 9. comment. c. 2.* apud Linck. *d. l.* papam ita conſtituiſſe dicit, vt via ſterneretur parochis ad laicorum fortunas.

§. XIX. Hæc de teſtamento publico. *Priuatum*, quod priuata fide ſuſtinetur, v. §. XIV. *h. t.* diſtinguitur in *ſolemne*, in quo omnes ſolemnitates obſeruatæ, de quo mox: & *minus ſolemne*, de quo infra *lib. ſeq. tit. I.* Solemne iterum eſt vel *ſcriptum*, quando teſtator vltimam ſuam voluntatem literis, vel *nuncupatiuum*, quando verbis ore prolatis eandem declarat.

§. XX.

Digitized by Google

§. XX. Primo de teſtamento *ſolemni ſcripto*. Solemnitates in eo conſiſtunt: (I) vt *teſtator* teſtamentum vel integrum *ſcribat*, quod vocatur *holographum*, *l. 28. § 1. C. de teſtam. ibique Gothofr.* vel ſi ab alio ſcriptum eſt, *ſubſcribat*, vel, ſi plane ſcribere neſciat, *octauum ſubſcriptorem adhibeat*, *l. 21. C. d. t.* qui non teſtatoris, ſed proprium nomen ſubſcribit, Brunnem. *ad d. l. 28. C. de teſtam.*

§. XXI. (II) Actus teſtandi debet eſſe *continuus*, vel prout in *l. 21. §. 3 ff. h. t.* habetur, debet *vno contextu* fieri, quod intelligendum eſt de ſolemnibus extrinſecis, ſubſcriptione & ſubſignatione teſtium, quæ vno eodemque tempore accedere debent, *l. 12. C. de teſtam.* non vero officit, licet alio tempore dictatum ſcriptumue proferatur teſtamentum, *l. 21. pr. C. eod.* Solemnitates igitur *interrumpi non debent* per actus *alienos*, *l. 21. §. 3. ff. h.* pro quibus habentur, qui a *declaratione duorum* dependent, v. g. ſi, dum alii ex teſtibus ſubſcribunt, teſtator cum aliquo ex reliquis teſtibus contractum celebrare velit, v. *l. 20. ff. de V. S.* Actus autem *naturæ & neceſſitatis* teſtandi actum non interrumpunt, quamuis etiam morbus comitialis fuerit, v. alia exempla in *l. 28. pr. C. de teſtam.* modo tamen, ſi vni ex teſtibus tale quid contigerit, neceſſitas breui tempore tranſire poſſit, alias enim in locum illius deficientis alius teſtis ſurrogandus, *l. 28. pr. C. d. t.*

§. XXII. Præſentes eſſe debent (III) *teſtes* iique *rogati*, id eſt, *certiorati* ante actum teſtandi, vnde non nocet, licet ad aliam rem ab initio rogati



Digitized by Google

vel conlecti fuerint, *l. 21. §. 2. ff. h. t.* hæc rogatio ex ſubſcriptione teſtium præſumitur, Gothofr. *ad l. 21. C. de teſtam.* Illi teſtes (IV) teſtamentum ſubſcribere & ſubſignare tenentur, & ſubſcribere quidem *proprio chirographo*, *l. 32. ff. h. t.* ſubſignare autem *annulo* etiam *alieno*, *l. 22. §. 2. ff. h. t.* & omnes vno annulo poſſunt, *§. 5. I. de teſtam.* Sed quæritur: *an ſubſignatio annulo præciſe fieri debeat?* ita exiſtimat Helfr. Vlr. Hunnius *reſol. iur. ciu. l. 2. tract. 5. qu. 7.* motus *l. 22. §. 5. ff. h. t.* verum quidquid de iure Romano ſit, moribus etiam alia ſigna ſufficiunt, quæ ſcilicet *ad ſubſignandum communiter adhiberi ſolent*, v. *conſt. Maximil. de a. 1512. tit. von teſtamenten 2. §. die form. 7. in f. ibi: gewœhnlichen ſiegeln.*

§. XXIII. Teſtes numero *ſeptem* eſſe debent, quod exinde prouenit, quia *quinque teſtes* olim populum Romanum in quinque claſſes a Seruio Tullio diuiſum repræſentabant, quibus in imaginaria hereditatis venditione accedebant *libripens* & *familiæ emtor* imaginarius. *v. pr. §. 1. & 2. I. h. t.* Huberus *digreſſ. l. 4. c. 32.* Dn. Thomaſ. *in diſp. de ſenſu legis decemuiral. teſtam. §. 11. 12.* Briſſon. *antiqu. iur. l. 1. c. 7.* & quoniam hic modus teſtandi in locum teſtamentorum, quæ quondam in calatis comitiis fiebant, *d. §. 1. I. h. t.* ſubrogatus erat, hinc *mulier*, *ſeruus*, *impubes*, *furioſus* & is, *cui bonis interdictum*, teſtes eſſe nequeunt, *§. 6. I. h. t.* Apud nos *homines proprii* etiam prohibentur *conſt. Max. de a. 1512. tit. 2. §. 7.* ſcilicet in teſtamento liberi hominis, non vero alterius hominis proprii, Hopp. *ad §. 6. I. de teſtam. in vſ. hod.*

§. XXIV.

Digitized by Google

§. XXIV. Porro teſtes eſſe nequeunt, quibus *facultas teſtandi ademta*, §. *6. J. h.* v. §. *X. XI. XII. h. t.* excepto filiofamilias, §. *8. J. h. t.* nec *cæcus* teſtimonium perhibere aptus, vti colligunt ex *l. 9. C. de teſtam.* & exinde porro inferunt, non valere *teſtamentum cortinatum*, ſiue *velatum*, quando inter teſtatorem & teſtes eſt cortina interiecta, aut velum interpoſitum: item, ſi *noctu* teſtamentum *absque luminibus* ſignatum, Gothofr. *ad d. l. 9.*

§. XXV. *Habilitas* teſtium non ex tempore mortis teſtatoris, ſed *conditi teſtamenti* iudicatur, *l. 22. §. 1. ff. h. t.* & ſufficit, modo eo tempore quis *ab omnibus habilis exiſtimatus*, licet habilitas reuera non adfuerit, §. *7. h. t.* Ceterum, vt teſtes linguam teſtatoris intelligant, opus non eſt, *l. 20. §. 9. ff. h.* *Sponte* vero adeſſe debent, *inuiti* enim ſi coguntur, teſtamentorum ſolemnitas vitiatur, *d. l. 20. §. 10. h. t*

§. XXVI. De impedimento ferendi teſtimonii intuitu *coniunctionis* ita tenendum. Coniunctio *teſtium inter ſe* non nocet, quamuis cum patria poteſtate ſit coniuncta, §. *8. J. h. t.* pater enim & filius pro vna ſaltem perſona reputantur, quando *inter ſe* negotium gerunt, non quando *ad tertium* referuntur. Coniunctio *teſtium cum teſtatore* eo caſu impedimento eſt, quando ea cum *patria pateſtate teſtatoris* coniuncta, §. *9. J. d. t.* Coniunctio *teſtium* cum herede ſemper nocet, quamuis cum patria poteſtate heredis coniuncta non ſit, vti communiter volunt, quod tamen ex §. *10. J. eod.* liquido non probatur. *Ipſe heres*

ergo

ergo multo minus teſtis eſſe poteſt, bene tamen *legatarius*, quia ad hunc negotium principaliter non ſpectat, *l. 20. pr. h. t.*

§. XXVII. Teſtamentum *nuncupatiuum* eſt, quando heres viua voce coram teſtibus declaratur, vbi eædem ſolemnitates requiruntur, quas ante recenſuimus, hoc excepto, quod ſubſcriptione & ſubſignatione opus non ſit. Ex rei natura interim fluit, quod teſtes linguam teſtatoris intelligere debeant, quia teſtimonium ex parte ſolemnitatis, ex parte autem veritatis eſt, v. *l. 26. C. de teſtam.* Melioris probationis gratia eiusmodi nuncupatio deinde a notario in ſcripturam redigi ſolet.

§. XXIIX. In teſtamento ſcripto nihil intereſt, ſiue teſtator nomen heredis in ipſo teſtamento exprimat, ſiue ad certam ſchedulam, aut codicillos ſe referat, *quem heredem ibi fecero, heres eſto.* v. *l. 77. ff. de her. inſtit. l. 10. pr. ff. de cond. inſtit. l. 38. ff. de cond. & demonſtr.* poteſt idem quoque in teſtamento nuncupatiuo fieri, quia nullibi prohibitum, Brunnem. *ad d. l. 77. ff. de her. inſt.* Vocatur tale teſtamentum *myſticum*, *implicitum* & *relatiuum.* Poteſt quoque teſtator in teſtamento nuncupatiuo *per alium ſuam voluntatem exponere*, modo poſtea interrogatus, hanc ſuam voluntatem eſſe adfirmet, Carpz. *p. 3. c. 3. d. 27.*

Lib.

Digitized by Google

*Lib. XXIIX. Tit. II.*

Cod. VI. 28. 29.

# De Liberis & poſthumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis.

§. I. DE requiſitis *extrinſecis* modo egimus: Requiſitum eſſentiale *intrinſecum* eſt *heredis inſtitutio*, ex ipſius teſtatoris declaratione profluens, non vero *in alterius arbitrium collata*, *l. 32. pr. ff. de her. inſtit.* quæ vel *voluntaria*, de qua *tit. V. hui. libri:* vel *neceſſaria* intuitu liberorum, parentum & certo caſu fratrum, v. *tit. de inoff. teſt. ff. III.*

§. II. Materiam de *legitima* & reliqua huc pertinentia iam expediuimus ſub *tit. de inoff. teſt.* Hic ergo paucis ſolum recenſendæ cauſæ, ex quibus exheredatio iuxta *nou. 115. c. 3. & 4.* fieri poteſt. Intuitu *liberorum* XIV. adſunt:

I. Si filius parentibus *manus intulerit.*

II. Si *graui & inhoneſta iniuria* eos adfecerit.

III. Si *criminis accuſauerit*, excepto crimine læſæ maieſtatis.

IV. Si cum *maleficis verſatur*, vt maleficus.

V. Si *vitæ parentum inſidias ſtruxerit.*

VI. Si *cum nouerca*, vel *concubina patris* concubuerit.

VII. Si *parentes detulerit*, & illi ex hac delatione in bonis ſuis maximum damnum ſenſerint.

IIX. Si filius (non filia) *parentes carceri incluſos liberare noluerit.*

IX. Si

Digitized by Google

IX. Si parentes *teſtari prohibuerint*. Hic etiam ab inteſtato liberis hereditas aufertur. Parentes tamen facultatem teſtandi deinde iterum nacti, ſed liberos non exheredantes, iniuriam remiſiſſe cenſentur.

X. Si filius præter patris voluntatem *arenariis, vel mimis ſe ſociauerit*, quod tamen ad comicos noſtros adplicari nequit. Exceptio eſt etiam in ipſa nouella, ſi parentes eiusdem profeſſionis fuerint.

XI. Si filia nuptias a parentibus oblatas recuſauerit, & *vitam luxurioſam elegerit*. Si vero vsque ad annum XXV. parentes eam elocare diſtulerint, & poſt filia in corpus peccauerit, *excuſatur*.

XII. Si parentes *furioſos neglexerint* liberi.

XIII. Si *captiuos non redemerint*. His duobus caſibus eadem repetenda, quæ ad cauſam IX. diximus.

XIV. Si liberi *hæretici* fiant, pro quibus apud nos non habentur, qui vel reformatæ, vel pontificiæ, vel lutheranæ eccleſiæ addicti. Iure Saxonico electorali parentes etiam liberos exheredes ſcribere poſſunt, ſi absque conſenſu parentum nuptias celebrarunt, Carpz. *Jpr. eccl. l. 2. def. 54.*

§. III. E contrario liberi etiam *parentes* exheredes ſcribere poſſunt, ſed ex IIX. cauſis ſolum:

I. Si parentes *criminis capitalis accuſauerint* liberos, excepto iterum crimine læſæ maieſtatis.

II. Si venenis, aut alio modo filiorum *vitæ inſidias ſtruxerint*.

III. Si

III. Si pater *cum nuru*, aut *concubina filii concubuerit.*

IV. Si liberos *teſtari prohibuerint.*

V. Si *pater matri* (& viceuerſa) *vitæ inſidias ſtruxerit*, aut *venenum ad alienationem mentis dederit.*

VI. Si filios *furioſos* & VII. *captiuos* neglexerint.

IIX. Si parentes ſint *hæretici.*

§. IV. Cauſæ aliæ & *diuerſæ* non admittuntur; v. g. ſi filius furtum, adulterium, &c. commiſit &c. propter expreſſam diſpoſitionem in *c. 3. pr. d. nou. 115.* pro quibus tamen non ſunt reputandæ, quæ *ſub expreſſis comprehenduntur* ex communi loquendi vſu. Sic quæ in *cauſ.* IIX. de *filio* cum nouerca concumbente habentur, ad *filiam* cum vitrico concumbentem eodem modo pertinent, v. *l. 1. ff. de V. S.* ita perinde eſt, ſiue *ipſe filius*, ſiue *per alios* parentes iniuriis adficiat, &c.

§. V. Fratres ex tribus ſolum cauſis exheredes fiunt, (I) ſi *vitæ*, (II) *famæ* aut (III) *maximæ bonorum parti* inſidias ſtruxerint, v. *nou. 22. c. 47.*

§. VI. Diximus ad *tit. de inoff. teſtam.* §. IIX. legitimam liberorum &c. nullo modo grauari poſſe; quod in ſe verum manet; ſubiiciendum tamen hic eſt, quod eadem per indirectum grauari queat, ſi teſtator ita diſponat; *rogo filium*, *vt ſi absque liberis moriatur*, *totam hereditatem comprehenſa etiam legitima Titio reſtituat*, ea tamen adiecta clauſula, *vt ſi filius non adquieſcat voluntati paternæ*, *reſtitutioni legitimam filii ſubiiciendi*, *eo caſu in ſola legi-*

Digitized by Google

*legitima heres pure inſtitutus eſſe debeat.* Vocatur hæc CAVTELA SOCINI, a Socino Icto Italo, qui eam *lib. 1. conſ. 122.* exhibet, de qua multa Dn. Stryk. *caut. teſtam. c. 17. membr. 3. §. 15. ſeqq.*

*Lib. XXIIX. Tit. III.*

Cod. VI. 29.

# De iniuſto, rupto, irrito facto teſtamento.

§. I. SVb hoc titulo explicatur, quando teſtamentum *iniuſtum*, ſiue *nullum*, *ruptum*, *irritum & deſtitutum* dicatur. De *inofficioſo* enim iam ſupra ſuo loco egimus.

§. II. *Nullum* dicitur iterum dupliciter, vel *quando exheredatio non rite facta*, quo caſu legata nihilominus ſubſiſtunt, v. *tit. de inoff. teſtam.* §. *X. & XII.* vel quando in *ſolemnitatibus extrinſecis*, *perſonæ teſtatoris*, *&c. defectus deprehenditur*, *l. 1. ff. h. t.* quo caſu legata cum heredis inſtitutione ſimul corruunt.

§. III. *Ruptum* quoque diuerſis modis teſtamentum dicitur, (I) per *agnationem poſthumi*, id eſt, eiusmodi heredis, cui portio legitima debetur, §. *1. I. de exhered. lib.* Eſt vero *poſthumus* vel *verus*, qui *poſt mortem patris* teſtatoris demum naſcitur: vel *quaſi poſthumus*, qui viuo patre, *poſt conditum teſtamentum* tamen naſcitur: vel quando *nepos* patre, vel matre mortua, *auo proximus heres fit*, §. *2. I. de exher. liber. l. 3. §. 1. & 2. ff. h. t.* vel quando filius

us *adrogatur*, aut *plene adoptatur*, *l. 8. pr. h.* aut naturalis *legitimatur*. His quatuor poſterioribus caſibus etiam poſthumus *ciuilis* dicitur. Si quis ergo caute teſtamentum condere velit, hos omnes in euentum inſtituere debet, *d. §. 2. J. de exhered.* quo pertinet formula Calli Aquilii in *l. 29. ff. de lib. & poſthum.* exheredatio autem poſthumorum, de qua in *eod. §. 2. & in d. l. 3. §. 2. & 3. ff. h. t.* hodie non procedit, quia cauſæ ex *nou. 115. tit. præced.* recenſitæ ad eos non quadrant. Rupto teſtamento legata etiam corruunt, *l. 1. C. de poſth. hered. inſtit.*

§. IV. Rumpitur (II) *per teſtamentum aliud poſterius* legitime conditum, *§. 2. I. quib. mod. teſtam. infirm.* quia heres nondum habet *ius* ex priori, vti in contractibus, ſed *ſpem* ſolum: ergo teſtatoris voluntas ambulatoria, v. *l. 4. ff. de adim. vel transfer. leg. l. 22. pr. ff. de leg. 3.* ergo etiam mutationi voluntatis non obſtat, licet teſtator *promiſerit* in priori teſtamento, ſe illud mutare nolle, & ſimul omnibus poſterioribus *derogauerit*, conf. *l. 6. §. 2. ff. de iur. codicill.* aut *iuramentum* priori teſtamento *inſeruerit*. Procedit hoc etiam in *teſtamento coniugum reciproco*, quod alter altero inuito mutat, nam pactum non adeſt, Finckelth. *obſ. 90.*

§. V. Quo vero poſterius teſtamentum prius rumpat, requiritur, vt illud ſimiliter quoad ſolemnitates, & quoad voluntatem ſit *perfectum*, *§. 2. & 7. J. quib. mod. teſt.* excepto caſu, ſi in priori heredes plane extranei, in poſteriori autem *heredes, ab inteſtato alias ſuccedentes*, inſtituti, quo caſu poſterius teſtamentum prius rumpit,

 licet

Digitized by Google

licet coram *quinque teſtibus* ſolum conditum, *l. 2. ff. h. t.* poſterius *militare* rumpit etiam prius ſolemne, *ib.* contra, teſtamentum *prius inter liberos* a patre conditum *non rumpitur per poſterius* ſolemne, *in quo heredes extranei inſtituti*, niſi prioris mentio facta, *auth. hoc inter liberos C. de teſtam.* Ceterum, ſi prius ruptum & ex poſteriori etiam nemo heres exiſtit, ab inteſtato ſuccedi-tur, §. 2. *I. quib. mod. teſt. infirm.*

§. VI. Sed quid, ſi teſtator dixerit, *quod vtrumque teſtamentum valere debeat?* iure directo nec hoc caſu valet, bene tamen per modum *fideicommiſſi*, id eſt, heres in poſteriori teſtamento inſtitutus rogatus eſſe cenſetur, vt detracta quarta trebellianica reliquam hereditatem reſtituat illi, qui in priori ſcriptus, v. §. 3. *quib. mod. teſt. infirm.*

§. VII. Rumpitur (III) teſtamentum *reuocatione.* Et quidem quod *publicum* adtinet, quamuis ex *ſola repetitione* ex iudicio a teſtatore facta illa reuocatio non inferatur, Carpzov. *p. 3. C. 3. def. 30.* expreſſe tamen tale teſtamentum in iudicio iterum reuocari poſſe, communis ſententia eſt, Stryk. *caut. teſtam. c. 24. § 38.* Intuitu *priuati* teſtamenti autem *nuda reuocatio* (id eſt, quæ non coniunctam habet noui heredis inſtitutionem,) non ſufficit, §. 7. *I. quib. mod.* niſi *a tempore confecti primi teſtamenti* (non a tempore reuocationis,) decennium elapſum & ad minimum *tres teſtes* in reuocatione præſentes fuerint, per *l. 27. C. de teſtam.* nec intereſt, an prius teſtamentum ſcriptum, an nuncupatiuum fuerit,

Stryk.

Digitized by Google

Stryk. *d. c. 24. ſ. 35.* In Saxonia omnia teſtamenta nuda reuocatione rumpuntur coram VII. teſtibus, Finckelth. *obſ. 93. n. 17.*

§. IIX. Rumpitur (IV) teſtamentum *ipſo facto*, ſi teſtator teſtamentum *lacerauit*, *cancellauit*, *ſignacula incidit*, *auulſit*, *&c. l. 30. C. de teſtam.* aut nomen heredis *deleuit*, *l. 1. pr. ff. de his, quæ in teſt. del.* modo ipſe teſtator conſulto, aut eius iuſſu alius fecerit, *d. l. 1.* quod præſumitur, niſi teſtamentum in *tertii* cuſtodia fuerit. Interim cancellatio, vel inductio in odium vnius facta, reliquis non nocet, *l. 3. ff. de his, quæ in teſtam. del.* Laceratio & cancellatio inſtrumenti ſuper teſtamento nuncupatiuo confecti ipſum etiam *teſtamentum nuncupatiuum* tollit, quia de mutata teſtatoris voluntate ſatis conſtat, Bachov. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 10. th. 7. lit. b.* diſſent. Brunn. *ad §. 7. I. quib. mod. teſt. infirm.*

§. IX. *Irritum* porro teſtamentum dicitur, quando teſtator poſt conditum teſtamentum *capitis diminutionem quamcunque* paſſus eſt, *§. 4. I. quib. mod. teſtam. infirm.* Impedimenta *facti* autem, id eſt, quæ talem diminutionem non inuoluunt, v. g. ſi teſtator deinde furioſus, prodigus, &c. factus, non nocent, *l. 6. §. 1. l. 18. pr. ff. qui teſt. fac. poſſ.*

§. X. *Deſtitutum* teſtamentum eſt, quando heres inſtitutus vel non vult, vel non poteſt adire hereditatem, *l. 9. §. 2. ff. de lib. & poſth. hered. inſtit.* vocatur quoque irritum in *l. 1. in f. h. t.* Tale adhuc hodie datur, nam *nou. 1.* de caſu loquitur, ſi heres hereditatem *iam adiit* & deinde le-



Digitized by Google

gata præſtare recuſat. In irrito & deſtituto teſtamento legata & reliqua capitula omnia corruunt, hic enim nihil eſt mutatum, vti intuitu inofficioſi. Ceterum quo caſu teſtamenta rupta, irrita & deſtituta *iure prætorio iterum conualeſcant*, de eo dicetur ad *tit. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas*. De *iniuſto, rupto & irrito teſtamento* egit Ioh. de Imola.

*Lib. XXIIX. Tit. IV.*

## De his, quæ in teſtamento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.

§. I. HIc titulus ſimul explicatus eſt in §. *IIX. in præced.*

*Lib. XXIIX. Tit. V.*

Cod. VI. 24.

## De heredibus inſtituendis.

§. I. DE illis, qui *neceſſario* heredes inſtitui debent, dictum *tit. II. libr.* Iam ſequuntur, quorum intuitu res *voluntati* & arbitrio noſtro relicta eſt, modo inſtitutio non ſit *captatoria* v. g. Titius heres eſto, ſi me quoque teſtamento ſuo heredem faciet, *l. 70. ff. h. t. ibique Gothofr.*

§. II. Poſſumus autem heredes inſtituere quoscunque, qui lege ſpecialiter non prohibentur. Tales ſunt *deportati*, *l. 1. h. t.* *peregrini. d. l. 1.* quod vtrumque hodie non aliter, quam ad *bannitos* adplicari poteſt. *Hæretici*, *l. vlt. C. de hæret.* *Apoſtatæ.*

*ſtatæ 3. C. de apoſt*, quæ prohibitiones vt in ſe ex principiis clericalibus proficiſcuntur; ita ad religiones in imperio toleratas adplicari nequeunt. *Collegia illicita*, v. g. iudæorum, &c. dicuntur autem hic illicita, quæ nullo *ſpeciali priuilegio* ſubnixa ſunt, *l. 8. C. h. t.* adeoque *tolerantia ſola* in hac materia non ſufficit, quæ quidem *immunitatem a pœna*, (v. *tit. de collegiis & corpor.*) non vero *ius adquirendi emolumenti* tribuit.

§. III. Porro inſtitui non poſſunt *filii perduellium*, *l. 5. §. 1. C. ad L. Iul. maieſt.* mulier *intra annum luctus nubens*, *l. 1. C. de ſecund. nupt.* quod hodie non obſeruatur, Brunnem. *ad l. 10. C. d. t.* Perſona *plane incerta*, v. §. *25. I. de legat.* qualis non eſt, hodie præſertim, quæ ex euentu certa fieri poteſt, v. g. *quisquis tempore mortis meæ conſul primarius hic loci erit, heres meus eſto.*

§. IV. Si *Chriſtus* heres ſcriptus, eccleſia illius loci, vbi teſtator domicilium habuit, hereditatem petit & ad pauperum alimoniam confert, *l. 26. pr. C. de SS. eccleſ.* Si vero vnius ex *archangelis*, vel *ſanctorum martyrum* mentionem fecit teſtator: ea eccleſia heres cenſetur, quæ in eo loco, vel in metropoli, vel in vicinia in honorem illius archangeli & martyris extructa, & ſi in vicinia plures huius generis ſunt, illa præfertur, in qua teſtator frequenter verſatus, aut alias, quæ magis eget eleemoſynis, *d. l 26. §. 1. & 2.* Hodie, quia templa ſanctis non amplius conſecramus, quamuis nomina retinuerimus; hereditas illi eccleſiæ in dubio cederet, in qua teſtator ſacris vſus, Stryk.



Digitized by Google

*ad Brunn. ius eccleſ. l. 2. c. 12. §. 14. verb. in diſtrictu Mariæ.*

§. V. Pater *liberos naturales* ex aſſe inſtituere poteſt, ſi non relinquat legitimos deſcendentes, nec adſcendentes; ſi vero *deſcendentes* adſunt, naturales in vna ſaltem vncia inſtitui poſſunt: ſin *adſcendentes*, his debetur legitima, de reliqua ſubſtantia pater etiam in fauorem naturalium recte diſponit *nou. 89. c. 12. §. 2. & 3.* *Coniuges ad ſecundas nuptias prouolantes* nouo coniugi plus relinquere nequeunt, quam vni ex liberis prioris matrimonii, & ſi illi liberi inæquales portiones habent, nouus coniux plus capere nequit, quam quod in portione minima eſt, *nou. 22. c. 27.* verum hoc in Saxonia non obſeruatur, Carpzov. *p. 2. c. 43. d. 17.*

§. VI. Habilitas in herede tribus temporibus adeſſe debet, *conditi teſtamenti*, *mortis teſtatoris* & *aditæ hereditatis*, §. 4. *I. de hered. qual. & diff.* mutatio iuris medio tempore facta non nocet heredi. *ibid.* Si *vnus* inſtitutus, ille ſine dubio integram hereditatem conſequitur, quamuis in re *certa*, *imo minima* ſit heres ſcriptus, v. *l. 1. §. 4. ff. h. t.* alias enim reliquum ad heredes ab inteſtato deuolueretur & teſtator pro parte inteſtatus fieret, contra *l. 7. ff. de R. I.* Hoc ita, ſi *non habet coheredem in* eodem teſtamento, quod ſi talis adeſt, heres in certa re inſtitutus pro legatario habetur, *l. 13. C. h. t.* Si *plures in rebus certis* inſtitui, tamquam præ-

lega-

Digitized by Google

legata capiunt, v. *l. 35. ff. h. t.* in reliquis æqualiter ſuccedunt.

§. VII. *Pluribus heredibus ſimpliciter inſtitutis*, ſinguli æquales portiones accipiunt, §. *6. I. h. t.* ſi vero *partes adſcriptæ* a teſtatore, illæ ſeruandæ: ſi *aliquibus adſcriptæ*, aliis non, hi capiunt, quod ex aſſe, id eſt, maſſa hereditatis, adhuc reliquum eſt; ſi nihil reliquum, hereditas iure Romano in XXIV. vncias (quæ vno nomine *dupondium* vocantur,) diuidenda. v. *d.* §. *6. it.* §. *7. & 8. I. h. t.* Hodie aſſis & vnciarum in teſtamentis Germanorum nunquam fit mentio, ſed nos de ſimplici & plano hereditatem diuidimus. Ceterum as, ſiue aſſis, duodecim vncias habet, quorum nomina: *vncia*, *ſextans*, *quadrans*, *triens*, *quincunx*, *ſemis*, *ſeptunx*, *bes*, *dodrans*, *dextans*, *deunx*, *as. l. 50.* §. *2 ff. h. t. ſeſcuncia* in *l. 42. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.*

*Lib. XXIIX. Tit. VI.*

Cod. VI. 26.

## De vulgari & pupillari ſubſtitutione.

§. I. INterdum teſtator vnius heredis inſtitutione non eſt contentus, ſed in eum caſum, ſi hic defecerit, alium ſurrogat, & hæc vocatur *ſubſtitutio*: quæ eſt ſecundi, vel vlterioris heredis in locum deficientis primi facta ſurrogatio, *l. 1. pr. h. t.*



Digitized by Google

§. II. Eſt ſubſtitutio vel *fideicommiſſaria*, quæ fit per interpoſitam perſonam, de qua infra *ad tit. de SCto Trebellian.* vel *directa*, quando ſubſtitutus hereditatem directo, id eſt, ſine interpoſita perſona a teſtatore conſequitur, de qua ſub hoc titulo agendum. Diuiditur illa in *vulgarem, pupillarem, quaſi pupillarem* & *militarem.*

§. III. *Vulgaris* eſt, quæ fit a *quocunque teſtatore heredi cuicunque*, in eum caſum, *ſi primus heres non fuerit*, *pr. J. de vulg. ſubſtit.* Hæc ergo formula: *ſi heres non fuerit*, vtrumque caſum complectitur: *ſi noluerit*, & *ſi non potuerit.* Sed quæritur: an etiam ex hisce caſibus ſpecialibus alter alterum comprehendat, ſcilicet *caſus noluntatis caſum impotentiæ & vice verſa?* diſſentiunt DD. pro more, v. Stryk. *caut. teſtam. c. 18. membr. 1. §. 9.* Nobis adfirmatiua placet ex præſumta teſtatoris voluntate. Subſtitutiones quippe in odium heredum ab inteſtato plerumque fiunt, illi vero heredes melius excludi non poſſunt, quam ſi vnus caſus alterum ſub ſe comprehendat, v. Stryk. *caut. teſt. c. 18. membr. 1. §. 9.*

§. IV. Quæ de perſonis & modo *inſtituendi* dicta: ea quoque intuitu *ſubſtitutionis* repetenda. Et quoniam ſubſtitutus in locum inſtituti ſuccedit hinc quoque illius iure vtitur, nec plus habet, nec minus, v. §. *2. & 3. I. h. t. l. 1. & 3. C. h. t.* Subſtitutus ſubſtituto eſt etiam ſubſtitutus inſtituto, id eſt, ſubſtitutus ſecundus directo ſuccedit inſtituto, licet ſubſtitutus primus iam ante inſtitutum deceſſerit, *l. 27. ff. h. t.* ex eadem ratione, quam *in fin. §. praec.* adduximus.

§. V.

Digitized by Google

§. V. Expirat ſubſtitutio vulgaris, *quamprimum heres ſcriptus hereditatem adiit. l. 5. C. h. t.* aut ſi ſubſtitutus *ante inſtitutum moriatur*, ſpes enim ſucceſſionis, quæ ex inſtitutionibus & ſubſtitutionibus oritur, ad heredes non tranſit.

§. VI. *Pupillaris* ſubſtitutio eſt, quæ fit a *patre*, qui liberos *in poteſtate habet*, *liberis ſuis impuberibus* in alienam poteſtatem non recaſuris, in eum caſum, *ſi heredes fuerint*, *intra tamen pubertatem deceſſerint*. Vocant hanc DD. *expreſſam*, cui opponitur *tacita*, quæ continetur ſub vulgari, v. g. ſi pater ſubſtituit in caſu: *ſi filius heres non fuerit*, vt modo dictum, comprehenditur, quoque alter caſus: *ſi heres fuerit &c. l. 4. pr. ff. l. 4. C. h. t.* iterum ex ratione in §. III. adlata.

§. VII. *Mater* ita ſubſtituere nequit, quia liberos in poteſtate non habet, nec pater liberis *emancipatis*, ſiue patria poteſtas ceſſet tempore conditi teſtamenti, ſiue tempore mortis, *l. 41. §. 2. ff. h.* admittunt tamen DD. ſubſtitutionem per modum *fideicommiſſi*, quale adeſſe cenſetur, ſi clauſula codicillaris teſtamento adiecta.

§ IIX. Antequam vero pater filio ſubſtituit, illum heredem inſtituere debet, ſubſtitutio enim eſt acceſſorium inſtitutionis, & hoc volunt DD. quando dicunt, *patrem ſibi ipſi prius teſtamentum facere debere*, alias ſubſtitutio non valet, *§. 5. I. h. t. l. 1. §. 3. l. 2. §. 1. ff. h. t.* Poteſt & *exheredato* (ſcilicet quoad bona materna) ſubſtitui, *§. 4. I. h. t.* quod poſt *nou. 115.* rariſſime euenire poterit, quia impuberes doli non ſunt capaces, niſi forte malitia ætatem ſuppleat.



Digitized by Google

§. IX. Subſtitutus & *bona patris & filii quæcunque* conſequitur, *l. 10. §. 2. h. t.* neque ipſa impuberis *mater* legitimam ex filii hereditate petere poteſt, *l. 8. §. 5. ff. de inoff. teſtam.* ex ratione, quia filius non fecit teſtamentum, ſed pater, *d. l.* qui ad legitimam vxori relinquendam non eſt obſtrictus. Cum vero hoc iniquitatem quandam inuoluat, quoniam ſcilicet pater teſtamentum *nomine filii* fecit: hinc in *Saxonia* matri legitima relinquenda, *conſt. elect. 8. p. 3.* extra Saxoniam quoque diſpoſitio iuris Romani ad ſolam ſubſtitutionem expreſſam reſtringitur, ita vt in caſu ſubſtitutionis *tacitæ* matri legitima debeatur, v. Carpzou. *p. 3. c. 8. def. 2.* Stryk. *caut. teſt. c. 18. membr. 2. §. 17.*

§. X. Exſpirat pupillaris ſubſtitutio, quamprimum filius *pubertatem* adeptus, *§. 8. I. h. t.* in *breuius* quidem tempus ſubſtitui poteſt, *l. 21. l. 38. pr. h. t.* non vero in *longius*, *l. 14. ff. h. t.* niſi per modum fideicommiſſi. Exſpirat quoque, ſi filius poſt teſtamentum factum *emancipatus fuerit l. 41. §. 2. h.* Quod ſi filius *ante patrem moriatur*, ſubſtitutus adhuc admittitur, tamquam vulgariter ſubſtitutus, *pr. I. h. t.* ſed tunc bona filii non conſequitur, niſi quatenus iure hereditario in patrem deuoluta fuerunt. Omnia vero in patrem non ſemper deuoluuntur, ſed ſi mater adhuc viuit, illa dimidiam capit.

§. XI. Si pater formidoloſus ſit, vt timeat, *ne filius ſuus* pupillus adhuc ex eo, quod palam ſubſtitutum acceperit, *poſt obitum eius periculo inſidiarum ſubiaceat*: vulgarem quidem ſubſtitutionem



Digitized by Google

nem palam facere, & in primis teſtamenti partibus ordinare debet: pupillarem autem in inferioribus patribus ſcribere, eamque partem *proprio lino propriaque cera conſignare*, & in priore parte teſtamenti cauere, *ne inferiores tabulæ viuo filio & adhuc impubere aperiantur*, *§. 2. I. de pup. ſubſt.*

§. XII. *Quaſi pupillaris* ſubſtitutio dicitur, quæ fit a *parentibus*, patre vel matre, aliisue adſcendentibus, *liberis mente captis*, *alioue vitio*, *quod teſtamenti factionem impedit*, *laborantibus*, in eum caſum, *ſi in tali ſtatu deceſſerint*, *§. 1. I. l. 43. ff. l. 9. C. h. t. ibique Gothofr.* vocatur etiam *exemplaris*, quia ad exemplum pupillaris introducta, *d. §. 1. 2. I. de pup. ſubſt.* item *Iuſtinianea*, quia Iuſtinianus de ea in *d. l. 9. C.* ſpecialiter diſpoſuit.

§. XIII. Si *pater & mater ſimul* ſubſtituerunt, ſubſtitutus a patre in paternis: a matre in maternis bonis ſuccedit. In reliquis, quæ v. g. filio a tertio donata, legata, &c. vtraque ſubſtitutio pro parte dimidia valet, quia vtriusque parentum ius eſt æquale, *d. l. 9.* vnde fallitur Struuius, qui *ex. 33. th. 35.* hic ad patriam poteſtatem reſpiciendum & ei primas partes deferendas eſſe putat.

§. XIV. *Filio* mente capto, &c. *legitima eſt relinquenda*, intuitu *perſonarum ſubſtituendarum*, patri, aut matri, talis libertas non eſt relicta, vti quidem in pupillari; ſed ſubſtituendi ſunt mente capti *deſcendentes*, ſi qui adſunt, *vnus*, vel *certi*, vel *omnes*, quod ita intelligendum, vt ſi vnus ſaltem ſubſtituatur, reliquis tamen legitima ſalua eſſe debet. Deficientibus deſcendentibus *fratres* ſine diſtinctione ſunt ſubſtituendi, *vnus* vel

*cer-*

*certi*, vel *omnes*, *l. 9. C. h. t.* Sed annon pater ſubſtituens *matrem*, vel contra mater *patrem* fratribus mente capti in ſubſtitutione præferre tenetur? de hoc nihil diſponit *d. l. 9.* forte propterea, quia olim fratres parentibus præferebantur, *v. l. 11. C. commun. de ſucceſſ. l. 1. §. 9. ff. de ſuis & leg. her.* poſtquam vero hoc per *nou. 118. c. 2.* mutatum; hinc dicto caſu etiam mater, vel pater ſubſtituendus erit, Stryk. *caut. teſt. c. 18. membr. 3. §. 20.*

§. XV. Expirat ſubſtitutio, ſi liberi *reſipuerint*, *l. 43. pr. ff. l. 9. C. h. t.* quod etiam obtinet, ſi *ad tempus* hoc factum, & ipſi liberi teſtamentum eo tempore ſibi fecerunt; ſi non fecerunt, ſubſtitutio vires retinet. Rumpitur quoque ſubſtitutio agnatione ſui heredis, *d. l. 43. pr.*

§. XVI. Subſtitutio *militaris* eſt, quæ fit *a milite quocunque modo & cuicunque heredi in quemcunque caſum.* Quemadmodum enim miles alias nec ad legitimam relinquendam, nec ad obſeruandas ſolemnitates teſtamentorum obligatus eſt: ita nec regulas in ſubſtitutionibus alias receptas obſeruare tenetur. Poteſt e. g. *vltra pubertatem* ſubſtituere, ſcilicet quoad bona a teſtatore prouenientia, *l. 15. ff. h. t.* ſubſtitutio valet, licet *ſibi non fecerit teſtamentum*, *l. 2. §. 1. h. t.* &c. Vocatur hæc ſubſtitutio *compendioſa* ex *l. 2. C. h. t.* a DD. etiam *breuiloqua*, quoniam miles hac formula: ſi heres meus *quacunque ratione* deceſſerit, &c. omnes caſus in compendio comprehendere poteſt, Stryk. *caut. teſt. c. 18. membr. 1. §. 6. ſqq.*



Digitized by Google

§. XVII. Hoc addendum, quod *reciproca* ſubſtitutio vocetur, quando coheredes ſibi inuicem ſubſtituuntur, v. g. *Titius, Caius & Paulus heredes ſunto & hos ſibi inuicem ſubſtituo, l. 4. §. 1. l. 23. l. 36. l. 41. §. 5. ff. h. t.* hæc etiam a nonnullis *compendioſa* vocatur, Stryk. *l. cit.* §. 24. Ceterum huc pertinent Fuſarius, Intrigliolus, Rogerius, Ferretus, Aloſinus, Chifletius, Forſterus, Hagen, Zaſius, & Trentacinque *de ſubſtitutionibus*: Oddus *de compendioſa ſubſtitutione*: Fumeus *de ſubſtitutione vulgari*: Jac. Otto *in medulla ſubſtitutionum, &c.*

*Lib. XXIIX. Tit. VII.*

Cod. VI. 25.

## De conditionibus inſtitutionum.

§. I. *Conditio* eſt qualitas actui alicui adiecta, quæ vim eius atque affectum in *caſum futurum incertum* confert. *v. l. 37. 38. 39. ff. de reb. cred.* quæ primo diuiditur in *poſſibilem & impoſſibilem.*

§. II. *Impoſſibilis*, ſiue *natura talis*, v. g. ſi cœlum digito tetigeris: ſiue *lege*, id eſt turpis, v. g. ſi Titium occideris, *habetur pro non adiecta l. 1. 9. 14. & 15. ff. h. t.* quia alias heres ſcriptus eluderetur. Referuntur huc etiam *deriſoriæ*, *d. l. 14. h. t.* id eſt, quando heredi aliquid præſtandum iniungitur, quod *contra decorum* impingit, v. g. ſi nudus in foro ſaltaueris, v. Pacius *ad §. 10. I. de her. inſtit.* Aliud exemplum in *l. 27. h. t.* & apud Ouid. *5. faſtor. v. 653.* Impoſſibilis quoque habetur, quæ *iuueni*,

vel

Digitized by Google

vel *virgini cœlibatum iniungit, l. 64. §. 1. ff. de cond. & dem.* quod ſecus eſt, ſi cum *certa perſona* ſolum nuptiæ interdicuntur, *l. 63. ff. eod.* aut, ſi *viduæ* viduitas iniungitur, *auth. cui relictum. C. de indict. viduit.*

§. III. A conditione impoſſibili differt *difficilis*, quæ non *omnibus* quidem hominibus, ſed *quibusdam* ſolum impoſſibilis eſt, v. g. ſi millies dederit Titio. Hæc pro impoſſibili habetur, *ſi ſciuit teſtator*, heredem eandem implere non poſſe, quo referunt *l. 4. §. 1. ff. de ſtat. lib.* vbi vide Gothofredum. Conf. *vſ. pract. diſt. tit. de cond. & demonſtr. diſt. VI.*

§. IV. Ad conditiones impoſſibiles etiam referuntur *perplexæ*, v. g. *ſi Titius heres erit, Seius heres eſto: ſi Seius heres erit, Titius heres eſto*, verum hæ vitiant inſtitutionem, *l. 16. ff. h. t.* Dantur præterea conditiones *impoſſibiles in non faciendo* conſiſtentes, quas DD. *contrarias* vocant, v. g. ſi mare non exhauſeris &c. Hæ non vitiant inſtitutionem, ſed hereditas pure relicta cenſetur, *l. 50. §. 1. ff. de her. inſt.*

§. V. *Poſſibiles* in ff. diuiduntur in *promiſcuas* (poteſtatiuas) & *non promiſcuas*, (caſuales) *l. 11. §. 1. ff. de cond. & demonſtr.* Iuſtinianus vero in codice, *l. vn. §. 7. C. de caduc. toll.* tres ſpecies facit: *poteſtatiuas*, quæ ab arbitrio eius dependent, cui iniunctæ ſunt, v. g. ſi ſeruum manumiſerit, &cI *caſuales*, quæ vnice a caſu (ſtilo ethnicorum) dependent, v. g. ſi nauis redierit, vrbs expugnata fuerit, &c. *mixtas*, quæ partim ab arbitrio eius dependent, cui iniunctæ ſunt, partim

tim

Digitized by Google

tim a caſu, v. g. ſi Meuiam duxerit, &c. mixtæ interim in effectu iuris a poteſtatiuis vix differre videntur, de quo mox.

§. VI. *Liberi quoad legitimam* ſine vlla conditione inſtituendi, v. *tit. de inoff. teſtam.* §. *IIX.* intuitu *bonorum vltra legitimam* poteſtatiua ſolum locum habet, *l. 4. pr. ff. de her. inſtit.* quo & mixtam referendum eſſe puto. *Extraneus* vero ſub *quacunque poſſibili* inſtitui poteſt, hic enim iure contradicendi non gaudet, quia plane præteriri potuiſſet.

§. VII. Conditio *caſualis impleri* poteſt *quandocunque: poteſtatiua* vero non niſi *poſt mortem* teſtatoris, & quidem, vt quis *ſciat*, hanc conditionem teſtamento eſſe inſertam, quia ſi fato fecerit, voluntati obtemperaſſe non videtur, *l. 2. ff. de cond. & demonſtr.* Hic quoad mixtas iterum nulla differentia a poteſtatiuis inuenitur, ſed hæc ſolum exceptio in legibus habetur, ſufficere, implementum viuo teſtatore adceſſiſſe, ſi conditio *non ſit iterabilis*, v. g. ſi Titiam duxerit: ſi doctor factus fuerit; &c. v. *l. 10. pr. ff. d. t.* Hæc omnia ſunt intelligenda de eo caſu, ſi conditio adfirmatiua fuerit; ſi enim *negatiua* eſt, in non faciendo conſiſtens, v. g. ſi Romam non iuerit, heres ſtatim conſequitur hereditatem, præſtita in caſum contrauentionis *cautione Mutiana, l. 7. pr. ff. de cond. & dem.*

§. IIX. Quoad *caſualem* res certa eſt, *deficere ſcilicet eam*, ſi euentus non fuerit ſecutus. Sed quid de *poteſtatiua & mixta?* diſtinguunt communiter

niter. Si impediatur conditionis implementum *facto tertii*, conditio pro impleta habetur, v. g. ſi Caia nuptias renuat, *l. 31. ff. de cond. & dem.* aut heres v. g. dare, vel adoptare velit vi conditionis adiectæ, alter autem accipere, vel ſe adrogandum dare nolit, *l. 3. l. 11. ff. h. t.* ſin impedimentum oriatur *a mero caſu*, v. g. ſi Caia mortua ſit, quam ducere volebam, heredis inſtitutio euaneſcit, *d. l. 31. de cond. & dem.* idem, ſi Titius moriatur, antequam ipſe dare potui, *l. 94. ff. eod.* Ita in LL. adductis, quibus tamen expreſſe obſtat, *l. 54. §. 1. & 2. ff. de legat. 1.* in qua dicitur, legatum deberi, licet *ſerui mors* impediuiſſet manumiſſionem, quia per te non ſtetit, quo minus perueniat ad libertatem. Hæc antinomia nullo modo conciliari potest, æquiorem tamen puto eſſe ſententiam *cit. l. 54. §. 1. & 2.* propter rationem adductam, v. Lauterb. *tit. de pact. p.* 52.

§. IX. Si *plures conditiones copulatiue* teſtamento inſertæ, omnes etiam coniunctim impleri debent: ſin *disiunctiue*, vnam impleuiſſe ſufficit, *§. 11. J. de her. inſt.* *Pendente conditione* curator bonorum conſtituitur, qui hereditatem adminiſtrat, vel etiam heredi ſub cautione poſſeſſio conceditur, v. infra *tit. de bon. poſſ. ſec. tabb.* Si ergo deinde *exiſtit* conditio, heredis inſtitutio pro pura habetur & heres ſcriptus omnia conſequitur: ſin *deficit*, omnia reſtituit.

§. X. Hæc de conditione. Ab ea differt *dies* ratione quæſtionis, *an*, quæ in die proprie dicto ſemper certa eſt. Diuiditur vero dies in

cer-

Digitized by Google

*certum*, vbi non ſolum illa quæſtio *an*, ſed etiam altera *quando* certa eſt, & ſub hoc die heres inſtitui nequit, ſed dies detrahitur, quia alias ante cœptum, vel poſt elapſum illum diem, hereditas ad heredes ab inteſtato deuolueretur, contra *l. 7. ff. de R. I.* Scilicet hic dies vel exprimitur vt *terminus a quo*, v. g. heres eſto poſt triennium; vel vt terminus *ad quem*, v. g. heres eſto per triennium, v. *§. 9. I. de her. inſt.* Valet tamen hoc caſu inſtitutio *per modum fideicommiſſi*, ſi teſtamento clauſula codicillaris adiecta.

§. IX. Dies *incertus* eſt, quando quæſtio *an* quidem certa, quæſtio *quando* autem incerta, v. g. heres eſto, cum Caius morietur, & ſub hoc inſtitutio fieri poteſt, perinde ac ſub conditione, debet ergo Caius mori *viuo herede, v. l. 1. §. 2. ff. de concl. & dem.* quod ſi dies mortem *ipſius heredis* reſpiciat, v. g. Titius heres eſto, cum morietur; non opus eſt, diem expectare, *l. 4. ff. quand. dies leg. ced.* Si *nec quæſtio an, nec quando certa ſit*, v. g. heres eſto, cum Caius conſul factus fuerit, improprie dicitur dies, nam reuera eſt conditio & perinde, ac ſi dixiſſet teſtator: ſi Caius conſul factus.

*Lib. XXIIX. Tit. IIX.*

Cod. VI. 30.

## De iure deliberandi.

§. I. HActenus vidimus, quid *teſtatori* faciendum; nunc de *herede* eiusque aditione agemus. Iure ff. ante aditionem *deli-*

 *bera-*

Digitized by Google

*berare* poterat, vtrumque expediat adire, vel non, ad quod tempus arbitrarium concedebatur, *l. 1. 2. 3. & 4. ff. h. t.* iure codicis autem *annus, l. vlt. §. 13. h. t.* verum illa deliberatione poſt introductum ſimul iure codicis *beneficium inuentarii* hodie amplius vix opus eſt.

§. II. Scilicet heres inuentarium autoritate publica conſici curat, in quo omnes res fideliter conſignandæ, *l. f. §. 2. C. d. t.* hodie certum tempus tamen, intra quod illud inchoari & conſummari debeat, non eſt præfinitum, nec citatio creditorum & legatariorum moribus requiritur, v. Mev. *dec. 356.* bene tamen in momento mortis *obſignatio* rerum hereditariarum, in Saxonia per iudicem, alibi etiam per notarium, v. Brunnem. *ad d. l. fin.* Carpzov. *p. 3. C. 33. d. 10.*

§. III. Si hæc obſignatio neglecta, aut alius defectus in inuentario deprehenditur, heres iuramento illud corroborare tenetur, ad quod iuramentum quoque *heredis heres* de credulitate admittitur. Brunnem, *ad d. l. f. §. 10.* Imo ſi plane inuentarium non confectum: illius vices in Saxonia ſupplet *ſpecificatio iurata*, imo etiam extra Saxoniam, iuxta Brunn. *ad d. l. §. 12.* quamuis Mev. *2. dec. 96.* diſſentiat, vnde ad mores locorum reſpiciendum, vid. vſ. pr. diſt. *h. t. diſt. 1. in f.*

§. IV. Beneficium inuentarii diuerſos producit effectus. Heres *non tenetur vltra vires hereditatis, d. l. fin. §. 4.* Si pecunia parata in hereditate non adſit, *alias res in ſolutum dat, d. l. §. 6.* Satis-

fa-

Digitized by Google

facit *primis creditoribus venientibus* ſine reſpectu prælationis, *d. l.* §. *4.* *Soluit* etiam *ſibi ipſi*, (facto enim inuentario actiones non confunduntur,) ita tamen, vt hic temporum prærogatiua inter creditores ſeruetur, *d. l.* §. *9.* Res hereditariæ *creditoribus pereunt*, *d. l. f.* §. *4.* v. Rol. a Valle *de inuentario heredum:* Fuchs *de inuent.* Monticulus, Guid. Papa, Franc. de Porcellinis & Henr. Hahnius *de eadem materia.*

## *Lib. XXIX. Tit. I.*
## Cod. VI. 1.
# De Teſtamento Militis.

§. I. TEſtamenta ſupra *tit. de teſtamentis* §. *19.* diuidebantur in ſolemnia & minus ſolemnia. De ſolemnibus hactenus actum; nunc *minus ſolemnia* ſequuntur, in quibus vel *omnes*, vel *quædam ſolemnitates remiſſæ.*

§. II. Pertinet huc (I) *teſtamentum militis*, quod tamen iuxta *conſtit. Maximil. de a. 1512. tit. von teſtamenten. 2.* §. *und ſollen 2.* triplici modo conſiderandum. Si miles *in expeditione conſtitutus* eſt, v. g. in acie, oppugnatione, aut defenſione vrbis, &c. absque omni ſolemnitate teſtari poteſt, *l. 1. pr. f. ff. h. t. l. 14. & 17. C. h.* adeo, vt voluntas quoque ſtabilis ſit, ſi quid in vagina, aut clypeo, litteris ſanguine rutilantibus adnotauerit, aut gladio in puluere inſcripſerit, *l. 15. C. eod.*

§. III. Si *in caſtris* teſtatur miles, duos teſtes indiſtincte adhibere tenetur, *d. conſt. de an. 1512.* ergo, ſiue nuncupatiue, ſiue in ſcriptis voluntatem



Digitized by Google

ſuam declaret, quod aliquam ſolemnitatem inuoluit. Si vero *in hybernis* conſtitutus eſt, omnes ſolemnitates adhibere obſtringitur. Interim, ſiue iure militari, ſiue communi teſtamentum condat, miles ad relinquendam *legitimam* non eſt obligatus, v. *tit. de inoff. teſtam.* §. *IV.* pro parte teſtatus *pro parte inteſtatus* decedit, *l. 6. ff. h. t. l. 7. ff. de R. I. incapaces inſtituit*, *l. 13. ſ. 2. ff. h. t.* excepta meretrice *l. 41. §. 1. h. l. 14. de his, quib. vt indign. poſthumus non rumpit teſtamentum*, ſi miles teſtator vxorem prægnantem eſſe ſciuit, *l. 36.* §. *2. ff. h. t. &c.*

§. IV. *Miles* dicitur, qui non modo lectus tiro, ſed etiam in numeros relatus eſt, *l. 42. h. t.* iuxta *l. vlt. ff. h. t.* omnes omnino iure militari teſtari poſſunt, qui *in hoſtico deprehenduntur & illic decedunt.* Præcipue huc pertinent *clerici*, *conſiliarii bellici*, *magiſtratus militares*, *medici*, *mercatores victualium*, Finckelth. *obſ. 46. n. 16. ſqq. tympanotribæ* etiam, *coqui*, *aurigæ*, &c. & in genere, qui vtilitatem aliquam caſtris adferunt, Stryk. *caut. teſt. c. 3. ſ. 6. c. 9.* §. *20.*

§. V. Teſtamentum *ante militiam* non iure, id eſt, non ſolemniter factum, non valet propterea, quod teſtator deinde cinctus fuerit, niſi *aliquo modo declarauerit*, ſe velle illud teſtamentum valere, *l. 25. ff. h. t.* quæ declaratio exinde etiam colligitur, ſi miles factus & *in expeditione degens*, reſignauit illud & quædam adiecit, ſiue detraxit, §. *4. I. h. t.*

§. VI. Poſtquam miles *miſſus eſt*, teſtamentum adhuc per annum valet, ſi miſſio fuit honeſta, vel

cau-

Digitized by Google

cauſaria, *l. 26. pr. h. t.* & ſi teſtator intra illum annum moritur, non officit, quamuis conditio heredi forſan adſcripta poſt annum demum extiterit, *l. 38. pr. ff. §. 1. h. t.* ſi vero miles ignominiæ cauſſa miſſus, teſtamentum ſtatim iure militari valere deſinit, *l. 26. pr. h. t.* Quid, ſi quis non ignominiæ cauſa miſſus *rurſus cinctus eſt in alia militia?* teſtamentum eius, quod in priori militia fecit, adhuc valet, ſi modo intra annum denuo adſumtus fuit, *l. 38. §. 1. h. t.*

§. VII. Adnectuntur hic adhuc alia teſtamenta priuilegiata a DD. Tale eſt (II) teſtamentum *parentum* (cuiuscunque ſexus, vel gradus) *inter liberos*, quod nullas ſolemnitates requirit, ſed ſufficit, modo de voluntate parentum conſtet. Hoc tamen neceſſe eſt, vt *tempus* facti teſtamenti, annum, menſem & diem, nec non illas *vncias*, in quibus liberi heredes ſcribuntur, exprimat teſtator, & quidem non ſignis, ſed *integris literis*, v. *nou. 107. c. 1.*

§. IIX. *Liberi* grati quoad legitimam *titulo honorabili* neceſſario ſunt *inſtituendi*, non vero præciſe ex æquis partibus intuitu reliquorum bonorum, v. Stryk *caut. teſt. c. 10. §. 10. & 12.* Sed quæritur; an *ingrati* etiam *ex iuſta cauſa in hoc teſtamento exheredes ſcribi queant?* negant multi, v. Struu. *ex. 32. th. 19. inf.* ex ratione, *quodcunque in fauorem liberorum introductum, illud in eorum odium detorqueri nequit:* nos contra: *quidquid in fauorem parentum introductum, illud in eorum odium non debet detorqueri.* v. Stryk. *d. tr. c. 10.*



Digitized by Google

§. *18*. fauor enim parentum eſt, quod ad ſcrupuloſas teſtamentorum ſolemnitates non adſtringantur.

§. IX. Intuitu perſonarum *extranearum*, id eſt, quæ non ſunt in numero liberorum, nihil ſpeciale in iure diſpoſitum reperitur, ergo obſeruandæ ſunt ſolemnitates alias conſuetæ, & in ſpecie VII. teſtes intuitu heredis inſtitutionis, V. autem intuitu legatorum adhibendi. Diſſentiunt hic multi, qui *duos* teſtes ſufficere autumant, quia in *nou. 107. c. 1.* de *teſtibus* ſolum dicitur, quorum adpellatione in dubio duo ſaltem intelliguntur, *l. 12. ff. de teſt.* cui accedit, quod in *auth. quod ſine C. de teſtam.* quæ ex *d. nou. 107.* deſumta eſt, dicatur, in teſtamento paterno *aliis etiam legari poſſe*, v. Struu. *ex. 32. th. 19.* Verum priorem opinionem nihilominus retinendam eſſe putamus, quoniam in materia vltimarum voluntatum & vbi de perſonis extraneis ſermo eſt, teſtium adpellatione nunquam duo intelliguntur, & *l. 12. ff. de teſt.* ad materiam *probationis in iudicio faciendæ* pertinet, ac quoniam *auth. quod ſine* ab originali ſuo *nou. 107. c. 1.* recedit, autoritas illi tribui nequit, v. compend. nou. *cit. nou. 107. in not.* Stryk. *caut. teſt. c. 10. §. 24.*

§. X. Ab hoc teſtamento parentum differt *nuda diuiſio paterna*, vbi pater liberos heredes non inſtituit, ſed illis ab inteſtato ſuccedentibus bona ſua in caſum mortis adſignat, quæ diuiſio inæqualiter etiam fieri poteſt, modo legitimam non

Digitized by Google

non lædat, v. *l. f. C. fam. hercifc. nou. 18. c. 7.* Stryk. *d. c. 10. §. 13.* Pater tamen, vel liberi ſubſcribere debent, *d. nou. 18. c. 7.*

§. XI. Quod (III) teſtamentum *tempore peſtis conditum* attinet, iure *Romano* nihil de ſolemnitatibus couſuetis in eo remiſſum eſt, quam hoc vnicum, quod non neceſſe ſit, *teſtes eodem tempore coniungi, l. 8. C. de teſtam.* ex quo tamen ſimul patet: hic magis ad *fauorem teſtium*, quam *teſtatoris* reſpici, & ſic verius eſſe, quod teſtamentum minus ſolemne condi queat, licet nec ipſe teſtator peſte decumbat, nec eius domus ſit infecta, teſtes enim nihilominus terrentur, modo peſtis in eadem ciuitate graſſetur.

§. XII. *Moribus* receptum, quod quis coram duobus teſtibus teſtari poſſit, & quod *feminæ* etiam admittantur, Stryk. *d. tr. c. 11. §. 3. ſeqq.* Hoc teſtamentum ſemel conditum non ſaltem per annum poſt ceſſantem peſtem, ſed *perpetuo durat*, argumentum enim a teſtamento militari non valet, quia in materia iuris ſingularis verſamur, v. Carpzou. *p. 3. c. 4. d. 5.* a quo diſſentit Struu. *ex. 32. th. 21.* Ceterum *peſtis* nomine omnis morbus *contagioſus* venit, qui terrorem hominibus incutit, conf. Ripa *in tr. de peſte.*

§. XIII. Teſtamentum priuilegiatum (IV) eſt, quod fauorem *piæ cauſæ* reſpiciat, v. g. ſi eccleſiæ, pauperibus, ſcholis, ad redimendos captiuos, ad alimenta, refectionem pontium & viarum, dotem &c. aliquid relinquitur. Hic nihil requiritur præter probationem voluntatis, v. *c. 11. X. de teſtam.* aliis autem perſonis ſine ſolemnitatibus



Digitized by Google

in tali teſtamento aliquid relinqui non poteſt, v. §. IX. *h. t.* Male interim nonnulli *meretrices* piis cauſis adnumerant, v. Stryk. *caut. teſtam. c. 12. §. 10. ſeqq.*

§. XIV. Denique (V) teſtamentum priuilegiatum eſt *teſtamentum ruſticorum*, id eſt eorum, qui *ordinarie* ruri degunt, cuiuscunque ſint dignitatis & conditionis. Priuilegium, vel ius ſingulare, in hoc vnico conſiſtit, quod *quinque teſtes* ſufficiant, ſi plures haberi nequeunt, *l. f. C. de teſtam.* quod in dubio præſumitur. Qui *peregrinatur*, omnes ſolemnitates adhibere debet, licet in itinere, & in pago morbo corripiatur, prout fuſe deduxit Stryk. *d. tr. c. 14. per tot.* Ergo teſtamentum *moribundi* nullum habet priuilegium. De teſtamento coram *parocho*, item coram *ſculteto* condito, iamdum egimus ſupra *tit. de teſtamentis* §. XIX.

*LIB. XXIX. TIT. II.*

Cod. VI. 30. 31.

## De adquirenda, vel omittenda hereditate.

§. I. PRincipalis quæſtio hic eſt: *vtrum heres inſtitutus hereditatem inuitus adire teneatur?* negatur, quia heredes *neceſſarios*, id eſt, ſeruos non habemus, qui olim adire cogebantur, vt ſi creditoribus ſatis non fiat, potius eorum bona, quam ipſius teſtatoris, a creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, §. *1. I. de her. qual. & diff. Suis*, id eſt, liberis in patria poteſtate teſtatoris exiſtentibus, prætor iamdum poteſtatem abſtinendi

nendi conceſſit, §. *2. I. d. t. l. 57. ff. h. t.* ergo *hodie* heredes ſunt *extranei*, ſiue *voluntarii*.

§. II. *Adire* poteſt, qui alias ſe valide obligat, *l. 8. & 9. ff. h. t.* & declaratur animus heredis vel *verbis*, quæ in ſpecie vocatur hereditatis *aditio*: vel *factis*, quæ dicitur *pro herede geſtio*, in *ſuis immixtio*. Non videtur autem pro herede gerere, qui *pietatis*, aut *cuſtodiæ* cauſa quid fecit, v. g. ſi ædes locauit, vel fulſit, patrem ſepeliuit, iumenta aut ſeruos pauit, aut res tempore perituras diſtraxit, v. fuſe *l. 20. ff. h. t.* caute iterum agit, qui expreſſe *teſtatur*, ſe non animo heredis gerere, quæ gerit, *d. l. 20. §. 1. h. t.*

§. III. Nomine *furioſi* curator adit, & ſi furioſus non reſipuerit, ſed in furore diem ſuum finierit, hereditas vel ad ſubſtitutum, vel ab inteſtato ad heredes proximos, vel heredibus deficientibus, ad fiſcum refertur, *l. vlt. §. 7. & 8. C. de curat. furioſ.* Ceterum heredes, qui ſtatim quoque hereditatem adeunt, *intra* IX. *dies* conueniri nequeunt, *nou. 115. c. 5. §. 1.* Vocabantur illi dies *denicales*, quorum ſeptem cadauer domi deplorabatur, octauo deferebatur & nono tumulabatur, Mynſing. *ad §. 8. I. de R. D. verb. ſacrum non eſt.* Iure Saxonico non conueniuntur *ante diem trigeſimum*, nec etiam teſtamentum, ſi aliquod adeſt, ante publicari ſolet.

§. IV. *Repudiare* hereditatem poteſt, qui facultatem alienandi habet. Qui autem ſemel repudiauit, deinde ad hereditatem venire iterum non poteſt, niſi ſit *ſuus*, qui *bonis paternis nondum diſtra-*



Digitized by Google

*ctis* adhuc admittitur, & quidem intra *triennium*, licet iam ſit maior, *l. vlt. C. de rep. vel abſt. hered.* Semel etiam *adita* hereditas iterum *repudiari nequit*, niſi heres ſit minor, *§. 5. l. de her. qual.* aut in *Saxonia* intra annum exhibito inuentario, *dec. elect. nou. 57.*

§. V. Aditio hereditatis omnia *iura* heredi tribuit, quæ defunctus habuit, non vero *poſſeſſionem*, quæ *facti* eſt & propterea adprehendenda, *l. 23. pr. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* nullum dubium tamen eſt, quin per leges prouinciales introduci queat, quod poſſeſſio etiam ſine noua adprehenſione ad heredes tranſire debeat, quale quid ſtatutum in ducatu Magdeburgico intuitu *deſcendentium*, *ord. pol. Magd. c. 44. §. 15.* De vniuerſali autem omnium fere locorum conſuetudine, quam ex Fabro de moribus Galliæ & Sabaudiæ loquente adlegat Carpzou. *p. 3. c. 9. d. 27. n. 5.* hactenus in Germania nondum ſatis conſtat.

§. VI. Hereditatem nondum aditam *non transmitti ad heredes*, nota eſt regula ex *l. vn. §. 5. C. de caduc. toll.* Verum ad legata regula procedit ſaltem in *teſtamentaria* ſucceſſione, ita vt moriente herede ante apertas tabulas portio eius ad ſubſtitutum, coniunctum, vel his deficientibus ad heredem legitimum teſtatoris perueniat, v. Brunnem. *ad d. l. vn. §. 5.* deinde eadem regula tot patitur limitationes, vt tota fere corruat. Scilicet non aditam hereditatem transmittunt (a) *liberi ſui*, & quidem ad *quoscunque* heredes, *l. 8. C. de ſuis & legit. lib.* (b) *liberi quicunque*, etiam *emancipati*, ad *deſcendentes ſuos*, quæ vocatur transmiſſio *Theodoſiana*, quia Theodoſius eius autor, *l. vn. C. de*

Digitized by Google

*C. de his, qui ante apert. tabb. heredit. transmitt.* (c) heres, qui *intra tempus deliberandi decedit, l. 19. C. de iur. delib.* vnde quia hodie deliberatione opus non eſt, ſed heres mox cum beneficio inuentarii hereditatem adit, v. *tit. de iur. delib. §. 1.* hinc ſemper etiam hereditatem transmittit.

*Lib. XXIX. Tit. III.*
Cod. VI. 32.

## Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur & deſcribantur,

§. I. Tabulæ teſtamentorum apud Romanos non aperiebantur, niſi *autoritate prætoris*, qui coegit ſignatores conuenire, & ſigilla ſua recognoſcere, *l. 4. ff. h. t.* poterat tamen reſignari teſtamentum & recitari, modo maior pars ſignatorum fuerit inuenta *l. 9. h. t.* abſentibus mittebantur tabulæ, vt eas agnoſcerent, *l. 7. h.* Hodie illa recognitio vix requiritur, quia pleraque teſtamenta vel in iudicio fiunt, vel adhibito notario, & ſic iam publica inſtrumenta ſunt, niſi forte quis ex capite falſi tabulas impugnare velit.

§. II. Hodie itaque tabulæ in iudicio depoſitæ a iudice ſimpliciter non citatis teſtibus aperiuntur: eæ vero, quæ priuatim confectæ, in præſentia coheredum aperiri ſolent, quandocunque hoc ipſis placuerit.

*Lib.*

*Lib XXIX. Tit. IV.*

Cod. VI. 39.

## Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hereditatem.

§. I. Si heres ab inteſtato, v. g. frater a fratre, ſimul heres in teſtamento ſcriptus eſt: poteſt ille quidem hereditatem ex teſtamento repudiare, & ab inteſtato ſuccedere, *ſi nullius praeiudicium concurrat*, *l. 17. §. 1. ff. de adqu. vel. om. her.* quod ſi vero tale quid machinatur, eum in finem, vt *circumueniat eos, quibus quid ex iudicio defuncti deberi potuit*, v. g. legatarios, prætor nihilominus in eum actionem pollicetur, *l. 1. pr. h. t.*

§. II. Idem obtinet in alio caſu, ſi heres ex teſtamento, pretio accepto ab herede ab inteſtato, hereditatem prætermiſit. Nam & hic legatarii primo conueniunt poſſeſſorem hereditatis, vt legata ſoluat. Si hic ſoluendo non exiſtit, heres repudians tenetur, *l. 2. ff. h. t. l. 1. C. h. t.*

*Lib. XXIX. Tit. V.*

Cod. VI. 35.

## De SCto Silaniano, & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur.

§. I. SVpponitur hic caſus, vbi dominus, qui teſtatus erat, occiſus reperiebatur, & cauetur, ne teſtamentum prius aperiatur, quam de familia,

Digitized by Google

lia, i. e. ſeruis domini, quæſtio habita ſuppliciumque de noxiis ſumtum fuerit, *l. 1. pr. l. 3. §. 18. ff. h. t.* quod ideo ita ſtatutum, *ne heres propter compendium ſuum familiæ facinus occultaret*, *l. 3. §. 29. h. t.* non ergo ſollicitus eſſe antea debet heres de hereditate, niſi mortem teſtatoris vltus fuerit, alias amittit hereditatem, *l. 25. §. 2.* Hodie, cum ſeruos non habeamus, horum quoque SCtorum vſus in praxi non eſt. Heres ergo factum ſolum denunciat, ſimul tamen, ſi hereditas opima eſt, ſumtus inquiſitionis ſuppeditare tenetur, prout vult Carpz. *pr. crim. qu. 34. n. 90.*

*Lib. XXIX. Tit. VI.*

Cod. VI. 34.

## Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit.

§. I. QVi, dum captat hereditatem legitimam, vel ex teſtamento (iamdum forſan confecto, ) *prohibuit* teſtamentarium introire, volente eo (teſtatore) *facere teſtamentum: vel mutare:* diuus Hadrianus conſtituit, denegari ei debere actiones, denegatisque ei actionibus, fiſco locum fore, *l. 1. pr. h. t.* idem eſt, ſi quis dolo malo fecerit, *vt teſtes non veniant*, *l. 2. pr. h.* hoc tamen innocenti coheredi non nocet, *l. 2. §. 1. h. t.*

§. II. Contra, ſi quis *cogit* teſtatorem, vt ipſum heredem inſtituat, teſtamentum eſt ipſo iure nullum, v. *tit. quod met. cauſ. §. 1.* & ita ſucceſſioni ab inteſtato locus datur. *Blanditiæ* non nocent.

Vnde

Digitized by Google

Vnde virum, qui non per vim, nec dolum, quo minus vxor contra eum, mutata voluntate codicillos faceret, interceſſerat, ſed (vt fieri adſolet,) offenſam ægræ mulieris maritali ſermone placauerat, in crimen non incidiſſe, nec ei, quod teſtamento fuerat datum, auferendum eſſe, reſpondit Papinianus in *l. 3. ff. h. t.*

## *Lib. XXIX. Tit. VII.*
## Cod. VI. 36.
# De iure Codicillorum.

§. I. Poſtquam de teſtamentis egimus, ſequuntur nunc *codicilli*, qui ſunt vltima voluntas de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, excepta directa heredis inſtitutione, *l. 10. ff. h. t.*

§. II. *Conueniunt cum teſtamentis* in hoc, quod qui teſtamentum facere nequit, ille etiam codicillos facere non poſſit, *l. 6. §. 3. h. t. differunt* vero (a) ratione *heredis inſtitutionis*, quod illa in teſtamentis quidem, non vero in codicillis directo fieri queat, ſed heredis inſtitutio, ſi quæ in codicillis facta, in vim fideicommiſſi ſolum valeat, id eſt, heredes ab inteſtato rogati eſſe cenſentur, vt detracta trebellianica reliquam hereditatem heredi ſcripto reſtituant, *l. 2. §. 4. h. t. l. 2. C. eod.*

§. III. Differunt (b) ratione *ſolemnitatum extrinſecarum* in eo, quod in codicillis ſolum requirantur *quinque teſtes*, *l. 8. §. 3. C. h. t.* quod hi *non de-*

Digitized by Google

*debeant eſſe rogati, ibid.* quod *ſubſignatione* opus non ſit, ſed ſola ſubnotatione, *ibid.* quod *legatarii* teſtes eſſe nequeant, *arg. §. 11. I. qui teſt. fac. poſſ.* bene tamen *mulieres*, *arg. l. 20 §. 6. ff. eod.* Vnitas tamen actus requiritur, *l. f. §. 3. C. h. t.* nec non, vt teſtes teſtatorem videant & audiant, vt omnis fraus & dolus euitetur.

§. IV. Codicilli ſunt vel *ſcripti*, vel *nuncupatiui*, v. *d. l. f. §. 3. in f. C. h. t.* Alii quoque vocantur *ab inteſtato*, quando nullum teſtamentum adeſt, ſed heres ab inteſtato legata, vel hereditatem fideicommiſſariam præſtare tenetur, *v. §. 2. h. t. & l. 16. ff. h.* alii *cum teſtamento*, quando tale adeſt, vbi codicilli ius teſtamenti ſequuntur. *d. l. 16. in f. h.* & ſic deſtituto teſtamento & ipſi corruunt, *l. 3. §. 2. ff. h. t. &c.*

§. V. Codicilli interdum quoque *in euentum* fiunt, quando ſcilicet teſtator teſtamentum quidem facit, ſed ſimul tamen *clauſulam codicillarem* ſubiicit, quo referunt formulam ex *l. 29. §. 1. ff. qui teſt. fac. poſſ. hoc teſtamentum volo eſſe ratum, quacunque ratione poterit.* Refert huc formulam Lucii Titii ex *l. 88. §. 17. ff. de leg. 2.* de nimia & miſera diligentia iuris peritorum. Noſtri notarii in vernacula communiter ita eam efferunt: *dafern dieſes mein teſtament nicht gelten mæchte, als ein zierliches teſtament: ſo will ich doch, daß es gelten ſolle, als ein fidei-commiß, donatio mortis cauſa, vel inter viuos, oder ſonſt, als ein zu recht beſtændiger lezter wille.* Vbi tamen quodammodo falluntur. Nam vt donatio, ſiue mortis cauſa, ſiue inter viuos ea ſit, valere non poteſt,

quia

quia hæc ſupponit præſentiam & acceptationem donatarii, quæ in teſtamento & codicillis deficit. Alias vero vocatur *herba betonica*, non minus ac clauſula ſalutaris libellorum, de cuius herbæ effectibus nunc agendum.

§. VI. Effectus potiſſimi hi ſunt: ſuſtinet illa clauſula teſtamentum, in quo *filius*, vel *pater præteritus eſt*, quippe qui rogatus eſſe cenſetur, vt accepta legitima portione reliquam hereditatem heredi ſcripto reſtituat: idem eſt in caſu *iniuſtæ exheredationis*: inſtitutionis *ad tempus factæ*, v. *tit. de condit. inſtit.* §. *X. in f.* Stryk. *caut. teſtam. cap.* 23. §. 39. *ſeqq.*

§. VII. Porro vi huius clauſulæ ſuſtinetur teſtamentum *ruptum* & poſthumus rogatus eſſe cenſetur, vt hereditatem detracta legitima heredi ſcripto reſtituat: quod tamen ita limitant, ſi nempe teſtator tempore conditi teſtamenti *ſciuit, ſe habere*, vel *habiturum filium*, alias totum teſtamentum corruit, Gail. *1. obſ. 114.* Suſtinetur quoque teſtamentum *deſtitutum* hoc reſpectu, quod fideicommiſſarius adhuc ab heredibus ab inteſtato fideicommiſſum petere queat, Gail. *2. O. 134. n. 3.* nec non illud, in quo *fratri turpis perſona prælata*, ſi enim dicta clauſula intuitu liberorum & parentum inique exheredatorum, aut præteritorum, vires habet, ſine dubio etiam eas intuitu fratrum exſerere poterit, v. Struu. *S. I. C. ex. 34. th. 65. in f.*

§. IIX. Non vero ſupplet clauſula codicillaris *defectum voluntatis*, ſi ſcilicet teſtator voluntatem

ſuam

Digitized by Google

ſuam nondum plene explicauit: nec defectum in *perſona teſtatoris:* aut *heredis:* nec valet, ſi illæ ſolemnitates non adſunt, quæ alias ad codicillos requiruntur, v. Stryk. *caut. teſt. c. 23. §. 42. ſeqq.*

§. IX. Ceterum codicilli *poſteriores* in dubio *non tollunt priores*, quia duæ diſpoſitiones particulares ſubſiſtere poſſunt, *l. 6. §. 1. h. t.* nec tolluntur codicilli ante teſtamentum facti *per teſtamentum ſubſequens*, ſi teſtator ipſis expreſſe non derogauit, *ff. 1. 3. h. t.* Pertinent ad hanc materiam Zepperus, Reusnerus, & Roland. Paſſagerius *de codicillis:* Fab. Turrettus *de effectu clauſulæ codicillaris, &c.* Ad materiam de teſtamentis autem Manzius *de teſtamento valido & inualido:* Vaſquius *de ſucceſſionibus & vltimis voluntatibus:* Dilectus *de arte teſtandi:* Dauth *de teſtamentis:* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum:* Reuſnerus *de teſtamentis:* Sim. de Prætis *de interpretatione vltimarum voluntatum:* Angel. Arretinus *de teſtamentis:* Couarruuias *de teſtamentis:* Didac. Spin. a Carcer. *in ſpeculo teſtamentorum:* Stryk. *de cautelis teſtamentorum:* Ludwell *de vltimis voluntatibus, &c.*

### *Lib. XXX. XXXI. XXXII.*
### Cod. VI. 37. 43.
## De Legatis & fideicommiſſis.

§. I. LEgatum eſt *deliberatio hereditatis*, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum velit, *l. 116. pr. ff.*



Digitized by Google

*de leg. 1. in §. 1. J. h. t.* deſcribitur, quod ſit *donatio quædam*, a defuncto relicta, ab herede præſtanda.

§. II. Quicunque *teſtamentum facere*, ille etiam legata relinquere poteſt, *l. 2. de leg. 1.* & quicunque *ex teſtatoris liberalitate quid accepit*, illi *legati præſtatio recte iniungitur*, v. *l. 5. §. 1. de leg. 3. l. 77. §. 1. de leg. 2. l. 1. §. 6. de leg. 3.* non ergo liberis, qui præter legitimam nihil accipiunt, &c. Legatur illi, *qui heres eſſe poteſt*, §. *24. I. h. t. v. tit. de her. inſtit. §. II. & III.* Si quis filio *naſcituro* legat, & plures naſcuntur, ſingulis tantundem debetur, niſi euidens ſit contraria ſententia teſtatoris, *l. 17. §. 1. de leg. 1.* Si *Titio & cognatis* legatum: duæ fiunt portiones, illi enim pro vna perſona habentur; qui ſub nomine collectiuo poſiti, *l. 7. ff. de vſufr. adcreſc.*

§. III. Quod res, quæ nec ſunt *in rerum natura*, nec ſperantur, *l. 7. §. 1. de tritic. vin. &c.* item res *extra commercium*, *l. 9. §. 8. 9. 10. de legat. 1.* legari nequeant; extra dubium eſt. Neque æſtimatio eiusmodi rerum debetur. Alias vero quæcunque res legari poſſunt, *corpora*, *iura & ſeruitutes*, *l. 41. pr. de leg. 1.* Item *facta*, v. g. vt heres legatarii ædes reficiat, vel eum ære alieno liberet, §. *21. J. h. t.* vt pecuniam ſub vſuris credat, quo caſu heres cautionem a legatario exigere nequit, *l. 11. §. 15. ff. de leg. 3.*

§. IV. Iam ad ſpecialia. Poteſt etiam *res aliena* legari, quo etiam feudum pertinet, hoc effectu, vt heres illam rem redimat atque præſtet: vel, ſi redimere non poſſit, quod dominus non ven-

dat

Digitized by Google

dat, vel immodico pretio vendat: iuſtam æſtimationem præuia legitima taxatione inferat, *l. 14. §. 2. de leg 3.* quod ita procedit, ſi legatarius probare poſſit, teſtatorem *ſciuiſſe*, quod ea res ſit aliena, *§. 4. I. h. t.* exceptio eſt (a) ſi teſtator rem *ad ipſum heredem* pertinentem legauerit; *l. 67. §. 8. ff. de leg. 2.* (b) ſi *proximæ perſonæ*, vel *vxori* legauerit, *l. 10. C. h. t.* his enim caſibus ſcientiæ probatione opus non eſt.

§. V. Intuitu rei teſtatoris quidem propriæ, ſed tamen *oppignoratæ*, idem iuris eſt, quod nempe heres eam luere teneatur, ſi teſtator oppignorationem ſciuit. *§. 5. I. h. t.* exceptio eſt in *l. 57. de leg. 1.* ſi tantum eſt æs alienum, vt eo exſoluto nihil eſſet ſuperfluum, quoniam hoc caſu, ſi heres non lueret, legatum inutile foret, ac legatarius nihil conſequeretur, quod voluiſſe teſtatorem non præſumitur.

§. VI. Si res legata eſt *litigioſa*, effectus legati ab euentu litis pendet, vnde heres nihil præter hunc euentum præſtat, *nou. 112. c. 1.* Heres interim, quia in defuncti locum ſuccedit, litem ſuis ſumtibus ſine dubio peragere tenetur.

§. VII. Legatum *rei propriæ legatarii* inutile eſt, *ff. 10. I. h. t.* niſi teſtator *ius* aliquod *in ea re* habeat, quod eo ipſo remiſſum eſſe cenſetur, *l. 71. §. 5. de leg. 1.* vel ſi tertio eiusmodi ius *iure* competit, heres obſtrictus eſt, vt rem luat, *l. 86. pr. de leg. 1.* Ita quoque *propria perſona* alicui legari poteſt, quo facto vinculum pignoris in legatario itidem remiſſum, ſi v. g. teſtator eum ab hoſtibus rede-

merat & ſic pignoris ius conſecutus erat, *l. 43. §. 3. de leg. 1.*

§. IIX. Sed quid ſi legatarius rem propriam ipſi legatam *deinde alienet?* adhuc legatum inutile manet, quia ab initio non conſtitit, *§. 10. J. h. t.* Aliud obtinet, ſi res legata *tempore facti teſtamenti aliena fuit* & legatarius *illam deinde comparauit.* Diſtingue tamen. Si accepit rem titulo *lucratiuo*, actio contra heredem nulla datur, *ſ. 6. I. h. t.* teſtator enim ſcopum ſuum iam eſt adſecutus, qui hic erat, vt legatarius rem gratis acciperet: ſin itaque ex cauſa *oneroſa*, v. g. emtionis, res ad legatarium peruenit, heres pretium reſtituere tenetur, *d. ſ. 6.*

§. IX. Si quis *rem ſuam quaſi alienam* legauerit, valet legatum: nam plus valet, quod in veritate eſt, quam quod in opinione. Sed & ſi *legatarii eſſe putauerit*, valere conſtat, quia exitum voluntas defuncti habere poteſt, *§. 11. I. h. t.*

§. X. Ad conſequendum legatum legatario tres competunt actiones. (1) *Rei vindicatio*, quia legatæ rei dominium ipſo iure ad legatarium tranſit, *l. 80. ff. de leg. 2.* v. *tit. de diuiſ. rer. §. XV.* ſupponitur hic tamen, quod *ſpecies* ſit legata, & quidem *teſtatoris propria.* (II) Actio *ex teſtamento*, quæ oritur ex quaſi contractu, hereditatis aditione, *§. 5. J. de oblig. quæ quaſ. ex contr.* hæc locum non habet contra tertium, quia perſonalis, ſed ſolum contra heredem, ſiue ſpecies, ſiue quantitas legata fuerit. (III) Actio *hypothecaria* aduerſus

Digitized by Google

ſus quoſuis rerum hereditariarum poſſeſſores, nam in rebus defuncti tacitam hypothecam habet legatarius, v. *tit. in quib. cauſ. pign.* §. *IV.* Petitur res *cum acceſſionibus. l. 39. de leg. 2.* niſi de alia mente teſtatoris conſtet, *l. 44. ſſ. 4. de leg. 1.*

§. XI. Subnectenda hic quoque erit materia de *iure adcreſcendi.* Locum illud habet inter *collegatarios*, qui ad eandem rem vocati Coniunguntur autem triplici modo iuxta *l. 89. de leg. 3.* & *l.* 3. & *l. 142. ff. de V. S.* Alii ſcilicet *re* coniuncti ſunt, qui ad eandem quidem rem vocantur, ſed in duabus propoſitionibus, v. g. *Titio do lego fundum Caio do lego fundum*, qui ita notantur O. O. & reſpectu verborum, id eſt, quia ſunt in diuerſis propoſitionibus, etiam *disiuncti* vocari ſolent, v. *l. vn.* §. *10. C. de caduc. toll.* §. *8. J. de legat.*

§. XII. Alii *verbis* coniuncti dicuntur, quibus eadem res in vna eademque propoſitione *cum expreſſione partium* relicta v. g. *Meuio & Sempronio do lego fundum æquis partibus*, vel, vt Meuius vnam, Sempronius vero duas tertias eiusdem accipiat. Denotantur ita O. O. & obſeruandum præterea, quod illæ partes, quarum hic mentio ſit, ſolum ſint *mentales*, ſiue *intellectuales*; ſi enim partes *reales* cuilibet adſignauit teſtator, v. g. Meuio do lego partem fundi prope viam, Sempronio alteram partem prope flumen, nulla adeſt coniunctio & nullum ius adcreſcendi, v. *l. 1. pr. ff. de vſufr. adcreſc.*

§. XIII. Alii denique *mixtim* coniuncti ſunt, quibus eadem res in eadem propoſitione, ſed *absque*

*expreſſione partium* relicta v. g. *Paulo & Iaue-leno do lego fundum*, qui ita notantur O✕O.

§. XIV. Si *duobus* ſaltem, ſiue re, ſiue verbis, ſiue mixtim, eadem res legata eſt, negotium facile componi poteſt. Si enim vterque ſuam partem acceptat, res diuiditur: ſin vnus ex collegatariis deficit, deficientis portio alteri adcreſcit. Difficultas itaque eo demum caſu oritur, ſi mirum aliquod caput eundem fundum diuerſis perſonis, partim re, partim verbis, partim mixtim coniunctis legauit, v. §§. *præced.* quæritur ſcilicet primo, ſi omnes ſex legatarii legatum fundi acceptent, in quot partes fundus ſit diuidendus? & reſpondetur, diuiſionem non eſſe inſtituendam iuxta *numerum perſonarum*, ſed iuxta *numerum propoſitionum*, in quibus perſonarum mentio fit. Quoniam ergo re coniuncti in duabus; verbis coniuncti in vna; & mixtim coniuncti etiam in vna propoſitione ſunt: inde quemadmodum quatuor ſunt propoſitiones, ita quoque quatuor fiunt portiones, verbis enim & mixtim coniuncti pro vna perſona habentur, v. *l. vn.* §. *10. C. de cad. toll.*

§. XV. Si vnus ex illis *deficiat*, *adcreſcit alteri* & quidem pluribus concurrentibus illi, *qui proxime coniunctus eſt.* Sin ergo *verbis*, aut *mixtim* coniunctus deficit; illi ſoli adcreſcit, qui cum deficiente in eadem propoſitione conſtitutus & ſic proxime coniunctus eſt: ſin deficit *re* coniunctus, deficientis portio omnibus reliquis quinque adcreſcit, quia nemo cum deficiente in eadem

Digitized by Google

dem

dem propoſitione erat & ſic omnes eidem æque proximi ſunt. Subdiuiditur vero huius deficientis portio in tres partes, iuxta priorem regulam: quot ſunt propoſitiones, tot ſunt portiones. Adſunt vero tres proportiones, vel verbis & mixtim coniuncti iterum pro vna perſona habentur, v. *l. 89. ff. leg. 3. l. vn. §. 10. C. de cad. toll.*

§. XVI. Si portioni deficientis legatarii *onus aliquod adhæſit*, v. g. legati, aut fideicommiſſi præſtatio, &c. hoc onus in collegatarium quoque tranſit, qui in eadem eſt propoſitione, id eſt, verbis, aut mixtim coniunctis: non vero in eum, qui in diuerſa propoſitione conſtitutus, id eſt, re coniunctus, *d. l. vn. §. 11. C. de cad. toll.*

§. XVII. Ius adcreſcendi locum habet in *omnibus vltimis voluntatibus* & proinde ad *hereditates* etiam neceſſario pertinet, cum hac tamen differentia, quod (a) coheredibus *inuitis* adcreſcat, quia alias deficientis portio ad heredes ab inteſtato deuolueretur, & (b) quod *ſemper adcreſcat cum onere*, *l. vn. §. 10. C. de cad. toll.* Generatim vero ius adcreſcendi tamdiu ſaltem locum habet, quamdiu *deficiens portionem ſuam nondum acceptauit*, vnde ſi collegatarius, vel coheres, primo ſtatim momento poſt acceptationem moritur, eius portio ad ipſius heredes deuoluitur, v. *l. 1. §. 3. ff. de vſufr. adcreſc.* Ceterum in *contractibus* ius adcreſcendi locum non habet, v. *l. 110. ff. de V. O.* Imputare enim mihi ipſi debeo, quod in caſum, ſi deficit alter, mihi per pactum non proſpexerim.



Digitized by Google

De *iure adcreſcendi* ſcripſerunt: Schwanenburg, Kremer, Riemer, Stephani, Franc. Duarenus, Sueuus, Ioh. Ant. Bellonus, &c.

*Lib. XXXIII. Tit. I.*

## De annuis legatis & fideicommiſſis.

§. I. Annuum legatum ratione primi anni purum, ratione ſequentium vero conditionale eſt, ſcilicet *ſi viuat* legatarius, vnde eo mortuo ad heredem non tranſit legatum, *l. 4. h. t.* pro alimentis enim legatum cenſetur, *l. 20. ff quand. dies leg.* ſufficit interim, modo legatarius *ſub ingreſſum anni* viuat, tunc enim ſtatim cedit dies & eius anni legatum transmittitur. *l. 8. h. t.* Quod ſi legatum illud annuum *heredibus ſimul* relictum ſit, omnes heredes illud capiunt, *l. 22. C. de legat* & *ciuitati* relictum, perpetuum, *l. 6. ff. h. t.* quod in materia vſusfructus ſecus erat, v. *tit. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt. ſſ. 1. in fin.*

§. II. Procedunt ante dicta de annuo legato, ſi *annui* mentio fiat in verbis ipſis *diſpoſitiuis*, v. g. dena ſingulis annis do lego; ſi vero annuum verbis *executiuis* adiiciatur, v. g. mille lego, ſed non ſoluet heres, niſi dena ſingulis annis; tunc vnum eſt legatum & legatarius, licet ante plenam perceptionem moriatur, futurorum annorum legatum ad heredes transmtitit, *l. 20. ff quand. dies leg.*

§. III.

Digitized by Google

§. III. Annuum legatum non eſt vnum, ſed *plura legata* continet, *l. 4. ff. h. t.* ergo etiam vna præſcriptione non exſpirat, ſed ſinguli anni nouam præſcriptionem requirunt iure Romano, *l. 7. §. 6. C. de præſcript. 30. ann.* iure Saxonico autem vna præſcriptio ſufficit, *conſt. elect. Sax. 2. p. 2.*

*LIB. XXXIII. TIT. II.*

# De vſu & vſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum, vel fideicommiſſum datis.

§. I. QVod vſusfructus & reliquæ ſeruitutes perſonales per modum legati etiam conſtitui queant, de eo iam dictum ad *tit. de vſufr. §. VI.* Poteſt quoque vſusfr. *omnium bonorum* legari, vbi & quod in actionibus erit, computatur, e contrario autem æs alienum ex bonis deducitur, *l. 3. h. t.*

§. II. Si teſtator alii *fundum*, alii *vſumfr. eiusdem fundi* legauerit: vſusfructus inter eos communicabitur, licet teſtator eo propoſito fecerit, vt alter nudam proprietatem haberet; clarius enim mentem exprimere debuiſſet, *l. 19. h. t.* v. *l. 26. §. 1. h. t.* quia vocabulum *fundi* abſolute poſitum vſumfructum iam includit. Procedunt hæc, ſi *idem titulus*. v. g. legati, in vtroque adeſt; aliud vero obtinet, ſi quid *diuerſo titulo* relictum, v. g. Meuius *heres* eſto in fundo, Caio, *do, lego*, vſumfr. fundi, hic enim Meuius de vſufructu non participat

cipiat, v. Struu. *jpr. R. G. l. 2. lit. 74. §. 7.* *Reditus* ab vſusfructu differt, quod in reditu poſſeſſio rei, ex qua fructus proueniunt, ad percipientem non tranſeat, ſed heres fructus percipiat eosque legatario præſtet, conf. *l. 38. h. t.*

## *LIB. XXXIII. TIT. III.*
## De ſeruitute legata.

§. I. SEruitus *realis* etiam legari poteſt, *l. 6. h. t.* & ſi pluribus heredibus eius præſtatio iniuncta eſt, ſinguli in ſolidum tenentur, quia ſeruitus partem non recipit, *l. 7. h. t.* v. *tit. fam. erciſc. VI.*

## *Lib. XXXIII. Tit. IV.*
## De dote prælegata.

§. I. DOtem ſoluto matrimonio vxori reſtituendam eſſe, diximus ſupra *tit. ſolut. matrimon.* quid ergo vtilitatis ex dotis prælegato eidem obuenit? hoc, quod (a) dos *in mobilibus conſiſtens* vxori *ſtatim* reſtituenda, *l. 1. §. 2. h. t.* (*commodum repræſentationis* vocatur) quæ alias poſt annum ſaltem reſtituitur. (b) quod mariti heredes *impenſas vtiles* in dotem factas *repetere nequeant*, ſed ſolum neceſſarias, *l. 5. h. t.* Si marito *dos promiſſa, ſed non tradita*, illa tamen nihilominus relegata, vel prælegata: vxor liberationem exinde conſequitur, *l. 1. §. 7. h. t.* ita, vt nec fructus, nec vſuras dotis ratione temporis, quo matrimonium durauit, ſoluere teneatur.

§. II.

Digitized by Google

§. II. Si maritus *dotem relegauit & nullam plane accepit*, diſtingue. Aut teſtator *expreſſit certam quantitatem, aliamue rem*, v. g. ea centum, quæ dotis nomine adtulit, vel fundum Cornelianum, ipſi do lego: & valet legatum, licet nihil adtulerit, falſa enim demonſtratio ſolum adeſt, *l. 6. ff. h. t.* aut quantitatem, vel rem, *non expreſſit*, v. g. quidquid mihi adtulit, do lego: & inutile eſt legatum, quia nihil demonſtrari poteſt, v. §. *15. I. de legat.*

§. III. Alias datur etiam *legatum dotis*, quod ſuſpenditur ſub *conditione, ſi nuptiæ ſequantur*, v. *l. 41. §. 1. ff. de iur. dot. l. 71. § 3. ff. de cond. & dem.* niſi (a) *pater filiæ* tale legatum reliquerit; (b) dotis mentio in *verbis executiuis* ſolum fiat, v. g. do lego centum, quæ pro dote habebit, his caſibus enim legatum ad heredes tranſit, v. Carpz. *p. 3. c. 13. def. 25. n. 9. ſqq.*

## *Lib. XXXIII. Tit. V.*

## De optione vel actione legata.

§. I. ELectio & optio ad legatum *generis* pertinet. Si teſtator *tale genus*, cuius in teſtamento mentionem fecit, *in bonis ſuis reliquit*, v. g. equos, domos, &c. legatum ſemper valet, ſed circa electionem diſtingue. Scilicet, ſi *verba ad legatarium directa*, v. g. Titio do lego: Titus habeto, &c. electio quoque ad eum ſpectat, ſed non debet *optimum* eligere, *l. 2. §. 1. h. t. l. 37. pr. ff. de leg. 1.* ſi verba *ad heredem directa*, v. g. heres

res dato, dare damnas eſto, &c. heres eligit, *l. 45. §. 1. ff. de leg. 1. l. 43. § 3. de leg. 2.* ſed hic non debet *peſſimum* dare, *l. 110. ff. de leg. 1.* In legato *quantitatis* heres ſemper eligit, & liberum ei eſt, cuius generis velit dare, licet eo alias nemo vtatur, *l. 4. ff. de trit. vin.*

§. II. Quod ſi vero teſtator eiusmodi genus *in bonis ſuis non reliquit*, vlterius videndum eſt. Aut genus certam habet determinationem *a natura*, v. g. equus, aliaque animalia, & validum eſt legatum, v. *l. 84. §. 3. ff de leg. 1.* quod intelligo de *genere proximo*, v. g. equo, non de *remoto*, v. g. animali, quod maximam incertitudinem habet & ad minimum redigi poteſt. Aut genus determinationem ſolum a *facto hominis* accipit, v. g. domus, fundus, liber, &c. & legatum non valet, quia ad minimum iterum redigi poteſt, & ſic magis deriſorium, quam vtile, *l. 71. pr. ff. de leg. 1. l. 24. §. 3. eod.* nam & gleba fundi nomine venit, Briſſon. *d. V. S. voc. gleba.* add. *l. 75. ff. de V. O.*

§ III. Ab electione differt *optio*, v. g. ſi dixit teſtator, *do lego equum, quem optauerit*, *§. 23. J. de legat.* vbi *optimum* eligere licet, v. *l. 9. §. 1. ff. de al. mal.* Poteſt etiam heres legatarii optare, quamuis viuus legatarius hoc non fecerit, *d. §. 23.* & ſi plures legatarii, aut vnius legatarii plures heredes inter ſe circa optandum diſſentiant, fortuna optionis iudex eſt ac ſorte res dirimenda, *d. §. 23.* Cui *ſeruorum electio* legata, tres ſaltem eligere poteſt, *l. 1. h. t.* facta autem ſemel optione *variatio* non conceditur, *l. 20. h. t.* niſi rem alienam quis opta-

optauerit, *l. 2. §. 2. h.* aut omnes res exhibitæ non fuerint, dolo heredis, aut ex alia cauſa, *l. 4. & 5. h. t.*

### *Lib. XXXIII. Tit. VI.*

## De tritico, vino, vel oleo legato.

§. I. T*Riticum* omne frumentum denotat, *l. 94. ff. de V. O. Vini* autem adpellatione continetur omne, quod ex vinea natum vinum permanſit, *l. 9. pr. h. t.* Si *vetus* vinum legatum, ex vſu teſtatoris æſtimabitur, quot annorum vino pro vetere vtebatur, *l. 10. h. t.* quod ſi non adpareat, anni prioris vinum adpellatione veteris continebitur, *l. 11. h. t.*

§ II. Si *ex certo fundo* certus amphorarum vini numerus legatus, diſtingui debet. Aut fundus adiectus eſt *taxatiue*, (vel *reſtrictiue*,) quod factum, ſi in ipſis verbis diſpoſitiuis fundi mentio fit, v. g. ex fundo Semproniano, vel ex eo, quod natum erit in fundo Semproniano, decem amphoras do lego: hoc caſu illud ſaltem debetur, quod in eo fundo natum, neque reſiduum aliunde ſupplendum, *l. 5. ff. h. t.* v. *l. 8. §. 2. ff. de leg. 2.* aut vero fundus *demonſtratiue* ſaltem adiectus, id eſt, in verbis executiuis eius fit mentio, v. g. do lego decem amphoras vini, quas ex fundo Semproniano habebit, *l. 27. §. 2. ff. de leg. 3. l. 12. ff. de alim. leg.* & tunc quantitas legata præſtanda, licet in eo fundo

do nihil natum fuerit. *dd. ll.* quod ad quoscunque fructus legatos pertinet.

§. III. Vino legato *vaſa* quoque inſtar acceſſionis legata videntur, modo non ſint depreſſa in cella vinaria, aut ea ſint, quæ per magnitudinem difficile mouentur, *l. 3. §. 1. h. t.*

*Lib. XXXIII. Tit. VII.*

## De inſtructo, vel inſtrumento legato.

§. I. Si fundus *cum inſtrumento* legatus ſit, continentur iumenta, vehicula, naues, cupæ, culei, plauſtra, cribra, &c. & in genere omnia, quæ ad poſſeſſionem fundi exercendam pertinent, v. late *l. 12. ff. h. t.* Si autem fundus *inſtructus* legatus, adhuc plus continetur, omnia ſcilicet illa, quæ paterfam. ibi habuit, vt fundus inſtructior eſſet, ergo & ſupellex, menſæ eboreæ, vel aliæ, aurum & argentum, bibliotheca & libri, &c. *d. l. 12. §. 27. 28. 34. ſeqq. h. t.* Excipiuntur, quæ non vſus, ſed *cuſtodiæ* gratia ibi ſunt, *d. l. 12. §. 29. & 37.* quo etiam frumentum venale pertinet, *l. 12. §. 30. h. t.* Interim & hæc legatario debentur, ſi fundus legatus *cum omnibus, quæ ibi ſunt. l. 27. §. 3. h. t.*

§. II. Inter haſce formulas: fundum *cum* inſtrumento do lego, ac: fundum & inſtrumentum do lego, hoc intereſt, quod *priori* caſu inſtrumentum ſit inſtar acceſſionis & fundo a teſtatore alienato illud quoque non debeatur; *poſteriori* autem caſu inſtrumentum ſit æque prin-

Digitized by Google

principale, & ſic fundo licet alienato peti poſſit, *l. 5. ff. h. t.* Ceterum, quamuis *fundus ſine inſtrumentis* legatus fuerit, nihilominus tamen ea debentur, quæ infixa & inædificata atque ſic partes ædificiorum ſunt, *l. 21. h. t.*

*Lib. XXXIII. Tit. VIII.*

## De peculio legato.

§. I. SEruo legato cum peculio, & alienato, vel manumiſſo, vel mortuo: legatum etiam peculii extinguitur, *l. 1. h. t.* quod hodie vſum non habet.

*LIB. XXXIII. TIT. IX.*

## De penu legata.

§. I. P*Enus* eſt generis omnis, *l. 4. §. 3. h. t.* quæ obſeruatio grammatica. Alias vero continet, quæ eſui potuique ſunt, *l. 3. pr. h. t.* non vero medicamenta, *l. 5. h. t.*

*Lib. XXXIII. Tit. X.*

## De ſupellectile legata.

§. I. S*Vpellex* eſt domeſticum patrisfamiliæ inſtrumentum, quod neque argento auroue facto, vel veſti adnumeretur, *l. 1. h. t.* cuius exempla permulta in *l. 3. h. t.* intelligitur autem inſtrumentum, quod ad *communem vſum* patris

Digitized by Google

triſfamilias adcommodatum, non vero, quod ad *artificii genus aliquod* pertinet, *l. 6. h. t.*

*Lib. XXXIV. Tit. I.*

## De alimentis, vel cibariis legatis.

§. I. C*ibariis*, vel *diariis* relictis, neque habitatio, neque veſtiarium debetur, *l. 21. h. alimenta* autem cibaria, veſtitum & habitationem complectuntur, *l. 6. h. t.* non vero in dubio ea, quæ *ad diſciplinam pertinent*, *d. l. 6.* quod ſecus eſt, ſi alimenta ex *iure ſanguinis* debeantur, v. g. a patre, v. *l. 4. ff. vbi pup. educ. l. 6. §. 5. ff. de carbon. edict.*

§. II. Alimenta, ſi aliud non diſpoſitum, per totum vitæ tempus debentur, *l. 14. pr. h. t.* etiamſi legatarius in metallum damnatus fuerit, *l. 11. h. t.* ſumtus funeris tamen non debentur ab herede, Carpz. *p. 2. c. 46. d. 23.* Alimenta vsque *ad pubertatem* legata, maſculis ad XIIX. fœminis autem vsque ad XIV. annum debentur, quod pietatis intuitu obſeruandum eſſe dicitur in *l. 14. §. 1. h. t.* DD. vocant *pubertatem plenam*. Autores, qui de alimentis ſcripſerunt, v. ad *tit. de agnoſc. & alend. lib.*

Lib.

*Lib. XXXIV. Tit. II.*

## De auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſte, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.

§. I. CVm *aurum*, vel *argentum* legatum eſt: quidquid auri argentique relictum ſit, legato continetur, ſiue factum, ſiue infectum: non autem pecunia ſignata, *l. 19. pr. h. t.* quod ſi *certum pondus* auri, vel argenti, legatum: infectum intelligitur, *l. 19. §. 1. h.*

§. II. *Mundus* muliebris eſt, quo mulier mundior fit. Continentur eo ſpecula, matulæ, vnguenta, vaſa vnguentaria, &c. *l. 25. §. 10. h. t.* *Ornamenta* ſunt annuli, armillæ, &c. quæ ex moribus diiudicanda. Mulier poteſt eſſe munda, quæ non ornata, & viceuerſa, *d. l. 25. §. 10.* *Vnguentorum* nomine intelliguntur in ſenſu ſpeciali, quibus valetudinis cauſa vngimur, *d. l. 25. §. 12. h. t.*

§. III. Inter *veſtes* & *veſtimenta* nihil intereſt, *l. 33. h. t.* exempla vide in *l. 23. ſeqq. h. t.* & quamuis quædam magis ornatus gratia, quam quo corpus tegant, comparentur: ea tamen potius veſtis, quam ornamentorum numero habenda, *l. 26. h. t.*

§. IV. Legabantur etiam *ſtatuæ*. Caſus eſt in *l. 1. pr. h. t.* Si tibi duæ ſtatuæ marmoreæ, & deinde (alteri) omne marmor legatum eſſet: præter duas nulla ſtatua marmorea legata eſt tibi.



Digitized by Google

## *Lib. XXXIV. Tit. III.*

# De liberatione legata.

§. I. OMnibus *debitoribus ea, quæ debent*, recte legantur, *l. 1. pr. h. t. l. 3. §. 3. eod.* legantur etiam *ad certum tempus*, *l. 8. §. 1. h.* vel ad dies vitæ legatarii, ita, vt eius heredes adhuc obligati maneant, *l. 8. §. 3. h. t.* legari ſimiliter *pignus* poteſt, quo facto tamen ipſum debitum remiſſum eſſe non cenſetur, *l. 1. §. 1. h. t.*

§. II. Ita *creditor* legat. E contrario *debitor creditori legat*, quod ipſi debet, cuius tamen legati regulariter nulla vtilitas eſt, niſi forſan *exceptio perpetua debitori competebat*, qua ſe tueri poterat: aut, ſi debitum *conditionale*, vel *in diem*, aderat, quod vi legati pure debetur, *l. 13. & 14. ff. h. t.* vel ſi debitum *chirographarium* erat, ex legato enim tacita hypotheca competit, v. *tit. de legatis §. X.*

§. III. Teſtator ita ſcripſit: *centum, quæ Meuio debeo, ipſi do, lego*, & tamen ex poſtfacto adparet, *teſtatorem nihil debuiſſe:* legatum valet, quia demonſtratio ſolum falſa eſt. Hoc ita, ſi *certa quantitas adiecta.* Ergo altero caſu: *quidquid ipſi debeo, do, lego:* aut, *quidquid Titius mihi debet, Caio do, lego*, Titius autem nihil debet: legatum inutile eſt, quia non adparet, quantum fuerit legatum, *l. 75. §. 1. ff. de leg. 1.* idem eſt, ſi dixerit *decem, quæ Titius debet, do lego*, Titius vero nihil

debet

Digitized by Google

debet: nec enim falſa demonſtratio hic ſolum adeſt, ſed ipſa res deficit. Heres enim ad hoc ſaltem obligatus eſſet, vt actionem contra Titium cederet: ſed hoc facto nihil tamen conſequeretur legatarius, *d. l. 75. §. 2. de leg. 1.*

§. IV. Si debitor creditori legat, *ſine mentione debiti*, v. g. Seio 100. do lego, & teſtator extra cauſam legati 100. quoque Seio ex mutuo debet: creditor vtramque ſummam ex legato & mutuo conſequitur, quoniam in negotiis inter viuos quidem in dubio nemo liberalis præſumitur, bene tamen in actibus vltimæ voluntatis. Procedit hoc in debito *voluntario*, v. g. ex contractu: in *neceſſario* autem, v. g. ſi pater filiæ dotem promiſit & deinde æqualem ſummam legauit: legatum in locum dotis ſuccedit, *l. 22. § 3. ff. ſol. matrim.* Ita ius Romanum diſtinguit, ratio tamen non adeſt.

## *Lib. XXXIV. Tit. IV.*

# De adimendis, vel transferendis legatis, vel fideicommiſſis.

§. I. ADemtio legatorum vel fit *verbis expreſſis* & quidem *nuda voluntate, l. 3. §. 11. ff. h. t.* vnde vera eſt eorum opinio, qui nullas ſolemnitates hic deſiderant, ſed duos teſtes ſufficere exiſtimant, v. Carpz. *p. 3. c. 13. def. 19. n. 1.*

§. II. Vel etiam ademtio ex *factis* colligitur, talibus ſcilicet, quæ clare oſtendunt, *quod teſtator voluntatem beneuolam erga legatarium mutauerit.*



Digitized by Google

Pertinet huc (a) ſi teſtator rem legatam *alteri donauerit*, *l. 18. h. t.* quamuis donatio iure non valeat, v. g. ſi vxori donatum, ſufficit enim, quod de mutata voluntate conſtet, *l. 24. §. 1. h. t.* *Alienatio* rei legatæ *titulo oneroſo facta* eo caſu ſolum adimit legatum, ſi ex *mera voluntate* proceſſit, non vero, ſi teſtator *vrgente neceſſitate* ad alienandum inductus, *l. 11. ſſ. 12. de leg. 3.* quo pertinet etiam *oppignoratio*, *ſſ. 12. I. de legat.* Probare autem heres tenetur, alienationem ex libera voluntate factam eſſe, *d. l. 11. §. 12. de leg.* 3. *parte* alienata, reliqua pars adhuc debetur, *d.* §. *12. J. de legat.*

§. III. Pertinet huc (b) *ſubſequens inimicitia* inter legatarium & teſtatorem, *l. 31. §. 2. h. t.* ſi tamen in amicitiam redierunt & pœnituit teſtatorem prioris offenſæ: legatum, vel fideicommiſſum redintegratur, *l. 4. h. t.* (c) ſi *forma rei legatæ mutata*, vt res ad priſtinam materiam reduci nequeat, *l. 88. pr. & §. 2. ſſ. de leg. 3.* (d) ſi teſtator legatum *induxit, vel reſcidit. l. 16. h. t.* (e) ſi legatarium *peſſimum hominem dixerit. l. 13. h. t.* (f) ſi poſt factum teſtamentum *liberi naſcantur*, quod *arg. l. 8. C. de reuoc. donat.* adſeritur.

§. IV. *Tranſlatio* fit quatuor modis: (a) ſi *perſona heredis* mutatur & alteri legati præſtatio iniungitur, ex quo legatarius nullum damnum ſentit, (b) *ſi perſona legatarii* mutatur & Titio legatur, quod Meuio relictum erat, vbi intuitu Titii eadem conditio repetita eſſe cenſetur, quæ Meuio adſcripta erat, *l. 24. h. t.* (c) *ſi res pro re* datur, pro fundo decem aurei: (d) ſi quod *pure da-*

*tum*

Digitized by Google

*tum erat*, *ſub conditione* legatur, *l. 6. h. t.* Hæc translatio extra dubium quinque teſtes deſiderat, quia eo ipſo nouum legatum conſtituitur. Sed quoniam ſimul ademtionem inuoluit, & ſic negotium mixtum eſt: hinc licet illi quinque teſtes adhibiti non fuerint & ſic translatio non iure facta; negotium tamen quoad ademtionem ſubſiſtit, v. §. *1. h. t.* ergo neuter legatarius rem legatam capit.

§. V. Alias quoque *exſpirat* legatum, ſi legatarius *viuo teſtatore moritur*, *l. 8. h. t. ſpes* enim ex vltimis voluntatibus non ita transmittitur ad heredes, vti quidem *iura* ex contractibus quæſita. Exſpirat quoque, ſi *res legata perit*, vnde mortuo boue, qui legatus eſt, neque corium, neque caro debetur, *l. 49. pr. ff. de legat. 2.* Si *vna* ex rebus legatis periit, reliquæ adhuc debentur, v. g. mortua ancilla liberi, §. *17. I. de legat. l. 62. ff. de leg. 1. grege legato*, licet omnia capita vno ſaltem excepto mortua fuerint, illud vnum adhuc vindicari poteſt, §. *18. I. d. t.* quod ſecus erat in vſufr. gregis legato, v. *tit. quib. mod. vſusfr. vel vſ. amitt.* §. *III.*

*Lib. XXXIV. Tit. V.*

## De rebus dubiis.

§. I. Teſtatoris quidem voluntas adimplenda eſt, ſi quibusdam argumentis adparet, de quo dixit, *l. 24. & 25. h. t.* ſi vero hoc plane non adparet, impeditur legatum, v. g. ſi legatum Sempronio amico fuit relictum & duo ſint æqua charitate coniuncti, *l. 10. pr. h. t.*



Digitized by Google

§. II. De *commorientibus*, ſi dubium eſt, quis prior mortuus, v. g. teſtator, an legatarius, ita disponunt leges. Si mortui *parentes & liberi*, liberi prius mortui cenſentur, qui *impuberes*: mater autem ante *puberes*, *l. 9. §. 1. l. 22. & 23. ff. h. t.* Reliquæ perſonæ *extraneæ* ſimul periiſſe cenſentur, licet alter impubes fuerit, *l. 8. l. 18. pr. h. t.* Pertinent dicta de parentibus & liberis ad caſum *mortis violentæ*, v. g. in naufragio, bello &c. v. Finckelth. *obſ. 52. tot.* De *rebus dubiis* tractatum edidit Hugo Donellus.

*Lib. XXXIV. Tit. VI.*

Cod. VI. 41.

## De his, quæ pœnæ cauſa relinquuntur.

§. I. Pœnæ cauſa quondam legatum non valebat, *l. 1. h. t.* iure codicis autem valet, modo non contineat impoſſibile quid, legibus interdictum & probroſum, *l. 1. C. h. t.* v. g. heres meus, ſi ædes alienauerit, Meuio centum dare damnas eſto. Idem obtinet, ſi teſtator *matrimonium cum certis perſonis prohibuit*, v. *l. 63. ff. de condit. & demonſtr.*

*Lib.*

Digitized by Google

*LIB. XXXIV. TIT. VII.*

# De regula Catoniana.

§. I. REgula catoniana, a M. Porcio Catone iuniore ſic dicta, exiſtimante Schiltero *exerc. 39. ſſ. 120.* ita definit: *quodcunque legatum ab initio inutile eſt: illud ex poſt facto etiam non conualeſcit*, *l. 1. pr. h. t.* Non pertinet autem hæc regula ad legata *conditionalia*, vnde v. g. hæretico legari poteſt, *ſi orthodoxus factus fuerit*, v. *l. 3. h. t.*

§. II. Eodem modo in *hereditatibus* obſeruari, patet ex *l. 29. & 210. ff. de R. I.* quamuis propter *l. 3. ff. h. t.* dubium ſit, an Cato ſuam regulam ad heredis inſtitutionem extendere voluerit. De regula catoniana peculiarem commentarium conſcripſit Fr. Balduinus.

*Lib XXXIV. Tit. IIX.*

# De his, quæ pro non ſcriptis habentur.

§. I. QVod *incapaci* legatur, v. g. in metallum damnato: pro non ſcripto habetur, *l. 3. pr. h. t.* item ei, qui tempore conſtituti legati *in rebus humanis non erat*, *l. 4. pr. h.* Pro non ſcriptis etiam habentur, *quæ in eam cauſam peruenerunt, a qua incipere non poterant.* v. g. ſi ſeruo alieno quid legatum, iſte autem



Digitized by Google

ſeruus a teſtatore poſtea redemtus ſit, *l. 3. §. 2. h. t.*

§. II. Pertinet huc etiam, *ſi quis in teſtamento*, dum illud ſcriberet, *ſibi ipſi quid adſcripſit*, *l. 5. h. t.* & ſcribens præterea pœna legis Corneliæ de falſis tenetur, *l. 6. ff. ad L. Corn. de falſ.* Idem eſt, ſi quis ei adſcripſerit, *quem in poteſtate habet*, *l. 14. pr. d. t.* Excuſatur tamen *filius ſuus* teſtatoris, & valet legatum, ſi iuſſum ex ſubſcriptione teſtatoris adpareat, *d. l. 14. pr.* idem iure codicis obtinet, ſi *filius emancipatus* patre dictante ſibi hereditatem adſcripſit, *l. 1. C. de his, qui ſibi adſcrib. in teſtam.*

*Lib XXXIV. Tit. IX.*

Cod. VI. 35.

## De his, quæ vt indignis auferuntur.

§. I. QVæ *pro non ſcriptis* habentur, apud heredem manent: quæ vt *indignis* auferuntur, fisco cedunt, niſi legatarius viuo teſtatore deceſſerit & ſic legatum ei plane non fuerit delatum, *l. 25. §. 1. h. t.* habentur autem pro indignis ſequentes:

§. II. Qui *teſtatorem occidit*, etiam culpa, *l. 3. h. t.* qui *mortem defuncti non vlciſcitur*, v. *tit.* de *SC. Silan.* §. *1. in f.* hodie magiſtratui denunciaſſe ſufficit. Qui teſtamentum *tamquam inofficioſum*, aut *falſum impugnauit*, v. *tit. de inoff. teſtam.* §. IIX. add. *l. 2.* &

&*l.* 15. *h. t.* Qui defunctum *poſt mortem detulit*, v. g. quaſi illicitæ mercis negotiatorem, *l.* 1. *h. t.* Qui *palam & aperte* teſtatori *maledixit* & infauſtas voces contra eum iactauit, *l.* 9. §. 1 *h. t* Qui *hereditatem expilauit*, quartam falcidiam non retinet, ſed ea ad fiſcum venit, *l.* 6. *h. t.* Qui *hereditatem cognati viui ignorantis alteri donauit*, *l.* 2. §. 3. *h. t.* Mulier *adultera*, cui adulter quid legauit *l.* 13. *h. t.* idem obtinet intuitu mulieris, quæ *contra legum prohibitionem ducta*, *l.* 2. §. 1. *h. t.* & *meretricis*, cui miles legauit *l.* 14. *h. t.* Qui rogatus eſt & promiſit, ſe *hereditatem alicui clam reſtituere velle*, *cui aperte nihil relinqui poteſt*, *l.* 13. §. 1. *ff. de iur. fiſc.* Qui *teſtatorem teſtamentum mutare prohibuit*, *l.* 19. *h. t.* *Tutor*, qui pupillam duxit, *l.* 2. §. 1. *h. t.*

*Lib. XXXV. Tit. I.*

Cod. VI. 44. ſeqq.

# De Conditionibus & demonſtrationibus, & cauſſis, & modis eorum quæ in teſtamento ſcribuntur.

§. I. QVomodo *conditio* a die differat & de eius ſpeciebus, v. *tit. de condit. inſtit.* Regulæ de *conditione* ibi poſitæ hic ſimiliter ſunt repetendæ, non vero, quæ de *die* diximus, legatum enim ad diem quoque certum relinqui poteſt,

 quia

Digitized by Google

quia teſtator eo ipſo pro parte inteſtatus non fit, v. *l. 1. §. 1. h. t.*

§. II. *Demonſtratio* eſt deſcriptio *perſonæ legatarii*, vel *rei legatæ*, v. g. Caio hoſpiti meo, *conſuli huius ciuitatis*, do lego; vel, fundum Tuſculanum do lego, *qui mihi a Seio donatus eſt*. De hac notanda regula: quod *falſa demonſtratio non vitiet legatum*, §. 30. *I. de legat. l. 17. pr. & §. 1. l. 40 §. 4. h. t.* cuius vnica exceptio eſt, ſi demonſtratio *a loco* ſit deſumta, v. g. centum, *quæ in arca habeo*, do lego; hoc enim caſu, ſi nihil in arca reperitur, nihil etiam debetur; ſin minus adeſt, eo etiam legatarius contentus eſſe debet, v. *l. 108. §. 10. ff. de leg. 1. l. 8. §. 2. de leg. 2.*

§. III. De *cauſſa*, quæ teſtatorem ad legandum mouit, itidem obſeruandum, *quod ea non obſit legato, licet falſa deprehendatur*, v. g. Titio do lego centum, *quia negotia mea geſſit*: ratio enim legandi legato non cohæret, id eſt, cauſa nulla requiritur, quia legatum ex liberalitate prouenit, & ſic non opus eſt, vt de qualitate cauſæ diſputemus, *l. 72. §. 6. h. t.* exceptio eſt, niſi probetur, *teſtatorem alias legaturum non fuiſſe*, *d. l.* quo pertinet etiam, ſi quis legauit *quaſi filio ſuo*, & talis deinde non deprehenditur, *l. 4. C. de her. inſtit.*

§. IV. *Modus* eſt cauſa finalis legato adiecta, eaque vel *adfirmatiua*, v. g. vt hoc faciat; vel *negatiua*, ne faciat. Modus *non ſuſpendit* legatum, vel conditio, ſed illud, præſtita tamen cautione, ſtatim peti poteſt, *l. 80. h. t.* quod ita intelligendum, ſi ex adimpletione modi commodum aliquod *ad tertium*

per-

peruenit,v. g. do lego,vt *Titio* fundum emat: ſi ergo ita legatum: vt *ſibi* fundum emat: cautione opus non eſt, quia nemo intereſſe habet, *l.71.pr.h.* Modus *impoſſibilis* pro non adiecto habetur. *d. l. 71. ſſ. 2. h. t.* De conditionibus peculiarem librum edidit Phil. Bruſſelius & Paulus Durantus, add. Marcus Mantua, Emanuel de Coſta & Leander Galganettus *de conditionibus & demonſtrationibus, &c.*

*Lib. XXXV. Tit. II.*
Cod. VI. 50.

## Ad Legem Falcidiam.

§. I. LEx Faldia proſpicit heredibus, *quibus legitima non debetur*, & ita quidem, vt ſi teſtator ne quidem *quartam* hereditatis ipſis reliquerit, ſingulis legatariis, fideicommiſſariis particularibus & donatariis mortis cauſa, *l. 5. C. h. t.* illi pro rata tantum detrahere poſſint, vt quartam eam ſaluam habeant. Datur heredibus etiam *ab inteſtato* ſuccedentibus & per condicillos grauatis, *l. 18. pr. h. t.* non vero *legatariis* & *fideicommiſſariis* vlteriori reſtitutione grauatis, *l.47.§.1.h.t.* ratio enim L. Falcidiæ eſt, vt vltima voluntas conſeruetur & ne teſtamenta deſtituta fiant, *nou. 1. in epilog.* hoc vero non euenit, quamuis legatarii & fideicommiſſarii legatum & fideicommiſſum, ſub onere iniuncto acceptare recuſent.

§. II. Si *plures heredes* ſunt inſtituti, quilibet de portione ſibi alias debita quartam detrahit, §. *1. I. h. t.* Sed quid, *ſi vnus ex illis deficiat?* diſtingui-

tur

Digitized by Google

tur in *l. 78. ff. h. t.* ſi deficiens non habuit quartam integram, ( quæ dicitur *pars exhauſta*, ) alter, cui ea adcreſcit, falcidiam adhuc ex perſona deficientis detrahit, licet propria ipſius portio non ſit onerata, quia alias nihil adcreſceret: ſi vero deficientis *pars non fuit exhauſta*, coheres nihil detrahit, quamuis intuitu propriæ portionis hereditariæ quartam non habeat, quod in fauorem legatariorum conſtitutum eſſe dicitur in *d. l. 78.* quia coheres non leui lucro potitus.

§. III. Imputantur heredi in falcidiam ea ſolum, quæ *titulo heredis* habet, *l. 91. h. t.* in quo ea a quarta Trebellianica differt. Deducitur ante omnia *æs alienum*, *§. 3. J. h. t.* & quantitas patrimonii *tempore mortis* ſpectatur, *ſ. 2. J. eod. l. 73. h. t.* iuxta communem valorem, *l. 63. pr. h.* Quomodo in legato *alimentorum* facienda ſit computatio falcidiæ; de eo v. *l. 68. h. t.* quæ nimis longa eſt, vt adeo hic excerpi nequeat.

§. IV. Ceſſat detractio falcidiæ (a) ob *prohibitionem teſtatoris*, *nou. 1. c. 2. §. 2. in f.* quo etiam pertinet, ſi alienationem rei legatæ interdixit, *nou. 119. c. 11.* vel, ſi iuſſit, vt integra legata præſtentur, Gothofr. *ad d. nou. 1. c. 2.* quamuis hi alii diſſentiant. Ceſſat (b) in teſtamento *militis*, *l. 7. C. h. t.* (c) in legatis *ad pias cauſas*, *nou. 131. c. 12.* (d) ſi heres *inuentarium non fecit*, *nou. 1. c. 2. §. 2.* aut alias *doloſe* circa legata egit, *l. 59. pr. h. t.* (e) ſi heres vni ex legatariis *integrum legatum ſoluit*, idque ex *errore iuris*, & multo magis, ſi *ſciens*, quod ſecus eſt in eo, qui ex errore facti ſoluit, *l. 9. C. h. t.*

*Lib.*

Digitized by Google

LIBR. XXXV. TIT. III. SI CVI PLVS, QVAM PER LEGEM FALCIDIAM LICVERIT, LEGATVM ESSE DICETVR, ſimul iam explicatus eſt. Conſ. Ioh. de Carualho *in tr. de Quarta deducenda*, item *ad L. Falcidiam* Franc. Balduinus, Duarenus, Goueanus, Ferretus, &c.

*Lib. XXXVI. Tit. I.*

Cod. VI. 49.

## Ad SCtum Trebellianum.

§. I. QVemadmodum heres eo caſu, ſi hereditas legatis, fideicommiſſis particularibus, aut donationibus m. c. grauata eſt, falcidiam: ita idem heres *quartam Trebellianicam* altero caſu deducit, ſi hereditas *fideicommiſſo vniuerſali* onerata, §. 7. *J. de fideic. hered.* quæ Trebellianica a Falcidia in eo differt, quod in illam omnia computentur, quæ heres a defuncto habet *titulo heredis*, vel *alio quocunque l. 91. ff. ad L. Falcid.* etiam *fructus* ante aditam hereditatem percepti, *l. 27. §. 1. h. t.* aut ſi poſtea quoque in mora fuerit, *l. 18. pr. h. t.*

§. II. Ceſſat Trebellianica iisdem caſibus, quibus falcidia, & præterea adhuc, ſi heres *coactus adiit hereditatem*, quo caſu alter, cui hereditas eſt reſtituta vi fideicommiſſi, loco heredis detrahit, *l. 63. §. 11. h. t.* ſi ad vlteriorem reſtitutionem obligatus eſt. Eo tamen caſu, ſi fiduciarius inuentarium non confecit, illum quarta Trebellianica priuari non poſſe putat Gail. *2. O. 138.* quia legis diſpoſitio expreſſa deficit, & in pœnalibus interpretationi extenſiuæ non eſt locus.

§. III. Trebellianica de fideicommiſſis vniuerſalibus detrahitur: hinc de *fideicommiſſis* ſimul

hic

hic agendum erit. Eſt autem *fideicommiſſum* ſpecies ſubſtitutionis, v. *tit. de vulg. & pup. ſubſt. ab init.* vbi *verbis precatiuis* heredi primo, qui *fiduciarius* audit, iniungitur, vt alteri cuidam, qui *fideicommiſſarius*, totam hereditatem, vel eius partem, vel rem ſingularem, reſtituat, v. *§. 2. I. de fideic. hered.* Diximus de verbis *precatiuis*, eaque regulariter adhibentur: ſed tamen & verba imperatiua adhibita pro precariis haberi poſſunt, *l. 2. C. commun. de leg.*

§. IV. Fideicommiſſum eſt vel *vniuerſale*, quando partis *hereditatis* mentio fit, licet minima ea ſit, v. g. centeſima, quia fideicommiſſario vniuerſorum bonorum pars competit, dicitur a DD. pars *quota*, v. *§. 2. J. de fideic. comm. hered.* & hoc caſu vi SCti Trebelliani actiones, quæ heredibus & in heredes dantur, pro rata in fideicommiſſarium transferuntur, *l. 1. §. 2. in f. h. t.* vel eſt fideicommiſſum *particulare*, quando reſtitutio certæ rei, v. g. domus, centum thalerorum, &c. heredi iniuncta, (quæ DD. pars *quanta* dicitur,) *t. t. J. de ſing. reb. per fideicomm. rel.* Hoc in præſenti ad nos non pertinet, quia legatis per omnia exæquatum, *l. 1. pr. ff. de leg. 1.*

§. V. Fideicommiſſi conſtitutio *tacite* exinde colligitur, quando v. g. teſtator heredem teſtari prohibet, quo caſu heredis ſcripti heres ab inteſtato fideicommiſſarius eſt, *l. 74. pr. h. t.* aut, ſi teſtator heredem rogat, vt v. g. Titium heredem faciat, *l. 17. pr. h. t.* ſola vero *commendatio* alterius fideicommiſſum non inuoluit, *l. 11. §. 2. ff. de leg. 3.*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. Quicunque aliquid *ex liberalitate teſtatoris* accepit: illi quoque fideicommiſſi præſtatio iniungi poteſt, *l. 17. §. 2. h. t.* intuitu *liberorum* tamen & bonorum vltra legitimam tacita conditio intelligitur: *ſi absque deſcendentibus deceſſerint*, *l. 30. C. de fideic.* Poteſt relinqui, ex die, vel ad diem, &c. nutu etiam, modo quinque teſtes adſint, *l. 22. C. de fideic.* Eſt tamen caſus, vbi *nulli teſtes* requiruntur, ſi is, qui hereditatem relinquit, *præſenti heredi* præſtationem fideicommiſſi iniungit: heredi enim conſtitutionem fideicommiſſi neganti fideicommiſſarius iuramentum deferre poteſt, *l. fin. C. de fideic.* modo ipſe prius de calumnia iuret, *§. vlt. I. de fideic. hered.* & hoc quoque ad fideicommiſſum particulare pertinet, *d. l. fin.*

§. VII. Conſtituto fideicommiſſo ſub conditione: ſi heres *ſine liberis* deceſſerit, ex dignitate, & voluntate, & ex conditione eius, qui fideicommiſit, æſtimandum eſt, vtrum quoque filius *naturalis* conditionem deficere faciat, *l. 17. §. 4. h. t.* hodie in dubio naturalem non ſufficere exiſtimo, quia concubinatus prohibitus. Sine liberis vero deceſſiſſe etiam ille videtur, qui filium quidem ſuſcepit, ſed viuus iterum amiſit: aut, qui cum filio in eodem periculo, v. g. naufragio, ruina, &c. periit, *l. 17. §. 7. h. t.* vnde hic non adplicantur, quæ ad *tit. de reb. dub. §. II.* diximus.

§. IIX. Si quis ita ſcripſit: heres reſtituat filio meo hereditatem, *ſi hic ad annum xx. peruenerit*: filio hereditas delata eſt, modo annum xx. ingreſſus ſit, ille enim pro impleto habetur, *l. 74.*

§. *l.*

Digitized by Google

§. *1. h. t.* contractum adſtruit Marcellus in *l. 48. ff. de cond. & dem.* quam legem ad eum caſum reſtringunt, ſi non filio, ſed *extraneo* fideicommiſſum relictum, absque hac enim reſtitutione manifeſta antinomia adeſt.

§. IX. *Fideicommiſſa familiæ* vocantur, quæ non in gratiam alicuius perſonæ ſingularis, ſed integræ familiæ conſtituta, vbi quidem in dubio, & ſi teſtator aliud non diſpoſuit, modus ſuccedendi alias conſuetus obſeruatur, exceptis *fœminis*, quæ non ſuccedunt; ſed tamen nemo ex poſſeſſoribus poteſtatem alienandi habet. Ergo, ſi res fideicommiſſo ſubiecta de facto *alienatur* & quidem *voluntarie*, proximus ſucceſſor eandem mox vindicat: ſin cogente *neceſſitate*, alienatio ſubſiſtit, quamdiu alienans viuit, per textum in *l. 69. §. 1. ff. de legat. 2.* Intellige hoc de neceſſitate *æris alieni heredis*; nam ſi res *dotis cauſſa*, propter *alimenta*, &c. alienata & alia bona non adfuerunt, alienatio ſimpliciter ſubſiſtit, v. *l. 22. §. 4. h. t.* Idem eſt, ſi alienatio propter æs alienum *teſtatoris* fit, eius enim bona non intelliguntur, niſi deducto ære alieno.

§. X. Ex *ſola prohibitione alienationis* non inducitur fideicommiſſum familiæ, per claros textus in *l. 114. §. 14. ff. de leg. 1. & l. 38. §. 4. ff. de leg. 3.* niſi inuenitur perſona expreſſa, cuius reſpectu hoc a teſtatore diſpoſitum eſt, *d. l. 114 §. 14.* multo minus prohibita *alienatio inter viuos* vim fideicommiſſi habet, quamuis teſtator addiderit, *ita futurum eſſe, vt fundus de nomine heredum nunquam*

ex-

Digitized by Google

exeat, *l. 38. §. 3. de leg. 3.* hæc enim verba non ſunt diſpoſitiua, ſed, vt DD. loquuntur, enunciatiua, v. Stryk. *caut. teſt. c. 21. membr. 1. §. 29.*

§. XI. Hodie etiam, præſertim inter illuſtres perſonas, fideicommiſſa familiæ per *pacta & conuentiones* conſtituuntur, quorum validitati non obſtat diſpoſitio iuris Romani de prohibita omnium bonorum donatione inter viuos, quoniam mores hac parte ad ſimplicitatem iuris gentium redacti, v. id. *id. c. 21. membr. 1. §. 18. ſeqq.*

§. XII. Si quis alias rogatus, vt illud reſtituat, quod tempore mortis eius ex hereditate *adhuc reliquum fuerit:* fiduciario omnia bona alienare non licet, ſed ad minimum *quartam partem* bonorum fideicommiſſario relinquere obſtrictus eſt, per *nou. 108. c. 1.* voluntas quippe teſtatoris alias eluſoria redderetur.

§. XIII. Tandem notandum, quod quemadmodum falcidia, v. *tit. ad L. Falcid. §. 1.* ita quoque trebellianica in gratiam eorum heredum introducta ſit, *quibus legitima non debetur.* Ergo liberi fideicommiſſo grauati præter legitimam iure *Romano* non detrahunt trebellianicam. Sed vero iure *canonico* vtramque detrahi poſſe volunt per *c. Raynutius & c. Raynaldus 16. & 18. X. de teſtam. Mores* vtriusque detractionem quoque admittunt, ſed fideicommiſſum ſub conditione, vel ex die relictum, non vero, ſi purum, Parlador. *rer. quotid. l. 1. c. 11. n. 4.* Stryk. *de ſucceſſ. ab int. diſſ. 7. c. 1. §. 27.*

§. XIV. Actio, qua fideicommiſſarius fideicommiſſum a fiduciario petit, non habet ſpeciale no-



Digitized by Google

men, ſed *extraordinaria perſecutio* vocatur *in l.* *178.* §. *2. ff. de V. S.* hodie actionis nomen nunquam ex neceſſitate exprimitur in libellis. Pertinent huc: Petrus Anton. de Petra & M. Anton. Peregrinus *de fideicommiſſis:* Phil. Knipſchildt & Georg. Chriſtoph. Stirn *de fideicommiſſis familiarum nobilium:* Vinc. Fuſarius *de ſubſtitutionibus fideicommiſſariis:* Cardinal de Luca *de fideicommiſſis:* Claud. Chifletius *de iure fideicommiſſi:* Vlr. Obrecht *de fideicommiſſorum reſtitutione & imputatione prælegatorum in quartam trebellianicam:* Ioh. Ant. Mangilius *de imputationibus & detractionibus in legitima, trebellianica & aliis quartis, &c.*

*Lib. XXXVI. Tit. II.*

Cod. VI. 53.

## Quando dies legatorum, vel fideicommiſſorum cedat.

§. I. CEdere innuit exiſtentiam obligationis: *venire* executionem. Cedere enim dies dicitur, quando aliquid debere incipit: venire autem, quando illud cum effectu peti poteſt. *l. 2. 3. pr. ff. de V. S.*

§. II. In legatis *puris* dies mox a morte teſtatoris cedit & venit, *l. 5.* §. *1. h. t. d. l. 213.* & ſic legatum ad heredes legatarius transmittit, quamuis illud nondum perceperit, *d. l. 5.* §. *1. h. t.* In legatis ſub *die certo* relictis dies iterum ſtatim cedit, ſed non venit, *d. l. 5.* §. *1.* ergo transmiſſioni iterum locus. Denique in legatis *conditionalibus*, nec cedit dies, nec venit ante conditionis exi-

Digitized by Google

exiſtentiam, & hinc legatario ante decedente ſpes non transmittitur ad heredes, *d. l. 5. §. 2. h. t.* niſi ſaltem conditio executioni adiecta, *l. 5. C. h. t.* conf. *tit. de dot. præleg. §. III.* it. *de trit. vin. §. II.* In *contractibus* ſpes quoque ad heredes ſemper transmittitur, *l. 57. ff. de V. O.* De vſufructu vide ſupra *lib. VII. tit. III.*

*Lib. XXXVI. Tit. III.*
Cod. VI. 54.

## Vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſſa caueatur.

§. I. HEres in legatis conditionalibus, vel in diem relictis, cauere tenetur, ſe conditione exiſtente, vel die veniente legatum, vel fideicommiſſum bona fide præſtare velle, *l. 1. pr. h. t.* neque hic poſſeſſio immobilium a cautione liberat, *l. 1. ff. 1.* ſolus *fiſcus* liberatur, *l. 1. §. 18. h. t.*

*Lib. XXXVI. Tit. IV.*
Cod. VI. 54.

## Vt in poſſesſione legatorum, vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſſa eſſe liceat.

§. I. SI heres cautionem, de qua *tit. præc.* præſtare recuſat: legatarii in poſſeſſionem rerum hereditariarum mittuntur, quæ miſſio eſt



Digitized by Google

ex primo decreto & non dominium, ſed ſolam cuſtodiam tribuit, vt tædio perpetuæ cuſtodiæ extorqueat heredi cautionem, *l. 5. pr. h. t.* Hodie miſſio ex primo decreto in vſu eſſe non videtur; ſed heres mandatis pœnalibus, aut captis pignoribus, ad cautionem præſtandam adſtringitur: aut ſequeſter conſtituitur, donec caueat.

*Lib. XXXVII. Tit. I.*
Cod. VI. 9.

# De bonorum poſſeſſionibus.

§. I. HActenus de ſucceſſione ex *iure ciuili* ſtricte ſic dicto; ſequitur ea, quæ ex iure prætorio defertur & bonorum poſſeſſio adpellatur, vocabulo mutato, non re, quia bonorum poſſeſſores in omnibus vice heredum habentur, v. *l. 1. 2. & 3. h. t. & §. 2. I. eod.* Non confundi ergo debet *bonorum poſſeſſio*, quæ iuris eſt, cum *poſſeſſione rerum*, quæ facti, *l. 3. §. 1. h. t.* & de qua poſteriori infra ſub *tit. de adquir. vel amitt. poſſeſſ.*

§. II. Diuiditur in edictalem & decretalem. *Edictalis* imitatur ſucceſſionem *legitimam* iuris ciuili, vnde, quemadmodum ex lege ciuili liberi *ſui* parentibus & parentes liberis ſuis: ita ex edicto liberi *emancipati* parentibus & hi illis ſuccedunt, v. *l. 6. §. 1. h. t. l. 1. §. 1. ff. de bon. poſſ. contr. tabb.* hæc ergo *nullam cauſæ cognitionem* deſiderat, & ſemel agnita *effectum perpetuum* tribuit: *decretalis* autem cauſæ cogni-

cognitionem omnino deſiderat, quam decretum prætoris ſequitur: ea interim effectum *ad tempus* ſolum tribuit, quo pertinet carboniana bonorum poſſeſſio & ventris nomine, de quibus infra, v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. II.*

§. III. Alia eſt *ordinaria*, v. *l. ſſ. 15. ff. de carbon. edict.* quæ cum edictali conuenit: alia *extraordinaria*, quæ ex nouis legibus, SCtis, vel conſtitutionibus principum defertur, v. *l. 4 §. f. iunct. l. 5. ff. de bon. poſſ. contr. tabb.* in effectu inter vtramque nihil intereſt, v. *diſt. III. h. t.*

§. IV. Alia eſt *cum re*, quando ipſam rerum hereditariarum poſſeſſionem ſucceſſor prætorius ſtatim conſequitur, quod regulariter fieri ſolet: alia *ſine re*, quando ius ſuccedendi prætor quidem tribuit, obſtaculum tamen aliquod prius remouendum eſt, antequam ſucceſſor prætorius poſſeſſionem rerum actu conſequitur, v. g. quando filius emancipatus impetrata bonorum poſſeſſione teſtamentum paternum, in quo extraneus inſtitutus, impugnat, v. *l. 2. C. de inoff. teſtam. l. 8. vnde liber. vſ. pract. diſt. h. t. diſt. IV.* non vero inuoluit contradictionem: eſſe bonorum poſſeſſionem & tamen ſine re, id eſt, ſine poſſeſſione: nam bonorum poſſeſſio eſt vocabulum iuris, *ſſ. I. h. t.*

§. V. De perſonis, quæ bonorum poſſeſſionem agnoſcere poſſunt, idem tenendum, quod ſupra de perſonis hereditatem ciuilem acceptantibus dictum fuit, v. *tit. de adquir. vel omitt.*



Digitized by Google

*hered.* §. *II.* Hoc tamen notandum, quod bonorum poſſeſſio *coram iudice* ſit agnoſcenda, *l. vlt. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* & ea quidem, quæ nullam cauſæ cognitionem deſiderat, qualis eſt edictalis, coram quocunque, *d. l. vlt.* alias vero coram competente, vt in decretali, *l. 3. §. 8. ff. h. t.*

§. VI. Liberi & parentes agnoſcere tenentur bonorum poſſeſſionem *intra annum*, extranei autem intra *centum dies*, a tempore ſcientiæ mortis defuncti computandos, vnde *vtiles* vocantur, §. 4. *& 6. I. h. t.* poſt adeptam eam ſcientiam in *edictali* omnes dies numerantur, faſti & nefaſti: in *decretali* autem ſoli faſti, quia in hac cauſæ cognitione opus eſt, in priori non, v. *l. 2. §. 1. quis ordo in poſſeſſ. ſeru.*

TIT. II. LIB. XXXVII. SI TABVLAE TESTAMENTI EXTABVNT, vnicam legem complectitur, quæ huius tenoris eſt: quod prætor bonorum poſſesſionem concedat, licet *tabulæ teſtamenti interierint*, aut poſt eas prolatas *nomen heredis deletum ſit*: modo ſcilicet probari poſſit, quis heres ſcriptus fuerit.

TIT. III. DE BONORVM POSSESSIONE FVRIOSO, INFANTI, MVTO, SVRDO, COECO COMPETENTE diſponit, quod furioſo & infanti tempus agnitioni bonorum poſſeſſionis præfixum non currat, *l. 1. h. t.* bene tamen muto, ſurdo, cœco, ſi, quod agatur, intelligant, *l. 2. ff. eod.* *De bonorum poſſeſſione & iure adcreſcendi* ſcripſit Andreas Fachinæus, Ant. Contius, Ioſeph. Fernandez de Retes, Camillus Plautius, &c.

*Lib.*

Digitized by Google

## LIB. XXXVII. TIT. IV.

Cod. VI. 12.

# De bonorum poſſesſione contra tabulas, (quæ etiam *contra lignum* vocatur *in l. 19. h. t.*)

§. I. E*Mancipati* quondam non ſuccedebant parentibus ab inteſtato & ergo nec parentum teſtamenta impugnare poterant: prætor ergo ipſis ſuccurrit per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, v. *l. 1. §. 6. l. 3. pr. h.t.* qua poſt *nou. 115. c. 3.* hodie non indigent, quia *ſuis* ſunt exæquati.

§. II. Hoc interim ex *l. 3. §. 11. l. 10. vlt. h. t.* notandum, quod filius inſtitutus teſtamentum *ex perſona fratris præteriti* impugnare queat, ſi ille præteritus in præteritionem conſenſit, vel ante teſtatorem mortuus, v. Stryk. *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 9. c. 5. ſſ. 12.*

In TIT. V. DE LEGATIS PRÆSTANDIS CONTRA TABVLAS BONORVM POSSESSIONE PETITA & quidem *in l. 1. pr.* diſponitur, quod reſciſſo per b. poſſ. contra tabulas iudicio paterno, legata & fideicommiſſa nihilominus quibusdam perſonis præſtanda ſint, id eſt *liberis* & *parentibus, vxori, nuruique dotis nomine* legatum. Hodie reſciſſo teſtamento per querelam inoſficioſi omnia legata ſuſtinentur, v. *tit. de inoff. teſtam.* §. XIV. Franc. Duarenus *de bonorum poſſeſſione contra tabulas.*

## *Lib. XXXVII. Tit. VI.*
## Cod. VI. 30.
# De Collatione.

§. I. RAtio, quare hæc materia vtiliſſima inter capita maximam partem antiquata reperiatur, ſequens eſt. Liberi emancipati (ad quos materia de bonorum poſſeſſionibus maxime ſpectat,) poſtquam ſui iuris facti erant, omnia ſibi: liberi vero in poteſtate retenti omnia patri pleno iure quondam adquirebant. Quoniam ergo emancipati ad bonorum poſſeſſionem admiſſi partem eorum in diuiſione hereditatis ferebant, quæ liberi ſui parentibus adquiſiuerant: ſui autem e contrario nihil ex iis conſequebantur, quæ ab emancipatis adquiſita erant: hinc prætori hoc iniquum videbatur, vnde edicit in *l. 1. pr. ff. h. t. vt ſua quoque bona in medium conferant, qui adpetant paterna*, v. Huber. *prælect. ff. h. t. §. 2.*

§. II. Ergo olim bona quoque *aduentitia* ab emancipatis conferebantur, vbi de *paterna* hereditate diuidenda quæſtio erat: poſtquam vero ſequenti tempore proprietatem rerum aduentitiarum legislatores ipſis liberis ſuis adiudicarunt, ſolo vſufructu patri relicto, §. *1. J. per quas perſon.* ab eo tempore aduentitiorum collatio deſiit, v. *l. 21. C. h. t.* quia nulla intuitu adquirendæ proprietatis inter ſuos & emancipatos differentia manſit.

§. III.

§. III. Non conferuntur etiam *caſtrenſia*, *l. 1. §. 15. ff. h. t.* nec *quaſi caſtrenſia*, *d. l. 1. §. 15.* v. g. ſumtus ſtudiorum, *l. 50. ff. fam. herc.* licet a matre erogati ſint: nec ſumtus peregrinationum & pro quibus libri comparati, bene vero pecunia, qua præbendæ & beneficia eccleſiaſtica apud proteſtantes emta, de quibus omnibus Struu. *S. I. C. ex. 37. th. 29. & 30.* In eo tamen nec Struuio *d. th. 29.* nec Petro Rebuffo *de priuil. ſtud. priu. 59.* accedimus, quando ſtatuunt, neque eos ſumtus eſſe conferendos, quos vnus ex fratribus ex communi maſſa mortuo patre in ſtudia impendit, *quamdiu fratres in communione hereditatis paternæ permanſerunt:* fratres enim in dubio non habent animum donandi, cui noſtræ ſententiæ adſtipulantur Iaſon, Schneidewinus & alii a Struuio & Rebuffo citati, v. *obſeruat. noſtr. ad Rebuff. d. priuil.* Non valet etiam argumentum a ſocietate vniuerſali. Illi enim fratres non viuunt in ſocietate *vniuerſali*, quia reliqua ſua bona ſeparata habent, ſed ſolum in ſocietate *rei vniuerſalis*, v. *l. 39. §. 3. ff. fam. herciſc.* vbi noſtra ſententia liquido confirmatur. Conſentit Stryk. *de ſucceſſ. ab int. diſſ. 11. c. 3. §. 12.* & præiudicia ſubiungit.

§. IV. Adſertio, quod ſumtus ſtudiorum & ſimilia non ſint conferenda, duplici nititur fundamento: (a) *præſumta patris voluntate* & (b) *promotione vtilitatis publicæ.* Si ergo alterum ex hisce ceſſat, collationi locus eſt, vt (a) ſi pater *expreſſe declarauerit*, quod filius conferre teneatur, *l. 50. ff. fam. herc.* quod tamen ex ſola conſignatio-



Digitized by Google

ne non probatur, v. Finckelth. *obſ. 11. tot.* (b) ſi fili-us pecuniam *male perdat*, aut *ſtudia plane deſerat*, Stryk. *d. c. 3* §. *19.*

§. V. Conferuntur itaque hodie ſolum, quæ ab eo ſunt *profecta*, cui ſucceditur, ſiue pater ſit, ſiue mater, etiam *dos*, *h. t. ff. de collat. dot.* & *donatio propter nuptias* a parentibus accepta, *l. 17. C. h. t.* *veſtimenta* & *ornamenta nuptialia*, *arrhæ ſponſalitiæ* &c. v. Stryk. *d. diſſ. 11. c. 4.* §. *10.* & *11.* imo etiam, quæ parentes *liberis donarunt*, *l. 13. C. h. t. l. 20.* §. *1. C. eod.* Stryk *d. c. 4.* §. *14.* & *15.* non vero fructus ex rebus donatis viuo patre perceptos, in hoc enim effectus donationis conſiſtit. Fructus vero *poſt mortem patris* perceptos conferre tenentur, v. *l. 5.* §. *1. ff. de dot. coll.* ibique Brunnem.

§. VI. Conferunt ſoli *deſcendentes*, *l. 17. C. h. t.* ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedant, *nou. 18. c. 6.* nepos etiam auo ſuccedens ea confert, quæ pater eius accepit, *l. 7. ff. h. t.* Sed quid, ſi *nepos paterna hereditate abſtineat* & *ſoli auo ſuccedere velit?* quod facere poteſt ex beneficio prætoris in *l. vlt. C. vnde lib.* quæritur: an & eo caſu accepta a patre conferre teneatur? communis eſt opinio diſtinguentium. Si reliqui coheredes etiam defuncti *nepotes* ſunt: non confert. Si vero coheredes ſunt defuncti aui *filii* & ſic in proximiori gradu conſtituti: conferre tenetur, quia iure repræſentationis ſuccedit. Verum quoniam hæc ipſa ratio, quod *iure repræſentationis* ſuccedat, erronea eſt, ſuccedit enim iure proprio ex memorato beneficio prætoris; hinc in puncto iuris verior eſt ſententia, quod nepos

abſ-

Digitized by Google

abſtinens nunquam ad collationem obſtringatur Stryk. *d. diſſ. 11. c. 2. & 15.*

§. VII. Deſcendentes ſoli propterea conferunt, quia parentes *in dubio*, propter maximum adfe-ctum erga liberos æqualitatem inter ipſos obſeruari voluiſſe cenſentur. Talis adfectus non adeſt intuitu *adſcendentium*, *collateralium*, aut plane *extraneorum*. In multis tamen locis, v. g. in Marchia, coniuges ſuccedentes propria bona conferre tenentur.

§. IIX. Dixi (a) *in dubio*. Ceſſat ergo neceſſitas conferendi, ſi pater collationem expreſſe *prohibuit*, *nou. 18. c. 6.* quo etiam pertinet, ſi omnia bona pater liberis inæqualiter *diuiſit*, *l. 39. §. 1. ff. fam. herc.* vel vni quid *legauit*, aut *mortis cauſa donauit*, v. *l. 16. C. h. t. ibique Gothofr. l. 1. §. 19. ff. h. t.* quod ſecus erat in donatione inter viuos, v. §. *V. h. t.*

§. IX. Dixi (b) parentes intendere *æqualitatem*. Ergo non conferuntur, ex quibus filius *non eſt factus locupletior*, ſed quæ ſine ſua culpa admiſit, *l. 1. §. 23. ff. h. t.* quo referunt etiam *ſumtus conuiuii nuptialis*, Finckelth. *obſ. 66.*

§. X. Regulariter *ipſam rem acceptam* conferendam eſſe, DD. communiter dicunt, quod intelligo, ſi forte ſit *ſpecies*, in quam adfectio cadit, v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. II.* Alias vero in *l. 1. §. 12. ff. h. t.* dicitur, filium ſatis contuliſſe videri, ſi tantum in bonis paternis remittat, (vel minus capiat,) quantum ex collatione alter habere debet. Ceterum *ab onere collationis ſe quis liberare poteſt*, ſi rebus iam ante acceptis contentus hereditatem *repudiet*, quod facere permittitur, modo reliqui *legitimam ſaluam habeant*, *nou. 92. c. 1.*

§. XI.

Digitized by Google

§. XI. Autores huc pertinentes præcipui ſunt: Arnold. Vinnius *de collatione:* Joh. Ant. Mangilius *de imputatione & detractatione:* Brunnerus *de collationibus:* Blaſ. Michalorius *de fratribus:* Kremberg *de ſumtibus ſtudiorum:* Vitalis & Stephan. Forcatulus *de collatione bonorum:* Aluarus Valaſcus *in praxi partitionum & collationum inter heredes, &c.*

TIT. VII. DE DOTIS COLLATIONE ſimul iam explicatus eſt, *tit. præc. §. V.*

TIT. IIX. inſcribitur: DE CONIVNGENDIS CVM EMANCIPATO LIBERIS EIVS. Summa illius hæc eſt. Nepos in poteſtate aui retentus in ſucceſſione olim præferebatur filio emancipato: quod eatenus mutat prætor, vt filium emancipatum ad dimidiam, eius autem liberos ad alteram hereditatis dimidiam admittat & ſic eos *coniungat, l. 1. pr. & §. 1. h. t.* Hodie filius nepotes ex ſe natos plane excludit iuxta *nou. 118. c. 3.*

*Lib. XXXVII. Tit. IX.*

## De ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatores eius.

§. I. ADplicatur hic iterum regula: quod naſcituri pro natis habeantur *l. 1. pr. h. t.* vnde quemadmodum liberi nati ad bonorum poſſeſſionem admittuntur: ita quoque prætor ventrem in poſſeſſionem mittit, *d. l. pr.* poſtquam ſcilicet conſtituit, viduam eſſe grauidam, v. *tit. de ventr. inſpic.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Tamdiu autem venter in poſſeſſione eſſe debet, quamdiu vidua aut *pariat*, aut *abortum faciat*, aut *certum ſit*, eam *non eſſe prægnantem*, *l. 3. §. 27. h. t.* interim *curator* ventri conſtituitur, qui mulieri alimenta ſtatuit, licet dotem habeat, & reliqua obſeruat, ad quæ alii curatores tenentur, *l. 4. & 5. h. t.* Eſt hæc bonorum poſſeſſio *decretalis*, v. *tit. de bon. poſſ. §. II.*

*Lib. XXXVII. Tit. X.*

Cod. VI. 17.

## De Carboniano Edicto.

§. I. BOnorum poſſeſſio ex hoc edicto iterum *decretalis* eſt, quæ datur eo caſu, ſi impuberi controuerſia fit, *an inter liberos ſit*, (i. e. ſi cognati eum adulterinum, vel ſuppoſititium eſſe dicunt,) perinde ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet, & iudicium ſuper quæſtione principali in tempus pubertatis differtur, *l. 1. pr. ff. h. t.*

§. II. Pupillus, qui mittitur, ſatisdare debet de bonis reſtituendis, ſi contra ipſum pronunciatum fuerit, *l. 1. C. h.* t. ſi pro eis ſatis non datur, prætor eum, qui controuerſiam facit, ſimul in poſſeſſione eorum bonorum eſſe iubet, *l. 1. §. 1. h. t.* add. *l. 5. §. 2. h. t.* pupillo alimenta & ſumtus ſtudiorum interim decerni debent, *l. 6. §. 5. h. t.* nec quidquam ille reſtituit, licet deinde adparuerit, eum inter liberos non eſſe, v. *l. 5. §. 3. h. t.* eſt enim bonæ fidei poſſeſſor. Inſtituto poſt adeptam pubertatem iudicio principali, pupillus rei partes ſuſtinet, *l. 6. §. 6. h. t.*

*Lib.*

Digitized by Google

## LIB. XXXVII. TIT. XI.
### Cod. VI. 11.

# De bonorum poſſeſſionibus ſecundum tabulas.

§. I. CAſus, vbi adhuc hodie bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas opus eſſe dicunt DD. ſunt ſequentes. (I) ſi pater filium *præterierit*, præteritus autem viuo teſtatore *mortuus*, vel præteritionem *adprobauerit*, *l. 2. pr. ff. h. t. l. 17. ff. de iniuſt. rupt.* vel ab initio in eam *conſenſit*; *arg. l. 8. §. 6. ff. de bon. poſſ. contr. tabb.* qualis conſenſus iure ciuili effectum non habebat, *l. 35. §. 1. C. de inoff. teſt.* Quæ de *liberis* præteritis modo diximus, ea ad parentes præteritos eodem modo adplicant DD.

§. II. Caſus (II) eſt, ſi teſtator poſt conditum teſtamentum *capitis diminutionem paſſus*, ſed *iterum reſtitutus*, *l. 1. §. 8. ff. h. t. l. 6. §. 12. ff. de iniuſt. rupt. §. 6. I. quib. mod. teſtam. infirm.* modo, ſi capitis diminutio *minima* fuerit, teſtator de nouo voluntatem ſuam declaret, *l. 11. §. 2. h. t.* eſt enim hæc capitis diminutio, ſcil. per adrogationem, mere voluntaria, vnde quemadmodum teſtator voluntate ſua iura ſua amiſit; ita quoque a voluntate eius dependet, an poſt reſtitutionem illis iuribus iterum vti velit, annon, quod ſecus in maxima & media capitis diminutione, quam *inuiti* patimur.

§. III.

§. III. Caſus (III) eſt, ſi teſtamentum *ruptum*, poſthumus rumpens autem *ante teſtatorem iterum mortuus fuerit*, *l. 12. pr. ff. de iniuſt. rupt.* (IV) ſi quis *in duobus codicibus ſimul ſignatis* alios atque alios heredes ſcripſerit, & vtrumque extet: ex vtroque quaſi ex vno competit bonorum poſſeſſio: quia pro vnis tabulis habendum eſt, & ſupremum vtrumque accipitur, *l. 1. §. 6. h. t.* vterque ergo heres ſuccedit.

§. IV. Caſus (V) eſt, ſi teſtator *poſterius teſtamentum inciderit*, eo quidem animo, vt *priores tabulas ſupremas relinqueret*, *l. 11. §. 2. h. t.* tunc in priori ſcriptus bonorum poſſeſſionem agnoſcit, modo prius teſtamentum non cancellatum, nec laceratum adſit, & voluntas teſtatoris probetur. (VI) ſi quis *ſub conditione*, etiam caſuali, *heres ſcriptus* & ille tamen pendente conditione hereditatem poſſidere velit, *l. 2. §. 1. l. 6. ff. h. t.* cautio interim præſtanda eſt heredibus legitimis de reſtituenda hereditate in eum caſum, ſi conditio defecerit, *l. 12. ff. qui ſatisd. cog.*

§. V. Illud vero exemplum huius b. poſſeſſionis non eſt genuinum, quod nonnulli (& in ſpecie Dn. Schœpffer *h. t. n. 3.*) adducunt, heredem admittendum eſſe, *ſi proferat teſtamentum ſeptem ſignis ſignatum, ſed non ſubſcriptum.* Quamuis enim ſola ſigna iure prætorio quondam ſufficientia fuerint, *§. 2. I. de teſtam.* hoc tamen expreſſe mutatum in *§. 3. I. de teſtam.* vbi dicitur, ius ciuile, quod teſtium ſubſcriptionem exigebat, & ius prætorium, quod ſignacula requirebat, coniunctum eſſe, vt vtrumque coniunctim adeſſe debeat, v. *hiſtor. ff. §. XXVI.*

Reli-

Digitized by Google

Reliqui tituli, vt TIT. XII. SI A PARENTE QVIS MANVMISSVS SIT. TIT. XIII. DE BONORVM POSSESSIONE EX TESTAMENTO MILITIS. TIT. XIV. DE IVRE PATRONATVS. TIT. XV. DE OBSEQVIIS PARENTIBVS ET PATRONIS PRÆSTANDIS, hodie vtilitatem non præſtant, vnde iis recenſendis non immorabimur, præcipue, cum iam ſupra adductum, quod liberi contra parentes actiones famoſas inſtituere nequeant, *tit. de dol. mal.* §. *V. tit. de iureiur.* § XXXIX.

*Lib. XXXIX. Tit. I.*

Cod. VI. 3. 4.

## De operis libertorum.

*Tit. II.*

## De bonis libertorum.

§. I. Libertus poſt manumiſſionem patrono adhuc operas *officiales* debet, vt adeſſe, comitari, &c. non vero *fabriles*, niſi ſtipulatione, aut iureiurando promiſſæ, *l. 7. pr. l. 31. h. t.*

§. II. Bona libertorum quod adtinet, patronus mortuo liberto, ſi plus quam 100. aureos reliquit, in tertia parte ſuccedit. §. *3. I. de ſucceſſ. libert.* ad quam ſe refert *l. 1.* §. *2. ff. de bon. libert.* Si libertus in fraudem huius portionis legitimæ tertio quid inter viuos donauit: illud patronus *actione caluiſiana* repetit, *l.* 3. §. *3. ff. ſi quid in fraud. patron.* ſi alienauit per modum vltimæ voluntatis; *fauiana* actio datur, *l. 3.* §. *2 eod.*

Reliqui tituli, vt hi duo etiam, nullam vtilitatem habent. Vtilius ergo erit, vt ex *nou. 118.* modum ſuccedendi ab inteſtato hodiernum ſubiungamus.

*MO-*

Digitized by Google

# MODVS SVCCEDENDI AB INTESTATO HODIERNVS.

§. I. TRes claſſes ſunt ſuccedentium. Primo vocantur *deſcendentes*, deinde *adſcendentes*, porro *collaterales*. Singuli ex his vel ſunt *legitimi*, vel *legitimati*, vel *adoptione coniuncti*, vel *illegitimi*.

§. II. Intuitu *deſcendentium* tres caſus ſunt obſeruandi. I. Si defunctus omnes deſcendentes *in primo gradu* conſtitutos reliquit: res expedita eſt & hereditas in capita diuiditur. II. Si defunctus deſcendentes *partim in primo*, *partim in remotioribus gradibus* reliquit: qui in primo gradu conſtituti, iterum in capita, qui in remotioribus, in ſtirpes ſuccedunt iure repræſentationis. III. Si *omnes* deſcendentes ſunt *in remotiori gradu*: omnes in ſtirpes eodem iure ſuccedunt. Ius repræſentationis enim hic locum habet in infinitum, nec proximior remotiorem ex alia ſtirpe excludit, v. *nou. 118. c. 1.*

§. III. Non diſtinguitur amplius inter *ſuos* & *emancipatos*, nec an liberi ex *eodem*, an ex *diuerſo matrimonio* ſint: ſufficit enim, quod ſuccedatur *patri communi*. Sed quid, ſi v. g. pater *nonnulla bona a prima vxore acceperit*, vel vxor a primo marito, vel ex pactis dotalibus, vel ex ſtatuto, v. g. maritus in Saxonia mobilia vxoris, vel ex teſtamentaria diſpoſitione, quæritur: *an liberi primi matrimonii ea præcipua habeant?* diſtingue. Si ea bona accepit *iure vſusfructus* ſolum, liberi primi matrimonii illa omnino præcipua habent, quia domi-



Digitized by Google

nium non translatum; quod ſecus eſt, ſi *ipſa proprietas* patri a prima vxore, vel a ſtatuto, v. g. in Saxonia, adſignata, bona enim nunc non amplius ſunt materna, ſed paterna, Stryk. *de ſucc. ab inteſt. diſſ. 1. c. 2. §. 7. 8. & 9.*

§. IV. Hæc de *legitimis*. De *legitimatorum* ſucceſſione iam diximus *ad tit. de his, qui ſui vel al. iur.* §. *IX. & X. Adoptiui* etiam omnes ſuccedunt, §. *2. I. de adopt. l. 10. §. 1. C. eod.* licet liberi ex iuſto matrimonio generati cum ipſis concurrant, *l. 5. C. de ſuis & legit. her.*

§. V. Circa *illegitimos* diſtinguendum. *Naturales* (qui ex duabus perſonis alias honeſte viuentibus hodie procreati, olim ex concubina,) *patri* ſolum ſuccedunt in ſextante, ſi pater nec liberos legitimos, nec legitimam vxorem reliquit, qui ſextans iuxta capita inter liberos & matrem diuiditur, *nou. 89. c. 12. §. 4.* quod ſi pater vxorem, vel liberos legitimos reliquit: nihil præter alimenta capiunt. *Matri* ſuccedunt & adſcendentibus maternis, perinde vt legitimi, §. *3. I. de SCto Orphit.* Exceptio eſt, niſi mater ſit *illuſtris & liberos legitimos* quoque habeat, cum quibus naturales non ſuccedunt, ex ratione *l. 5. C. ad SC. Orphit. quia mulieribus ingenuis & illuſtribus* (quæ ſpurios pro crearunt,) *caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt & ſic in illis nominari ſpurios ſatis iniurioſum, ſatisque acerbum & temporibus noſtris indignum:* imo hanc legem *ipſi pudicitiæ, quam ſemper colendam cenſet, merito dedicat* Iuſtinianus. Lepida philoſophia.

§. VI. *Spurii* non ſuccedunt *patri*, qui incertus eſt, ſpurii enim quaſi ſine patre filii, §. *12. I. de nupt.*

Digitized by Google

*nupt. ibique Pacius.* *Matris* intuitu idem obtinet, quod §. *præc.* dictum. *Adulterini & inceſtuoſi* nec patri, nec matri ſuccedunt, imo iure Romano ne alimenta quidem capiunt, *nou. 89. c. 15.* bene tamen iure canonico, *c. 5. X. de eo, qui dux. in vx.* v. *tit. de agnoſc. & alend. lib. ſſ. III.*

§. VII. Iure *Saxonico* idem modus ſuccedendi quidem obtinet; ſed tamen *filii* præcipuas capiunt *res expeditorias*, id eſt, ad inſtruendam militiam pertinentes, *das Heergewett*, vel *Heergeræth*, ſcil. *das beſte Pferd, das beſte Schwerd, eine guldene Kette, ein Heerpfuel, ein Tiſchtuch, eine Handqueel, ein beer- oder fiſchkeſſel*, &c. Regulariter ſaltem inter *nobiles* datur, in multis tamen locis inter eos quoq; qui ciuici ordinis, v. Finckelth. *O. 23.* & Rothſchitz *in pecul. tract. vom Heergeræth.* Senior ex fratribus gladium habet præcipuum, Landr. *l. 1. art. 22.*

§. IIX. Contra, *filiæ* percipiunt *res vtenſiles*, ſiue *geradam*, quo pertinet fœminarum defunctarum *mundus & ornatus, veſtimenta, lecti, lana, linum, &c.* Idque ex ea ratione, quia Saxones fœminas olim ab hereditate rerum præſertim immobilium excludebant, Finckelth. *obſ. 81. tot. præcip. n. 6. & 56.* filia *ſpuria* quoq; geradam capit, quemadmodum etiam filius *clericus*, quia militiæ & per conſequens rerum expeditoriarum incapax eſt, earum vice geradam capit, Carpz. *p. 2. c. 14. def. 58. & 60.* modo tamen filius actu iam in officio conſtitutus ſit, *Landr. l. 1. art. 5. man mag aber keinen Mann achten vor einen Pfaffen, er ſey dann gelehrt und geweyhet und mit ſcheren gezeichnet zum Pfaffen, ehe denn ihm die gerade anſtirbet* v. Rothſchitz, Goldbeck

& Schmuccius *de gerada:* Furſtenau *de rebus ex-peditoriis & gerada &c.*

§. IX. Deficientibus deſcendentibus ſuccedunt *adſcendentes*, (excepta *Auſtria*, vbi adſcendentes penitus exluduntur, Finſterwalder *l, 2. obſ. 119.*) circa quos iterum tres caſus notandi. I. Si adſcendentes ſunt in *diuerſis gradibus:* proximior excludit remotiorem, neque hic ius repræſentationis locum habere poteſt. II. Si ſunt in *eodem gradu & in eadem linea*, in capita ſuccedunt: ſi *in diuerſis lineis*, iuxta eas lineas ſuccedunt, ita, vt vnam dimidiam capiant illi, qui in linea paterna: alteram vero dimidiam, qui in linea materna, *nou. 118. c. 2.* III. Cum adſcendentibus admittuntur etiam defuncti *fratres germani & germanorum liberi.* Si ergo hi *concurrunt*, adſcendentes ſine diſtinctione linearum in capita, fratres germani etiam in capita, fratrum liberi autem in ſtirpes ſuccedunt, *de nou. 118. c. 2. iunct. nou. 127. c. 1.* *Origo bonorum* in ſucceſſione adſcendentium non adtenditur, Stryk. *de ſucc. ab int. diſſ. 2. c. 1. §. 21.*

§. X. Quicunque liberi parentibus ſuccedunt, illis etiam liberis ſuccedunt parentes. Exceptio eſt in *minus plene adoptato*, cui pater non ſuccedit, §. 2. *I. de adopt.* & in *impubere adrogato eoque intra pubertatem mortuo, v. tit. de adopt. §. 3.* Stryk *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 2. c 1. §. 34. vsque ad fin.* Iure *Saxonico* parentes omnes collaterales penitus excludunt.

§. XI. Deficientibus deſcendentibus & adſcendentibus ſuccedunt *collaterales*, quorum intuitu tres regulæ obſeruandæ. I. Quamdiu adſunt *fratres germani eorumque liberi*, omnes reliqui exclu-dun-

Digitized by Google

duntur. II. Si non adſunt germani, aut germanorum liberi, *fratres vnilaterales*, conſanguinei & vterini, eorumque liberi, omnibus præteruntur. III. Si nulli plane adſunt fratres, *proximior* excludit remotiorem, ius repræſentationis enim intuitu collateralium vltra fratrum liberos non extenditur, v. *nou. 118. c. 3. Rec. imp. de a. 1521.*

§. XII. Fratrum ergo liberi omnes reliquos excludunt. Sed quæritur, ſi *ex diuerſis fratribus* liberi adſint, quomodo illi inter ſe ſuccedant, an in ſtirpes, an vero in capita? diſtingue. Si concurrunt *cum proximioribus*, v. g. germanorum liberi cum fratre vnilaterali: frater quidem vnilateralis nihil capit, germanorum liberi tamen in ſtirpes ſuccedunt iure repræſentationis; ſi vero cum *æque proximis*, v. g. germanorum liberi cum liberis vnilateralium, vel cum patruo defuncti, non opus habent, vt adſcendant in locum parentum & hos repræſentent, ſed iure proprio in capita ſuccedunt, v. *d. nou. 118. c. 3.* & ſic liberos vnilateralium, nec non patruum defuncti hoc modo excludunt.

§. XIII. Si defunctus *partim conſanguineos, partim vterinos* fratres reliquit: conſanguinei ea bona capiunt, quæ defunctus a patre, vterini vero illa, quæ a matre accepit, in reliquis æqualiter ſuccedunt, *nou. 84. Duplicitas vinculi ſanguinis* alias (vti quidem in fratribus germanis,) non adtenditur, vnico caſu excepto, ſi patrueles ſuccedunt, & vnus defuncto ex vtroque, alter vero ex vno ſaltem patre ſit coniunctus, ille enim duas, hi vero vnam ſolummodo tertiam hereditatis percipit.

§. XIV. Fratres *adoptiui* ſuccedunt, vt vnilatera-

les, exceptis iis, qui minus plene adoptati, in adoptiuis enim ad patriam poteſtatem omnino adhuc reſpicitur, quia vinculum ſanguinis non adeſt, v. *l. 10. §. 1. C. de adopt.* *Naturales & ſpurii* fratribus vterinis ſuccedunt, *inceſtuoſi* vero & *adulterini*, vt alias nunquam, ita nec intuitu collateralium iure ſucceſſionis gaudent.

§. XV. Iure *Saxonico* ius repræſentationis intuitu collateralium non obtinet, ſed proximior indiſtincte ſuccedit, vnilaterales autem fratres vno gradu remotiores cenſentur, *die halbe geburt tritt einen grad weiter*, & hinc cum germanorum liberis ſimul ſuccedunt, v. Carpzov. *p. 3. c. 18. d. 21.* hoc tamen ſpeciale in *electoratu Saxoniæ*, quod & fratrum germanorum liberi, & frater vnilateralis, defuncti patruum excludant, *conſt. elect. 18. p. 3.* Res expeditioriæ fratribus & gerada ſororibus aliisque cognatis iterum debetur.

§. XVI. Si defunctus nullos plane cognatos reliquit, *coniux ſuperſtes* ad ſucceſſionem admittitur, idque prætoris beneficio, *t. t. ff. vnde vir & vxor.* Imo iure nouo coniuges interdum quoque *cum ipſis cognatis ſimul ſuccedunt*; ſi ſcilicet defunctus locuples fuit, ſuperſtes autem inops eſt. Accipit ille *quartam partem* ſubſtantiæ defuncti, ſi tres, aut pauciores filios, vel cognatos reliquit defunctus: ſi vero plures adſunt, quam tres, *portionem virilem* capit, eamque iure proprietatis, ſi cum cognatis: iure vſusfructus vero, ſi cum liberis defuncti concurrit. Imputatur vero ſuccedenti in ſuam portionem, quod defunctus ipſi per modum legati reliquit, *nou. 53. c. 6. nou. 117. c. 5.* Statuta locorum admodum va-

Digitized by Google

variant, v. g. maritus in Saxonia vxoris heres mobiliaris eſt, &c. De *ſucceſſione coniugum* tractatum edidit Andr. Kohl.

§. XVII. Si nec coniugem reliquit defunctus, iure Romano ſuccedit *collegium decurionum*, *militum*, *nauiculariorum*, *cohortalium & fabricenſitum*, ſi eius collegii membrum fuit defunctus, ad alia autem collegia hoc ius ſingulare extendi nequit, v. Stryk. *de ſucc. ab inteſt. diſſ. 5. c. 1. §. 32. ſeqq. &* §. *38.* hereditas ergo *fiſco* defertur & *bonorum vacantium* nomine venit, *l. 1. & 4. C. de bon. vacant.* vbi notandum, quod iure Saxonico iura fiſci hac parte quilibet magiſtratus exerceat, qui iurisdictione alta gaudet, idem iure Lubecenſi, Meu. *ad ius Lub. p. 2. tit. 2. art. 14. n. 64. Adfines* nunquam plane ſuccedunt, *l. 3. & 7. C. commun. de ſucceſſ.* vnde prouerbium: *die ſchwægerſchafft hindert zwar an der ehe, hilfft aber nicht zum erbe.*

§. XIIX. Autores huc pertinentes ſunt: Forſtetus, Anton. de Roſellis, Ranchinus, (quem ſub ſuo nomine edidit plagiarius Ioh. Wineus, de quo v. notabilia apud Stryk. *de ſucceſſ. ab int. diſſ. 1. c. 1. §. 63.*) Franc. Barry, Roland. Paſſager, Ambroſ. Schurer, Nic. ab Vbaldis, Keller, Richter & B. Stryk. qui omnes peculiares tractatus *de ſucceſſione ab inteſtato* ediderunt.

*Lib. XXXIX. Tit. I.*

Cod. VIII. 11.

## De operis noui nunciatione.

§. I. Nunciatio *noui operis* eſt prohibitio facta illi, qui contra priſtinam formam ædificat



Digitized by Google

vel deſtruit, eum in finem, ne in ædificando, vel deſtruendo pergat, donec de eius iure conſtiterit, *l.1.§.1.& 11. ff. h.t.* pertinet ad ſola *futura opera*, ſiue incepta, non ad *præterita*, ſiue abſoluta, horum intuitu enim interdicto *quod vi*, *aut clam*, locus eſt, *d. l. 1. §. 1. h. t.* de quo infra ſuo loco.

§. II. Nunciatio iure rom. *priuatim* quoque fieri poteſt, idque vel *nudis verbis*, vel per *lapilli iactum*, *l. 5. §. 10. h t.* (quod Brunnem. *ad d. l. 5. n. 10.* de disiectone materiæ ad ædificandum paratæ intelligit;) verum cum eiusmodi nunciationes priuatas ædificans parum adtendere ſoleat & ſic fruſtraneæ ſint; hinc moribus noſtris regulariter iudex adiri & per illum nouum opus prohiberi ſolet, conf. hic *vſ. pract. diſt. h. t. diſt.* I. *&* II.

§. III. *Nunciat* ille, cuius intereſt ratione dominii, etiam vtilis, *l. 3. §. 3. ff. h. t.* vel ratione pignoris, *l. 9. h. t.* non vero ille, qui ſeruitutem perſonalem ſolum habet, v. g. vſumfructum, niſi procuratorio nomine nunciet, *l. 1. §. 20. ff. h. t.*

§. IV. *Nunciatur* illi, qui contra priſtinam faciem ædificat, vni ex pluribus *l. 3. §. 5. h. t.* vel etiam deſtruit in præiudicum noſtræ ſeruitutis, v. g. tigni immittendi, vel oneris ferendi, *l. 1. §. 11. & 12. ff. h. t.* ſupponitur enim, quod ædificans ius noſtrum perfectum interuertat quacunque ratione. Nunciatio etiam *die feriato* fieri poteſt, *l. 1. §. 4. h. t.*

§. V. *Nuncians* deſiderante altero *iuramentum calumniæ* præſtare tenetur, *l. 5. §. 14. h. t.* nunciatus ve-

Digitized by Google

vero poſt factam nunciationem in ædificando, vel deſtruendo pergere non debet, alias ædificium forte exſtructum ſumtibus facientis iterum deſtruitur, aut, ſi ædificans iam deceſſit, heredes pati debent, vt deſtruatur, *l.20.§.1.l.22.h.t.* quamuis ille rigor hodie non ſemper obſeruetur, ſed ædificans potius ad ſolutionem intereſſe adigi ſoleat, niſi alter irreparabile & maximum damnum ex nouo opere ſentiat, v. g. ſi lumina ædium contra ius ſeruitutis obſcurata, &c.

§. VI. Si *nuncians moritur*, aut *rem alienat*, ſucceſſor denuo nunciare debet: nunciati heredes autem nunciatio obſtringit, *l.8.§.6.& 7.ff.h.t.* Poteſt etiam nunciatus *cautionem de demoliendo opere* in eum caſum offerre, ſi contra ipſum pronunciatum fuerit, qua cautione præſtita ipſi in nouo opere pergere permittitur, *l. 20. §. 9. ſeqq. h. t.* ſed hoc ita ſolum, ſi nuncians *intra tres menſes* iniuſtitiam ædificantis non probauerit, *l. vn. C.h.t.* hodie terminus arbitrarius ad expediendam probationem præfigi ſolet. De *noui operis nunciatione* ſcripſerunt Nic. Ciſnerus, Marta, Franc. a Ripa, &c.

## *LIB. XXXIX. TIT. II.*

# De damno infecto, & de ſuggrundis, & protectionibus.

§. I. D*Amnum infectum* eſt damnum nondum factum, quod tamen futurum veremur ex vicini ædibus ruinoſis, *l. 2. ff. h. t.* & cum alias, ſi ædes illæ deciderunt, nulla competat

Oo 5 actio

Digitized by Google

actio, niſi vt vicinus aut rudera tollat, aut ea derelinquat & quaſi noxæ det, v. *l. 7. ſſ. 1. & 2. ff. h. t.* hinc in præſenti titulo remedium proponitur, vi cuius vicinus ad damnum reſarciendum, ſi quod datum fuerit, adigi poſſit.

§. II. Scilicet, ſi quis damnum veretur & deſiderante aduerſario de calumnia iurat, *l. 13. §. 3. ff. h. t.* petere poteſt, vt vicinus ad cautionem damni infecti præſtandam adigatur, quæ cautio nude promiſſoria eſt, ſi quis proprio nomine eam præſtat, *l. 7. pr. & l. 13. pr. ff. h. t.* vi illius cautionis deinde damnum ruina datum præſtare tenetur, v. *l. 40. pr. h. t.* ſi alter cauere renuit, cautionem petens in ædes ruinoſas ex primo decreto mittitur, *l. 15. §. 11. ſeqq. ff. h. t.* hodie mandatis pœnalibus ad cautionis præſtationem adigi ſolet.

§. III. Stipulationi, qua olim cautio præſtabatur, *certa dies inſeri* ſolet, intra quam damnum probababiliter metuitur, ne in infinitum alter ſit obligatus, *l. 13. §. f. ff. h. t.* ſi finita ſit dies ſtatuta in cautione: iterum arbitratu prætoris ex integro erit cauendum, *l. 15. pr. h. t.* ſi vero ſine adiectione diei ſtipulatio fuerit interpoſita, prætor rem ex circumſtantiis obuenientibus determinat, *l. 15. §. 1. h. t.* Proſpicitur etiam illi, qui ex iuſta cauſa, v. g. propter abſentiam; cautionem exigere impeditus fuit, *l. 8. h. t.*

§. IV. Si damnum per *violentiam ventorum, terræ motum, vim fluminis* aut aliam *vim diuinam* datum, v. g. ſi tegulæ deiectæ, &c. vicinus ad damni reparationem non tenetur, *l. 24. §. 3. & 4. ff. h. t.* Nec datur contra me actio, ſi *meo iure*

*vtor,*

Digitized by Google

*vtor*, licet per accidens vicino exinde damnum obueniat v. g. ſi in domo mea puteum aperio, quo aperto venæ putei tui præciſæ ſunt, *l. 24. §. f. h.* alia exempla in *l. 26. h. t.*

§. V. Principaliter quidem, vti dictum, de ædibus ruinoſis hic ſolum agitur: ratio tamen legis ad alios quoque caſus pertinet, v. g. ſi *tam alte fodiam in meo, vt paries tuus ſtare non poſſit*, *l. 24. §. f. h.* aut, ſi vicinus *ſterculinium ſecundum parietem meum fecit*, ex quo paries madeſcit *l. 17. §. 2. ff. ſi ſeruit. vindic. &c.* Hinc ius Saxonicum diſponit: *Ofen, Waſſergerinn, Heimlichkeiten und Schweinſtelle die ſollen drey Fuſſe von eines andern Mannes Zaune ſtehen, Landr. lib. 2. art. 51.* *Furni* quoque nomine damni infecti interdum cauendum iuxta *l. 24. §. 7. ff. h. t.* Joh. Franc. a Ripa *de damno infecto.*

*Lib. XXXIX. Tit. III.*

## De aqua & aquæ pluuiæ arcendæ.

§. I. HIc etiam de damno nondum facto, imminente tamen, agitur, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* ſcilicet vicinus manu opus fecit, quo aqua aliter flueret, quam natura ſolebat, *d. l. 1. §. 1. h. t.* & exinde damnum vereor, fore, vt aqua in meum agrum redundet. Datur ergo *actio aquæ pluuiæ arcendæ* non modo contra eum, qui opus fecit, ſed etiam fundo alienato contra nouum poſſeſſorem, *l. 4. §. 1. h. t.* vnde *in rem ſcripta* dicitur. Hæc tamen ſubeſt differentia, quod is, qui opus ipſe fecit, illud ſua impenſa tollere cogatur, nouus vero poſſeſ-



Digitized by Google

ſeſſor obſtrictus ſaltem ſit, vt alterum tollere patiatur, *l. 6. §. 7. h. t.*

§. II. Non datur autem actio, ſi alter *agri colendi cauſa* opus fecit, v. g. vt aquam ex ſuo agro abducat, *l. 1. §. 3. ff. h. t.* nec etiam datur, ſi vicinus opus fecit, *ne aqua*, quæ alioquin decurrens agro meo proderat, *huic proſit*, *l. 1. §. 21. h. t.* modo non faciat animo nocendi, ſiue, ad æmulationem, vt DD. loquuntur, v. *l. 1. §. 12. l. 2. §. 9. h. t.* denique non datur actio, ſi *aqua naturaliter ad inferiorem agrum perueniens noceat:* ſemper enim hæc eſt ſeruitus inferiorum prædiorum, vt natura proluentem aquam excipiant, *l. 1. §. 22. h. t.*

§. III. Ex *l. 2. §. 5. h. t.* elegans caſus adhuc notandus. Erat *agger in vicini fundo*, quem *vis aquæ deiecit*, & per quod effectum eſt, vt aqua repluuia mihi noceret. Vicinus eum reponere recuſat, nec ad hoc cogi poteſt, vt reponat: cogi tamen poteſt, vt patiatur, *ſi ego aggerem in eius agro reſtituere velim*, mihi enim hoc prodeſt, alteri vero agger nihil nociturus eſt, ergo æquitas hoc ſuggerit, licet iure deficiamur.

Lib.

*Lib. XXXIX. Tit. IV.*
Cod. VI. 61. 62.

## De publicanis, & vectigalibus, & commiſſis.

§. I. P*Vblicani* ſunt, qui publico fruuntur, ſiue qui a fiſco aliquid conducunt, v. g. vectigal & ſimilia, *l. 1. §. 1. h. t.* maxima eorum erat audacia & temeritas, *l. 12. pr. h. t.* hinc ſi per vim aliquid *illicite exegerant*, per vim paſſis cum pœna tripli illud reſtituere cogebantur & amplius extra ordinem plectebantur, *l. 9. §. 5. h. t.* ſi *furtum*, vel *damnum iniuria dederant*, ad duplum condemnabantur, *l. 1. pr. h. t.* hodie pœna arbitraria vbique obtinet.

§. II. *Vectigal* iure Romano non ſoluebatur de rebus ad vſum proprium comparatis, ſed de iis, ex quarum emtione & venditione lucrum quærimus, *l. 5. C. de vectigal.* De *quibus rebus* hodie vectigal ſoluendum, & *quæ perſonæ* ab eius ſolutione *ſint immunes*, hoc ex ff. addiſci nequit, ſed a cuiuslibet principis arbitrio dependet. Doctrina de immunitate *electorum*, *principum*, *legatorum*, &c. iuris publici eſt.

§. III. Si quis merces non profitetur, eæ in *commiſſum* cadunt, id eſt, dominium earum priori domino aufertur & rei vectigali adquiritur, *l. 14. h. t.* ergo a quocunque poſſeſſore res ea vindicari poteſt, *d. l. 13.* hoc ita, ſi quis *doloſe* non eſt profeſſus: ſi quis ergo *per errorem* in cauſam commiſſi incidit, duplum ſaltem vectigalis ſoluere tenetur, eoque ſoluto res ſuas recipit, *l. 16. §. 10. h. t.* quod intel-

Digitized by Google

telligendum, ſi error ſupinus fuerit, alias enim nulla pœna locum habere poſſet.

§. IV. Si *nauta*, vel *auriga*, *merces non profitetur*, ipſius res confiſcandæ, non autem res domini innocentis, v. *l. 11. §. 2. h. t.* vbi caſus ſimilis. Hodie tamen ipſæ res communiter nihilominus auferuntur, & domino regreſſus aduerſus nautam, vel aurigam, conceditur, & ſi hic forſan non ſoluendo exiſtat, dominus in integrum reſtituitur, Brunnem. *ad l. f. h. t. n. 10.* Hoc certum eſt, *ſolam profeſſionem ſufficere*, licet ſolutio vectigalis non accedat, ſi hæc *concedente publicano* dilata, *l. 16. §. 12. h. t.*

§. V. *Excuſantur* etiam a pœna commiſſi *pupilli*, modo intra diem trigeſimum vectigal inferant, *l. 7. §. 1. h. t. minores, l. 16. §. 9. h. t, milites, l. 3. C. de vectigal. Ceſſat* porro pœna commiſſi poſt lapſum *quinquennii, l. 2. C. d. t.* aut, ſi res non profeſſa ſine dolo poſſeſſoris *periit*, *d. l. 2.*

§. VI. Vectigali ſoluto princeps iter facientibus & commercia exercentibus in via regia ſecuritatem aduerſus latrones & deprædatores præſtare debet, vnde in Saxonia vectigal vocatur *das geleite*, quaſi id, quod pro ſaluo conductu ſoluitur, v. *rec. imp. de a. 1559. §. damit dann die Obrigkeit, 34.* non tenetur tamen magiſtratus, ſi inquirendo, puniendo & reſtitutione procuranda debitam diligentiam adhibuit, Schilt. *ex. 42. §. 53.* v. Klockii *tract. di iure vectigalium* & Golnitz *in tr. de vectigalibus.*

Lib.

*Lib. XXXIX. Tit. V.*
Cod. IIX. 54. ſeqq.

# De donationibus.

§. I. DOnatio eſt pactum legitimum, *l. 55. §. 5. C. h. t.* quo quis nullo iure cogente aliquid in alterum confert, *l. 29. pr. ſ. h. t.* alia dicitur *mortis cauſa*, de qua *tit. ſequ.* alia *inter viuos*, quæ ſine mortis cogitatione fit, ita vt mox ius in donatarium transferatur, v. *l. 1. pr. h. t.* hanc ſub præſenti titulo explicabimus.

§. II. *Donare poteſt*, qui liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habet, modo ex alia ratione non prohibeatur, vt *coniuges*, de quibus ſupra ad *tit. de donat. int. vir. & vxor.* Propter *vnitatem perſonæ* etiam donationes non ſubſiſtunt inter *patrem & filium ſuum*, *l. 11. & 17. C. h. t.* niſi in cauſa caſtrenſi & quaſi, vbi vnitas ceſſat, v. *l. 1. C. de Caſtr. pec. milit.* confirmatur etiam per mortem patris vsque ad 500. ſolidos, *l. 25. C. de donat. int. vir. & vxor.* item per emancipationem, ſi pater rem donatam non ademit, *l. 31. §. 2. h. t.* nam & hisce caſibus vnitas diſſoluitur. Iure Saxonico mobilia liberis donari poſſunt, Carpz. *p. 2. c. 12. d. 22.* conf. Marius Cutellus *de donationibus inter patrem & filium.*

§. III. *Donari* poteſt omni illi, qui conditionem ſuam meliorem reddere valet, v. *tit. de pact. §. IV.* requiritur autem eius *acceptatio*, *l. 10. ff. h. t.* verbis, aut geſtibus declarata, aut eam ſubſecutam donans ſuam voluntatem mutare poteſt. Communiter excipiunt *remiſſionem debiti*, vt ea quo-

que

que ſine acceptatione valeat, Struu. *ex. 40. th. 8.*

§. IV. Poſſunt *omnia* etiam *bona* donari, *l. 35. §. 4. C. h. t.* præſentia & futura, vbi tamen proſpiciendum eſt donatori, ne egeat, *l. 19. §. 1. ff. de re iudic.* gaudet enim beneficio competentiæ, v. *tit. de ceſſ. bon. §. VII.* Multi quidem DD. in ea ſunt opinione, quod donatio vniuerſorum bonorum propterea non valeat, quia facultatem teſtandi auſert; vnde neceſſarium eſſe putant, vt donator aliqua bona ſibi reſeruet, de quibus deinde teſtari queat, ſi velit, v. Carpz. *p. 2. c. 12. d. 26. n. 10.* verum illam opinionem ipſe refutat Carpzou. *d. l. n. 4. ſeqq.* ipſique adſtipulatur Lauterbach *comp. iur. h. t. ibique Stryk. in not. verb. adrogatione.* negando ſcilicet ſuppoſitum illud, *quaſi omne illud prohibitum ſit, quod teſtandi facultatem auſert*, præcipue moribus noſtris.

§. V. Ceterum quia homines alias ad donandum non inclinant, & propterea, ſi magnæ donationes fiunt, metuendum eſt, ne forſan prodigalitas, ſiue profuſio bonorum ſub donatione lateat: hinc LL. facultatem donandi vsque ad *500. ſolidos* (id eſt 1000. thaleros grauioris monetæ in hiſce terris, v. Carpzou. *p. 2. c. 12. d. 12.* Wehner *obſ. pract. voc. Goldgülden*) reſtrinxerunt.

§. VI. Si ergo donatio eos 500. ſolidos excedit, *inſinuatio iudicialis* requiritur, *l. 36. §. 3. C. h. t.* quæ coram *quocunque* iudice fieri poteſt, quia actus voluntariæ iurisdictionis eſt. Iudex interim, antequam donationem confirmat, ad duo

Digitized by Google

duo reſpicere debet, (a) ad *perſonam donantis*, vtrum ille neceſſaria vitæ ſubſidia retineat, & (b) ad *perſonam donatarii*, vtrum ſit honeſtæ vitæ & honeſtis moribus prædita, an vero leuis. Si alterutrum deficit, confirmationem decernere non debet.

§. VII. *Plures donationes* diuerſo tempore factæ non connumerantur, ſed ſingulæ valent, *l.34. §.3. C. h. t.* modo non in fraudem legis diuiſæ fuerint. Circa donationem *annuæ quantitatis* diſtinguendum. Si illa *ad vitam donantis, vel donatarii reſtricta*, inſinuatione opus non eſt, propter incertum euentum, quia vno alteroue anno mors alterutrius ſubſequi poteſt. Si vero *heredum ex vtraque parte mentio adiicitur*, inſinuatio requiritur, *d. l.34. §.4. C.h.t.* Ceterum neceſſitati inſinuationis renunciari nequit, nec iuramentum donationem inſinuatione deſtitutam validam reddit, Carpzou. *p. 2. c. 12. d. 14.*

§. IIX. *Inſinuatione opus non eſt*, quoties ex circumſtantiis adparet, quod nulla ſubſit profuſio. Huc pertinet, ſi quid donatum *ad redemtionem captiuorum*, *l.36. pr. C. h. t.* vel *ad reficiendas ædes incendio, vel ruina corruptas*, *d. l.36. §. 2.* vel ſi *magiſtri militum militibus* donant, tam ex ſua ſubſtantia, quam ex ſpoliis hoſtium, *d. l. 36. §.1.* vel ſi donatio *remuneratoria*. De donatione *propter nuptias*, v. *tit. de pact. dotal. §. V.* Donationes *a principe & principi* factæ ſine dubio inſinuatione non indigent, quia leges ciuiles ſubditorum actiones ſolum reſpiciunt, v. *l. 34. pr. & auth. item. C. h. t.* *Magiſtratus* donans ad inſinuationem tenetur, poteſt tamen inſinuatio

in proprio iudicio fieri, Carpz. *p. 2. c. 16. §. 12.* eæ vero, quæ *ad pias cauſas* fiunt, iure ſingulari apud nos non gaudent, Carpz. *p. 2. c. 12. d. 13.*

§. IX. Donatio perfecta *reuocatur* (a) ſi eſt *inoffi-cioſa*, id eſt, liberi legitimam non habent ſaluam: reuocatio fit, quoad legitimam, ſiue donatio in alios liberos, ſiue in extraneos, etiam animo fraudandi facta, *l. 1. & 7. C. de inoff. donat.*

§. X. Reuocatur (b) ſi *liberi ſupernaſcuntur*, & quidem integra donatio, *l. 8. C. de reuoc. donat.* ad quam legem peculiarem tractatum edidit Tiraquellus. Nemo enim veriſimiliter extraneo donat in perpetuum, qui de liberis ſuſcipiendis cogitat, Gothofr. *ad d. l.* reuocat ergo donans, quia de hoc caſu non cogitauit.

§. XI. Denique (c) reuocationi locus eſt, ſi *conditionem*, vel *modum adiectum donatarius non impleuit*, *l. f. C. de reuoc. don.* item, ſi *ingratus* exiſtit ex his IV. cauſis: I. quia *atroces iniurias* in donantem effudit: II. *manus impias ei intulit*: III. *magnæ parti bonorum iacturam* inferre voluit, vel IV. *vitæ inſidias ſtruxit*, *d. l. f. C. h. t.* aliæ & plures cauſſæ iuxta *d. l.* non admittuntur.

§. XII. Ex cauſſa ingratitudinis *ſolus donator* reuocat, *non vero heredes*, quia reuocatio ad vindictam tendit, *d. l. f. inf.* & viciſſim actio non datur *contra heredem*, v. *l. 7. C. de reuoc. don.* imo & ab ipſo donatario eatenus ſaltem reuocatur, quatenus tempore inſtitutæ actionis ex donatione aliquid apud donatarium reperitur, *d. l. 7.*

§. XIII. Reuocationi ex cauſſa ingratitudinis *renunciari nequit*, quia hæc renunciatio ad delin-

quen-

quendum inuitaret. Idem obſeruandum eſt de eo caſu, ſi *iuramentum renunciationi acceſſerit.* Conſ. Bocerus, Petrus Barboſa, Iul. Clarus, Ioſeph. Fernandez de Retes, Fœrſterus, Riminaldus, &c. *in pecul. tract. de donationibus.*

*Lib. XXXIX. Tit. VI.*
Cod. IIX. 57.

## De mortis cauſſa donationibus & capionibus.

§. I. Mortis cauſſa donatio eſt, quando quis, nullo iure cogente, cogitatione mortalitatis in caſum mortis aliquid in alterum acceptantem confert, v. §. *1. I. de donat.* Fit duplici modo: vel intuitu *præſentis periculi*, v. g. ſi hoc morbo ſuccumbam, aut in hac acie peream: vel *cogitatione mortis in genere*, v. g. habebis, quando moriar, *l. 2. ff. h. t. l. 35. §. 4. eod.*

§. II. *Cogitatio* mortis, de qua diximus, non debet mere interna eſſe, ſed verbis declarari. Vnde ſi *moribundus* absque mentione mortis donat, hoc pro donatione inter viuos habendum erit, ſcilicet moriens quidem donat, non tamen mortis cauſſa, *l. 42. §. 1. ff. h. t.* Deinde mortis quoque mentio in *verbis diſpoſitiuis* fieri debet, v. §. *praec.* ergo iterum donatio inter viuos eſt, ſi ea mentio in verbis *executiuis* iniiciatur, v. g. dono tibi, ſed non habebis, niſi poſt mortem meam: aut, ſi *tanquam cauſſa impulſiua* in exordio donationis adiiciatur, v. g. quia video, me moriturum eſſe, ergo tibi dono.

§. III. *Donare* m. c. poteſt, qui facultatem habet teſtamentum condendi. Sed amplius, non-

Digitized by Google

nullis donare licet, qui teſtari nequeunt, cuius exemplum in *filiofam.* qui profectitia & aduentitia ordinaria conſenſu patris donat, *l. 25. ff. 1. h. t.* aduentitia extraordinaria etiam abſque eius conſenſu, quia patris nihil intereſt, quippe cui vſusfr. non competit, *nou. 117. c. 1.*

§. IV. *Donari* poteſt illis, quibus legare licet, *l. 9. l. 35. pr. ff. h. t.* ergo coniuges quoque ſibi ita donant, *l. 9. §. 2. iunct. l. 10. ff. de don. int. vir. & vx.* & pater filio ſuo, quia poſt mortem vnitas perſonæ ceſſat. Et quoniam m. c. donationes ad exemplum *legatorum* reuocatæ ſunt, *l. 15. l. 37. pr. ff. h. t.* hinc *inſinuatione* non indigent, ſed ſolum præſentiam *quinque teſtium* requirunt, *l. 4. C. h. t.* in eo tamen a legatis recedunt, quod donatarius præſens (vel per procuratorem,) donationem acceptare teneatur, *l. 38. ff. h. t.* alias enim non eſſet donatio m. c. ſed legatum, & hinc non poſſet fieri a filiofamilias, v. §. *præc.*

§. V. Donatio mortis cauſſa facta non tribuit ius, vt ea, quæ ſit inter viuos; ſed ſolam ſpem, *l. 32. l. 35. §. 2. ff. h. t.* ergo reuocatur iiſdem modis, quibus legata adimuntur, *v. tit. de adim. & transf. legat.* imo, ſi intuitu inſtantis periculi donatum, reuocatione plane opus non eſt, ſed donatio reſoluitur per liberationem a periculo, ſub conditione enim ea facta eſt, v. §. *1. I. de donat.*

§. VI. Donatio m. c. interdum *in donationem inter viuos degenerat*, v. g. ſi quis promiſit, ſe donationem *numquam reuocare velle* v. *l. 27. ff. h. t.* Sed quid, ſi donet quis *Titio & heredibus*, hoc caſu donationem m. c. adhuc manere, recte adſtruit Hahn

Digitized by Google

Hahn. *ad Weſenbec. h. t. n. VI. verb. aut mentio heredum*, quoniam tranſitio ad heredes intelligitur de eo caſu, ſi donatio ante mortem non fuerit reuocata.

§. VII. *Mortis cauſſa capio* dicitur, quando quid in me transfertur *occaſione mortis tertii cuiusdam*, ego autem illud ex bonis illius mortui non percipio, v. g ſi quis pretio accepto hereditatem repudiauit, *l. 8 h. t.* aut propter mortem alterius donat, *l. 18. pr. h. t.* aut implendæ conditionis cauſſa quid ſoluit, v. g. heres quis eſt inſtitutus, ſi mihi decem dederit, *l. 38. h. t.* Mortis cauſſa is ſolum quoque capit, *cui legari poteſt*, *l. 9. l. 36. ff. h. t.* v. Roland Paſſager & Mich. Beutherus *de donationibus mortis cauſſa.*

*Lib. XL. Tit. I.*

Cod. VII. 1. ſqq.

## De Manumiſſionibus.

§. I. CVm hic titulus vna cum ſequentibus omnibus huius libri materiam manumiſſionis ſeruorum proponat, ea vera nullum vſum hodie præſtet: vitio nobis non vertet B. L. ſi cum Lauterbachio aliisque materiæ huic non immoramur.

*Lib. XLI. Tit. I.*

## De adquirendo rerum dominio.

§. I. PRiusquam materiam adquiſitionis dominii pertractamus, definitionem & diuiſionem

nem dominii præmiſiſſe non inutile erit. Eſt vero *dominium* ius de re aliqua corporali cum excluſione aliorum perfecte diſponendi, eamque vindicandi, niſi (intuitu perfectæ & liberæ diſpoſitionis) lex, (vt in pupillis, &c.) vel conuentio, vel etiam teſtamentaria diſpoſitio, (v.g. in fideicommiſſis familiæ,) obſiſtat, v. Huber. *prælect. ff. h.t.* §. 1.

§. II. *Plenum* dicitur, vbi quis *integram proprietatem* ſolus habet, quia hæc pars eſſentialis dominii. Regulariter quoque *ius vtendi* coniunctum eſt, ſed tamen plenum dominium quis retinet, quamuis hæc pars vtilis ad tempus ſit ſeparata, v.g. per modum ſeruitutis perſonalis in vſufructu. Vſufructuarius enim de dominio non participat.

§. III. *Minus plenum* itaque dicitur, quando integra proprietas non adeſt, & diuiditur in *directum*, quando quis *dimidiam partem proprietatis* ſine iure vtendi fruendi, & *vtile*, quando quis *dimidiam proprietatis partem cum iure fruendi* coniunctam habet. Exemplum de emphyteuſi v. *ſupra tit. ſi ager vectig.* §. *V.* & *IX.* add. noſtr. colleg. iur. feud. *diſſ. VI. a theſ. I. vsque ad th. XIIX.* De dominio *ciuili* & *naturali* diximus ad *tit. de iur. dot.* §. *VII.*

§. IV. *Modi adquirendi* dominium ſunt vel *naturales*, ſiue *iuris gentium*, vt occupatio, acceſſio, traditio: vel *ciuiles* v. g. vſucapio, legatum, donatio mortis cauſſa; v. *l. 1. ff. h. t.* De naturalibus hic agendum.

§. V.

Digitized by Google

§. V. *Occupatio* eſt adprehenſio rei, quæ nullius eſt, animo dominii (id eſt, ſibi habendi,) facta, v. *l. 3. pr. ff. h. t.* diuiditur in *venationem*, *captiuitatem* & *inuentionem*. *Venatio* ad animalia fera pertinet, eaque ſubdiuiditur in *venationem in ſpecie ſic dictam*, quæ eſt occupatio animalium, quæ in terra: *aucupium*, quæ eſt occupatio auium, quæ in cœlo, id eſt, aere: & *piſcationem*, quæ eſt occupatio animalium, quæ in aqua ſunt, id eſt piſcium, *l. 1. §. 1. h. t.*

§. VI. *Fera* animalia tamdiu in dominio noſtro manent, quamdiu ſunt in noſtra cuſtodia, vel non difficilis eſt eorum perſecutio: *manſuefacta*, quamdiu animum redeundi non depoſuerunt: *manſueta* autem noſtra ſemper manent, donec a nobis alienantur, animum redeundi enim illa nunquam deponunt, *l. 3. §. 2. l. 4. & 5. ff. h. t.* ergo etiam reſtituenda ſunt, ſi quis ea lupis iterum eripuit, *l. 44. ff. h. t.*

§. VII. De *captiuitate* rerum hoſtilium dicetur infra ad *tit. de captiu. & poſtlim.* *Inuentio* autem eſt occupatio rerum inanimatarum, quæ nullius ſunt, v. g. gemmarum in littore maris repertarum, *§. 18. I. de rer. diuiſ.*

§. IIX. Quæ de venatione in §. *V.* & de inuentione in §. *præced.* diximus, ea apud Romanos quondam ita obtinebant. Hodie vero, ſi non in omnibus, certe tamen in plurimis germaniæ prouinciis, principes ea, quæ a priuatis quondam occupari poterant, regalibus ſuis adſcripſerunt, adeo, vt onus probandi incumbat



Digitized by Google

illi, qui ius Romanum in prouincia aliqua adhuc obtinere adſerit. Non obſtat, quod obiicit Dn. Schœpff. *h.t.n.13.18.19.* quod ſerpentes adhuc venari, in Pomerania ſuccinum in littore maris & alibi aurum ex fluminis, v. g. Salæ, arena colligere liceat; hæc enim nullius ſunt momenti & exparte plus impenſarum, quam lucri, ſecum ferunt. Certe paſſeres etiam capere licet, quis vero exinde vſum iuris Romani demonſtrare vellet.

§. IX. De *apibus* quæritur: ad quam animalium claſſem referri debeant? feram earundem naturam eſſe, dicitur in §. *14. J. de R. D.* idemque habetur in iure Saxonico *Weichbild. art. 120. Die Biene iſt ein wilder wurm*, manſuefieri tamen ſolent. Ergo tamdiu noſtræ manent: quamdiu euolant & reuolant, aut depoſito animo reuolandi non eſt difficilis earum perſecutio, v. § *VI. h. t.* idem obtinet circa *examen* vel *nouam apium ſobolem*, niſi illud examen *inſcio domino emigrauerit*, quo caſu occupantis ſtatim eſt, licet dominus poſtea illud viderit & ex ſuis alueis euolaſſe probare poſſit, & ita intelligendus citatus textus iuris Saxonici, v. Berlich. *p. 5. concl. 50. n. 12. ſeqq.* diſſent. Carpz *p. 4. c. 36. d. 4.* qui examen vicino occupanti ſimpliciter adiudicat.

§. X. Neutiquam vero ad ſpecies occupationis pertinet *inuentio rerum caſu fortuito amiſſarum*, hæ enim priori domino ſunt reſtituendæ, alias furtum committitur, §. *fin. I. de R. D. l. 43. §. 4. ff. de furt.* vnde publice indicandæ, vel adfixa ſchedula, vel per vocem præconis. Idem obtinet intuitu eorum, quæ *propter tempeſtatem ex ex naui eie-*

*Eta*

Digitized by Google

*cta* & vel fluctibus expulſa, vel ex mari extracta, *d.* §. *fin. J. de R. D. l. 58 ff. h. t.* eiiciens enim animum derelinquendi non habet, *l. 2. §. 8. l. 8. ff. de L. Rhod. l. 18 ff. de adim. vel transf. leg. l. 21. §. 1. & 2. ff. de adqu. vel amitt. poſſ.* vnde improbatur *das ſtrandrecht, auth. nauigia, C. de furt. conſt. crim. art. 218. ibique not. noſtr.*

§. XI. Iure *Saxonico* circa res amiſſas inuentas ita diſpoſitum: ſi dominus *intra VI. ſeptimanas ſuperuenit*, duæ tertiæ eidem reſtituuntur, vnam vero tertiam inuentor capit; ſi *non ſuperuenit* dominus intra dictum tempus, vna tertia iterum inuentori manet, duæ autem tertiæ fisco addicuntur. Idem obtinet intuitu *rerum furibus, vel hoſtibus ereptarum, Landrecht l. 2. art. 37.*

§. XII. Hæc de occupatione. Sequitur *acceſſio*, quæ eſt adquiſitio eius, quod rei principali quacunque ratione accedit. Diuiditur in *naturalem, induſtrialem*, ſiue *artificialem*, & *fortuitam.*

§. XIII. *Naturalis* vocatur, quæ ab ipſa natura producitur, ita vt induſtria humana vel nihil, vel parum ad eam conferat. Huc pertinet *partus animalium*, qui ventrem ſequitur, *§. 19. J. de R. D. l. 6. ff. h. t.* dominus maris actionem in factum ſolum habet, ſi eo inſcio equus in equam alterius admiſſus, ad conſequendum equimentum, id eſt, mercedem, quam ſolent dominis dare pro equi admiſſione, *l. 52. §. 20. ibique Gothofr. ff. de furt.*

§. XIV. Talis acceſſio quoque eſt *adluuio*, quæ dicitur *incrementum latens*, quoniam ita paulatim adiicitur, vt intelligi non poſſit, quantum



Digitized by Google

quoque temporis momento adiiciatur, §. *20. I. de R. D.* hæc locum non habet apud Romanos in *agris manucaptis*, id eſt, hoſti ereptis & militibus adſignatis, quod enim hisce adluebatur, publico cedebat, *l. 16. ff. h. t.* inde agri vocabantur *limitati*.

§. XV. Aliter ſeſe res habet in *incremento patente*, id eſt, ſi vis fluminis partem aliquam de alterius prædio detrahit, & vicino prædio adfert. Hoc enim facile vindicari poteſt, & ſic prioris domini permanet, niſi longiori tempore fundo vicini hæſerit, arboresque, quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint, quo caſu in pœnam negligentiæ dominium prioris domini extinguitur, §. *21. I. de R. D.*

§. XVI. Pertinet ad acceſſionem naturalem iure Romano etiam *inſula* in flumine nata, nec non *alueus derelictus*, quorum vtrumque viciniis adquirebatur, §. *22. & 23. I. de R. D. l. 7. §. 3. & 5. ff. h. t.* verum quia hodie ipſum flumen ad principem pertinet, v. *tit. de diuiſ. rer. §. IV.* hinc quoque & hæc emolumenta ad ipſum ſine dubio ſpectabunt, conf. Noe Meurer *vom waſſerrecht*: Baptiſta Aymus *de alluuionibus*: Gryphiander *de inſulis*, Bartolus *de alueo*, & integrum *corpus iuris fluuiatici* edidit Fritſchius, vbi plurimos tractatus de hac materia coniunctim exhibet.

§. XVII. Acceſſio *induſtrialis* eſt, quando mediante hominis induſtria rei noſtræ aliquid accedit, quo pertinet (a) *ſpecificatio*, quæ eſt nouæ ſpeciei in rem aliquam introductio, vbi diſtin-

guen-

Digitized by Google

guendum. Si quis bona fide *partim ex ſua*, *partim ex aliena materia* nouam ſpeciem fecit: ea indiſtincte *ad ſpecificantem* pertinet, qui alteri pretium partis materiæ perſoluere tenetur, §. 25. *I. de R. D.* Si ex *materia aliena ſolum*, ſpecies ad ſpecificantem pertinet, ſi ea *ad priſtinam materiam reduci nequit*, v. g. ſi ex lana veſtimentum factum, & pretium materiæ domino iterum perſoluitur: ſin *reduci poteſt*, v. g. ſi ex auro, vel argento alieno vas confectum, ſpecies domino materiæ cedit, qui operarum mercedem ſpecificanti ſoluit, *l. 7. §. 7. ff. h. t.*

§. XIIX. Sed quid, ſi *ex ſpicis*, aut *vuis*, aut *oliuis* tuis *frumentum excuſſum*, aut *vinum*, aut *oleum factum?* In §. 25. *I. de R. D.* hoc ad ſpecificationem refertur & quidem ad eum caſum, vbi noua ſpecies ad priſtinam materiam reduci nequit; verum in *l. 7. §. 7. ff. h. t.* rectius dicitur, hoc ad materiam ſpecificationis plane non pertinere, cum ſpecies non ſit facta, ſed ſolum *detecta*, conf. Dn. Pagenſtech. *de iur. virg. §. 66.* Compilator inſtitutionum ergo errorem in excerpendo commiſit. Idem obtinet intuitu vini & olei: poſtquam enim vuæ & oliuæ lectæ ſunt, *percipi cœpti* dicuntur: ſi vero coacti, id eſt, vinum & oleum exinde factum: *perfecte collecti* dicuntur in *l. 78. ff. de R. V.* non ergo noua ſpecies fit, v. Gothofr. *ad l. 48. pr. ff. h. t.*

§. XIX. Pertinet huc (b) *adiunctio*, qua res aliena bona fide reî noſtræ ita adiungitur, vt tamen exinde noua ſpecies non fiat, quod communiter inde cognoſcitur, *ſi res nouum nomen non ſortitur*,

Digitized by Google

*tur*, v. g. ſi quis purpuram alienam veſtimento ſuo intexuerit. Acceſſorium hic quoque naturam principalis ſequitur, licet eo pretioſius ſit, pretium purpuræ tamen domino perſoluendum, §. *26. J. de R. D.* Sed hoc tunc demum procedit: *ſi res adiuncta ſine detrimento ſuo ſeparari, aut priſtino domino vſum amplius præſtare nequeat*, quo pertinet exemplum de purpura veſtimento aptata: aliud ergo, ſi v. g. gemma mea annulo tuo incluſa fuerit, ago enim ad exhibendum, eaque exhibita, quia ſtatim annuli acceſſorium eſſe deſinit, illam vindico, v. *l. 23. §. 5. ff. de R. V.*

§. XX. Sequitur (c) *confuſio* rerum diuerſarum liquidarum, quæ communionem inducit, ſiue res voluntate dominorum confuſæ, ſiue caſu, *§. 27. J. de R. D. l. 7. §. 8. ff. h. t.* Sed quid (d) in *commixtione* rerum aridarum, v. g. frumenti diuerſi? hoc commune fieri negat Tribonianus in *§. 28. I. de R. D.* ſi commixtio caſu, vel vnius voluntate facta, ex ratione, quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant. In exemplo de commixtione pecorum in *d.* §. *28.* propoſito adſertio procedit, pecora enim facili negotio ſeparari poſſunt, non æque autem frumentum. Hoc ergo commune etiam fit, & ſic in rem actio *pro modo cuiusque frumenti* competit, vti ipſe tandem fatetur Tribonianus in *d. §. 28. in f.*

§. XXI. Porro (e) acceſſio induſtrialis fit per *inædificationem*. Si quis *ex aliena materia in ſuo fundo* ædificat: ædificium ſolo cedit & tignum, id eſt, illa materia, vindicari nequit, *l. 7. §. 10. ff. h. t.*

Digitized by Google

*ff. h. t.* domino materiæ tamen actio de tigno iuncto datur, de qua infra *tit. de tign. iunct.* ſi quis *ex ſua materia in alieno ſolo* ædificium exſtruit: illud ædificium ſolo iterum cedit, niſi ſit ædificium *mobile*, *l. 60. ff. h. t.* ſoluto tamen a domino ſoli pretio materiæ & mercedibus fabrorum, *d. l. 7. §. 12. h. t.* hodie etiam, licet mala fide, id eſt, ſciens, in alieno ſolo ædificauerit.

§. XXII. (f) *Planta* in alieno ſolo poſita domino ſoli cedit, poſtquam radices egit, *l. 7. §. 13. ff. h. t.* ante enim facile eximi poteſt. Contra (g) *ſata* in alieno mox a tempore ſationis domino adquiruntur, quia eximi commode nequeunt, *l. 9. pr h. t. iunct. l. 14. ff. donat.* refuſo iterum pretio, *d. l. 9. pr. h. t.*

§. XXIII. (h) *Pictura* tabulæ non cedit, ſed hæc illi, *l. 9. §. 2. ff. h. t.* (contra Paulus in *l. 23. §. 3. ff. de R. V.* v. *hiſt. ff. §. XXVI.*) genuina vero ratio non eſt, quæ redditur in *§. 34. I. D. R. D.* quod *ridiculum ſit, Picturam Apellis, vel Parrhaſii, in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere*; ſed hæc, quia tabula eſt res fungibilis, quæ adfectionem non recipit. Et quoniam (i) *charta* eiusdem naturæ eſt, hinc DD. communiter hodie ſtatuunt, quod ſcripturæ charta cedat. Minus adcurate enim in *l. 8. §. 1. h. t.* a fundo, ſiue ſolo, cui quid inædificatur, ad chartas membranasue, quibus aliquid inſcribimus, argumentum ducitur.

§. XXIV. Succedit denique *acceſſio fortuita*, quæ fit per theſauri inuentionem. Quamuis enim theſaurus interdum *res nullius* dicatur; hoc tamen non ita eſt intelligendum, ac ſi occupanti cedat

dat, ſed quod *ratione exercitii* in nullius ſit domi-nio.

§. XXV. *Theſaurus* eſt vetus depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, *l. 1. §. 1. ff. h. t.* ſi ergo probari poteſt, quis depoſuerit, res depoſita deponenti, vel eius heredibus eſt reſtituenda, v. *l. 67. ff. de R. V.* Circa adquiſitionem theſauri ita diſtingue.

§. XXVI. Si quis theſaurum inuenit *in fundo proprio* & quidem *mediis licitis*, domino inuenienti illi totus cedit, v. *l. 63. pr. ff. h. t. l. vn. C. de theſaur. ſin illicitis*, fiſcus theſaurum aufert, *l. 9. in f. ff. de iur. fiſc.* Fundus *proprius* dicitur, cuius *dominium plenum*, vel *vtile*, ad inuentorem ſpectat, vnde *vſufructuarius & creditor* theſaurum in fundo vſufructuario, vel oppignorato, repertum non adquirunt, quia dominio deſtituuntur, *l. 63. §. 3. & 4. ff. h. t. de marito v. tit. de iure dot. §. VII.* de *venditore* ante traditionem inueniente *tit. de peric. & comm. rei vend. §. II.* *Media licita* vocantur, quæ publice adprobata, v. g. virgula mercurialis: *illicita*, quæ reprobata, v. g. olim ſacrificia, *l. vn. C. de theſ.* incantationes, conſultatio aruſpicum, &c. *l. 5. C. de maleſ.*

§. XXVII. Si theſaurus inuenitur in *fundo alieno* & quidem *forte fortuito*, arando, terram colendo, &c. dimidia inuentori, altera autem dimidia domino ſoli cedit, *l. vn. in f. C. de theſaur.* ita quoque famuli noſtri in noſtro inuenientes dimidiam capiunt, ſi eorum opera ad hoc ſpecialiter non fuit conducta, conf. *l. 63. §. 3. ff. h. t.*

Bit-

Digitized by Google

Bitſchius *de theſaur.* §. *225.* ſi vero theſaurus in ſolo alieno *data opera* inuentus: ille domino totus cedit, & inuentor nihil capit. *d. l. vn. C. de theſaur.*

§. XXIIX Denique ſi theſaurus in loco *publico, fiſcali*, vel *ciuitatis* inuenitur: idem iuris eſt, vt in §. *præced.* diximus. Si quis autem in loco *ſacro*, vel *religioſo*, theſaurum inuenit *caſu fortuito*: ille totus inuentori conceditur, §. *39. I. de R. D.* ſi ſc. locus religioſus *priuatus* erat, quales dabantur olim, *l. 9.* §. *1. ff. ad L. Iul. pecul.* in *publico* idem iuris ac in fiſcali, *l. 3.* §. *pen. ff. de iur. fiſc.* Hodie in noſtris terris theſauri adhuc ad priuatos ſpectant. Diſſent. Grot. *de I. B. & P. l. 2. c. 8.* §. *7.* quem tamen etiam quoad mores Belgii refutat Grœneweg. *ad* §. *39. I. d. R. D.* De Saxonia in ſpecie, v. *conſt. elect. 53. p. 2.* vbi declaratur textus *Landr. l. 1. art. 35. alle Schætze unter der erden begraben, tieſſer denn ein Pflug gehet, gehœren zu der kœniglichen gewalt*, quod de metallo & fodinis intelligendum. De theſauris peculiarem librum edidit Caſpar Bitſchius.

§. XXIX. Hactenus de occupatione & acceſſione. Progredimur ad *traditionem*, quæ eſt actus, quo res aliqua ab eo, qui ius & animum transferendi habet, ex iuſta cauſa, (i. e. titulo ad transferendum dominium habili,) in alium transfertur, v. §. *40. I. de R. D, l. 20. pr. ff. h. t. propria* obtinet in rebus corporalibus: *impropria* in rebus incorporalibus, *l. 43.* §. *1. h. t.* quæ fit per vſum & patientiam, v. *tit. commun. præd. ff. V.*

§. XXX. *Propria* diuiditur in *veram*, quæ fit in mobilibus per dationem de manu in manum, in immobilibus per inductionem: & *fictam*, quæ iterum triplicis generis. Alia *longæ manus*, quando

res

Digitized by Google

res tradenda *oculis* demonſtratur, ſiue e longinquo ſiue in propinquo, mobilis aut immobilis, *l. 1. §. 21. l. 18. §. 2. ff. de adqu. vel am. poſſ. l. 79. ff. de ſolut.*

§. XXXI. Alia *breuis manus*, *l. 43. §. 1. ff. de iur. dot.* quando duæ traditiones ſtricto iure neceſſariæ erant, illæ tamen plane omittuntur & res poſſeſſori ſimpliciter relinquitur, v. g. ſi res, quæ apud te titulo ad transferendum dominium inhabili erat, ex locato, depoſito, commodato &c. a te interueniente legitimo contractu, vt emtionis, iure dominii tenetur, *l. 9. §. 5. h. t.* & contra, ſi res, quæ titulo dominii apud te erat, tibi titulo locati relinquitur, v. g. ſi res vendita venditori locetur, *v. l. 18. pr. ff. de adqu. poſſ. l. 77. ff. de R. V. §. 44. I. de R. D.* add. *tit. de reb. cred. §. IX.* item, ſi debitor creditori promittit, quod in caſum moræ in ſolutione commiſſæ rem hypothecæ nomine obligatam non ſuo, ſed creditoris nomine, poſſidere velit, quod *conſtitutum poſſeſſorium* vocatur, de quo peculiarem tractatum edidit Tiraquel.

§. XXXII. Alia denique eſt *ſymbolica*, quæ fit per ſymbolum, id eſt, per talem rem, quæ rem ipſam alias tradendam repræſentat, v. g. ſi *claues* traduntur, *l. 9. §. 6. ff. h. t.* idque in conſpectu rei tradendæ, *l. 74. ff. de contrah. emt.* niſi pacto aliud conuentum; item, ſi *inſtrumenta* tradita, *l. 1. C. de donat.* quod de *antiquis* intelligunt, non de eo, quod ſuper hac emtione confectum, niſi iterum in ſpecie ita conuentum, Stryk. *caut. contr. ſect. 2. c. 8. §. 22.* de *ſigni impoſitione*, vel *obſignatione*, v. *tit. de peric. & comm. rei vend. IV. & IIX. inf.* referunt huc quoque, ſi *cuſtos* adponatur, Stryk. *l. c.*

§. XXXIII.

Digitized by Google

§. XXXIII. In Geldria adhibetur *effeſtucatio*, *Opdracht*, ſiue *transport*, quando venditor in iudicio feſtucam, ſiue baculum, manu tenens eundem poſtea abiicit ac emtori relinquit, ſimulque ſe poſſeſſione decedere declarat, Huber. *prælect. ad I. de R. D.* §. *58.* Frid. Sande *in pec. comm. de effeſtucatione*, quem ſuppleuit Lambertus Goris *aduerſ. tract. 3. p. 1. c. 1.* In iure canonico mentio etiam fit *ſcotationis*, quando modicum terræ in manu, vel extremitate pallii, quod manus prælati eccleſiæ ſuſtinet, adfertur & ſuper altare ponitur, quo ipſo fundus eccleſiæ donatus traditus cenſetur, *c. 2. X. de conſuet.* v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. IX.* conf. du Fresne *gloſſar. voc. fecuſta & ſcotatio.*

§. XXXIV. Transfertur etiam dominium per *iactum miſſilium* in perſonam incertam, ſiue certum monetæ genus, ſiue alia aliqua res in vulgus iactetur, *l. 9.* §. *7. ff. h. t.* Adquiſitio rerum, quas alter *pro derelictis habuit*, ad ſpecies occupationis pertinet, §. *47. I. de R. D.* Sam. Neander *de modis adquirendi dominii:* Steph. Fagundetz *de iuſtitia, contractibus, adquiſitione & translatione dominii, &c.*

*Lib. XLI. Tit. II.*

Cod. VII. 32.

# De adquirenda, vel amittenda poſſesſione.

§. I. POſſeſſionis vocabulum diuerſimode accipitur in iure. Aliquando *corpore* ſolum in fundo ſumus, *animum* autem nobis adquirendi non habemus, v. g. ſi quis precario rem accepit, *l. 41. ff. h. t.* quo etiam commodatarius & depoſita-

ſitarius referri poſſunt: hæc dicitur *nuda poſſeſſio*, *nuda detentio*, &c. aliquando autem *animum adquirendi* habemus, ſed tunc iterum diſtingue.

§. II. Poſſidens in re poſſeſſa aut prætendit *ipſum dominium*, & vocatur poſſeſſio *ciuilis*: aut *aliud ius in re* ſibi adrogat, v. g. vſus fructus, *l. 12. pr. l. 49. ff. h. t.* pignoris, *l. 37. pr. ff. de adquir. rer. dom. &c.* & poſſeſſio *naturalis* audit. Sed tamen vtrumque vocabulum adhuc in alio ſignificatu accipitur. Scilicet *naturalem* poſſeſſionem quoque vocant, quando dominus rei ſuæ *ipſo corpore incumbit*: *ciuilem* vero, quando *animo* poſſeſſionem retinet, v. g. locator, deponens, &c. v. omnino *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. II.*

§. III Res corporales *proprie* poſſidentur, *l. 3. pr. h. t.* res incorporales *improprie*, vel *quaſi*, v. Gothofred. *ad l. 2. ff. commun. præd.* vnde formula practicorum conſueta: *wann ich aber in der poſſeſſion vel quaſi des iuris venandi mich bishero befunden, &c.*

§. IV. Adquiritur poſſeſſio *animo & corpore coniunctim*, *l. 3. §. 1. l. 8 ff. h. t.* non ergo, ſi animus *plane deficit*, vt in furioſo *l. 1. §. 10. h. t.* bene autem, modo *aliqualis animi adfectus* adſit, vt in infante, *l. 3. C. h. t.* quamuis hanc legem ad res *mobiles* donatas reſtringant, vt earum poſſeſſionem adquirere poſſit infans, non vero immobilium, Stryk. *caut. contr. ſect. 1. c. 2. §. 6.* nam *l. 26. C. de donat.* pertinet ad eum caſum, ſi infans non ipſe, ſed per ſeruum ſuum poſſeſſionem rei immobilis adprehendit. Perinde ſcilicet eſt, ſiue ipſi adprehendamus, ſiue alius noſtro nomine, vnde etiam in *conſtituto poſſeſſorio*, (v. *§. XXXI. tit. prac.*) debitor miniſterio

ſuo

Digitized by Google

ſuo creditorem poſſeſſorem facit, v. *l. 18. pr. ff. h. t.*

§. V. Poſſeſſio quidem per *vnum actum* adquiri poteſt, v. *l. 1. §. 4. ff. de aqu. quot.* Engelbr. *ad ff. h. t. §. 70.* modo tamen ſit *quietus*, actus enim, qui liti cauſam dat, non conſideratur. v. Mev. *2. dec. 188. n. 3. it. p. 3. dec. 91. p. 4. dec. 97. n. 5.* Stryk. *de inueſt. act. ſect. 2. membr. 2. § 8.* *Parte apprehenſa*, poſſeſſio *totius fundi adprehenſa eſſe cenſetur*, nec enim opus eſt, vt quis omnes glebas circumambulet, *l. 3. §. 1. h. t.* niſi alius quis alteram partem fundi poſſideat, aut me prohibeat, *v. l. 18. §. 3. & 4. l. 52. §. 1. ff. h. t.* Stryk. *de iur. ſenſ. diſſ. 7. c. 2. n. 8. & 9.*

§. VI. Poſſeſſio adquiſita facilius *retinetur*, quam adquirebatur, ſcilicet *ſolo animo, l. 3. §. 11. h. t.* modo quis non vereatur vim maiorem & ideo reuerti nolit, *l. 7. l. 25. §. 2. in f. h. t.* tunc enim amittitur poſſeſſio, non minus ac eo caſu, ſi inuaſor reuertentem dominum non admittit, *l. 6. §. 1. ff. h. t.* idem, ſi res furto amittitur, *l. 15. h. t.* Furioſus etiam poſſeſſionem ante furorem adquiſitam retinet, *l. 4. §. 3. ff. de vſuc. l. 44. §. 6. eod. l. 27. h. t.*

§. VII. An & quatenus poſſeſſio ſpecies iuris dici poſſit, de eo diximus ad *tit. de rer. diu. §. XIV.* Effectus eiusdem potiſſimi ſunt, (I) quod præſumtionem operetur pro poſſidente & ſic ille probare, ſiue *titulum edere non teneatur*, *l. 11. C. de pet. her. l. 28. C. de R. V.* exceptio eſt, niſi quis *regalia* poſſideat & *a principe* ipſi eo nomine controuerſia moueatur, conf. etiam *tit. ſeq. §. III.*



Digitized by Google

§. IIX. In dubio (II) *pro poſſeſſore reo pronunciandum*, v. *tit. de teſt.* §. *X.* & (III) in *pari cauſa melior poſſidentis conditio*, v. *tit. de cond. ob turp. cauſ.* §. *III. tit. de public. in rem act.* §. *III.* add. *l. 2.* §. *9. ff. vti poſſid.* (IV) Poſſeſſor, ſi in b. fide eſt, *fructus lucratur*, v. *tit. de hered. pet.* §. *V.* (V) qui immobilia poſſidet, *a cautione præſtanda liberatur*, v. *tit. qui ſatisd. cog.* §. *V.* (VI) Poſſeſſori competit ius *priuata autoritate poſſeſſionem defendendi*, *l. 1. C. vnde vi*, imo alterum, qui poſſeſſorem deiecit, *confeſtim iterum deiiciendi*, *l. 3.* §. *9. l. 17. ff. de vi & vi arm.*

§. IX. De *turbatiane* poſſeſſionis agetur ſub *tit. ſequ.* *Amittitur* autem poſſeſſio regulariter corpore & animo ſimul, prout adquiritur, *l. 8. ff. h. t.* ſi id, quod poſſidemus, *ita perdiderimus, vt ignoremus, vbi ſit*, deſinimus poſſidere, *l. 25. pr. h. t.* ſi ſcilicet tertius poſſeſſionem inuaſit, alias non, *l. 44. pr. h. t.* Interdum tamen *inuiti* etiam poſſidere deſinimus, ſi res per vim, aut furtum ablata, *l. 15. h. t.* item, ſi prætor alium in poſſeſſionem rei noſtræ miſit, *l. 30.* §. *2. h. t.*

§. X. Quæ de rebus per furtum ablatis modo diximus, ea quoque altero caſu procedunt, *ſi depoſitarius, &c. rem depoſitam furti faciendi cauſa contrectauit. l. 3.* §. *18. h. t.* ex qua lege explicanda eſt *l. 47. h. t.* quamuis Papinianus in hac *l. 47.* a Paulo, qui eſt autor *l. 3* reuera diſſenſiſſe videatur, v. Hub. *prælect. ff. h. t.* §. *ibique Dn. Thom. in ſchol. & nou. add.* De *adquirenda poſſeſſione* peculiarem tractatum edidit Borcholt, add. Cœpolla *de adipiſcenda & recuperanda poſſeſſione, &c.*

Lib.

Digitized by Google

*Lib. XLI. Tit. III.*

Cod. VII. 31.

# De Vſurpationibus & vſucapionibus.

§. I. V*Sucapio* eſt adiectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, *l. 3. ff. h. t.* vocatur etiam *præſcriptio*, & de rebus *corporalibus* vtrumque vocabulum promiſcue prædicatur: de *incorporalibus* autem ſolum dicitur, quod præſcribantur, non quod vſucapiantur. De præſcriptione *actionum* dicetur infra ad *tit. de diuerſ. temp. præſcript.*

§. II. Vſucapio, vt rite procedat, quinque requirit. Inter ea eſt (I) *bona fides*, ſiue opinio, quando quis credit, ſe rem a vero domino accepiſſe & per conſequens illam eſſe ſuam, v. *l. 109. de V. S. Dubitans* ergo non eſt in bona fide, ſi ante celebratum contractum de dominio autoris iam dubitet: dubitatio poſt contractum ſuperueniens b. f. non ſemper tollit, niſi dubitans magis inclinet in eam ſententiam, quod non ſit dominus. Ita diſtinguunt Moraliſtæ, quos v. apud Stryk. *de iur. ſenſ. diſp. 10. c. 4. n. 73. ſqq.*

§. III. Iure Rom. bona fides *ab initio* ſolum requirebatur, *l. 48. h. t.* iure canonico autem, quod mores ſequuntur, *per integrum tempus vſucapionis* ea adeſſe debet, quamuis dictum Apoſtoli, *quod non eſt ex fide, peccatum eſt*, non adeo commode huc adplicatum in *c. f. X. de præſcript.* In du-



Digitized by Google

bio b. f. præſumitur, modo in vſucapione temporali, id eſt, trium & longi temporis, id eſt, decem annorum, titulus fuerit probatus, (ad quem probandum hic obſtringitur poſſeſſor, poſtquam aduerſarius probauit, rem antea ad ſe pertinuiſſe, alias non, v. *tit. præc.* §. *VII.*) in præſcriptione longiſſimi temporis autem nec tituli probatione opus eſt, v. Carpzov, *p. 2. c. 3. d.* 7.

§. IV. Adparet iam ex dictis (II) quod ad præſcriptionem requiratur *iuſtus titulus*, id eſt talis, qui ad transferendum dominium habilis eſt, v. g. emti, donati &c. vnde ſubnectuntur poſtea tituli *pro emtore*, *pro ſoluto* &c. Titulus *putatiuus* etiam ſufficit, ſi iuſta putandi cauſa ſubeſt, ſcilicet, quæ ex facto alieno reſultat, v. g. ſi procurator dicat ſe emiſſe, cui tamen res ſolum commodata erat, *l* 27 *h. t. l. 11. ff. pro emt.* In *ſeruitutibus* præſcribendis dominantis exercitium & ſeruientis patientia loco tituli eſt, v. *tit. comm. præd.* §. *VI.*

§. V. De rebus *meræ facultatis* ita tenendum. Dicuntur tales, quæ a mero arbitrio noſtro dependent, id eſt, vbi libertas noſtra neque per legem, neque per conuentionem, neque per diſpoſitionem teſtamentariam eſt reſtricta, v. g. feneſtras in proprio pariete aperire, lumina vicini obſcurare, &c. Hæc libertas non amittitur, niſi poſtquam v. g. vicini prohibitio b. f. acceſſit & nos poſt eam prohibitionem per longum tempus, i. e. decem annorum, adquieuimus, id eſt, libertate noſtra vſi non ſumus, v.



Digitized by Google

*d. tit. commun. præd.* §. *VI.* Inde prohibitio & alterius non vſus hic loco tituli eſſe dicitur.

§. VI. Quod (III) *res* adtinet, quæ vſucapiuntur: illud primo per ſe patet, eas in commercio eſſe debere: deinde vero licet in commercio exiſtant, vlterius requiritur, vt non ſint *vitioſæ.* Sunt vero tria poſſeſſionum vitia, ſcilicet *vis*, (quæ furtum comprehendit) *clandeſtinitas* & *precarium*, *l. 1. ſſ. f. ff. vti poſſid.* & diuiduntur in *realia*, quæ ad quemuis poſſeſſorem tranſeunt, vt vis & vitium furtiui: & in *perſonalia*, quæ ad tertium poſſeſſorem neutiquam tranſeunt, vt clandeſtinitas & precarium, *l. 24. §. 1. ff. h. t.*

§. VII. Sequitur itaque exinde, quod *res furtiua* & *vi erepta* neque ab ipſo fure, neque a quocunque tertio poſſeſſore vſucapi queat, vitium enim rei tamdiu inhæret, donec ea res in poteſtatem domini reuerſa fuerit, *§. 3. & 8. I. l. 4. §. 6. ff. h. t. l. 11. C. de adquir. poſſ. clam* & *precario* poſſeſſas quidem nec ille vſucapit, qui eas clam & precario accepit, quia in mala fide conſtitutus eſt; interim tamen vſucapio procedit, ſi ſunt res immobiles & tertius b. f. & iuſto titulo eiusmodi res comparauit, quo pertinet *l. 5. pr. ff. de diu. temp. præſcr.* v. Brunnem. *ad l. 5. ff. de diuerſ. temp. præſcr. & ad l. 11. C. de adquir. & ret. poſſ.* Diſp. noſtr. *de vitio reali & perſonali.*

§. IIX. Requiritur (IV) *legitimum tempus*, intuitu mobilium triennium, ſiue is, contra quem præſcribitur præſens ſit, ſiue abſens: intuitu immobilium inter præſentes decem, inter abſentes



Digitized by Google

viginti anni, *pr. l. h. t.* Hoc ita, ſi quis per *integrum decennium* abſens fuit. Si vero *certis annis præſens certis autem abſens*, anni abſentiæ duplicantur, vnde v. g. qui VI annis præſens, reliquo autem tempore abſens fuit, XIV annis opus habet ad vſucapionem: vel quod eodem recidit, anni abſentiæ dimidiantur & adduntur annis præſentiæ, quo facto videndum, an X anni ſint completi, v. g. in priori caſu, ſi quis VI annis præſens, IIX annis autem abſens fuit. Ita optime ex *nou. 119. c. 8.* rem proponit Hopp. *comm. ad pr. l. h. t. verb. inter præſent.* dicuntur autem iure Romano *præſentes*, qui in eadem prouinicia domicilium habent, *l. f. C. de præſcript. long. temp.* hodie, qui ſub eodem iudice, præſertim ſi territorium amplum, Brunnem. *ad d. l. f.* Struu. *ex. 43. th. 17.* iure *Saxonico* ſine vlla diſtinctione res mobiles anno & die, immobiles autem XXX annis, anno & die vſucapiuntnr, *Landr. l. 1. art. 28. & 29.*

§. IX. Quando de *abſentibus* loquimur, intelligimus *abſentiam ordinariam*, propter extraordinariam enim reſtitutioni in integrum locus aliquando eſt, v. *tit. ex quib. cauſ. mai. §. II.* Quæritur: *an præſens etiam reſtitutionem petere queat:* de iure negatur, quia vſucapio in pœnam negligentiæ introducta; v. *l. 1. ff. h. t.* negligens autem beneficiis legum indignus eſt, & nulla hoc modo daretur vſucapio, quia quilibet ignorantiam adlegaret, Struu. *ex. 8. th. 76.* v. omnino Brunnem. *ad l. f. C. de præſcr. long. temp.* Hahn. *ad Weſenb. h. t. n. 14. verb. tamen etiam.* Interim tamen nonnulli DD. nihilominus reſtitutioni locum eſſe volunt, v. Zanger. *de except. p. 3. c. 10. n. 227.* quorum opinio ab Electo-

re

re Saxoniæ intuitu præſcriptionis XXX annorum recte improbata, *conſt. 9. p. 2.*

§. X. Recenſuimus *terminum vſucapionis ordinarium:* ſubnectenda nunc ſunt tempora *extraordinaria.* Tale eſt (a) tempus XXX *annor.* intra hoc præſcribuntur res, quas *anteceſſor ipſe præſcribere non potuiſſet*, idque vel ob *deficientem titulum*, v. g. ſi res in hereditate reperta, quæ defuncto ſaltem commodata erat, heres vero eandem iure dominii ad defunctum pertinuiſſe exiſtimat, prout ex *l. vlt. C. de vſucap. pro hered.* colligit Struu. *Ipr. R. G. l. 2. tit. 11. §. 11. inf. it. in S. I. c. ex. 43. th. 19. add. l. 8. §. 1. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* vel *ob anteceſſoris malam fidem*, v. g. ſi res commodata, &c. alienata, *nou. 119. c. 7. auth. malæ fidei. C. de præſcript. long.* quos tamen textus ad ſolas res *immobiles* reſtringunt DD. v. Gothofr. & Brunnem. *ad d. auth.* vel etiam *propter vitium reale*, v. g. ſi res furtiua alienata & ab alio b. f. accepta, Struu. *d. ex. 43. th. 19.* Dn. Hopp. *comm. ad §. 2. I. h. t. in vſ. hod.*

§. XI. Aliud tempus extraordinarium (b) eſt XL. *annor.* intra quod adquiruntur *res eccleſiaſticæ*, *auth. quas actiones. C. de SS. eccleſ. ciuitatum, piorum locorum &c.* Pertinet hoc ad rerum *immobilium & actionum perſonalium* præſcriptionem, intuitu mobilium terminus ordinarius manet. Sed quid, ſi *eccleſia contra eccleſiam* præſcribat? putant nonnulli, etiam hoc caſu tempus extraordinar. obſeruari debere, v. Brunnem. *ad cit. auth.* verum hoc dubium, quia priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio ſuo, v. *tit. de conſt. princ. §. vlt.* Porro XL. annis præſcribuntur res *fiſcales & patrimon. princ. l. vlt. C. de fund. patrim. l. 11.* quod intelli-

Digitized by Google

ge de rebus fiſco iam *plene quæſitis*, ſiue, vt dicunt, incorporatis; bona enim vacantia, ſiue, quæ nullum heredem habent, quadriennio præſcribuntur, ſi fiſco nunciata fuerunt; ſi non nunciata, decennio *l. 1. C. de quadrienn. præſcr. l. 18. ff. h. t.*

§. XII. Porro (c) aliud eſt *tempus immemoriale*, quod ad certos annos reſtringi nequit, ſed eo ſaltem reſpicitur, vtrum adſint homines, qui facti contrarii ſcientiam habeant. Intra hoc tempus *regalia*, v. g. ius venandi, iurisdictionem, &c. nec non *immunitatem a tributis* contra principem præſcribi dicunt, quod quomodo intelligendum, v. *tit. de conſtit. princ.* §. X. Bona autem *domanialia* præſcribi nullo modo poſſunt, quia hoc contra vtilitatem reip. eſſet, v. Brunnem. *conſ. 1.* Valde miror, quod nonnulli præſcriptionem domanialium ex *c. 33. X. de iureiur.* probare nitantur: cum ibi tamen contrarium habeatur, *alienationes in præiudicium regni factas reuocandas eſſe, licet iuramentum de illis non reuocandis præſtitum fuerit.*

§. XIII. Hæc de tempore vſucapionis. Requiritur autem (V) adhuc *continua poſſeſſio*, *l. 3. ff. h. t.* & coniunguntur hic tempora anteceſſoris & ſucceſſoris, ſi vterque eſt in bona fide, alias in fide anteceſſoris eatenus nocet, vt ſucceſſor non niſi intra XXX annos præſcribat, v. §. X. *h. t.*

§. XIV. Hæc continua poſſeſſio interrumpitur per *vſurpationem l. 2. h. t.* quæ fit vel *factis*, cum quis de poſſeſſione vi deiicitur, vel alicui ea eripitur, iuſte, vel iniuſte, *l. 5. ff. h. t.* & dicitur *naturalis*, *d. l. 5.* cui contra diſtinguitur *ciuilis*, quæ *verbis* fit, vel ita, vt *extra iudicium* poſſeſſori ſolum denuncietur, rem eius non eſſe, vel *in iudi-*

Digitized by Google

*dicio*, inſtituta actione. Extraiudicialis denunciatio tunc demum poſſeſſionem interrumpit, quando per eam poſſeſſor in m. f. conſtituitur, v. g. ſi quis poſſeſſori documenta oſtendit, ex quibus dominium ſuum probare poteſt; iudicialis autem hodie indiſtincte fit per ſolam citationem, *l. 2. C. de ann. except.* Stryk. *in not. ad Brunn. ius eccleſ. l. 2. c. 11. §. 7. verb. nuda citatione*, effectus interim ab euentu litis dependet.

§. XV. Quamuis vero quinque illa requiſita ſub hoc titulo recenſita omnia concurrant; nihilominus tamen hæc nondum ſufficiunt, ſed eo præcipue reſpiciendum; *vtrum ei*, contra quem præſcribitur, *negligentia aliqua imputari queat*, v. *l. 1. in f. ff. h. t.* vbi ergo negligentia ceſſat, ibi nec vlla currit præſcriptio, ſed ea *dormit*.

§. XVI. Ita contra *pupillos* non currit præſcriptio, v. *l. 48. pr. ff. de A. R. D. minores* aduerſus præſcriptiones temporales etiam ipſo iure ſunt tuti, contra præſcriptionem XXX. vel XL. annorum autem (quæ ſcilicet iam aduerſus anteceſſorem inchoata fuit), reſtitutionem in integrum petere tenentur, v. *l. 5. C. in quib. cauſ. in int. reſtit.* Ita, ſi *maritus res dotales*, aut *pater bona aduentitia liberorum* alienat, præſcriptio contra vxorem, vel liberos, ab eo demum tempore currere incipit, quo matrimonium, vel patria poteſtas ſoluta fuit, ſed & hoc caſu præſcriptione XXX. annorum opus eſt, *auth. niſi tricennale. C. de bon. matern.* Pertinet huc regula: *agere non valenti non currit præſcriptio*, *v. l. 1. ff. 2. in f. C. de ann. except.*

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII. Ita quoque *tempore belli* præſcriptio non currit, ſi *iuſtitium* fuit, id eſt, tribunalia clauſa fuerunt. In *R. I. de a. 1654.* §. *ſo viel nun 172.* intuitu *belli tricennalis* diſpoſitum, quod præſcriptio ſimpliciter ceſſare debeat, ſine diſtinctione, an iuſtitium fuerit, annon, quæ diſpoſitio in vniuerſum merito obſeruari deberet, cum admodum æqua ſit. Mille enim impedimenta tempore belli deprehenduntur non ſolum ex parte iudicis; ſed actoris etiam & rei, quæ prohibent, quo minus quis res ſuas, vel ſibi debitas, via iuris perſequi poſſit.

§. XIIX. Tituli ad transferendum dominium habiles, de quibus ſupra §. *IV. h. t.* recenſentur in *tit. ff.* ſequentibus. *Ita pro ſoluto, pro emtore, pro donato, pro legato, pro dote*, vſucapit, cui res aliena ſoluta, vendita, donata, legata & in dotem data: *pro derelicto*, qui adprehendit rem a non domino pro derelicta habitam: *pro ſuo*, qui rem alienatam in litore maris invenit, quam nullius eſſe putabat. Poſſes etiam addere *pro permutato, pro transacto*, &c. quemadmodum in *l. 17. ff. de vſurp. & vſuc.* titulus *pro adiudicato* habetur, ſi in iudicio communi diuidundo res aliena per errorem mihi adiudicata. Titulus *pro herede*, qui eſt *tit. VI. h. l.* non eſt peculiaris & nouus titulus, quia heres ius defuncti ſaltem continuat. Pertinent huc Oldendorp. & Gebhard *de vſucapionibus:* Gilkenius *de vſucapionibus & præſcriptionibus:* Balbus, Alciatus, Hoſtienſis, Pacius, Durandus & Dynus Mugellanus *de præſcriptionibus:* Ockel *de præſcriptione immemoriali, &c.*



Digitized by Google

*Lib. XLII. Tit. I.*
Cod. VII. 42. ſqq.

# De re iudicata, & de effectu ſententiarum & de interlocutionibus.

§. I. S*Ententia* eſt deciſio cauſæ controuerſæ per iudicem facta. Cauſſa principalis ipſa per ſententiam *definitiuam*, incidens autem, v. g. ſi ſuper exceptionibus dilatoriis diſceptatum, per *interlocutoriam* deciditur. Hæc poſterior cauſæ principali regulariter nullum præiudicium adfert, niſi interdum per indirectum, quo caſu *interlocutoria mixta* dicitur, v. g. ſi pronunciatum, teſtes inhabiles eſſe, & alii non ſint in promtu.

§. II. Sententiam vel *ipſe iudex* fert, vel eius nomine *collegium aliquod iuridicum*, ad quod acta moribus noſtris ſæpe tranſmittuntur. Ceterum, ſi iudicium ex *pluribus membris* conſtat eaque inter ſe diſſentiunt, plurium votis ſtatur, *l. 39. ff. h. t.* ſi paria vota adſunt: ſententia præfertur, quæ minimam ſummam continet, aut quæ rei fauorem reſpicit, niſi actoris cauſa magis fauorabilis ſit, v. g. ſi libertatem concernat, *l. 38. ff. h. t.* quo DD. etiam cauſam dotis, teſtamenti, omnemque cauſam piam referunt.

§. III. Sententia ferenda eſt *præſentibus partibus l. 47. ff. h. t.* aut per contumaciam abſentibus, *l. 2. C. quom.*

Digitized by Google

*C. quom. & quand. iud.* & prælegenda *ex periculo*, (breuiculo, ſeu ſchedula) *t. t. C. de ſent. ex peric. recit.* ſiue ab ipſo iudice, ſiue per miniſtrum eius, præcipue ſi iudex illuſtris ſit, *l. 2. C. d. t.* quod autem in *c. f. de ſent. in 6.* dicitur, ſententiam nullius eſſe momenti, *quam iudex ſtando, non ſedendo profert*; illud reuera nullius in praxi eſt momenti. Facta interim publicatione *dies & hora publicationis* adnotanda, nec non, quinam tempore publicationis ex litigantibus præſentes fuerint.

§. IV. Quod *iuſſit, vetuitue prætor* (ſcilicet absque plena cauſæ cognitione.) *contrario imperio tollere* licet: de *ſententia contra, l. 14. ff. h. t.* quam legem DD. ſine fundamento ad ſolam definitiuam reſtringunt. Interim tamen leges permittunt, vt *eodem die ſupplere poſſit* prætor, quæ *ad conſequentiam iam ſtatutorum pertinent*, priori tamen ſententiæ deſunt, *l. 42. h. t.* v. g. ſi poſſeſſor quidem ad reſtitutionem rei, non vero fructuum, aut expenſarum, fuerit condemnatus.

§. V. Quod ſententia *nomen iudicis & partium*, nec non *condemnationem*, vel *abſolutionem* in ſe continere debeat; hoc natura rei oſtendit. Debet etiam *conformis libello* eſſe, & *certa*, vel *per ſe*, v. g. ſi res reſtituenda, vel quantitas ſoluenda, in ſententia diſerte exprimitur; vel *per relationem ad aliud*, v. g. libellum, &c. *beklagter iſt die libellirte poſt zu bezahlen ſchuldig.*

§. VI. Poſt elapſum decendium ſententia tranſit in *rem iudicatam*, quæ, vt DD. loquuntur, ex

ex albo nigrum & ex nigro album facit, vnde pro veritate habetur, *l. 207. ff. de R. I. l. 56. ff. h. t.* nec propter inſtrumenta nouiter reperta reſcindi poteſt, *l. 4. C. de re iud.* nec reſcripto principis, *l. 3. C. ſent. reſcind. non poſſ.* v. Petr. Anton. de Petra *in pec. tract. de iure quæſito per principem non tollendo.*

§. VII. Adſunt tamen exceptiones. Non tranſit ſententia in rem iudicatam, (a) quæ *contra ius in theſi* prolata, *l. 2. C. quand. prou. non eſt nec.* (b) quando ſententia *contra rem iudicatam priorem* lata, *l. 1. C. quand. prou. non eſt nec.* (c) quando lata *ex falſis teſtimoniis*, conſpiratione aduerſariorum, teſtibus pecunia corruptis, *l. 33. ff. h. t.* (d) quando lata *ex conſilio artificum*, v. *c. 14. X. de probat.* Brunnem. *proc. ciu. c. 27. n. 65.* addunt (e) ſi ſententia *contra matrimonium* prolata, *c. 7. X. de ſent. & re iud.* verum ille textus de eo caſu ſolum loquitur, ſi diſſolutio matrimonii *leuitate quadam* facta & eccleſia *decepta* fuit; alias vero intereſt, vt cauſæ etiam matrimoniales aliquando finiantur.

§. IIX. Ex re iudicata *actio iudicati* oritur, per quam intelligitur imploratio officii iudicis pro decernenda executione, v. Huber. *prælect. ff. h. t. n. 50.* terminus, intra quem executio peragitur, hodie pro diuerſitate prouinciarum variat, vnde hoc non ex iure Romano, (quo in actionibus perſonalibus ſpatium IV. menſium indulgebatur, *l. vlt. C. de exec. rei iud.*) ſed ordinationibus proceſſus cuiusque loci addiſcendum. Executio fit (1) in *mobilia*, (2) in *immobilia* & hisce non ſufficientibus (3) in *iura*, *l. 15. §. 2. ff. h. t.* Reliqua pertinent

tinent ad proceſſum, quæ plene expoſita *in der Einleit. zum ciu. proceß. c. 35.* Conf. Oldendorp. *de re iudicata.* Sigism. Scaccia *de ſententia & re iudicata:* Sebaſt. Vantius *de nullitatibus ſententiarum & proceſſuum:* Dan. Claſſenius *de effectibus rei iudicatæ, &c.*

## *Lib. XLII. Tit. II.*
## Cod. VII. 59.
# De confeſſis.

§. I. CVm materia de re iudicata connectitur præſens titulus de confeſſis, quia *confeſſus pro iudicato eſt*, qui quodammodo ſua ſententia damnatur, *l. 1. ff. h. t.* Diuiditur autam confeſſio a DD. in *veram & fictam.*

§. II. *Ficta* confeſſio vel oritur *ex contumacia* rei, vnde apud Saxones præcipue, tamquam confeſſus & conuictus condemnatur; vel *ex taciturnitate*, ſi v. g. vna pars in actis aliquid adlegat, quod factum concernit, & altera pars huic non contradicit. Hæc in ciuilibus quidem effectum habet, non vero in criminalibus, v. *vſ. pr. diſt. h. t. diſt. III.*

§. III. *Vera* confeſſio ex verbis & factis liquidis prouenit. De ea, quantum ad cauſas *ciuiles* adtinet, in genere dicitur, quod ſit inſtar condemnationis per ſententiam, *l. 1. h. t.* ſiue ſit facta *extra iudicium*, ſiue *in iudicio*, ſiue *ante L. C.* ſiue *poſt eam*, & leges, quas vulgo adferunt, v. g. *l. 6. ſ. f. h. t. l. 21. & 74. ff. de iudic.* pro adſtruenda differentia inter caſus adlatos; nihil plane

pro-

Digitized by Google

probant, & nequidem eorum caſuum mentionem iniiciunt. Nulla ergo remanet differentia inter confesſionem iudicialem & extraiudicialem, quam quod iudicialis facilius probari, & quia cauſa iamdum in iudicium deducta eſt, ſententia eo promtius ſubſequi posſit.

§. IV. Neque illa differentia fundamentum habet, quod *extraiudicialis præciſe acceptanda ſit ab aduerſario*, & niſi hoc factum, ea ſemiplenam probationem ſolum operetur, v. Struu. *ex. 44. th. 25.* ſufficit enim, modo confesſio illa probari queat, Lauterbach. *h. t.* Ad textus a Struuio adductos iam reſpondimus in *vſ. pr. diſt. h. t. diſt. II.* Mev. *7. dec. 155.* Hahn. *ad Weſenb. h. t. n. 10.*

§. V. Hoc interim certum eſt, (a) *confitentem ius diſponendi de rebus ſuis habere debere*, ex confesſione enim damnum aliquod incurrit. Hinc pupillis & minoribus confitentibus ſuccurritur, vt alias, ſi læſi ſunt, *l. 6.* §. 5. *h. t.* (b) confitentem *certum quid exprimere debere*, v. g. certam quantitatem, vel ſpeciem, *d. l. 6.* §. *1. h. t.* alias enim confesſio nullius eſt momenti, Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *8.*

§. VI. In cauſis *criminalibus* confesſio iudicialis ad condemnationem ſufficit, modo de corpore delicti conſtet, alias pœnæ extraordinariæ ſolum locus eſt. Si quis extra iudicium delictum confesſus, illud autem deinde in iudicio iterum neget: torturæ locus eſt, pro qualitate delicti, de quo infra ad *tit. de quæſtion.* §. *V.* Brunnerus *de confesſione iudiciali.*



Digitized by Google

## *Lib. XLII. Tit. III.*
## Cod. VII. 71.
# De ceſſione bonorum.

§. I. DEbitores ære alieno grauati communiter *indultum moratorium*, vt vocant, impetrare ſolent, quo referunt, *l. 2. & 4. C. de prec. imp. offer.* & quia hoc ſæpe ad quinquennium concedi conſueuit, hinc vocatur *quinquennal.* Ad delicta interim eiusmodi indultum non extenditur, conf. Ant. Freundeberg *in pec. tract. de reſcriptis moratoriis, ſiue induciis quinquennalibus.*

§. II. Quod ſi nec hac dilatione impetrata debitor ſibi conſulere poſſit, recurrendum eſt ad *ceſſionem bonorum*, quæ vocatur *flebile adiutorium* in *l. 7. C. h. t.* & *miſerabile auxilium* in *l. 8. C. eod.* quoniam ſcilicet debitor omnia ſua bona creditoribus relinquere tenetur. Dicitur interim beneficium comparatiue, quia minori malo adficitur debitor: ſi enim hic bonis ſponte non cederet, ea nihilominus ipſi eriperentur & præterea debitor in carcerem detruderetur, v. *l. 1. C. h. t.* Dixi: ceſſioni bonorum adhuc locum eſſe, *quamuis quis ante indultum moratorium iam impetrauerit*, v. *l. vlt. C. h. t. ibique Græneweg.* Bachou. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 24. th. 4. e lit. l. verb. an renunciari:* Zoeſ. *ad ff. h. t. n. 25.* diſſentiunt interim multi, qui poſt impetratum illud indultum ceſſionis beneficio locum eſſe negant, ſed ſine fundamento, v. B. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. 5.

§. III. Quoniam ergo ceſſio bonorum beneficium eſt: ergo illa *decoctoribus fraudulentis*, aut, qui *ex delicto* debitores ſunt, non proficit, ex ratione *l. 37. ff. de minor.* e contrario autem debitor

eidem

Digitized by Google

eidem valide *renunciare poteſt*, quia beneficium inuito non obtruditur. Renunciatio interim ex eo non infertur, ſi quis, ſe ſoluturum eſſe, iureiurando interpoſito promiſerit, v. Henr. Zœſius *in comm. ff. h. t. n. 3.* Porro ex eodem fundamento fluit, quod debitor audiendus ſit, ſi *eum pœniteat, bonis ceſſiſſe*, *l. 5. ff. h. t.* ſi ſcilicet alia media poſt ceſſionem ſeſe obtulerunt, quibus creditoribus ſatisfieri queat, *l. 2. C. h. t.*

§. IV. Bonis non ſolum *in iure*, ſed etiam *extra ius* cedi poſſe, dicitur *in l. 9. ff. h. t.* hodie communiter in iure fit, implorato iudicis officio, vt ad beneficium ceſſionis debitorem iudex admittat & creditores ad liquidanda (i. e. deſignanda & probanda,) credita ſua per edictum citet. Ceſſio illa hodie in aliquibus locis, v. g. in Pomerania, etiam *oblatio bonorum* dicitur, hinc *der oblations-proc.* nihil aliud eſt, quam proceſſus concurſus creditorum.

§. V. Cedenda ſunt *omnia bona*, de quibus cedens diſponere poteſt, etiam commoditas ex vſufructu, emphyteuſi, feudo, &c. quamdiu cedens viuit. Exhibendum itaque eſt inuentarium bonorum, cui ſi quid deeſſe ſuſpiciantur creditores, iuramentum debitori eo nomine deferre poſſunt, quod vocant *bonorum copiam eiurare*, v. Gothofr. *in not. ad rubr. h. t. vbi multa alia notatu digna.* Nihil ergo relinquitur debitori, ſed, vt loqui ſolent, ad ſaccum & peram vſque excutitur ille, niſi quod ex æquitate veſtis quotidiana concedatur, ne nudus incedat debitor, Zœſ. *ad ff. h. t. n. 14.*

§. VI. Deinde etiam nonnullæ perſonæ non condemnantur, niſi *in id, quod facere poſſunt, l. 16. ff. de re iud.* ſiue, vt nos loquimur, *beneficio competentiæ* gaudent, vi cuius tantum ipſis eſt relinquendum, quantum ad neceſſaria vitæ ſubſidia iuxta ſtatum & dignitatem eorum requiritur, Carpz. *p. 1. c. 32. d. 16.* vno verbo: vt honeſte ſe exhibere queant. Hoc ius mere perſonale eſt & hinc defuncto debitore heredibus non competit, v. *tit. de conſtit. princ. §. VII. in f. l. 25. ff. de re iud.*

§. VII. Gaudent eo beneficio *parentes, & liberi, patroni, l. 16. & 17. ff. de re iud. ſocii*, non tantum, qui omnium bonorum, de quibus in *d. l. 16. ff. de re iud.* ſed etiam vnius rei, *l. 63. pr. ff. pro ſoc.* ſi ſcilicet ex contractu ſocietatis alter ſociorum contra alterum agit: *fratres*, arg. *d. l. 63. pr. ff. pro ſoc. ibi ius quodammodo fraternitatis: maritus & vxor, l. 20. ff. de re iud. ſocer vterque, l. 21. & 22. ff. eod. l. 15. §. vlt. l. 17. pr. ff. ſol. matrim. donat. l. 19. §. 1. eod.* ſi ſcilicet ex cauſa donationis conuenitur: *filiusfamilias*, qui conuenitur, poſtquam ſui iuris factus, v. *tit. quod cum eo §. I. milites, l. 6. & 18. ff. de re iud. debitor, qui ſemel bonis ceſſit*, de quo deinde §. X.

§. IIX. DD. dictum beneficium quoque ad *clericos, aduocatos, nobiles, doctores, ſcholarum collegas, ciuitates, eccleſias, hoſpitalia*, omnesque illos, qui *caſu*, v. g. *bello, incendio, &c. bonis lapſi*, extenderunt, v. Zanger *de except. p. 2. c. 15. n. 12.* Richter *deciſ. 24. n. 2. ſqq.* verum cum lex deficiat, ea extenſio locum non habebit, niſi moribus roborata fuerit. Sic v. g. Nobilibus dictum beneficium denegat Brunnem. *ad l. 16. ff. de re iud. n. 2.* Finckelth.

Digitized by Google

ckelth. O. *113. n. 17. ſqq.* ciuitatibus autem & illis qui per calamitatem belli bonis lapſi, Richter *d. dec. 24. n. 12. &c.*

§. IX. Ceſsionis beneficium non prodeſt heredibus, prout §. VI. dictum: qui tamen, ſi vel plane abſtinent ab hereditate, vel eam ſaltem cum beneficio inuentarii adeunt, ſibi conſulere poſſunt, quia tunc vltra vires hereditatis non tenentur. *Fideiuſſoribus* etiam non proficit ceſsio principalis debitoris, quippe quæ mere perſonalis *l. 63. §. 1. ff. pro ſoc. l. 24. ff. de re iud.*

§. X. Ceſsio bonorum *non liberat in perpetuum*, ſed ſi debitor deinde iterum bona adquiſiuit, ea rurſus poſtulantibus creditoribus diſtrahi permittitur, *l. 7. ff. h. t.* modo tales facultates adquiſitæ ſint debitori, quibus prætor moueri posſit, *d. l. 7.* non ergo, ſi modicum adquiſitum, quod ex quantitate æſtimatur, quia debitor alimentis quotidianis non eſt fraudandus, vnde nec eripitur, ſi quid miſericordiæ cauſa ei fuerit relictum, puta menſtruum, vel annuum, alimentorum nomine, *d. l. 7. & l. 6. ff. h. t.*

§. XI. Ceſsio, quia beneficium eſt, *non infamat*, v. Zœſ. *h. t. n. 19. & 20.* in *Saxonia electorali* tamen ea locum non habet, ſed debitor vrgentibus creditoribus in carcerem, *den Schuldthurn*, detruditur, *conſt. elect. 22. p. 2.* niſi elector ex cauſa carcerem remittat, *ibid. in fin.* debitor ex eleemoſynis alitur, & in ſubſidium a creditore, Carpz. *p. 2. c. 22. n. 9. 10.* non tamen ibi propter carcerem debitum diminuitur, Carpz. *d. c. 22. d. 8. & 9.* Iure *Lubecenſi* etiam carcer obtinet, vel, ſi creditor ma-

 lit,

Digitized by Google

lit, debitor ipſi adiudicatur, vt operas præſtet, *iur. Lub. l. 1. tit. 3. art. 1.* quod etiam iure *Saxonico communi* ita ſeruatur, *Landr. l. 3. art. 39.*

§. IIX. Pertinent huc: Manzius *in patrocinio debitorum depauperatorum:* Brunus & Maulius *de ceſſione bonorum:* Meuius *in diſcuſſione leuaminum inopum debitorum:* Straccha *de decoctoribus:* Gothofredus a Iena & Schulze *de beneficio competentiæ,* &c. Conferri etiam poteſt Colerus *in tr. de proceſſu executiuo.*

*Lib. XLII. Tit. IV.*

## Quibus ex cauſſis in poſſeſſionem eatur.

§. I. AGunt DD. ſub hoc titulo *de miſſione ex primo & ex ſecundo prætoris decreto,* quæ diſtinctio in *l. 15. §. 16. ff. de damn. infect.* habetur, in aliis vero iuris textibus expreſſe non reperitur. Ceterum, miſſionem *ex primo decreto* eam eſſe dicunt, quæ fit in bona *latitantis. l. 2. §. 1. h. t.* (*latitare* etiam dicitur, qui *circa columnas ſe occultat, vt creditorem euitet, l. 36. ff. de reb. aut. iud. poſſ.*) ſaltem *cuſtodiæ cauſſa*, non autem tribuit ius vendendi bona, *l. 12. h. t.* vnde etiam in bona pupilli fieri poteſt, *l. 3. §. 3. l. 5. h. t.* Imo creditor conditionalis etiam mittitur, *l. 6. pr. h. t.* Hæc apud nos non eſt in vſu, ſed reus hodie ad præſtandam cautionem mandatis pœnalibus adigitur, v. *tit. damn. inf. §. II.* aut res ſequeſtratur, v. *tit. vt legat. ſeu fideic. ſeru. cauſ. inf.* add. *R. I. de a. 1654. §. 36.*

§. II. Si reus *nimium contumax* erat, *l. 7. §. 19. h. t.* vel *fraudationis cauſa latitabat, l. 7. §. 1. h. t.* prætor

tor eius bona vendi iubebat, præcedente tamen cauſæ cognitione, & hanc vocant miſſionem *ex ſecundo decreto.* Apud nos, prout dictum, miſſio ex primo decreto ceſſat: ergo etiam miſſionem ex ſecundo decreto non habemus, huic tamen ſimilis eſt, quæ hodie fit poſt rem iudicatam in bona debitoris, quæ creditori facultatem tribuit, vt vel rem, in quam miſſus eſt, ſub haſta vendere, vel ex fructibus particularem ſolutionem accipere poſſit, ad quod poſterius tamen inuitus cogi nequit, de quo v. *Einleit. zum ciu. proc. c. 35.* §. *10. ſeqq.* Conſ. Philippi *in tr. de ſubhaſtationibus:* Poſthius *de ſubhaſtationibus:* Anth. Matthæi *de actionibus*, &c.

*Lib. XLII. Tit. V.*
Cod. VII. 72.

## De rebus autoritate iudicis poſſidendis, ſeu vendundis. In editione Haloandrina deinde Tit. VI. ſubiungitur: DE PRIVILEGIIS CREDITORVM, qui incipit poſt *l. 15. ff. h. t.*

§. I. SVb hoc titulo DD. explicare conſueuerunt, *quo ordine creditoribus diuerſis concurrentibus ſatisfieri debeat*, quorum veſtigiis proinde & nos inſiſtemus. Non pertinent autem ad creditorum claſſem, qui iura *dominii* probare poſſunt, ſed hi res *extantes* vindicant, v. g. liberi



Digitized by Google

res aduentitia, vxor dotales, paraphernales, commodans rem commodatam, &c.

§ II Quod *creditores* ipſos adtinet, illi commodiſſime in *quinque claſſes* diſpeſci poſſunt. In PRIMA CLASSE ponitur (a) *magiſtratus* ratione *ſportularum*, ſiue *expenſarum iudicialium*, quibus adcenſentur ſumtus in confectionem inuentarii & æſtimationem bonorum, Struu. *S. I. C. ex. 44. th. 47.* (b) *impenſæ funeris debitoris*, *l. 45. ff. de relig.* eorumque, ad quos funerandos debitor tenebatur, *l. 17. pr. ff. h t.* quo etiam referuntur expenſæ in curam ægroti vltimo in morbo factæ, Brunnem, *de proc. conc. cred. c. 5. §. 15.*

§. III. Porro (c) in prima claſſe ſoluuntur *mercedes famulorum*, id eſt omnium, qui in ædibus & conuictu debitoris operas præſtiterunt, non quidem ex diſpoſitione iuris ciuilis, ſed Saxonici communis in praxi recepti, Landrecht *l. 1. art. 22.* pertinent huc quoque *impenſæ in culturam argrorum vltimo anno factæ*, nec non *frumentum ſementarium*, Brunn. *d. c. 5. §. 18. ibique Stryk. in not.*

§. IV. (d) Omnia *onera*, *quæ magiſtratibus ex fundis debentur:* (e) *annui reditus*, *cenſus*, &c. *qui ſingulis annis priuatis ſoluendi:* (f) *pecuniæ hereditariæ*, quas coheres coheredi ob adiudicata prædia hereditaria debet: denique (g) *pecuniæ*, quas *ex venditione alioque contractu certis diſtinctisque terminis* ſoluere tenetur debitor, Brunn. *d. c. 5. §. 19. 20. 21.*

§. V.

Digitized by Google

§. V. Ius *Saxonicum* a iure communi quoad hanc primam claſſem in eo differt, (1) quod mercedes famulorum expenſis funeris præferantur, & (2) quod famulæ *tempore mortis* adhuc in conuictu debitoris exiſtere, ipſisque *certa merces* conſtituta eſſe debeat, Carpzou. *p. 1. c. 28. d. 24. 25. & 29.*

§. VI. In SECVNDA CLASSE collocantur (a) qui pecuniam crediderunt ad *conſequendam militiam*, id eſt, dignitatem in palatio imperatoris, *auth. quod obtinet. C. de pign.* quod adplicant ad omnes caſus, vbi quis dignitates emit, quæ *certum ſalarium adnexum* habent, v. g. canonicatum, officium militare, ciuile, &c. Brunn. *d. c. 5. §. 26. & ibi not.*

§. VII. (b) *Fiſcus* ratione *debiti primipilaris, l. 4. C. in quib. caus. pign. l. 3. C. de primipilo lib. 12.* eſt vero primipilum *militaris annona*, cui debitor præfectus fuit, Gothofr. *ad d. l. 3*. (c) *vxor* ratione *dotis illatæ, l. 12. C. qui pot. in pign.* & *augmenti dotis*, v. *l. 8. C. de iur. dot.* etiam eius, quod ex ſtatuto debetur, v. g. in Pomerania dimidia pars dotis, die verbeſſerung, Stryk. *exam. iur. feud. c. 21. qu. 17. 18.* nec nocet vxori, licet ſciens *obærato nupſerit*, modo maritus, *culpa vel dolo vxoris, ad inopiam non peruenerit*, Brunn. *d. c. 5. §. 29. ibique not.*

§. IIX. (d) *Fiſcus* intuitu *debitorum ex contractibus prouenientium*, qui tamen ius prælationis in illis ſolum bonis habet, quæ debitor *poſt contractum cum fiſco initum adquiſiuit, l. 28. ff. de iur. fiſc.* (e) qui *ad refectionem ædium, nauis, &c.* credidit. *nou. 97. c. 3.* modo refectio ſecuta & res refecta adhuc extet, (f) qui credidit *ad rem emendam*, emtione ſe-



Digitized by Google

cuta, modo creditor *ſibi hypothecam conſtitui curauerit*, *l.6.C.qui pot.in pig.* Vxor, fiſcus, ad refectionem & emtionem credens, ex prioritate temporis æſtimantur & alter alteri hoc intuitu præfertur, Brunnem. *d. c. 5. §. 38.39.40.* Lauterbach. *comp. iur. h. t.*

§. IX. Ius *Saxonicum* quoad hanc ſecundam claſſem a iure communi in eo recedit præcipue, (1) quod vxoris dos hypothecæ tacitæ ſolum præferatur, non vero expreſſæ anteriori, Carpz. *p. 1. c. 28. def. 64.* (2) olim quoque ea vxor amittebat dotis priuilegium, quæ ſciens obærato nubit, *Id. d. c. 28. def. 84.* ſed hoc mutatum in *deciſ. nouiſſ. 6.* niſi forſan creditores probare posſint, *vxorem fraudulenter egiſſe*, *d. dec. 6.* vt ſcilicet maritus eo melius adhuc aliud æs alienum contraheret.

§. X. In TERTIA CLASSE deprehenduntur *hypothecarii*, de quorum prælatione iam ſupra diximus ad *tit. qui pot. in pign. §. 1.* Ad hanc claſſem quoque pertinent vxoris *paraphernalia* & *donatio propter nuptias*, Brunn. *d. c. 5. §. 33. & 34.*

§. XI. In QVARTA CLASSE collocantur (a) *respublica creditrix*, *l. 38. §. 1. ff. h. t.* (b) *deponens*, ſi in depoſito *regulari* res non amplius extat: ſi enim deponens vſum rei conceſſit & vſuras accepit, a ceteris creditoribus (chirographariis) non ſeparatur, *l. 7. §. pen. ff. depoſ. l. 24. §. 2. ff. h. t.* (c) qui crediderunt *ad rem immobilem, vel nauem* emendam, vel exſtruendam, & *hypothecam ſibi conſtitui non curauerunt*, *l. 26. ff. h. t.* v. *ſupra* §. IIX.

§. XII. (c) Ille, cui *alimenta promiſſa, non expreſſo*

*cer-*

Digitized by Google

*certo fundo*, aut expreſſo quidem, ſed *demonſtrationis gratia*, non taxationis, v. *tit. de trit. vin. ol*. §. *II*. (d) *impenſæ medicæ* non in vltimum morbum factæ. (e) *Salaria aduocatorum*, *præceptorum*, qui non in conuictu debitoris fuerunt, *inſtitorum*, &c. (f) qui *ſine vſuris*, (g) *ad redemtionem captiuorum*, (h) *frumentum ad alimenta* crediderunt, vel (i) *oues vendiderunt* poſſeſſori prædii ruſtici, Brunn. *d. c. 5*. § *62. & 64*. (k) *ſponſa*, quæ dotem dedit, *l. 74. ff. de iur. dot.* ex qua explicanda *l. 17. §. 1. ff. h. t.*

§. XIII. Hi creditores in quarta claſſe concurrentes non ex prioritate temporis iudicantur, ſed *omnes ſimul pro rata admittuntur*, hoc vnico excepto, quod *deponens* omnibus præferatur, *l. 7. §. 2. ff. depoſ.* plures deponentes iterum pro rata concurrunt, *d. l. 7. §. 3. depoſ.* v. Carpz. *p. 1. c. 28. def. 149.* Jure *Saxonico* ad hanc quartam claſſem quoque pertinet *venditor* intuitu *reſidui pretii*, licet ſibi de hypotheca non proſpexerit, Carpz. *d. c. 28. def. 154.*

§. XIV. QVINTA CLASSIS eſt chirographariorum, qui omnes ſine temporis reſpectu pro rata concurrunt. Poſtponitur ipſis ſolus *fiſcus*, qui *mulctam* exigit propter delictum commiſſum, *l. 17. & 37. ff. de iur. fiſc.* qui tamen alicubi, v. g. in Saxonia, ducatu Magdeburgico, &c. & hoc reſpectu tacitam hypothecam habet, *Einleit. znm conc. proc. c. 10. §. 70.* *Vſuræ* iure communi in eadem claſſe cum ſorte adiudicantur, iure Saxonico non, licet hoc nomine hypotheca conſtituta, Carpzou. *d. c. 28. def. 161. 162.* quod tamen reſtringitur ad vſuras *lucratorias*, *def. 64.* compenſatoriæ ergo ſoluendæ, v. g. ſi creditor propterea, quod debitor non

Digitized by Google

non ſoluit, pecuniam ab aliis mutuo accipere & vſuras ſoluere neceſſe habuit, *Einleit. zum conc. proc. c. 10. §. 72.* item vſuræ *pretii non ſoluti*, *eccleſiis* & *hoſpitalibus* debitæ, nec non *pupillares*, *def. 167. 171. & 172.* quamdiu tutela durauit, *def. 173.*

§. XV. Autores hic conferendi potiores ſunt: Rodriquez *de concurſu & priuilegiis creditorum*: Richter *de concurſu & priuilegiis creditorum*: Franc. Salgado de Somoza *in labyrintho creditorum*: Brunnem. *de proceſſu concurſus creditorum*: Keyſer *in aſylo creditorum*: Meuius *in theatro concurſus creditorum*: Chemnitius *in diſſ. de iure prælationis creditorum*, quæ Brunnemanni tractatui *de proc. conc. cred.* ſubiuncta eſt: Anton. a Mara, ſiue Elias Schnegas, *de concurſu creditorum*: Haberkorn *de concurſu creditorum*: introductio noſtra *ad proceſſum concurſus*, &c.

## *LIB. XLII. TIT. VI.*
## De ſeparationibus.

§. I. SEparationis *beneficium* eleganter & perſpicue deſcribitur in *l. 1. §. 1. ff h. t.* Debitorem quis *Seium* habuit: hic deceſſit: heres ei extitit *Titius*: hic non eſt ſoluendo, patitur (ob debita propria & hereditaria) bonorum venditionem: creditores Seii dicunt, bona Seii ſufficere ſibi, creditores Titii contentos eſſe debere bonis Titii, & ſic quaſi duorum (ſeparatorum) bonorum fieri venditionem; fieri enim poteſt, vt Seius quidem ſoluendo fuerit, potueritque creditoribus ſuis, vel ita ſemel, etſi non in aſſem, in aliquid tamen ſatisfacere; admiſſis autem commixtisque cre-

creditoribus Titii, minus ſint conſecuturi, quia ille non eſt ſoluendo, aut minus conſequantur, quia plures ſunt: hic eſt igitur æquisſimum, creditores Seii deſiderantes ſeparationem audiri, impetrareque a prætore, vt ſeparatim quantum cuiusque creditoribus præſtetur.

§. II. Separationem quoque petunt *legatarii*, *l. 6. pr. h. t.* & creditores, quibus *ex die*, vel ſub *conditione* debetur, *l. 4. pr. h. t.* ſi *aliqui* petunt, his ſolis prodeſt, *l. 1. §. 16. h. t.* poſtulata autem ſemel ſeparatione regreſſus ad bona heredis non datur, quia ſibi debent imputare ſuam facilitatem, qui, cum bona heredis idonea eſſent, maluerunt bona potius defuncti ſibi ſeparari: heredis autem creditoribus hoc imputari non poteſt, *l. 1. §. 17. h. t.*

§. III. Petunt ergo ſeparationem *creditores defuncti debitoris*; non vero creditores *heredis*, quippe qui ſibi imputare debent, quod cum tali contraxerint, *l. 1. §. 5. h. t.* propter *l. 19 ff. de R. I.* exceptio eſt, ſi heres in fraudem ſuorum creditorum hereditatem adiit, *d. l. 1. §. 5. h. t* Ceterum ſeparatio *ceſſat*, ſi bona defuncti & heredis ita ſunt commixta, vt ſeparari nequeant, quod tamen perraro contingere poteſt, *l. 1. §. 12. ff. h. t.* aut, ſi quis *pignus ab herede acceperit*, *l. 1. §. 15. h. t.* vel *fideiuſſorem*, quia & tunc a fide, quam defuncto habebat, receſſit.

§. IV. Separatio intra *quinquennium poſt aditam hereditatem eſt petenda*, *l. 1. §. 13. ff. h. t.* quod in Marchia, Pomerania & ducatu Megapolitano non obſeruatur, vbi nulla præſcriptio beneficio ſepa-

parationis opponi poteſt, Brunnem. *de proc. conc. cred. c. 5. §. 12. & ibi Dn. Stryk. in not.*

§. V. Datur etiam *quaſi ius ſeparationis*, quando v. g. mercator aliquis *in diuerſis locis diuerſas tabernas habet* ac diuerſas negotiationes exercet. Cuius enim tabernæ intuitu quis credidit: ex ea quoque taberna ipſi primo ſatisfieri debet, Brunn. *ad l. 5. §. 15. ff. de tribut. act. n. 2.* Alius eſt caſus, ſi quis *filio militi* credidit, qui petit ſeparationem peculii caſtrenſis, vt in eo aliis creditoribus præferantur, qui filio ante militiam crediderunt, *l. 1. §. 9. ff. h. t.* Vocant præterea adhuc ius quaſi ſeparationis, ſi *venditor in re vendita hypothecam ſibi reſeruauit, ante* traditionem, vel in ipſa *traditione*, hic enim præfertur omnibus emtoris creditoribus, licet hypothecam generalem in emtoris bonis ante conſecuti fuerint, Brunn. *proc. conc. cred. c. 5. §. 13.* vſ. pract. diſt. *h. t. diſt. 1. Einl. zum concurs proc. c. 11.*

*Lib. XLII. Tit. VII.*

## De curatore bonis dando.

§. I. SI debitor mortuus eſt, aut abſens, eius bonis curator datur, v. *l. 1. h. t.* hodie etiam, licet præſens ſit; ipſi enim debitori, poſtquam bonis ceſſit, non facile relinquitur adminiſtratio bonorum, quia metuendum, ne magis ſibi, quam creditoribus, vigilet.

§. II. *Inuitus* nemo conſtituitur, vnde officium huius curatoris mere priuatum eſt, *l. 2. §. 3. ff. h. t.* & per conſequens a curatoribus minorum, furioſorum, &c. ad curatorem bonorum non valet con-

Digitized by Google

conſequentia: nam & aliquis ex numero creditorum curator eſſe poteſt, *l. 2. §. 4. ff. h. t.* & vidua debitoris. Brunnem. *de proc. conc. cred. c. 1. §. 11.* ſcilicet, quia curator ex conſenſu maioris partis creditorum conſtituitur, *l. 2. pr. h. t.* in horum arbitrio ſine dubio eſt, quem conſtituere velint. Ceterum ad inuentarium conficiendum, fidelem adminiſtrationem & rationes reddendas tenetur curator, & ſi *plures* ſimpliciter conſtituti, ſinguli in ſolidum agunt & conueniuntur, *l. 2. §. 2. l. 3. ff. h. t.*

§. III. Curator ergo *oeconomica* curat. Ad expedienda *iudicialia* peculiaris perſona adhuc conſtitui ſolet, qui *contradictor* vocatur & credita ſingula examinat, ſæpe tamen vtrumque etiam officium in vna eademque perſona concurrit, Brunnem. *d. c. 1. §. 10. & 11.* vſ. pract. diſt. *h. t. diſt. I. & II.*

*Lib. XLIII. Tit. IIX.*

Cod. VII. 75.

## Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, vt reſtituantur.

§. I. SÆpe debitores ita malitioſi ſunt, vt non ſolum non ſoluant, ſed præterea, a creditoribus forte interpellati, ira commoueantur & bona ſua in fraudem creditorum, vt hi nihil accipere poſſint, alienent: ad alienata ergo reuocanda creditoribus quibuscunque prætor hic actionem concedit, quæ *Pauliana* vocatur in *l. 38. §. 4. ff. de vſur.*

Digitized by Google

§. II.

§. II. Vocabulum *alienationis* hic late capitur, pro omni eo, per quod debitori aliquid de rebus, vel iuribus ſuis decedit, v. *l. 1. §. 2. l. 2. 3. 4. 5. ff. h. t.* ei opponitur *non adquiſitio*, ſi debitor repudiat hereditatem, legitimam, vel teſtamentariam: ſi ſeruum heredem inſtitutum alienat: ſit legatum repudiat, &c. *l. 6. §. 2. ſeqq. ff. h. t.* hoc enim ei permiſſum, *d. l.* quamuis iniquitatem quandam ſapere videatur, v. Brunnem. *ad l. 6. h. t. n. 8. 9.*

§. III. Ceterum in alienatione ipſa requiritur (a) vt *animo fraudandi creditores* fiat, *l. 1. §. §. 2. h. t.* qui animus exinde præſumitur, ſi debitor omnia ſua bona alienauit, *l. 17. §. 1 h. t.* alias vero probari debet. (b) vt *euentum fraus habeat*, *l. 10 §. 1. h. t.* vnde reuocationi locus non eſt, ſi adhuc bona ſufficientia adſunt.

§. IV. Quæritur: an etiam *accipientis* dolus & fraus requiratur? diſtingue. Probari fraus debet, ſi rem accepit titulo oneroſo, *l. 6. §. 8. h. t.* & tunc ad reſtitutionem poſſeſſor tenetur, pretium tamen non recipit, niſi in debitoris bonis illud adhuc extet, *l. 7. & 8. h. t.* Si vero titulo *lucratiuo*, v. g. ex donatione rem accepit: ad reſtitutionem ſimpliciter tenetur, licet fraudis non fuerit conſcius, quia lucrum ipſi extorquetur, non damnum infligitur, *l. 6. §. 11. h. t.*

§. V. Actioni huic reuocatoriæ *anno præſcribitur*, quæ prætoria eſt, ad reſciſſionem contractus tendens: computatur autem hic annus ex eo tempore, quo debitoris bona vendita fuerunt, *l. 10. §. 18. h. t.* quod ſi vero alienatio titulo *lucratiuo* facta, actioni 30. annis demum præſcribitur, vt vult Carpzov. *p. 2. c. 3. d. 20. n. 3. 4.*

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. XLIII. Tit. I.*
Cod. IIX. 1.

# De interdictis, (ſiue extraordinariis actionibus, præ pro his competunt.)

§.I. I*Nterdicta* quondam dicebantur formæ atque conceptiones verborum,quibus prætor aut iubebat aliquid fieri,aut fieri prohibebat,quod tunc maxime fiebat, cum de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur, *pr. J. h.t.* vocabantur ergo *extraordinariæ* actiones, quia ipſe prætor cognoſcebat, in aliis autem *ordinariis* iudiciis iudicem pedaneum dabat, conf. *tit. ff. de extr. cogn.* Huber. *in prælect. ad l. h. t.* §. 1.

§.II. Hodie in eo ſignificatu non amplius dicuntur extraordinariæ,ſed tamen alio ſenſu. Scilicet omnia interdicta ab actionibus in eo differunt, *quod in iis* (*interdictis*) *celerius procedatur*, nempe (a) non admittuntur *exceptiones altioris indaginis*, id eſt, quæ per teſtes probantur, ſed inſtrumentis opus eſt, aut iuramenti delatione: quæ ergo hic non admittuntur, ad proprietatis quæſtionem (i. e, petitorium,) pertinent, v. *l. vlt. C. quor. bon.*

§. III. Deinde (b) locum non habent *remedia ſuſpenſiua*, adpellationis, & ſimilia, quia damnum, quod quis forſan per ſententiam in poſſeſſorio proceſſu latam paſſus eſt, in petitorio, ſiue proprietatis quæſtione, facile iterum reparari poteſt,



Digitized by Google

v. Stryk. *de inueſt. act. ſect. 2. membr. 3. §. 9.* vſ. pract. diſt. *h. t. diſt. 1.* Einleit. *zum ciu. proc. c. 1. §. 6. & 7.* add. Menoch. *adip. poſſ. rem. 1. num. 115.* Hahn. *ad Weſ. tit. quor. bonor. n. 6. verb. adpellatur.*

§. IV. Interdicta varie diuiduntur. Alia (a) ſunt *exhibitoria*, v. g. de tabulis exhibendis, &c. alia *prohibitoria*, v. g. ne vis fiat ei, &c. alia *reſtitutoria*, v. g. de vi & vi armata, *l. 1. ff. 1. h. t.* Alia (b) ſunt *duplicia*, v. g. vti poſſidetis, perinde vt actiones duplices, v. *tit. de iudic. §. III.* alia *ſimplicia*, vbi vnus actor, alter reus, vt reliqua pleraque, *l. 2. pr. h. t.* Alia (c) ſunt *adipiſcendæ*, vt quorum bonorum, &c. alia *retinendæ*, v. g. vti poſſidetis, alia *recuperandæ poſſeſſionis*, v. g. vnde vi, *§. 3. 4. & 6. I. h. t.* De *remediis adipiſcendæ, obtinendæ & recuperandæ poſſeſſionis* peculiares libros conſcripſit Menochius: *de adipiſcenda poſſeſſione* Achilles Perſonalis: de *remediis poſſeſſoriis* Marauta.

§. V. Solo *poſſeſſorio* (i. e. interdicto,) *inſtituto*, iudex *de petitorio pronunciare nequit*, & contra. Rationem in eo ponunt, quia ſententia libello conformis eſſe debet: limitant tamen adſertionem, niſi clauſula ſalutaris libello adiecta fuerit. Putarem, iudicem etiam abſque hac clauſula de petitorio iudicare poſſe, ſi de eo ex actis conſtet, quia alias iudices noſtri ad ſtatum iudicum pedaneorum iterum redigerentur, qui ad formulas præciſe adſtricti erant.

§. VI. Cauſſa *poſſeſſorii ante petitorium iudicari debet:* ita enim fit, vt is, qui victus eſt de poſſeſ-

ſio-

Digitized by Google

ſione, petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio queratur, *l. 35. ff. de adqu. poſſ.* Hoc ita, ſi *petitorium adhuc dubium eſt.* Si vero de hoc *iam conſtat*; ſuperfluum eſſet, de poſſeſſione diſputare, ſed tunc *petitorium poſſeſſorium abſorbere* dicitur. Conf. Petrus Friderus, Mindanus, Dauid Magirus, Chriſt. Kremberg & Matth. Weſenbecius *de interdictis.*

*Lib. XLIII. Tit. II.*

Cod. IIX. 2.

## Quorum bonorum.

§. I. VOcatur hoc interdictum ita a verbis initialibus edicti prætoris: *quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſſio data eſt, &c.* quod quoad ſequentia interdicta etiam notandum. Intuitu perſonarum, quæ agunt & contra quas agitur, &c. conuenit cum hereditatis petitione, quippe quæ iudicium petitorium eſt: differt ſaltem *modo procedendi*, v. *tit. præc.* §. *II. & III.*

§. II. Adfine eſt remedium *l. f. C. de Edict. D. Hadr. toll.* quo heres *in teſtamento ſcriptus* agit ad poſſeſſionem rerum hereditariarum conſequendam, quæſtionibus de iure hereditatis ad aliud iudicium reiectis. Extenditur hoc remedium quoque ad teſtamentum *nuncupatiuum*, *a notario in ſcripturam redactum*, Brunnem. *add. l. fin.*

§. III. Requiritur autem, vt teſtamentum *vitio viſibili* non laboret, quale non ſolum dicitur, quod in ſubſcriptione & ſubſignatione teſtato-



Digitized by Google

ris & teſtium adeſt, ſed quoque præteritio, vel exheredatio liberorum, quæ ex cauſſis in *nou. 115. c. 3.* non fundatis facta, Brunnem. *d. l* ſi autem de inhabilitate teſtatoris, heredis, vel teſtium diſputetur; res tamquam altioris indaginis deinde ſeparatim diſcutienda eſt. Cæſar Argelis de Paltronibus *de adipiſcenda poſſeſſione ex l. ſin. C. de edict. diu. Hadr. toll.* idem *de legitimo contradictore.*

*Lib. XLIII. Tit. III.*
Cod. XII. 3.
## Quod legatorum.

§. I. HOc interdictum, perinde vt præcedens, eſt *adipiſcendæ poſſeſſionis* & datur *heredi* aduerſus *legatarium & fideicommiſſarium*, qui *propria autoritate inſcio herede* rem legatam, &c. adprehendit, ad eius poſſeſſionem reſtituendam, vt ſcilicet heres quartam falcidiam detrahere queat, *l. 1. §. 1. & 2. ff. l. 1. C. h. t.* heres vero cauere tenetur, quod ea quarta detracta rem reſtituere velit, *l. 2. §. 1. ff. h. t.*

*Lib. XLIII. Tit. IV.*
## Ne vis fiat ei, qui in poſſesſionem miſſus erit.

§. I. HOc interdictum tribus caſibus datur: (I) ſi iudex aliquem in bona alterius mittit, aduerſarius vero *eum non admittit*, hic eſt adipiſcendæ; (II) ſi iudex miſit, aduerſarius vero *miſſum turbat*, hic eſt retinendæ: (III) ſi iudex miſit, ſed ad-

aduerſarius *miſſum deiicit*, hic eſt recuperandæ poſſesſionis, *l. 1. pr. §. 1. & 3. ff. h. t.* agitur ad intereſſe. Hodie mandata pœnalia decernuntur, pro re nata iudex miſſum manu etiam militari interdum tuetur.

*Lib. XLIII. Tit. V.*

Cod. XII. 7.

## De tabulis exhibendis.

§. I. QVoad materiam *exhibitionis* in genere conferri ea debent, quæ ſupra ad *tit. ad exhibendum* diximus. Differt autem actio ad exhibendum ab hoc interdicto in eo ſolum, quod *actio ad exhibendum* detur illis, qui *corpora inſtrumentorum eſſe ſua dicunt*, i. e. ad quos tabulæ iure dominii pertinent, e. g. ſi ipſe teſtator, dum viuit, tabulas ſuas exhiberi deſideret, *l. 3. §. 5. ff. h. t.* ita quoque heredi ea datur, ſi hereditatem iam adiit, de quo caſu intelligunt *l. 3. §. 8. ff. ad exhib. interdictum de tabulis exhibendis* ergo illis datur, ad quos tabulæ iure dominii non pertinent, v. g. heredi ante aditionem, de quo caſu explicant *l. vn. C. h. t.* Lauterb. *comp. iur. h. t.* legatariis, qui ſibi aliquid relictum eſſe putant, *l. 3. §. 8. ff. ad exhib.*

§. II. Datur aduerſus poſſeſſorem, licet cuſtodiam tabularum æditiuus, vel tabularius ſuſceperit, *l. 3. §. 3. h. t.* conuenitur etiam, ſi quis dolo malo fecerit, quo minus penes eum tabulæ eſſent, *d. l. 3. §. 6. h. t.* contra hunc enim in litem iurari poteſt.



Digitized by Google

Sequentes tituli, vt Lauterbachii verbis vtamur, ſola ſua inſcriptione explicati ſunt; TIT. VI. NE QVID IN LOCO SACRO FIAT. TIT. VII. DE LOCIS ET ITINERIBVS PVBLICIS. TIT. IIX. NE QVID IN LOCO PVBLICO, VEL ITINERE FIAT. TIT. IX. DE LOCO PVBLICO FRVENDO. TIT. X. DE VIA PVBLICA, ET SI QVID IN EA FACTVM ESSE DICATVR. TIT. XI. DE VIA PVBLICA ET ITINERE PVPLICO REFICIENDO. TIT. XII. DE FLVMINIBVS, NE QVID IN FLVMINE PVBLICO, RIPAVE EIVS FIAT, QVO PEIVS NAVIGETVR. TIT. XIII. NE QVID IN FLVMINE PVBLICO FIAT, QVO ALITER AQVA FLVAT, ATQVE VTI PRIORE ÆSTATE FLVXIT. TIT. XIV. VT IN FLVMINE PVBLICO NAVIGARE LICEAT. TIT. XV. DE RIPA MVNIENDA.

## *LIB. XLIII. TIT. XVI.*
## Cod. IIX. 4.
# De vi & vi armata.

§. I. INterdictum hoc, quod in codice *vnde vi* vocatur, eſt *recuperandæ poſſeſſionis* & datur illi, qui *vi deiectus eſt* de poſſeſſione *rei immobilis*, *l. 1. §. 1. & 3. ff. h. t.* ſi res *mobiles* per vim ablatæ, actio vi bonorum raptorum competit, niſi eæ res tempore deiectionis ſimul ablatæ fuerint, tunc enim interdictum ad has quoque extenditur, *l. 1. §. 6. h. t.* ceterum nihil intereſt, ſiue deiectus ciuiliter, ſiue naturaliter, corpore, aut animo ſolum poſſederit, *d. l. 1. §. 9. & 24. h. t.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Interdictum quoque deiecti *heredi* datur *ceteriſque ſucceſſoribus*, *l.* 1. §. 44. *h. t.* aduerſus *deiicientem*, etiam eum, qui mandauit, *l.* 1. §. 12. & 13. licet rem non amplius poſſideat, *l.* 1. §. 36. contra *heredes* non datur, niſi quantum ad eos peruenit, *l.* 1. §. *vlt.* nec datur contra *tertium*, *l.* 7. *h. t.* a quo tamen vindicari res poterit. Ex alia ratione interdictum non competit aduerſus *parentes & patronos*, quia atrocitatem facinoris in ſe habet, (i. e. infamiam facti inuoluit,) vnde in factum erit agendum, niſi parentes plane vi armata aduerſus liberos vſi ſint, *l.* 1. §. 43. *h. t.*

§. III. Interdictum *intra annum ad omne intereſſe* datur, poſt annum ad hoc ſolummodo, quod ad deiicientem peruenit, *l.* 1. *pr.* §. 31. 33. 34. & 35. *h. t.* Iure *canonico* adhuc melius remedium introductum eſt per *c. redintegranda* 3. *cauſ.* 3. *q.* 1. iuncto *c.* 18. *X. de reſtit. ſpoliat.* quippe quod etiam contra *tertium b. & m. f. poſſeſſorem* datur, de re mobili & immobili, vnde natum brocardicum: *ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus*, v. Gail. 2. *obſ.* 75. Linck. *comm. ad decret. l.* 2. *tit.* 13. §. 3 *ſeqq.* Ziegler *in tr. ad d. can. redintegranda.* & Mart. Nauarrus *de reſtitutione ſpoliatorum.*

§. IV. Diximus de caſu, quando quis res *alienas* inuadit: quæritur autem, annon res *proprias* altero inuito, qui iniuſte eas poſſidet, occupare, vel ei eripere liceat: negatur, quia in rebus publicis nemo ſibi ipſi ius dicere debet, vnde legibus ciuilibus ſancitum, quod tali caſu dominus dominium rerum ſuarum amittat, *l.* 13. *ff. quod*

*met. cauſ. l. 7. C. vnde vi*, quæ lex in Saxonia quidem non viget, quippe vbi res ſolum reſtituenda, ſalua proprietatis quæſtione, Carpzou. *p. 4. c. 45. def. 12.* bene tamen extra Saxoniam, Meu. *1. dec. 95.* Brunnem. *ad l. 13. ff. quod met. cauſ. n. 4. ſeqq.* Et hinc, licet debitor creditori poteſtatem conceſſerit, *pignus propria autoritate adprehendendi*, nihilominus tamen prætoris autoritate opus eſt, *l. 3. C. de pign.* Conf. Ioh. Grake *in tr. de autoritate priuata.*

## *Lib. XLIII. Tit. XVII.*
## Cod. VIII. 6.
# Vti posſidetis.

§. I. Hoc interdictum *retinendæ poſſeſſionis* eſt & datur illi, qui *in poſſeſſione rerum immobilium turbatus*, aduerſus turbantem, ad id, vt a turbatione deſiſtat & intereſſe præſtet, *l. 1. §. 4. l. 3. §. 11. ff. h. t.* Nomine huius interdicti adhuc vtimur in praxi, modus tamen procedendi hodiernus paulo aliter ſeſe habet.

§. II. Scilicet *poſſeſſorium* retinendæ poſſeſſionis moribus diſtinguitur in *ſummariisſimum* & *ordinarium*. In *ſummariisſimo* de *recentiori* poſſeſſione ſolum quæritur, & *an* quis poſſideat: quibus aliquo modo demonſtratis iudex actorem in poſſeſſione tuetur. In poſſeſſorio autem *ordinario* quæritur de poſſeſſione *antiquiori*, & *quomodo* quis poſſideat, vi, clam, vel precario.

Ergo

Digitized by Google

Ergo interdictum vti poſſidetis magis cum ordinario, quam ſummariiſſimo poſſeſſorio conuenit, Mindan. *de proc. l.1.c.45.circ.f.* Hahn. *ad Weſenb. h. t. n. 6.* nam in illo interdicto requiritur, vt actor *nec vi, nec clam, nec precario* poſſideat, *l. 1. pr. h. t.* quæ qualitates eodem modo in poſſeſſorio ordinario probandæ, neutiquam vero in ſummariiſſimo, v. *Einleit. zum ciu. proc. c. 2. §. 1. & 21.*

§. III. Vtrumque interim iudicium, ſummariiſſimum & ordinarium, *ſolam poſſeſſionem* reſpicit: quod ſi itaque finito poſſeſſorio aduerſarius *titulum* dominii, vel alterius iuris in re, v. g. ſeruitutis &c. probare intendit; iudicium *petitorium* vocatur, v. g. ſi dico, tu quidem in poſſeſſione conſtitutus es: res tamen ipſa ad me titulo emti, donati, legati, &c. pertinet.

§. IV. *Poſſeſſio autoris* in momentaneo, ſiue ſummariiſſimo poſſeſſorio, etiam *ſucceſſori proficit*, Meu. *3. dec. 92.* agitur enim *propter turbantis delictum, occaſione poſſeſſionis* quidem, ſed non *ex poſſeſſione:* vnde ſi filius fundum ipſum posſidet, agere poteſt propterea, quod pater ipſius in exercitio alicuius iuris turbatus fuerit, v. Meu. *loc. cit. contra heredem* non datur, quia ex delicto eſt. Conf. hic Poſthius & Pfannkuch *in tr. de ſummariiſſimo poſſeſſorio:* Virginius de Boccariis *de interdicto vti poſſidetis, ſeu manutentione in poſſeſſione &c.*

*Lib. LXIII. Tit. XIIX.*

## De ſuperficiebus.

§. I. PRoponitur hic interdictum, quod cum præcedente interdicto *vti poſſidetis* per

 omnia

omnia conuenit, *l. 1. §. 2. h. t.* ſiue potius, eiuſdem ſpecies eſt, datur enim illi, cui ſuperficies conſtituta eſt, aduerſus turbantem, eodem modo, vt in §. *I. tit. præced.* Videamus autem, quid ſit ſuperficies.

§. II. Deſcribitur communiter *ſuperficies*, quod ſit dominium vtile, & ius habendi aliquid ædificatum, plantatum, inſitum, vel alio modo impoſitum in fundo alieno, v. *l. 73. §. 1. l. 74. ff. de R. V. l. 15. ff. qui pot. in pign. l. 3. §. 7. ff. vti poſſid.* pro quo iure domino ſoli annuum *ſalarium* eſt præſtandum, *d. l. 15. ff. qui pot. in pign.* quod etiam *penſio* vocatur in *d. l. 74. ff. de R. V.*

§. III. Conſtituitur illud ius titulo ad transferendum dominium habili, v. g. donatione, legato, &c. *l. 1. §. 7. h. t.* locatio regulariter dominium non mutat, *l. 39. ff. locat.* ſi tamen quis ad non modicum tempus ſuperficiem conduxerit, *quaſi in rem actionem* prætor etiam pollicetur, *l. 1. §. 1. in f. & §. 3. ff. h. t.* veram conductor in ædibus ſuperficiariis proprietatem non conſequitur, ſed illa ad dominum ſoli pertinet, *l. 2. h. t.*

§. IV. Differt ius ſuperficiarium ab emphyteuſi (a) ratione *conceptus.* Emphyteuta dominium vtile habet in *ipſo fundo*: ſuperficiarius ſolum in *ſuperficie.* Ex hac differentia fluit (b) altera ratione *effectus.* Empheuta percipit omnia *emolumenta*, non modo ex ſuperficie, ſed *ex ipſo etiam fundo*, v. *tit. ſi ager. vectig. §. IX.* ſuperficiarius ea ſolum, quæ *ex ſuperficie* proueniunt, v. g. fructus, habitationem, &c. non autem, quæ

ex

Digitized by Google

ex fundo, v.g. theſaurum, &c. v. Bitſchius *de theſ.* *§. 143.* Vſ. pract. diſt. *h. t. diſt. I.*

§. V. Porro differentia in eo ſubeſt, quod emphytheuſis amittatur, ſi *canon intra triennium non ſoluatur* v. *tit. ſi ager vectig.* §. *VI.* quod ſecus eſt in ſuperficie, quoniam iura ſingularia, præſertim pœnalia, extenſionem ad alios diuerſus caſus non patiuntur, v. *cit. diſt. 1. h. t.*

§. VI. Quæritur: an *interitu ſuperficiei* ius ſuperficiarii exſpiret, vel annon potius nouam ſuperficiem fundo imponere liceat ſuperficiario? putamus licere, & ſic ius ſuperficiarii interitu ſuperficiei non extingui. Non obſtat argumentum Lauterbachii ab *vſufructu* deſumtum; ſuperficies enim non eſt ſeruitus perſonalis, & deinde *l 39. §. 2. ff. de damn. inf.* quam adducit, non loquitur de interitu *ſuperficiei*, ſed de damno *ipſi ſolo*, vel *fundo* illato, quod per conſequentiam totam ſuperficiem tollit.

§. VII. Quod ſuperficiarius, perinde vt emphyteuta, inueſtituram petere teneatur: de eo in iure nihil diſponitur, nec de poteſtate ſuperficiarii ſpecialia reperiuntur; dicendum putarem, *omnia licere ſuperficiario, quæ ius dominii directi non interuertunt.*

*Lib. XLIII. Tit. XIX.*

## De itinere, actuque priuato.

§. I. SVb hoc & ſequentibus titulis alia interdicta retinendæ poſſeſſionis proponuntur, ſcilicet

licet intuitu *quaſi poſſeſſionis iurium*, ſiue *rerum incorporalium*, hic v. g. ſeruitutis itineris & actus. Tendunt ad hoc, vt non ſolum ſeruitute ſine turbatione *vti*, ſed eam quoque *reficere* liceat, *l. 1. pr. l. 3. ſ. 11. h. t.*

Intuitu ſeruitutis aquæ ductus interdictum proponitur ſub TIT. XX. DE AQVA QVOTIDIANA ET ÆSTIVA. *Æſtas* autem iuridice ab æquinoctio vero ad æquinoctium autumnale computatur *l. 1. §. 32. h. t.* ſi duo per eundem riuum aquam ducunt: *riuales* vocantur, *d. l. 1. §. 26. h.* Aqua *caſtellaria* eſt, quæ permittente ſuperiore ex caſtello, id eſt, receptaculo aquarum publicarum ducitur *d. l. 1. §. 38. ſq. h. t.*

Ad ſeruitutem aquæductus etiam TIT. XXI. DE RIVIS pertinet, vbi prætor interdicit, ne vis fiat ei, qui riuum aquæ ducendæ cauſſa reficere vult.

De ſeruitute aquæhauſtus prætor interdictum proponit in TIT. XXII. DE FONTE. De ſeruitute cloacæ in TIT. XXIII. DE CLOACIS, vbi ſpeciale quid diſpoſitum in *l. 1. §. 7.* quod ſcilicet non adtendatur, quamuis aliquis vi, clam aut precario poſſederit, quia cloacarum refectio & purgatio ad publicam vtilitatem ſpectare videtur.

## *LIB. XLIII. TIT. XXIV.*

# Quod vi, aut clam.

§. I. QVemadmodum per noui operis nunciationem vicinus impeditur, quo minus opus *nouum* ſeu *fieri cœptum*, perficere queat;



Digitized by Google

at: ita præſens interdictum eo tendit, vt opus *iam perfectum*, *vi* tamen aut *clam factum*, iterum deſtruatur, *l. 1. pr. §. 1. ſeqq. h. t.*

§. II. Vi etiam factum eſſe dicitur, quod quis contra prohibitionem fecit, *l. 1. §. 5. h. t. clam* vero, quando quis non exiſtimabat quidem, exiſtimare tamen debebat, ſibi controuerſiam futuram, ne melioris conditionis ſint ſtulti, quam periti, *l. 4. h. t.* Datur *heredibus*, non vero *in heredem ceterosque ſucceſſores*, niſi in id, quod ad eos peruenit, *l. 15. §. 3. h. t.* Poſt *annum* non datur, annus autem ab eo tempore computatur, quo opus eſſe deſiit, *d. l. 15. §. 3. & 4. h. t.*

*Lib. XLIII. Tit. XXV.*

## De remiſſionibus.

§. I. HIc titulus cum materia noui operis nunciationis connexus eſt. Si enim nunciatio non tenet, id eſt, prætor deprehendit, nuncianti ius prohibendi nouum opus non competere: *nunciationem remittit*, ſiue, alteri facultatem concedit, vt ædificando pergere queat, *l. 1. §. 2. h. t.*

*Lib. XLIII. Tit. XXVI.*

Cod. IIX. 9.

## De Precario.

§. I. PRecarium eſt, quo precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, *quamdiu*

*is*,

*is*, *qui conceſſit*, *patitur*, *l.* 1. *pr. h. t.* (in quo a commodato differt, v. *tit. commodati* §. *III* ( Ergo, licet ita conuenerit: *vt in calendas iulias alter precario poſſideat*, nulla tamen vis eſt huius conuentionis, *l.* 12. *pr. h. t.* quia illa cum eſſentia precarii pugnat & ſic contradictionem manifeſtam inuoluit. De culpæ præſtatione v. *d. tit. commod.* §. *XX.*

§. II. Precarium non eſt contractus, ſed *genus liberalitatis*, *l.* 1. §. 1. *h. t.* Ex quo diuerſa profluunt, & quidem (a) intuitu *concedentis*. Hic non habet actionem ex contractu, qui non adeſt, ſed prætor ipſi *interdictum* reſtitutorium concedit, ad repetendam rem precario conceſſam, quando ipſi placuerit, *l.* 2. *pr.* §. 1. & 2. *ff. h. t.* concedit etiam prætor actionem præſcriptis verbis, quæ generalis eſt, *l.* 2. §. 2. *l.* 19. §. 1. *h. t.*

§. III. (b) Intuitu *accipientis*. Hic non habet ius quæſitum, vt in donatione, *l.* 1. §. 2. *h. t.* ergo, vt modo dictum, rem ſemper reſtituere tenetur. Item, precarii conceſſio *ad heredem accipientis non tranſit*, *l.* 12. §. 1. *h. t.* & quamuis in *l.* 8. §. 5. *h.* dicatur, heredem hoc interdicto teneri; hoc tamen non ex natura contractus, ſed quia heredi de nouo quaſi conceſſum, quamdiu non reuocatur precarium.

§. IV. Precarium alias quoque *vitium poſſeſſionis* dicitur, v. *l.* 1. *pr. ff. vti poſſid.* ſed eo ſolum caſu, ſi quis rem precario acceptam *inuito domino* retinere vult. Ceterum cum precario etiam

non

Digitized by Google

non ſunt confundendæ *precariæ*, quando vſusfr. prædii eccleſiaſtici (vel etiam alterius) alicui ad preces ſuas ad dies vitæ conceditur, ita tamen, vt poſt mortem accipientis non modo hoc prædium ad eccleſiam reuertatur, ſed præterea etiam aliud ſimile detur, *l. 14. §. 5. C. de SS. eccleſ.* renouandæ autem ſunt precariæ de quinquennio in quinquennium, *c. 1. X. de precariis*, & pro lubitu reuocari nequeunt, *c. 3. inf. X. d. t.* ChriſtoPh Blumbacher *de iure precariæ.*

## *LIB. XLIII. TIT. XXVII.*
## De arboribus cædendis.

§. I. DVo interdicta prohibitoria hic proponuntur. Alterum pertinet ad *prædia vrbana*, *ſi arbor vicini meis ædibus impendet*: dominus arboris ſcilicet eam adimere tenetur, & ſi hoc non facit, permittitur ei, cui arbor officit, vt a ſtirpe arborem exſcindere lignaque tollere poſſit, & quo minus exſcindendi vis fiat, interdicitur, *l. 1. pr. §. 1. & 2. h. t.* arboris adpellatione etiam *vites* continentur.

§. II. Alterum interdictum *prædia ruſtica*, ſiue agros, reſpicit. Scilicet, ſi *arbor ex agro tuo in agrum meum impendet*, tu illam quindecim pedes a terra alterius coercere debes: ſi hoc non facis, prætor, quo minus mihi arborem ita coercere, lignaque mihi habere liceat, vim fieri vetat, *l. 1. §. 7. h. t.* quod idcirco effectum eſt, ne vmbra arboris vicino prædio noceret, *d. l. 1. §. 8. h. t.* In Saxonia, & alibi quoque, ego ramos arboris

ris vicini, qui ſupra fundum meum ſeſe extendunt, indiſtincte ſuccidere poſſum, Carpzov. *p. 3. c. 32. d. 25. n. 5.*

## *Lib. XLIII. Tit. XXIIX.*

# De glande legenda.

§. I. GLandis nomine omnis fructus continetur, *l. 1. §. 1. h. t.* quod ſi illa glans *ex meo agro in tuum cadit:* mihi eandem tertio quoque die legere permittit & legenti vim fieri vetat prætor, *l. 1. pr. h. t.* exceptionem de iure quoque Romano eſſe puto, ſi arbor *prope confinium poſita ſit & in vicini etiam fundum radices egerit*, hæc enim communis fit, *§. 31. I. de R. D.* Iure *hodierno* fructus in vicini fundum decidentes ad vicinum ſpectant, & quatenus rami in aerem alterius propendent, eatenus vicinus fructus in illis pendentes ipſe decerpere poteſt, Carpzou. *p. 3. c. 32. d. 25. n. 4.* Hahn. *ad Weſenb. h. t. verb. iure Saxon.*

## *Lib. XLIII. Tit. XXIX.*

# De homine libero exhibendo.

§. I. HOc interdictum *omnibus* competit *l. 3. §. 9. h. t.* Si liber homo inuitus retinetur a quoquam *l. 1. h. t.* qui eum in ſeruitutem ... detu-

Digitized by Google

detrudere intendit: vel, ſi retinetur etiam volens, ſed tamen calliditate circumuentus & ſeductus, *l. 3. §. 5. h. t.* datur ad id, vt liber homo exhibeatur, id eſt, in publicum producatur, *d. l. 3. §. 8. h. t.* Poteſt adhuc vtiliter locum habere, ſi v. g. cognati exhibitionem cognatæ petant, quam alter non amplius adeſſe, ſed mortuam eſſe adſerit; cognati vero eam adhuc viuere exiſtimant, v. de Eua Trottina, cuius agnati a. 1541. contra Henricum, ducem Brunſuicenſem, hoc interdicto vtebantur, Schilter. *prax. iur. Rom. ex. 3. §. 23.* Burgold. *ad inſtrum. pac. p. 3. diſc. 16. pag. m. 125.*

*Lib. XLIII. Tit. XXX.*

## De liberis exhibendis, item ducendis.

§. I. INterdictum *de liberis exhibendis* datur patri, in cuius poteſtate filius eſt, aduerſus eum, qui filium detinet, *l. 1. pr. & §. 1. h. t.* & quidem *inuitum l. 5. h. t.* ad id, vt exhibeatur. Datur hoc interdictum, *quamdiu liberi in ſocietate parentali exiſtunt*, vnde pater filiam ſuam, quæ mihi *nupta eſt*, abducere, aut ſibi exhiberi, deſiderare non poteſt, ne bene concordantia matrimonia iure patriæ poteſtatis turbentur, *l. 1. §. 5. h. t.* imo contra maritus aduerſus patrem, vxorem detinentem, de ea exhibenda agere poteſt, *l. 2. h. t.* interdum quoque *interdictum exceptione eliditur*, ſi v. g. filium apud matrem potius, quam patrem, morari expediat, *l. 1. §. 3. h. t.* ſcilicet ob nequitiam patris, *l. 3. §. 5. h. t.*

Tt §. II.

Digitized by Google

§. II. Interdictum illud, de quo diximus, præparatorium eſt: ſequitur alterum *de liberis ducendis*, vt patri liberos exhibitos ſecum ducere liceat, *l. 3. pr. h. t.*

## *Lib. XLIII. Tit. XXXI.*

## De Vtrubi.

§. I. Hoc interdictum per omnia conuenit cum interdicto vti poſſidetis, hoc vnico excepto, quod in interdicto vti poſſidetis de *immobilium*, hic vero de *mobilium* rerum poſſeſſione retinenda agatur, *l. vn. h. t.*

## *Lib. XLIII. Tit. XXXII.*

## De migrando.

§. I. Hoc interdictum datur *inquilino*, qui ſoluta penſione migrare vult, locator autem ipſi vim facit, quo minus res, quæ vel pignoris nomine antea obligatæ erant, vel etiam nunquam oppignoratæ fuerunt, v. g. res commodatæ, locatæ, depoſitæ, *l. 2. h. t.* ex ædibus conductis abducere poſſit, *l. 1. pr. &* §. *1. h. t.* *Colono* hoc interdictum non competit, ipſi tamen extra ordinem ſubuenitur, *l. 1.* §. *1. & 2. h. t.* & ergo vocabula differunt, non vero ipſa res eſt diuerſa.

Lib.

Digitized by Google

## LIB. XLIII. TIT. XXXIII.
Cod. IX. 9.

# De Saluiano interdicto.

§. I. INterdictum hoc ad materiam *pignorum* pertinet. Nempe datur *locatori prædii ruſtici*, cui colonus res inductas oppignorauit, (DD. vtile concedunt *cuilibet creditori hypothecario,*) ad conſequendam earum poſſeſſionem, donec de credito ſatisfiat. *l. 1. h. t.*

§. II. Creditori alias actionem hypothecariam (ſeruianam & quaſi ſeruianam,) dari ſupra dictum eſt ad *tit. de pign.* §. *VII.* hoc vero interdictum eſt vtilius, quoniam in dicta hypothecaria creditor agens probare debet, rem oppignoratam tempore oppignorationis *in dominio debitoris fuiſſe*; hic vero probaſſe ſufficit, quod debitor eo tempore *rem poſſederit*, Brunnem. *ad l. 1. ff. h. t. n. 4.* quod facilius eſt, adde, quæ de interdictis in genere diximus ad *tit. de interdict.* §. *II. & III.*

§. III. An contra tertium *poſſeſſorem* detur hoc interdictum? dubium eſt. Negatur expreſſe in *l. 1. C. de precar. & ſalu. interd.* ſed adfirmari videtur *in l. 1.* §. *1. ff. h. t.* ibi: *aduerſus extraneos.* DD. hos textus ita conciliant communiter, quod *l. 1.* C. de interdicto *directo, l. 1. ff.* de *vtili* accipi debeat, v. Gothofr. *ad l. 1. h. t.* *Beneficium excuſſionis* poſſeſſori & hic competere exiſtimamus, eo modo, vt ad *tit. de pign.* §. *IIX.* dictum. Nomen interdicti in foro vix auditur, res ipſa interim ſatis certa & frequens, cum in dubio eam actionem quis ele-

giſſe cenſeatur, quæ ipſi magis vtilis eſt, v. *tit. de edend. §. III. in fin.*

*Lib. XLIV. Tit. I.*

Cod. IIX. 36.

## De Exceptionibus, præſcriptionibus & præiudiciis.

§. I. **E**Xceptio eſt excluſio intentionis actoris. Differt a *negatiua litis conteſtatione*, quod hæc in *mera negatione* conſiſtat, v. g. non debeo, non es dominus, &c. exceptio autem *adſertionem contrariam* ponat, v. g. debui quidem, ſed iam ſolui, &c.

§. II. Diuiditur varie. (I) Alia eſt exceptio *iuris*, quando quidem fatetur reus, actionem *ſummo & ſubtili iure* competere, ſimul tamen eandem æquitate naturali deſtitui adſerit, v. g. exceptio metus, pacti, & reliquæ in *pr. §. 1. vsque ad §. 6. I. de except.* recenſitæ: alia *facti*, quando actor ne quidem eiusmodi ſummum ius adlegare valet, v. g. ſolutionis, præſcriptionis, transactionis, &c. De diſſenſionibus DD. late diſſeruimus in *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. I.*

§. III. Alia (II) eſt *realis*, quæ heredibus etiam & fideiuſſoribus prodeſt, *l. 7. §. 1. h. t*, quales pleræque ſunt, *l. 19. h. t.* alia *perſonalis*, quæ perſonæ cuiusque cohæret, & quæ nec ad heredes, nec fideiuſſores tranſit, *l. 7. pr. h. t.* v. g. exceptio competentiæ &c.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. Alia (III) eſt *temporalis*, cui intra certum tempus præſcribitur, v. g. non numeratæ pecuniæ & dotis, v. *tit. de reb. cred. ff. XX. XXIV. &* *XXIIX.* reſtitutionis in integrum, add. *l. 3. h. t.* alia *perpetua*, quæ nullo tempore exſpirat, quia reo imputari nequit, quod non prius expetit, actionem quippe expectare tenebatur. Tales ſunt pleræque, v. *l. 5. ff. 6. de dol. & met. except.*

§. V. Alia (IV) eſt *dilatoria*, quæ litem differt, ſed non perimit, v. g. iudicis incompetentis, libelli inepti, cautionis, &c. *l. 2. ff. 4 h. t.* alia *peremtoria*, quæ litem perimit, ſiue intentionem actoris plane excludit, v. g. ſolutionis, doli, metus, compenſationis, *d. l. 2. §. 4. h. t.*

§. VI. *Dilatoriæ ante L. C.* ſunt opponendæ & quidem *omnes ſimul*, *R. I. de a. 1654. §. wære es dann 38. Poſt L. C.* non admittuntur, niſi (a) *tunc demum emergant*, vel *competere incipiant*, v. g. ſi iudex poſt L. C. aduerſarii filiam ducat, aut ego hoc tunc demum reſciſcam: (b) ſi omiſſa exceptione *iudicium nullum redderetur*, v. g. legitimationis, &c. (c) ſi exceptio *merita cauſæ concernat*, v. g. excuſſionis, diuiſionis, &c. Brunnem. *proc. civ. c. 7. n. 24. & 25.*

§. VII. *Peremtoriæ* opponuntur, *poſt L. C.* Interdum quoque *ante L. C.* & dicuntur *litis finitæ*, ſiue, *litis ingreſſum impedientes*, quales ſunt omnes, quæ inſtrumentis liquidis probari poſſunt. Interdum quoque *poſt ſententiam* & *in ipſa executione* eas opponere permiſſum, ſi itidem inſtrumentis probatur, vid. Brunn. *d. tr. c. 16. n. 4. 5. & 6.*



Digitized by Google

§. IIX. Nemo prohibetur *pluribus exceptionibus* vti, quamuis ſint *diuerſæ*, v. g. ſi oppono exc. ſolutionis, & in euentum, ſi hanc probare non poſſum, compenſationis, transactionis &c. *l. 5. l. 8. ff. h. t.* Excipiens interim de intentione aduerſarii *confiteri non exiſtimatur*, *l. 9. ff. h. t.* nec probare exceptionem tenetur, antequam de actoris intentione conſtat, *l. 9. C. h. t.*

§. IX. Exceptioni actor opponit *replicationem*: huic reus *duplicationem*: actor *triplicationem*: reus *quadruplicationem*, &c. *l.* 2. §. *1. & 3. h. t.* Quouſque partes hic procedere queant: ex ordinationibus iudiciorum eſt addiſcendum.

§. X. *Præſcriptio* hic idem eſt, quod exceptio, v. *l. 23. h. t.* alias vero ſpecialius capitur infra ſub *tit. de diuerſ. temp. præſcript.* *Præiudicium* itidem eſt exceptio, id eſt, quæ ante omnia diſcuti debet, nec antea lis principalis ventilari poteſt, v. g. petis ſeruitutem tuo fundo, ego autem fundi dominum te eſſe nego v. *l. 16. h. t.* De *exceptionibus* integrum tractatum edidit Johannes Zangerus, add. Joh. Andr. Dornſpergeri *ſyntagma iuris de exceptionibus &c.* Nepos de Monte Albano *de exceptionibus*: Oldendorpii *enchiridion exceptionum forenſium*: Q. S. F. Riuini *ſpecimen exceptionum forenſium dilatoriarum*: Matth. Colerus *de exceptionibus & præſcriptionibus &c.*

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. XLIV. Tit. II.*

## De exceptione rei iudicatæ.

§. I. EXceptio rei iudicatæ datur illi, qui per rem iudicatam ſemel abſolute, & nihilominus tamen de facto denuo conuenitur. Vt vero illa locum habeat, tria requiruntur.

§. II. *Primo*, vt adſint *eædem perſonæ*, *l.1.l.3.h.t.* pro quibus etiam habentur anteceſſor & ſucceſſor, vniuerſalis & ſingularis, *l.11.§.3.h.t.* principalis & procurator, tutor & pupillus, *l.11. ſſ. 7. h. t.* *deinde*, vt adſit *eadem res*, qualis quoque cenſetur, ſi quis in petitione totius ſuccubuerit, poſtea vero partem petat, *l.7.pr.h.t.* & contra, *l.3.l.7.§.4. & 5. h. t.* *tertio*, vt adſit *eadem petendi cauſſa*, *l. 25.pr.h.t.* antea vindicabam, nunc hypothecaria experior: antea ex cauſſa poſſeſſionis, nunc proprietatis ago, &c. *l.14. §.3.h.t.*

*LIB. XLIV. TIT. III.*

Cod. VII. 33. ſeqq.

## De diuerſis temporalibus præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum.

§. I. HÆc materia melius proponi nequit, quam ſi ordinem actionum ex iure in re & ad rem prouenientium ſequamur.

§. II. *Rei vindicatione* intuitu mobilium triennio, intuitu immobilium autem decennio vel vicennio præſcribitur, quia hoc tempore poſſeſſor



Digitized by Google

dominium adquirit, v. *tit de vſurp. & vſuc.* §. IIX. Idem obtinet in actionibus *prætoriis* realibus v. g. publiciana, *l. 35 pr ff. de O. & A.* niſi illæ *contra ius ciuile* dentur, v g. reſciſſoria, ſi quis me abſente rem meam vſucepit, hæ enim anno vtili olim exſpirabant, *d. l 35. pr.* hodie quadriennio continuo, v. *tit. quod met. cauſſ* §. *VII. Confeſſoriæ* actioni itidem decennio præſcribitur, quia ſeruitutes immobilibus adcenſentur, v. omnino *l. 12. C. de præſcript. l. temp.* idem in *negatoria.*

§. III. *Hereditatis petitioni* 30 annis præſcribitur, ex ratione, quia, vt volunt leges Romanæ nonnullæ, non pure realis, ſed mixta, id eſt, ſimul perſonalis eſt ratione præſtationum perſonalium, *l. 7. C. de pet. hered. l 3 C. in quib. cauſ. ceſſ long. temp. præſcr.* Actio *hypothecaria* finitur 40 annis, ſi debitor, vel eius heredes, hypothecam poſſident, *l. 7. §. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* triginta annis vero, ſi tertius m. f. poſſidet, *d. l. 7. pr. C.* 10. vel 20 annis, ſi b. f. poſſidet, *l. 1. C. ſi aduerſ. cred. præſcript. oppon. Interdicta* exſpirant anno, quatenus ad omne intereſſe dantur & ſic quodammodo ad pœnam: quatenus vero rem perſequuntur, perpetua ſunt, i. e. ad 30 annos dantur, v. *l. 1. pr. ff. de vi & vi arm.*

§. IV. Actiones *perſonales*, ſiue ſint ex contractu, ſiue ex delicto, tringinta annos durant, *l. 3. C. de præſcr. 30. ann.* hoc ita, ſi *ciuiles* ſunt. *Prætoriæ* quidem, ſi rem perſequuntur, eodem tempore exſpirant, *l 35. pr. ff. de O. & A.* duo tamen ſimul ſunt notanda, (a) quoad actiones, quæ *contractus* initos *reſcindunt*, vtpote quibus quadrien-

Digitized by Google

ennio præſcribitur, *l. 7. C. de temp. in int. reſt.* (b) quoad actiones ex *delicto*, quæ ad *vindictam*, vel *pœnam priuatam* dantur, quibus anno regulariter præſcribitur, v. g. actioni iniuriarum æſtimatoriæ, *l. 5. C. de iniur.* actioni vi bonorum raptorum, *l. 2. C. vi bon. rapt.*

§. V. Actiones *mixtæ*, id eſt, partim ex iure in re, partim ex iure ad rem orientes, 30 annis exſpirant, v. g. familiæ herciſcundæ, finium regundorum, communi diuidundo, *l. 3. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcr.* de hereditatis petitione, v. §. III. *h. t.* Reliquæ peculiares actionum *præſcriptiones*, v. g. querelæ inofficioſi, &c. ex ſingulis titulis repetendæ ſunt.

§. VI. *Accuſationes criminales* 20 annos durant, *l. 12. C. ad L. Corn. de falſ.* Duæ tamen ſunt exceptiones: (a) quædam accuſationes *quinquennio elapſo exſpirant*, quo pertinent illæ, quæ propter delicta carnis dantur, *l. 11. §. 4. ff. ad L. Iul. de adult.* niſi tamen *duplex delictum* concurrat, v. g. ſtuprum & violentia, *l. 29. §. vlt. ff. ad L. Iul. de adult.* vel adulterium & inceſtus, *l. 39. §. 5. ff. eod.* vel in electorata Saxoniæ adulterium duplicatum adſit. v. Carpz. *pr. crim. qu. 59. n. 21. & qu. 141. n. 43. ſeqq.* (b) quædam accuſationes *nullo temporis lapſu finiuntur*, vt crimen parricidii, *l. 10. ff. ad L. Pomp. de parricid.* partus ſuppoſiti, *l. 19. §. 1. ff. de L. Corn. de falſ.* apoſtaſiæ, *l 4. C. de apoſt.* DD. quoque addunt crimen læſæ maieſtatis, ſimoniæ, aſſaſſinii, falſæ monetæ, &c. Præſcriptio etiam alias non currit, *quamdiu reus in fuga conſtitutus eſt*, Carpz. *pr. crim. qu. 141. n. 53. ſeqq.*



Digitized by Google

§. VII. Iure *Romano* in præſcriptionibus *bona fides non requiritur*, ſed ſolus temporis lapſus ſufficit, *l. 1. §. 1. C. de annal. except.* iure *canonico* autem & moribus bona fide hic etiam opus eſt, vnde hodie ipſe debitor præſcriptionem vix inchoat, ſed ſolum eius heres, qui actionem ignorat.

§. IIX. In vſucapionibus & præſcriptionibus *vltima dies cœpta pro completa habetur*, *l. 15. pr. h. t.* exceptio eſt, niſi ſint *temporales actiones*, id eſt, quæ admodum breui tempore exſpirant, v. g. redhibitoria 6. menſibus, quanti minoris, anno, &c. v. *tit. de ædil. edict. §. IV. & V.* in his enim requiritur, vt nouiſſimus totus dies compleatur, *l. 6. ff. de O. & A.*

§. IX. Iure *Saxonico* actionibus realibus intuitu rerum mobilium anno & die, ratione immobilium vero 30 annis, anno & die, & actionibus perſonalibus eodem tempore præſcribitur, Carpz. *p. 2. c. 3. d. 3.* quoad præſcriptiones ſpeciales vero, v. g. querelæ inofficioſi, contra eccleſiam, fiſcum, &c. diſpoſitio iuris communis in Saxonia etiam obtinet, Carpz. *d. l. def. 4.*

§. X. *Acceſſio poſſeſſionis* dicitur, quando tempus anteceſſoris & ſucceſſoris coniungitur. v. *l. 14. pr. l. 16. h. t. tit. de vſurp. §. X. & XIII.* v. Autores *ad fin. tit. de vſurpat. & vſucap.* citatos, add. B. Strykius *de actionibus forenſibus inueſtigandis & de actionum præſcriptione.*

Digitized by Google

*Lib. XLIV. Tit. IV.*

# De doli mali & metus exceptione.

§. I. PRopter dolum alterius non modo actio datur, de qua ſupra ſub *tit. de dolo malo*, ſed etiam exceptio. Hanc diſpeſcunt in exceptionem doli *generalem*, quando negotium quidem ab initio non fuit doloſe geſtum, alter tamen ex poſt facto *contra æquitatem agit*, ſi ex illo negotio quid petit, v.g. debui quidem, ſed ſolui: compenſare poſſum: pactum tecum inii, &c. hic ergo vel exceptionem ſolutionis, compenſationis, pacti, &c. vel doli generalem opponere poſſum, *l. 2.* §. *4.* & *5. h. t.*

§. II. Exceptio doli *ſpecialis* datur, quando dolus *in ipſo negotio* admiſſus fuit, v. *l. 1.* §. *2.* & *3. h. t.* non eliditur per replicationem, quod reus quoque dolo fecerit, quia & hic in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, poſſidet autem reus excipiens *l. 4.* §. *13. h. t.*

§. III. De *metu* in genere egimus ſub *tit. quod vi met. cauſſ.* Quemadmodum vero agere permittitur ei, qui vi compulſus iam tradidit: ita exceptione metus tutus eſt, qui nondum tradidit, *l. 4.* §. *33. h. t.* Hæc eliditur per replicationem metus. Si enim actor replicando probat, quod reus ipſum primus inuaſerit, ſeu vim ei intulerit: actor in iuſta defenſione conſtitutus fuit, & ſic reo metum iniuſtum non intulit, *l. 12.* §. *1. ff. quod met. cauſſ.*

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. XLIV. Tit. V.*

## Quarum rerum actio non datur.

§. I. SVb hoc titulo tres exceptiones proponuntur, (a) *iurisiurandi* (extraiudicialis,) de qua iam dictum ad *tit. de iureiur.* §. *XII. in f.* (b) quod ad euictionem non teneatur, qui *in alea rem vendidit*, *l. 2. ſſ. 1. h. t.* quia alea olim prohibita, quod moribus ſecus, v. *tit. de aleat.* §. *IV.* (c) exceptio liberto competens, ſi tempore manumiſſionis ipſi quid impoſitum *oneranda libertatis cauſa*, v. g. ſi me offenderis, dabis hanc vel illam rem &c. metu enim, vel nimia patroni reuerentia pœnali quadam ſtipulatione ſe ſubieciſſe cenſetur *l. 1.* §. *5. & ſeqq. h. t.*

*Lib. XLIV. Tit. VI.*

Cod. IIX. 37.

## De litigioſis.

§. I. L*Itigioſæ* dicuntur & *res* & *actiones*. *Res* litigioſæ dicuntur, de quarum *dominio* lis mouetur, *auth. litigioſa C. h. t.* *actiones* vero, quæ in iudicium ſunt deductæ, *l. 2. C. h. t.* ergo hodie ſtatim poſt emiſſam citationem, quo etiam collineat *nou. 112. c. 1.*

§. II. Reus ergo *rem* & actor *actionem* litigioſam alienare nequit. Si actor actionem nihilominus alienat, & actionis emtor ex facta ceſſione eum conuenit, contra quem eſt ceſſa actio: hic *exceptionem litigioſi* opponit. Si reus rem litigioſam alienat: ea alienatio nulla eſt, emtor pretium ſolutum

Digitized by Google

lutum amittit, quod fiſco cedit, & venditor adhuc tantam quantitatem fiſco ſoluere tenetur. Hoc ita, ſi *vterque vitium litigioſi ſciuit.* Qui id ignorat, non punitur. Quod ſi quis ſciens alteri rem litigioſam *donauit* : vera rei æſtimatione mulctatur, *l. f. C. h. t.* quæ pœnæ hodie non obtinent, v. Struu. *ex. 46. th. 51.*

§. III. Licet tamen rem litigioſam alienare ex *cauſſa neceſſaria*, v. g. in diuiſione hereditatis, *nou. 112. c. 1.* nomine dotis, vel donationis propter nuptias: transactionis: nec non per *vltimam voluntatem, l. f. §. 1. inf. C. h. t. d. nou. 112. c. 1.* conf. Huber. *in prælect. ad h. t. ibique Dn. Thomaſius in ſchol.*

*Lib. XLIV. Tit. VII.*
Cod. IV. 10.

## De obligationibus & actionibus.

§. I. OBligatio eſt vinculum iuris, quo neceſſitate morali adſtringimur ad aliquid dandum, vel faciendum, *l. 3. pr. ff. h. t.* ius eſt vel naturale, vel ciuile, ergo etiam obligatio *naturalis & ciuilis*, cui tertia ſpecies additur, *mixta.*

§. II. *Naturalis* obligatio eſt, quam ius naturæ inducit, ius ciuile autem illi non adſiſtit, v. g. in pacto nudo, quæ a DD. *plena*, ſiue *perfecta* dicitur, quia ius naturæ actionem exinde concedit: *minus plenam* vero, ſiue *imperfectam* adpellare conſueuerunt, vbi talis actio non ſuppetit, v. g. ad gratitudinem, officia humanitatis præſtanda, &c.

§. III. *Ciuilis* eſt, quam ſummum ius ciuile inducit, ei tamen ius naturæ non adſiſtit, vt in metu. Hæc vix meretur prædicatum obligationis, quia

Digitized by Google

per

per oppoſitam exceptionem eliditur, prout ad tit. quod met. cauſ. oſtenſum, conf. tit. de condict. indeb. §. V. & VI. *Mixta* denique eſt, quæ ex iure naturæ & ciuili coniunctim oritur, v. g. in emtione, ſocietate &c. Hæc oritur vel ex *contractu*, vel ex *maleficio*, vel *proprio quodam iure ex variis cauſarum figuris*, *l. 1. pr. h. t.* v. g. ex quaſi contractibus, vel ex lege immediate, vt obligatio patris ad alimenta, dotem, &c.

§. IV. *Actio* eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, *pr. I. de act.* Eſt vel *realis* vel *perſonalis*, vel *mixta*, v. *tit. de iudic.* §. *II.* Datur etiam *in rem ſcripta*, quæ quidem ex iure ad rem oritur, ſed tamen contra quemuis poſſeſſorem datur, quales ſunt actio quod metus cauſa: noxalis; ad exhibendum; aquæ pluuiæ arcendæ, quas ſingulas ſub ſuis titulus vide. Addatur actio ex iure retractus legati ſub *tit. de contr. emt.* §. *XIIX. ſqq.*

§. V. *Præiudiciales* actiones vocantur, quibus agitur *de ſtatu hominum ciuili*, an aliquis liber, vel ſeruus, filius, an paterfamilias ſit, &c. §. *13. I. de act.*

§. VI. Actiones *ex contractibus deſcendentes* perinde, vt ipſi contractus, in *bonæ fidei & ſtricti iuris* diſpeſcuntur, quarum natura ex iis adparet, quæ ad *tit. de reb. cred.* §. *V.* diximus. Qualis enim eſt contractus: talis quoque eſt actio ex illo contractu deſcendens.

§. VII. Cum actionibus b. f. non ſunt confundendæ *arbitrariæ*, quippe in quibus iudex quidem ex bono & æquo etiam iudicat, v. g. de reſtitutione fructuum & omnis intereſſe, de certa pœna in caſu contumaciæ, &c. ſed quæ ta-

men

Digitized by Google

men pleræque ſunt reales, vel in rem ſcriptæ, v. *tit. quod metus cauſa* §. *V*. Ad hanc ergo claſſem Tribonianus etiam hereditatis petitionem referre debebat, quam ad claſſem actionum b. f. minus adcurate refert in §. *28. I. de act.*

§. IIX. Denique actiones ſunt vel *rei perſecutoriæ*, vt reales, item ex contractu, & ex delicto etiam, ſi id petimus, quod nobis ex patrimonio noſtro abeſt: vel *pœnales*, quibus meram pœnam perſequimur, vt actio iniuriarum, furti, &c. vel *mixtæ*, quibus partim rem, partim pœnam perſequimur, vt actio vi bonorum raptorum, &c. *v.* §. *16. ſeqq. I. de act.* conf. *vſ. pract. diſt. h. t.*

§. IX. De *transmiſſione actionum ad heredes* ita tenendum. Ad *heredes actoris* tranſeunt omnes, reales & perſonales, v. *l. 37. ff. de adqu. vel omitt. hered.* duæ tamen adſunt exceptiones, (a) ſi defunctus *ius perſonale* habuit, quod cum eius perſona exſpirat, quo pertinent actiones ad petendas ſeruitutes perſonales promiſſas, vſumfructum, &c. (b) ſi actio *ad vindictam tendit*, v. g. inofficioſi teſtamenti, iniuriarum, &c. hæc enim non tranſit, niſi poſt litem conteſtatam: v. *l. 28. ff. de iniur*,

§. X. Ad *heredes rei* non tranſeunt, iſt eſt contra eos non dantur, actiones *reales*, niſi heredes etiam poſſideant, vbi tamquam poſſeſſores conueniuntur, nec actiones *ex delicto*, niſi lis cum defuncto conteſtata, aut ad heredes aliquid peruenerit, *v. l. 44. & 139. ff. d. l.* ( excepta con-

di-

Digitized by Google

dictione furtiua, v. *tit. de cond. furt.* §. *III.*) tranſeunt ergo ſolæ actiones *ex contractu*, licet defunctus dolum admiſerit, *l. 12. l. 49. ff. h. t.* Conſ. Bachov. *de actionibus*: Phyl. Reyſer *in tract. de actionibus hereditariis*: Borcholt. *de obligationibus*: Seb. Medices *in tr. mors omnia ſoluit*: Oldendorpius *in progymnaſmatibus actionum forenſium*: Strykius *de actionibus forenſibus inueſtigandis & caute eligendis &c.*

## *Lib. XLV. Tit. I.*
## Cod. IIX. 38.
# De verborum obligationibus.

§. I. AGitur hic de *ſtipulatione*, quæ eſt contractus verbalis, quo quis alteri ſpecialiter interroganti verbis ore prolatis reſpondet, & ex ſua reſponſione obligatur. Requirebantur *verba ore prolata* ab vtraque parte, vnde mutus, ſurdus, & abſens hunc contractum celebrare non poterat; *l. 1. pr. §. 1. ſeqq. l. 5. §. 1. ff. h. t.* Hodie nudum pactum ſufficit, & hinc ſtipulationibus illis non indigemus: notabimus tamen ex hac materia quædam, quæ ad materiam de conuentionibus in genere pertinent.

§. II. Alter alteri ſtipulari; ſiue, *alteri per alterum adquiri nequit, §. 19. I. de inut. ſtipul.* quod nec hodie aliter ſe habere poteſt. Nam ſi v. g. quis Titio abſenti quid promittit, ego Titii nomine accepto, promittentem vero deinde promiſſi pœnitet: Titius non habet actionem, quia nec acceptauit, nec vt ego acceptem, mandauit, nec

me-

Digitized by Google

meam acceptationem ante alterius pœnitentiam ratihabuit: ego autem agere nequeo, quia mea non intereſt, v. *d.* §. *19.* conf. Stryk. *caut. contr. ſect.* 3. *c.* 9. §. 2. excipe, niſi ego ſimul pœnam ſtipulatus ſim, *d.* §. 19. *l. de inutil ſtipul.*

§. III. Sequitur ex dictis porro, quod ſi quis *ſibi & alteri* ſtipulatus fuerit, adiectio *alterius* ſuperuacua ſit, & hinc ſtipulator rem ſibi ſoli adquirat, ſi indiuidua eſt, v. g. ſeruitus, *l.* 5. *ff. commun. præd.* ſi autem diuidua, v. g. quantitas, promiſſio ſaltem pro dimidia parte effectum habeat, §. 4. *I. de inut. ſtipul.* Si quis *ſibi, vel alteri* ſtipulatus, v g. mihi, aut Titio, dare ſpondes? Titio quidem ſolutio fieri poteſt, vt mihi pecuniam ſolutam deinde reſtituat; verum ius Titio non adquiritur, *d.* §. 4. Dicitur ergo Titius *adiectus*, ſcil. obligationi, qui eſt inſtar procuratoris, non tamen verus procurator, quia ipſi non mandaui, ſed inſcium adieci, v. *l.* 9. 10. 11. 12. *ff. de ſolut.* v. Beneuenutus Straccha *in tr. de adiecto.*

§. IV. *Facta aliena* valide non promittuntur, niſi iterum vel *pœna adiecta*, *l* 38 *pr.* & §. 2. *ff h. t.* vel *factum proprium concurrat*, v. g. ſi quis *ſe curaturum* promittit, vt alter ſoluat, qui ad omnem diligentiam in procurando tenetur, non vero ad ipſam ſolutionem, niſi eam tamquam fideiuſſor in ſe receperit, v. Stryk. *d. tr. ſect.* 1. *c.* 3. §. 38. & 39. quod factum, ſi dixerit, *ſe effecturum*, *Er wolle es ſchaffen.*

§. V. Si ſtipulatio ſub *conditione impoſſibili* ſit, nulla eſt, *l.* 35. *ff. h. t.* quia enim alter, cui ita quid promittitur, præſens eſt, conditionem impoſſi-

 bilem

Digitized by Google

bilem audit, & tamen illi non contradicit; non minus, ac promittens, iocatus eſſe cenſetur, quod ſecus erat in teſtamentis, vbi heres & legatarius præſens non eſt, v. *tit. de condit. inſtit.* §. *II.* Pertinet huc Ioh. Gœddæus *in tr. de contrahenda ſtipulatione*: Hugo Donellus *de verborum obligationibus*, qui tractatus inſertus eiusdem *commentario ad partes codicis Iuſtinianei*, &c.

*Lib. XLV. Tit. II.*

Cod. IIX. 40.

## De duobus reis conſtituendis.

§. I. SI in contractibus duo promittunt, vel duobus promittitur; ſinguli pro parte obligantur, & pro parte ius adquirunt, *l. 11. §. 1. & 2. ff. h. t.* Exceptio hic eſt, niſi *rei duo*, vel *correi* facti ſint. Hi itaque duplicis ſunt generis: alii correi *promittendi*, ſiue *debendi*, qui eandem rem ſinguli *in ſolidum* promittunt: alii *ſtipulandi*, ſiue *credendi*, quibus ſingulis res in ſolidum promittitur, quod in omnibus contractibus fieri poteſt, v. *l. 1. l. 2. l. 9. pr. ff. h. t. l. 1. C. eod.*

§. II. Si ergo *correi credendi* conſtituti, quilibet ex illis ſolidum petit, & ſi illi hoc ſolutum, tota extinguitur obligatio, quod etiam procedit, ſi vnus debitum accepto tulit, *l. 2. ff. h. t.* aut hodie per pactum remiſit. Si vnus ex illis correis actionem iam inſtituit, promiſſor alteri pecuniam offerendo nihil agit, *l. 16. h. t.* Qui totum accepit, reliquis nihil communicat, ſi res promiſſa ex cauſa donationis debebatur, ſibi enim vigi-

Digitized by Google

vigalauit; ſi vero debebatur ex cauſa oneroſa, v. g. venditi, &c. partem reliquis communicare tenetur, dicuntur enim *ſocii*, *l. 62. pr. ff. ad L. Falcid.* hodie præſertim.

§. III. Si *correi debendi* conſtituti, ſinguli in ſolidum obligantur, *l. 2. ff. h. t.* hodie tamen in ſubſidium ſaltem, ſi reliqui non ſunt ſoluendo, habent enim beneficium diuiſionis, cui tamen renunciare poſſunt, v. *nov. 99. c. 1. & auth. hoc ita C. h. t.* qui vero ita ſoluit, a reliquis partem repetere poteſt, actione negotiorum geſtorum vtili, v. *l. 2. C. h. t.*

§. IV. Hæc de contractibus. In *delictis* ſemper correalis obligatio adeſt, v. *tit. de condict. furt.* §. 3. De *duobus reis* Ronchegallus peculiarem tractatum edidit & ad ſingulas leges huius tituli commentatus eſt, add. Ægidius Hortenſius & Theod. Mohr *de duobus reis*.

Tit. III. De STIPVLATIONE SERVORVM hodie nullam vtilitatem habet.

*Lib. XLVI. Tit. I.*

Cod. IIX. 41.

## De Fideiuſſoribus & mandatoribus.

§. I. Fideiuſſio eſt contractus verbalis, quo quis in maiorem creditoris ſecuritatem ſe debitam pecuniam eidem ſoluturum eſſe promittit, in eum caſum, ſi debitor principalis eandem ſoluere non poſſit, v. *pr. I. h. t.* iure Romano verbis ſolennibus, ſiue, per ſtipulationem, fideiuſſio

celebratur, vnde etiam hic titulus materiæ de verborum obligatione ſubiungitur, & ſi quis debitum alienum per modum pacti in ſe recipiebat, *conſtitutum* vocabatur, v. *tit. de conſtit. pecun.* §. *1.* verum hodie verbis ſolemnibus opus non eſt, ſed pactum ſufficit.

§. II. *Fideiuſſor & mandator* in effectu conueniunt: differunt ſaltem quoad conceptum. *Mandator* eſt, qui alterum fideiubere vel credere mandat, quod intuitu crediti vtplurimum ſtatim initio fieri ſolet, *antequam creditor cum debitore collocutus fuerit*, v. Dion. Gothofred. *ad rubr. h. Fideiuſſor* autem poſt contractum principalem inter debitorem & creditorem initum demum accedit & creditori ſeſe obligat, v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. I.*

§. III. Fideiuſſor eſt vel *principalis*, de quo loquitur §. *I. h. t.* vel *ſuccedaneus*, qui iterum *pro ſideiuſſore* intercedit, in eum caſum, ſi forſan fideiuſſor principalis ſoluere coactus fuerit & ſuum à debitore recipere non potuerit, vocatur *ein Ruckburge*, v. *l. 8.* §. *12. ff. h. t.*

§. IV. Porro fideiuſſor alius DD. vocatur *ſimplex*, qui ita intercedit, prout in §. *I. h. t.* dictum: alius *indemnitatis*, *ein Schadloß Burge*, qui quidem in gratiam creditoris non minus, ac fideiuſſor ſimplex, intercedit, ſed in eum ſolummodo caſum, ſi creditor ſuum *nec a debitore*, *nec a fideiuſſore* conſequi poſſit, quod ita clare exprimendum eſt, v. Stryk. *in not. ad Lauterb. h. t. verb. pro debito acceſſorio* & hic fideiuſſor beneficio excuſſionis (de quo deinde) vti poteſt, licet eidem expreſſe renun-

cia-

Digitized by Google

ciauerit, renunciatio enim contradictionem manifeſtam inuoluit, quia cum natura dictæ fideiuſſionis aperte pugnat, Hering. *de fideiuſſ. c. 27. p. 1. n. 143.*

§. V. Diximus in §. I. fideiuſſionem in eum caſum fieri, *ſi creditor ſuum a debitore conſequi non poſſit*, hinc ea *contractus acceſſorius* eſt, *l. 34. h. t.* & ergo, vbi nullus principalis debitor, ibi nullus fideiuſſor, *l. 70. §. 4. h. t.* interim tamen, ſi quis ſciens pro pupillo, ſine tutoris autoritate obligato, prodigoue, vel furioſo, fidem interpoſuerit: ei non ſubuenitur, ſed tenetur, ſi non vt fideiuſſor, tamen vt principalis debitor, *l. 25. ff. h. t.* vt ſupra *cit. de minor. §. V.*

§. VI. *Accipere fideiuſſorem* poteſt omnis ille, qui conditionem ſuam meliorem reddere valet: *fideiubere* autem ille, qui alias ſe obligare valet. Excipiuntur ſpeciatim (a) *feminæ*, de quibus ſupra *ad tit. de SCto Velleiano* (b) *milites*, *l. 31. C. locat.* vnde vtile eſt, vt & hodie, ſi miles fideiubeat, creditor ipſum beneficio illius *l. 31.* renunciare curet, Stryk. *ad Laut. h. t. voc. milites.* (c) *clerici nou. 123. c. 6.* quod tamen apud euangelicos non obſeruatur.

§. VII. Fideiuſſor accipi poteſt pro *omni debito* valido, ſiue illud ſit ex *contractu l. 8. §. 1. & 2. ff. h. t.* ſiue ex *delicto*, quando ſcilicet de pœna pecuniaria vel rei reſtitutione quæſtio eſt, *d. l. 8. §. 8. l. 70. §. 5. ff. h. t.* Speciale quid eſt, quod *vxor ſeruandæ dotis cauſa fideiuſſorem a marito accipere*

 *non*

Digitized by Google

*non poſſit*, ex ratione, quod ita cauſa perfidiæ in connubio generetur, *l. 2. C. ne fideiuſſ. vel mandat. dot. dent.* quæ diſpoſitio iuris ciuilis in Pomerania vſu non recepta, Mev. *2. dec. 367. n. 6.* imo nec alibi, modo fideiuſſio ab initio *& ante ſponſalia inita* interponatur Carpz. *p. 2. c. 42. d. 17. n. 3. & 4.*

§. IIX. In *maiorem ſummam* fideiuſſores adhiberi non poſſe, per ſe patet, v. *l. 8. §. 7. h. t.* quia fideiuſſio, tamquam contractus acceſſorius, naturam principalis ſequitur. *Efficacius* vero fideiuſſorem obligari, nil prohibet, v. g. ſi fideiuſſor iurato promittit, vbi debitor ipſe nude promiſerat &c.

§. IX. Si fideiuſſor *in omnem cauſſam* fideiuſſit, non ſolum ſortis, ſed quoque vſurarum nomine tenetur, *l. 54. pr. ff. locat.* ſed, ſi *ſimpliciter* fidem ſuam ſolum interpoſuit pro ſorte, eum ad vſuras non obligari, habetur in *l. 68. ſ. 1. l. 73. h. t.* cuius ratio, quia fideiuſſio contractus ſtricti iuris eſt, in illis autem vſuræ non debentur iure Romano, niſi ſpecialiter promiſſæ. Hodie itaque vbi differentia inter contractus b. f. & ſtricti iuris ceſſat, v. *tit. de reb. cred. §. 5.* fideiuſſor ſine dubio etiam ad vſuras tenetur, ſiue ex conuentione, ſiue ex mora illæ debeantur, Dn. Stryk. *ad Lauterbach. h. t. voc. ad vſuras.* Mora etiam debitoris *perpetuat* obligationem, licet ab initio certum tempus ſaltem in obligatione fuerit expreſſum, *l. 88. ff. de V. O.*

§. X.

§. X. Si creditor pro eodem debito & *pignora & fideiuſſores accepit:* licet ei, ſi malit, fideiuſſorem conuenire in eam pecuniam, in qua ſe obligauit; ſed dum hoc facit creditor, ius pignorum in fideiuſſorem viciſſim transferre debet, vt indemnis eſſe poſſit, *l. 2. C. h. t.*

§. XI. Progredimur ad *beneficia* fideiuſſoribus competentia. Tale (I) eſt beneficium *ordinis*, ſiue *excuſſionis*, quod in *nou. 4. c. 1.* fundamentum habet, ac propterea etiam *nouæ conſtitutionis* vocatur a DD. vi cuius fideiuſſor conueniri nequit, niſi prius excuſſo debitore principali. Ceſſat tamen illud (a) ſi debitor principalis *non eſt ſoluendo*, v. *nou. 4. c. 1.* quod probat creditor, Carpz. *p. 2. c. 18. n. 15.* (b) ſi debitor *difficulter conueniri poteſt*, quo pertinet, ſi abſens eſt, fugitiuus, latitans, aut bona extra territorium in locis diſſitis poſſidet, v. *auth. præſente. C. h. t.* Carpz. *p. 2. c. 18. n. 11. & 14.* (c) ſi quis pro *principe*, *fiſco*, vel *vniuerſitate* fideiuſſit, qui difficiles conueniendo eſſe cenſentur, Id. *l. c. def. 9.* (d) ceſſat *inter mercatores*, Finckelth. *obſ. 96. tot.* ſi fideiuſſor etiam mercator eſt, Carpz. *p. 2. c. 18. d. 7. num. 2.*

§. XII. Beneficium (II) vocatur *diuiſionis*, quod competit eo caſu, quando *plures* pro eodem debito fidem interpoſuerunt, ne a ſingulis ſolidum exigatur, ſed actio inter eos diuidatur, *l. 10. §. 1. C. h. t.* Ceſſat itidem (a) ſi reliqui *non ſunt ſoluendo*, *d. l. 10. §. 1.* aut (b) *difficulter conueniri poſſunt*, propter rationis identitatem.

§. XIII. Nullum quoque dubium eſt, quin & beneficio ordinis & diuiſionis *renunciari queat.*

Non tamen *prius* factum eſſe cenſetur, ſi quis ſe obligauerit, *vt debitorem principalem, als einen ſelbſtſchuldener:* nec *poſterius*, licet fideiuſſores his formalibus vſi: ſe teneri velle, *einer für alle und alle für einen.* Quamuis enim verba dubia eſſe non diffiteamur; in dubio tamen ea interpretatio præferenda, vi cuius aliquis a iure ſuo non excluditur, quippe cui non facile renunciat. Quemadmodum ergo tota obligatio fideiuſſorum in euentum fit; ita quoque dictæ formulæ eodem modo explicandæ, ſcilicet fideiuſſorem ſe obligare velle tamquam debitorem principalem, ſi hic non ſoluerit, Carpz. *p. 2. c. 17. d. 9.* item, fideiuſſores in ſolidum teneri, ſi confideiuſſores defecerint, Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 25.*

§. XIV. (III) Beneficium eſt *cedendarum actionum*, vi cuius creditor fideiuſſori, qui ſoluere cogitur, aliis remediis deficientibus, actiones & iura ſua cedere cogitur, vt fideiuſſor indemnis eſſe queat, *l. 13. l. 17. l. 39. h. t.* & hoc beneficio vti poteſt fideiuſſor, *quamuis eidem in ſpecie renunciauerit.* Regula enim vulgata: neminem ſuæ renunciationi contrauenire poſſe: limitatur in eo caſu, ſi alter ex tali contrauentione nullum damnum ſentit, quale hic creditor non ſentit, Carpz. *p. 2. c. 17. d. 17.*

§. XV. Ceſſio actionum regulariter fieri debet, *antequam debitum creditori a fideiuſſore fuerit ſolutum*, ſolutio enim ius & actionem creditoris extinguit, *l. 76. ff. de ſolut.* poteſt tamen & poſt ſolutionem fieri, ſi modo tempore ſolutionis conuenit, vt actiones mandarentur, vel cederen-

Digitized by Google

rentur, *d. l. 76. l. 11. C. h. t.* imo, vt Paulus putat in *l. 36. ff. h. t.* ſpeciali conuentione opus non eſt, ſed ipſa negotii natura hoc oſtendit, quod fideiuſſor non *ſimpliciter ſoluere*, ſed potius *nomen debitoris emere* voluerit, quæ ſententia & iuri & æquitati conuenit.

§. XVI. Cedendæ ſunt actiones contra *fideiuſſores*, quippe contra quos alias non datur actio, *l. 39. ff. h. t.* non ergo aduerſus *ipſum debitorem principalem*, quia contra hunc actio mandati, (ſi pro rogante & ſciente fideiuſſi,) vel negotiorum geſtorum (ſi pro abſente & ignorante fidem dedi,) iamdum competit, *l. 4. pr. h. t.* quoniam vero hæ duæ actiones mere perſonales ſunt; hinc interdum *vtile* eſt, vt contra debitorem quoque fiat ceſſio, ſi nempe creditor actionem hypothecariam contra ipſum habet, de quo caſu accipienda *l. 19. h. t.* Imo interdum ceſſio *neceſſitatis* eſt, ſi quis pro prohibente fideiuſſit, v. *tit. de neg. geſt. §. VII.*

§. XVII. Fideiuſſor *contra debitorem principalem* regulariter ſolum *facta ſolutione*, aut *ſecuta iam condemnatione* agit. Exceptio eſt (a) ſi debitor *diu diſtulerit ſolutionem*, *l. 38. §. 1. ff. mandat.* (quod iudicis arbitrio relinquitur,) metuendum enim eſt, ne ad paupertatem redigatur, (c) ſi debitor *bona diſſipare incipiat*, *d. l. 38. §. 1. l. 10. C. mandat.* Petit hic fideiuſſor, vt iudex debitorem adigat, quo creditori debitum perſoluat & eo ipſo fideiuſſorem a nexu obligationis liberet, v. Hering. *de fideiuſſ. c. 25. n. 36. ſeqq.* *Prouocat* quoque *creditorem* interdum ad agendum fideiuſſor, de quo v. *tit. de iudic. §. XXXI.*



Digitized by Google

§. XIIX. Fideiuſſor etiam contra *debitorem* agere poteſt, licet *nihil ſoluerit*, ſi ſcilicet creditor pecuniam debitam ipſi donauit, *l. 10. §. 13. ff. mandat.* debitori enim non donaſſet. A *confideiuſſoribus* partem debiti ſolutam repetit, & expenſas *poſt ceſſionem* factas, non vero eas, quas ante fecit, has enim creditor non poterat petere, fideiuſſor autem ex iure creditoris ceſſo agit, v. Carpz. *p. 2. c. 17. d. 21.* Pertinent ad hanc materiam Hering. *de fideiuſſoribus:* Francus *de fideiuſſoribus:* Muſcatellus *in praxi fideiuſſorum:* Carocius *de excuſſione bonorum:* Manzius Hipol. de Marſillis *de fideiuſſoribus, &c.*

*Lib. XLVI. Tit. II.*

Cod. IIX. 42.

## De nouationibus & delegationibus.

§. I. *Nouatio* eſt, cum ex præcedenti cauſa, ſiue obligatione, noua ita conſtituitur, vt prior perimatur, *l. 1. pr. ff. h. t.* quod diuerſis modis fit. (I) quando *manentibus eodem creditore & debitore genus obligationis* ſolum mutatur, v. g. ſi quod alter re, v. g. ex mutuo, &c. aut ex conſenſu, v. g. in emtione, &c. debeat, verbis promittit, *l. 1. §. 1. l. 2. ff. h. t.* vel (II) ſi *genus obligationis idem manet*, v. g. ſi quod ex ſtipulatu iam debebas, adhuc ſemel ſtipulor a te ipſo, *l. 8. pr. h. t.* vel (III) ſi *noua qualitas adiicitur*, v. g. ſi quod pure debebas, ſub conditione, vel die, ſtipulor, *§. 3. I. quib. mod. toll. obl.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Hiſce caſibus, vti dictum, *idem manebat creditor & debitor.* Alia nouatio (IV) eſt, vbi *noua perſona interuenit*, ſed hic diſtingue. Aliquando interuenit & priorem obligationem in ſe recipit, *qui ante plane obligatus non erat*, v. *l. 8. §. 5. ff. h. t. l. 91. ff. de ſolut.* & hic *expromiſſor* dicitur, *l. 4. ff. de cond. cauſ. dat. l. 10. ff. de pign. act.* atque fideiuſſori contradiſtinguitur, ſiue *adpromiſſori.*

§. III. Aliquando autem interuenit, *qui debitori, cum quo creditor nouationem init, iam ante obligatus erat*, ſcilicet quando debitor alium, qui ipſi iterum debet, creditori volenti *l. 6. C. h. t.* delegat, vt hic vice ſua ſoluat creditori, *l. 11. pr. ff. h. t.* quæ vocatur *delegatio* & debitor delegatus quoque conſentire debet, *l. 1. C. h. t.* qui proinde, ſi delegari ſe paſſus, creditori, cui delegatus eſt, nullam exceptionem opponere poteſt, *l. 14. & 19. ff. h. t.* Differt ab hac delegatione *ceſſio nominis*, vbi perſona *creditoris* mutatur, v. *tit. de her. vel act. vend. §. V. ſeqq. l. 1. C. h. t.*

§. IV. Nouatio iure Romano per *ſtipulationem* fit, *l. 2. ff. h. t.* hodie nudo conſenſu, vnde etiam nouatio eſt, ſi quod ex emto debebam, ex mutuo promitto, v. Hopp. *in comm. ad §. 3. I. quib. mod. toll. oblig. verb. ſed ſi eadem perſona.* In dubio autem animus nouandi *non præſumitur*, ſed perſpicue exprimi debet, v. g. *die vorige obligation ſolle caſſiret und aufgehoben ſeyn*, *l. vlt. C. h. t.* quod idem obtinet intuitu delegationis, Stryk. *caut. contr. ſect. 4. §. 2.* diſſentit Lauterb. *h. t.* vnde tali expreſſa animi declaratione omiſſa, non delegatio dicitur, ſed *aſſignatio*, in qua ſi adſignatus ſoluere nequit, regreſ-

Digitized by Google

greſſus ad adſignantem datur, v. Dn. Stryk. *diſſ. de iure adſignat. int. mercat.* quæ inſerta *vſ. mod. ff. tit. de hered. vel act. vend. a §. XIV.* ſecus hoc eſt in delegatione, *l. 3. in f. C. h. t.*

§. V. *Effectus* nouationis eſt, quod hypothecæ & pignora liberentur, *l. 18. ff. h. t.* vſuræ non currant, *d. l. 18.* & mora purgetur, *l. 8. pr. h. t.* ac per conſequens debitor a ſolutione pœnæ immunis ſit, *l. 15. h. t.* priuilegia debiti etiam pereant, *l. 29. h. t.*

§. VI. Datur præterea etiam nouatio *neceſſaria* quæ fit per litis conteſtationem, *l. 8. h. t.* verum hæc conditionem noſtram non facit deteriorem, ſed meliorem, *d. l. 29.* v. ſupra *tit. de iudic.* §. XXXVI. vbi exempla. De *nouatione* ſcripſit Sebaſt. Medices.

## *LIB. XLV. TIT. III.*
## Cod. IIX. 43.
# De ſolutionibus & liberationibus.

§. I. S*Olutio* in ſignificatu *laxiori* omnem ſatisfactionem continet, v. g. ſi quis etiam fecit, ad quod faciendum obſtrictus erat, *l. 52. & 54. ff. h. t. l. 176. ff. de V. S.* in ſignificatu *ſtrictiori* autem denotat impletionem contractus, quæ fit per numerationem pecuniæ debitæ, v. *l. 49. h. t. l. 19. §. 1. ff. de reb. cred.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. *Soluere* poteſt, qui liberam habet rerum ſuarum adminiſtrationem, *l. 14.* §. *8. h. t. l. 9.* §. *2. ff. de aut. & conſ. tut.* *Soluitur* illi itidem, qui de rebus ſuis libere diſponit, *l. 15. ff. h. t.* vnde ſi ſoli pupillo ſolutum, verſio in eius rem eodem modo probanda, prout ſupra dictum ad *tit. de reb. cred.* §. *XI.* imo nec ſolius tutoris autoritas ſufficit, ſed ſi quis plene ſecurus eſſe velit, neceſſe eſt, vt ſolutio *præcedente magiſtratus decreto fiat*, alias enim non liberatur ſoluens, niſi forſan pupillus adhuc ſaluam habeat pecuniam ſolutam, aut ex ea locupletior factus ſit, §. *2. I. quib. al. lic.* dicta tamen diſpoſitio non pertinet ad ſolutionem redituum & vſurarum, quæ ſummam 100. ſolidorum non excedunt, hæ enim recte tutori ſoluuntur, *l. 25. & l. 27. C. de admin. tut.*

§ III. *Procuratori* recte ſoluitur, ſi vel omnium negotiorum adminiſtratio ipſi mandata, vel ille etiam ſpeciali mandato inſtructus eſt, *l. 12. pr. ff. h. t.* nec nocet, quamuis creditor deinde mandatum ignorante debitore *reuocauerit*, quia debitor huic nihilominus ſoluens in ignorantia facti alieni conſtitutus eſt & propterea excuſatur, *d. l. 12.* §. *2. h. t.* Equidem in *l. 38.* §. *1. h. t.* hoc ita limitat Africanus, niſi ille, qui quondam procurator erat, nummos *animo lucrandi & furandi* acceperit; ſed ſtatim hoc ſublimitat, liberari tamen adhuc ſoluentem, ſi conditionem furtiuam, quam aduerſus accipientem habet, creditori cedere paratus ſit, *d. l.* §. *1. h. t.*

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. *Res* debita *ipſa* ſolui debet, quia aliud pro alio inuito creditori obtrudi nequit, *pr. I. quib. mod. toll. oblig.* Exceptio eſt, ſi quis pecunia parata deſtituatur, nec adſint, qui aliquid ex eius bonis iuſto pretio emere velint, *nou. 4. c. 3.* vocatur *datio in ſolutum*, quæ a ceſſione bonorum in eo differt, quod cedens non habeat bona ſufficientia, ex quibus creditoribus ſatisfieri poſſit, bene autem ille, qui in ſolutum dat.

§. V. Solui debet ea res *in eadem bonitate*, in qua accepta, *l. 3. de reb. cred.* Hic vero, quod *pecuniam* mutuo datam adtinet, maxima eſt controuerſia inter DD. quoniam ſcilicet pecuniæ valor ſæpe mutari ſolet, vtrum in caſu factæ mutationis ſolutio iuxta tempus *ſolutionis*, an vero iuxta valorem, qui tempore *contractus* eſt, fieri debeat?

§. VI. Primo videndum eſt, an *de certo nummorum genere reddendo inter partes conuenerit*; hoc enim facto res clara eſt & pacta dant legem contractui. Quod ſi nihil conuentum: valor monetæ inſpiciendus eſt, *qui tempore contractus initi erat*, & iuxta hunc valorem ſolutio facienda, additis tamen duabus hiſce obſeruationibus;

§. VII. *Si valor monetæ poſt celebratum contractum adcreuit:* debitor illud incrementum deducere poteſt, quia alias creditor plus conſequeretur, quam mutuo dedit, vnde ſi quis quondam mutuo accepit terniones Saxonicos tempore Iohannis Georgii II, & III, cuſos, qui tunc temporis XVI, groſ-

ſis

tis æſtimabantur: hodie vero tales in natura reſtituit, vbi ad xiix. groſſos valor adſcendit; debitor incrementum illud duorum groſſorum deducere poteſt, & per conſequens creditor eos pro xiix. groſſis accipere tenetur. Aliud exemplum v. apud Dn. Stryk. *caut. contr. ſect. 2, c. 1. §. 23.*

§. IIX. Si e contrario *valor monetæ poſt contractum celebratum decreuit:* debitor illud, quod deeſt, ſupplere tenetur, ne creditor minus accipiat, quam mutuo dedit, v. g. ſi valor ternionum ad xii. groſſos redactus fuerit. Hæc ſententia, prout nos eam hactenus propoſuimus, in camera imperiali eſt recepta, v. Gail. *2. O. 73.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 1.* Pfennigk *de rei nummar. mutatione & augment. l. 2. c. 10. tot. in ſpecie n. 40.* In Saxonia per ſpecialem conſtitutionem adprobata, *conſt. 28. p. 2.* & alias etiam æquitati ſuperſtructa, conſ. Henning. Rennemanni *deciſio controuerſiæ monetariæ circa valoris vulgo recepti incrementum & decrementum:* Dinnerus *de monetæ mutatione quoad ſolutionem:* Ioh. Rud. Werneri *quæſtiones, an in ſolutionibus tempus debiti, vel ſolutionis ſit inſpiciendum, &c.*

§. IX. Porro ſumma debita *integra* eſt ſoluenda, quia particularem ſolutionem propter multa incommoda, quæ ſecum trahit, nemo acceptare tenetur, *l. 3. ff. fam. herc. l. 41. §. 1. de vſur.* Vna ſaltem eſt exceptio, ſi debitor *per belli calamitatem ad inopiam redactus*, *R. I. de a. 1654. §. ſo viel nun. 172.* quod merito ad omnes debitores extenditur, qui per caſum fortuitum, incendii, rapinæ, & ſimiles, facultatibus ſuis lapſi.

§. X. Soluendum eſt in *loco adiecto*, v. *tit. de iudic. §. XVI. & tempore conuento:* ſi nullum tempus adiectum

ctum, ſolutio mox facienda, *l. 41. ff. t. de V. O.* ita tamen, vt & hic ex lege humanitatis modicum ſpatium, pro quantitate pecuniæ debitæ & qualitate perſonæ debitoris determinandum, debitori relinquatur, *l. 105. ff. de ſolut.* Quoniam vero dies in gratiam debitoris adiicitur, *d. l. 41. §. 1. ff. d. V. O.* hinc ille ſuo fauori renunciare & *ante diem ſoluere poteſt. l. 38. §. 16. ff. eod.* v. *tit. de reb. cred.* §. *XVI.*

§. XI. Si quis *ex diuerſis cauſis debet*, ſed tamen ſimpliciter ſoluit, id eſt, non conſtituit, in quam cauſam ſoluere velit: in *vſuras* primo ſolutum eſſe videtur: quod ſupereſt, in *grauiorem* cauſam, v. g. quod ſub ſatisdatione, ex cauſa famoſa, &c. debetur: ſi nulla cauſa prægrauet, ſed *omnia ſimilia fuerint:* in antiquiorem ſolutum eſſe cenſetur, *l. 5. pr. §. 2. & 3. l. 7. ff. h. t.* ſi *nulla cauſa antiquior:* ex omnibus ſummis proportione videtur ſolutum, *l. 8. h. t.* De *ſolutionibus* ſcripſerunt Freyer & Briſſonius, conf. etiam Hahnius *in opuſc. aureo ad §. de indaganda, von ſchuldſachen, capital und Zinſen, &c.*

## *Lib. XLVI. Tit. IV.*
## Cod. IIX. 44.
## De acceptilatione.

§. I. **A**Cceptilatio reuera nihil aliud eſt, quam debiti remiſſio. Fiebat autem iure Romano per mutuam interrogationem, *l. 1. ff. h. t.* & ſic obligationes verbis ſolemnibus contractæ per contraria verba iterum diſſoluebantur, *l. 19. pr. h. t.* hodie nudo conſenſu obligationes con-



Digitized by Google

trahuntur & nudo etiam conſenſu contrario diſſoluuntur.

§. II. Subiiciunt hic DD. communiter adhuc alios modos diſſoluendi obligationem. Ita *ſi creditor in mora accipiendi eſt*, debitor primo rem debitam *offert*, non nudis verbis, ſed actu: ſi creditor tunc oblatam pecuniam adhuc accipere recuſat, debitor præuia creditoris citatione illam *in loco publico deponit*, quo facto & curſus vſurarum inhibetur, & debitor a periculo liberatur & ius pignorum tollitur, *l. 6. & 19. C. de vſur.* Oblatio *verbalis* ſola non liberat a periculo, niſi in *immobilibus*, quæ coram teſtibus euacuantur & in iudicio verbis offeruntur: in mobilibus etiam curſum vſurarum ea ſiſtit. Ceterum pecunia in iudicium adlata præſente iudice *numerari* & deinde *obſignari* debet, alias depoſitio *in ſacculo & folle* facta eſſe dicitur. Peculiarem tractatum *de obligatione, obſignatione & depoſitione iudiciali* edidit Schultz. Vocatur *depoſitum iuris*.

§. III. Tollitur quoque obligatio *rei interitu*, ſi res debita eſt *ſpecies*, de quo iam dictum ad *tit. de peric. & comm. rei vend.* §. *II.* *iunct.* §. *IV. & V.* De *acceptilationibus* ſcripſit Seb. Medices.

*Lib. XLVI. Tit. V.*

## De Stipulationibus prætoriis.

§. I. STipulationes *prætoriæ* dicuntur, quæ iuſſu prætoris ad nouam actionem introducendam interponuntur, de tutela, damni in-

infecti &c. vocantur etiam cautionales, *l. 1. §. 2. l. 2. pr. & §. 1. h. t.* opponuntur illis *iudiciales*, quæ propter iudicium interponuntur, v. g. iudicatum ſolui, *l. 1. §. 1. h. t.* item *communes*, quæ interdum iudicis, interdum prætoris iuſſu interponuntur, v. g. de iudicio ſiſti, *l. 1. §. 3. h. t.* Diſtinctio eſt mere theoretica & ſic nullum vſum habet.

Tituli ſequentes iamdum explicati ſunt. TIT. VI. REM PVPILLI, VEL ADOLESCENTIS SALVAM FORE, v. *tit. de admin. & peric. tut. §. VI.* TIT. VII. IVDICATVM SOLVI, v. *tit. de procurat. §. XXII.* olim rei plerumque ita ſatisdabant, v. *l. 3. ff. iud. ſolu.* TIT. IIX. RATAM REM HABERI ET DE RATIHABITIONE, v. *tit. de procur. §. XVI. & XIIX.*

*Lib. XLVII. Tit. I.*

## De priuatis delictis.

§. I. Libri duo nunc ſequentes *terribiles* vocantur, quia omnem continent ſeueritatem pœnarumque atrocitatem, *l. 2. §. 8. C. de vet. iur. enucl.* *Delictum* in genere eſt factum contra leges commiſſum.

§. II. Dixi: *factum.* Huc ergo non pertinent *cogitationes*, quarum pœnam in foro humano nemo patitur, *l. 18. ff. de pœn.* nec *nudus conatus*, excepto crimine perduellionis, vbi pœna ordinaria infligitur, *l. 5. pr. C. ad L. Iul. mai.* quæ lex iisdem verbis repetitur in *aur. bull. tit. 24. init.* addunt quidem & crimen aſſaſſinii & parricidii, ſed

Digitized by Google

ſed ibi hodie tunc ſolum pœna capitalis locum habet, ſi damnum irreparabile alteri illatum, v. Carpz. *pr. crim. qu. 17. n. 21. ſeqq.* aſt tunc non adeſt nudus conatus, ſed ille iam in ſpeciem delicti tranſiit.

§. III. Delictum eſt vel *verum*, quod dolo committitur, v. *l. 53. pr. ff. de furt.* & pro dolo reputatur, ſi quis in facto illicito conſtitutus ſit, licet delinquens non hoc, ſed aliud delictum intenderit, v. g. ſi verberare, aut vulnerare volens, occiderit: vel: *quaſi delictum*, quod *culpa* committitur, v. *vſ. pr. diſt. h. t. diſt. III.*

§. IV. Porro delictum vel eſt *publicum*, quando ad pœnam publicam infligendam: vel *priuatum*, quando ad ſatisfactionem, vel pœnam nobis adplicandam agitur, v. late *vſ. pr. diſt. h. t. diſt. IV.* De delictis *popularibus & extraordinariis* infra ſub peculiaribus titulis agetur.

§. V. Fundamenta definiendæ quæſtionis, *quis delinquere poſſit?* ex moralibus ſunt repetenda. Breuiter eo recurrunt: quod nemini factum imputari poſſit, *niſi libera voluntate & intellectu polleat.* Ergo *infantes* non delinquunt, nec *furioſi*, quia eos innocentia conſilii tuetur, hos vero fati infelicitas excuſat, *l. 12. ff. ad L. Corn. de ſicar.* Infantes ergo non puniuntur, ſed virga ab honeſtis hominibus coercentur, (alias enim ſpecies pœnæ eſſet,) quod idem in impuberibus obtinet, niſi malitia ætatem ſuppleat, vbi pro gradu malitiæ puniendi, v. *c. crim. art. 164.* *Minores* doli capaces ſunt, vnde pœna ipſis non quidem remit-



Digitized by Google

titur, interdum tamen genus mortis mutatur, & v. g. loco rotæ, vel patibuli, pœna gladii ſubſtituitur, ſi ſcilicet nuper demum pubes factus, v. Carpz. *pr. crim. qu. 143. n. 81.*

§. VI. *Summe ebrius* etiam & *ſumme iratus* a pœna ordinaria excuſatur, de quibus late Carpz. *qu. 146 n. 32. ſqq. & qu. 147. n. 41. ſqq.* Probanda vero eſt ita & ebrietas ab adlegante, cui aliis probationibus deficientibus pro qualitate perſonæ & delicti interdum iuramentum purgatorium, vel etiam tortura dictari ſolet.

§. VII. Si quis *plura delicta* commiſit: vnum delictum alterius pœnam non minuit, vnde qui hominem ſubripuit & occidit, furti & ex L. Aquilia tenetur, *l. 2 pr. §. 1. & 2. ff. h. t.* Hoc ita, ſi ad *pœnam priuatam* agitur. Quodſi de pœna *publica* quæſtio eſt: grauius crimen leuius abſorbet, Carpzov. *qu. 132. n. 19. 62. & 67.* Conf. Decianus *in tract. criminali:* Ant. Matthæi *in tr. de criminibus:* Carpz. *in praxi criminali:* Theodorici *collegium criminale:* Iulii Clari *practica criminalis:* Farinacii *criminalia:* Damhouderi *praxis rerum criminalium:* Taboris *racemationes criminalium definitionum, &c.*

*Lib. XLVII. Tit. II.*
Cod. VI. 2.

## De furtis.

§. I. FVrtum eſt contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia. Dico: *rei*, huius ab-

la-

Digitized by Google

latio proprie dicitur furtum, cui opponitur furtum *vſus*, v. g. ſi depoſitarius re depoſita vtitur, aut commodatarius re commodata aliter, quam ipſi conceſſum: nec non furtum *poſſeſſionis*, v. g. ſi debitor creditori pignus aufert, v. *l. 1. §. 3. ff. h. t.* §. *13. I. de obl. quæ ex delict.*

§. II. Committit furtum *phyſice*, qui rem adprehendit & aufert, *moraliter* vero, qui *conſilio* inſtruit, (monſtrando omnes circumſtantias, quod conſilium *ſpeciale* vocatur,) vel *opem fert*, ſiue miniſterium atque adiutorium ad ſubripiendas res præbet, ſiue pannum rubrum oſtendit, fugauitque pecus, vt in fures incideret, *l. 50. §. 1. 2. 3. & 4. ff. h. t.* v. *tit. de cond. furt.* §. *III.* nec non, qui *res furtiuas ſciens emit*, *l. 12 C. h. t.* aut eas *ſciens recipit atque occultat*, *l. 14. C. eod.*

§. III. Quod ſi ergo quis iuſtis indiciis grauatus ſit, rem furtiuam in eius ædibus occultari: non quidem priuata autoritate, vti olim, §. *4. I. de obl. quæ ex delict.* ſed iuſſu iudicis inueſtigatio in eius ædibus inſtitui poteſt, quod vocatur *die Hausſuchung*, v. Cruſ. *de iudic. delict. p. 3. c. 2.* Quod ſi ea facta res furtiua deprehenditur: inhabitator ſuſpicionem incurrit, quod vel ipſe furtum commiſerit, vel eius tamen conſcius fuerit, v. *l. c. & 5. C. h. t.* præcipue, ſi res furtiua in tali loco deprehenſa, ad quem nemo inſcio habitatore facile accedere poteſt, v. g. in camera, vel ciſta clauſa, *Sachſ. Landr. l. 2. art. 35. ibique gloſſ.* aut, ſi inhabitator venditorem exhibere non poſſit, cum a transeunte & ignoto ipſum emiſſe, dicere non conueniat, *l. 5. C. h. t.*



Digitized by Google

§. IV. Si itaque inhabitator indicia contra ipſum militantia alio modo elidere non poſſit: pro diuerſitate circumſtantiarum & qualitate perſonæ vel tortura, vel iuramentum purgatorium, ipſi dictari ſolet. Quamuis vero vel tormenta ſuſtineat, vel iuramento ſe purget, nihilominus tamen rem furtiuam gratis reſtituere tenetur, *l. 2. C. h. t* quod generale eſt in omnibus poſſeſſoribus rerum furtiuarum, ita, vt nec *iudæi* iure ſingulari hic fruantur, v. reſcriptum potentiſſimi regis noſtri *de a. MDCCIII. d. IV. nou.* quod in *obſeru. ad Rebuff. de priu. ſtud. priu. CIIX.* §. *I.* typis exprimi curauimus, add. Muller *in pract. March. reſol. 23. n. 17. ſqq.* vbi de caſſatione prætenſi priuilegii Halberſtadienſis. Stryk. *vſ. mod. h. t.* §. *27.*

§. V. Furtum iure Romano diuiditur in *manifeſtum*, quando fur vel a domino, vel a vicino, *l. 7. ſſ. 3. h. t.* adprehenditur, (conatus adprehendendi etiam ſufficit, *d. l. 7.* §. *2. h. t.*) antequam eo peruenerit, quo deferre, vel deponere deſtinaſſet, §. *3. I. de oblig. quæ ex del.* *Non manifeſtum*, quando fur eo modo deprehenſus non eſt, *l. 8. ff. h. t.* Manifeſtus fur quadruplum; non manifeſtus duplum reſtituere tenebatur, §. *5. I. d. t.* quod mera pœna eſt, nec rei æſtimationem continet, §. *19. I. eod.* Actiones tamen ad duplum, vel quadruplum, hodie non inſtituuntur, v. Clar. *l. 5. ſent.* §. *furtum. n. 6.*

§. VI. Porro diuiditur in *nocturnum*, quod noctu committitur, & hic furem occidere licet, ſi parcere ei ſine ſuo periculo quis non potuit, *l. 9. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ita tamen, vt id ipſum cum clamore teſtificetur, *l. 4. ſſ. 1. ff. ad L Aquil.* conf. ius Moſaicum *Exod. 22. v. 2. & 3.* non enim

con-

conſtat, an ille ad furandum, an vero ad occidendum venerit, *c. 3. X. de homicid.* v. omnino Obrecht *de defenſ. neceſſ. c. 8. n. 26. ſeqq.* & in *diurnum*, vbi furem occidere non licet, niſi cum telo ſe defendat, *d. l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.*

§. VII. Furtum *primum* extra Saxoniam arbitrarie punitur, prout ſumma ablata maior, vel minor eſt, carcere, mulcta, relegatione & fuſtigatione, vel, quod melius eſt, condemnatione ad opus publicum: pœna vltimi ſupplicii non dictitatur, niſi furtum fuerit *qualificatum*, quando ſcilicet *effractio cum armis fit, magna adhibita violentia, ex qua facile ſeditio oriri poſſet, ac vnde latrocinium a fure cum telo accedente metuendum*, v. *conſt. crim. art. 159.* Carpzou. *pr. crim. qu. 79. n. 5. & 6.* In *Saxonia* propter primum furtum pœna capitis irrogatur, ſi res ablata valorem *quinque ducatorum Hungaricorum optimorum* excedit, *conſt. elect. 32. p. 4.*

§. IIX. In furto *ſecundo* extra Saxoniam itidem pœna arbitraria locum habet, ita tamen, vt hic facilius ad pœnam relegationis, vel fuſtigationis deueniatur, v. *conſt. crim. art. 161.*

§. IX. Propter *tertium* furtum ergo ad vltimum ſupplicium demum deuenitur, ſi res furtiuæ omnes coniunctim conſideratæ valorem quinque ducatorum excedunt. Maſculis patibulum, fœminis vero ſuffocatio in aquis dictatur in *conſt. crim. art. 162.* nil tamen prohibet, quo minus etiam fœminæ laqueo ſuffocari poſſint, cuius rei exempla etiam proſtant. Iudæi vero a pedibus non ſunt ſuſpendendi, Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 21.*



Digitized by Google

§. X. Pœna laquei *remittitur* (a) *liberis, coniugibus parentibus*, aliisque *cognatis* proximis, v. *conſt. crim. art. 165.* iure Saxonico intra IV. gradum, quod etiam ad *proximos adfines* extendunt, v. g. ſocerum, generum, ſororis maritum, priuignum, &c. v. Carpzou. *pr. crim. qu. 82. n. 39. vsque ad n. 51.* non vero ad famulos, inquilinos, &c. Id. *d. l. n. 52.* conf. *l. 17. pr. ff. h. t.* iudex etiam in caſibus ante adlatis ex officio inquirere non poteſt, quia facta illa magis diſciplinam domeſticam lædunt, quam ſecuritatem publicam, v. *conſt. crim. d. art. 165.*

§. XI. Porro pœna mitior dictitatur, quoties quis *alterius cuſtodiam & poſſeſſionem non inuaſit*, nec ex ea res abſtulit, v. g. *adminiſtratores, commodatarii, depoſitarii*, Carpzou. *pr. crim. qu. 85. n. 71. res furitiuas ſcienter ementes*, id. *qu. 87. n. 54.* item *theſauros* & *res inuentas occultantes*, id. *qu. 86. piſces* & *ligna ex riuis, fluminibus, vel ſyluis furantes, conſt. crim. art. 168. 169.*

§. XII. In *Saxonia* quoque a pœna vltimi ſupplicii liberatur fur, qui rem ablatam domino reſtituit, vel eius nomine domino aliter ſatisfacit, excepto caſu furti qualificati, v. Carpzou. *p. 4. c. 32. d. 15. & 16.* cuius rei ratio ſine dubio hæc eſt, quia iuxta rigorem iuris Saxonici fur etiam propter primum furtum magnum laqueo ſuſpenditur, v. §. *VII. inf. h. t.* extra Saxoniam itaque, vbi ille rigor ceſſat, reſtitutio rei ablatæ mitigationem pœnæ publicæ vix operabitur; præcipue in furto iterato. Conf. Bocerus *in tract. de furtis.*

*Lib.*

Digitized by Google

*Lib. XLVII. Tit. III.*

# De Tigno iuncto.

§. I. HIc & ſequentes tituli adhuc ad materiam furti pertinent. *Tigni* adpellatione continetur omnis materia, ex qua ædificium conſtat, *l. 1. §. 1 ff. h. t.* tignum eiusmodi, ſi *furtiuum* eſt & alienis ædibus iunctum, vindicari & eximi nequit, ne ædificia ſub hoc prætextu diruantur, *l. 1. pr. h. t.* v. ſupra *tit. de A. R. D. ff.* XXI. ſed tamen in eum, qui conuictus eſt, iunxiſſe, lex XII. tabb. in duplum dat actionem, *d. l. 1. pr h. t.*

§. II. Extenſa tamen hæc actio poſtea fuit ad omnem illum, qui *inſcio domino* tignum iunxit, in ſolatium domini, qui inuitus vendere cogitur, v. *l. 23. §. vlt. ff. de rei vind. l. 7. §. 10. ff. de adqu. ver. dom. l. 63. ff. de don. int. vir. & vx.* Ceterum fur præter actionem in duplum tenetur adhuc actione ad exhibendum ad id, quod intereſt, vel rei vindicatione ſoluto ædificio, b. f. poſſeſſor autem ſoluto duplo dominium adquirit, *l. 1. §. f. l. 2. ff. h. t. §. 29. I. de rer. diu.* Huber. *præl. ff. h. t.* Hodie ad ſimplum ſaltem agi ſolet, Struu. *ex. 48. th. 31.*

TIT. IV. SI IS, QVI TESTAMENTO LIBER ESSE IVSSVS ERIT, POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HEREDITATEM SVBRIPVISSE, AVT CORRVPISSE QVID DICETVR. Datur hic actio in duplum, v. *l. 1. §. 1. h. t.* quia res hereditaria nondum ab herede poſſeſſa.



Digitized by Google

TIT. V. FVRTI ADVERSVS NAVTAS, CAVPONES, STABVLARIOS. Datur & hic actio in duplum aduerſus exercitores nauium, &c. eo caſu, ſi illi, *quorum miniſterio vtuntur*, vel *inquilini*, viatoribus, aut vectoribus damnum, vel furtum fecerunt. Hos enim quodammodo elegit exercitor, v. *l. 1. pr. & §. 6. ff. h. t.* moribus ad ſimplum ſaltem agitur. De caſu, ſi furtum ab *hoſpite* vel *viatore* factum, v. ſupra *tit. naut. caupon. ſtabul. vt. recept. reſtit.*

TIT. VI. SI FAMILIA FVRTVM FECISSE DICETVR. Si familia, id eſt, *omnes ſerui coniunctim*, damnum dederunt, aut furtum fecerunt: domino arbitrium competit, vtrum eos omnes noxios dedere, an vero pro omnibus tantum offerre velit, quantum *ſi vnus liber furtum feciſſet*, *l. 1. h. t.*

TIT. VII. ARBORVM FVRTIM CÆSARVM. Hic actio ad duplum datur contra illum, qui *furtim*, id eſt, ignorante domino, arbores cædit, *l. 7. pr. & §. 7. h. t.* ſiue ſuccidit, cingit, deglabrat, ſubſecat, *l. 5. pr. h. t. ibique Gothofr.* ſine animo furandi, id eſt, lucri faciendi, ſolius iniuriæ inferendæ cauſa, *l. 7. §. 1. h. t.* ſi ergo contrectat arborem, furti tenetur, *l. 8. §. 2. h. t.* qui radicitus arborem euellit, vel exſtirpat, ex L. Aquilia conuenitur, *l. 7. §. 2. h. t.* hodie pœna iterum arbitraria obtinet, & ſimplum læſo eſt reſtituendum.

Lib.

Digitized by Google

*Lib. XLVII. Tit. IIX.*
Cod. IX. 38.

# Vi bonorum raptorum, & de turba.

§. I. V*Is bonorum raptorum*,ſiue *rapina*,eodem modo deſcribi poteſt,vti furtum,modo addas, rapinam fieri, *vi* &*palam*, *l. 2. pr.* §. *9. &* *24.ff. h. t.* Rapiuntur ſolæ res *mobiles*, *l. 1. C. h. t.* nec intereſt, an propriæ poſſeſſoris fuerint, an locatæ, commodatæ, depoſitæ, &c. §. *2. I. h. t.* Si immobilibus vis facta: interdictio de vi & vi armata locus eſt, de quo ſupra *ſub ſuo titulo.*

§. II. Jure Romano aduerſus raptorem ad *quadruplum* agebatur, & quidem intra annum, *l. 2.* §. *13. ff. h. t.* quoniam vero quadruplum non totum pœna eſt, ſed rei reſtitutionem complectitur, ita vt pœna tripli ſaltem ſit, *pr. I. h. t.* ridiculum vero eſſet, rapientem leuioris conditionis eſſe, quam furem, cuius intuitu quadruplum totum pœna eſt, *d. pr. I. h. t.* hinc actio furti manifeſti etiam competit,ad id, quod amplius eſt, conſequendum, *l. 80.* §. *3. ff. de furt.*

§. III. Hodie illa actio non frequentatur, raptor tamen criminaliter punitur *pœna gladii*, *conſt. crim. art. 126.* ſiue res rapta magni, ſiue minimi pretii, ac licet delictum prima ſaltem vice commiſſum ſit. Si vis *in via publica* adhibita: *corpus* adhuc *rotæ imponitur*. Si non modo res raptæ ſed etiam perſona ſpoliata occiſa fuerit, quod *latrocinium* dicitur: latro viuus *rota contunditur*, v. Carpz, *pr. crim. qu. 90.*

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. Altera pars tituli de *turba* agit, quæ eſt cœtus & turbatio multitudinis hominum decem, vel quindecim, *l. 4. §. 3. h. t.* Is, cuius dolo malo damnum in turba datum, intra annum in duplum, poſt annum in ſimplum conuenitur, *l. 4. pr. h. t.* hodie extra ordinem punitur. Turbæ opponitur *rixa*, quæ eſt inter duos, tres, vel quatuor, *d. l. 4. §. 3. h. t.* ſi hic damnum datur, actioni ex L. Aquilia locum eſſe cenſeo.

TIT. IX. DE INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, RATE, NAVE EXPVGNATA. Hic etiam actio ad quadruplum datur, ſi quis ex incendio &c. quid abſtulit, *etiam ſine vi*, *l. 1. pr. l. 3. §. 4. & 5. h. t.* quia adflicto additur adflictio. Hodie pœna furti & rapinæ publica hic caſibus locum habet.

*Lib. XLVII. Tit. X.*

Cod. V. 53. 36.

## De iniuriis & famoſis libellis.

§. I. INiuria *generaliter* accipitur pro omni eo, *quod non iure fit:* hic autem *ſpecialiter* eſt delictum, quod *in alterius contumeliam admiſſum*, *l. 1. pr. h. t.* vel *verbis*, quoties non manus inferuntur, ſed conuitium fit, de quo in *l. 15. §. 4. h. t.* vel *re*, quoties manus inferuntur, *l. 1 §. 1. h. t.* v. g. ſi quis *verberatus*, id eſt cum dolore cæſus, vel *pulſatus*, id eſt ſine dolore, vel *domus eiusdem vi introita*, *l. 5. pr. & §. 1. h. t.* Interdum tamen re iniuria fieri dicitur, quamuis corpori manus non infe-



Digitized by Google

ferantur, habitu ſcilicet ad alterius inuidiam, geſtu, &c. v. *l. 9. l. 15.* §. *27. ff. h. t.* Gothofr. *ad l. 9. pr. h. t.*

§. II. Iniuria *ex adfectu facientis* conſtat, vnde iniuriam non infert impubes, furioſus, &c. *l. 3.* §. *1. h. t.* nec qui per iocum percutit, aut dum certat, *d. l. 3.* §. *3.* nec qui percutit hominem liberum, dum putat ſeruum ſuum, *d. l. 3.* §. *4.* aut qui, cum ſuo ſeruo pugnum ducere volens, alium in proximo ſtantem inuitus percuſſit, *l. 4. h. t* e contrario autem iniuriarum tenetur, licet quis in perſona libera erret, iniuriam inferens Caio Seio, quem Lucium Titium eſſe putabat, *l. 18.* §. *3. h. t.* hic enim in facto abſolute prohibito verſatur, ſeruum vero percutere leges permittunt.

§. III. Porro adfectus facientis, ſiue animus iniuriandi, vt communiter dicunt, non ex eo ſolum colligitur, ſi quis *ad infamiam* aliquid facit, v. g. ſi pudicitiam attentat blanda oratione, quod *adpellare* fœminam dicitur; vel ſi eam *adſectatur*, id eſt, tacitus frequenter ſequitur, *l. 1.* §. *2. l. 15.* §. *20. & 22. h. t.* ſed quoque, ſi iniuria infertur *ad dignitatem* (minuendam) v. g. ſi comes matronæ abducitur, quo etiam pertinet, ſi quis perſuaſit comiti, vt matronam desereret, *l. 1.* §. *2. l. 15.* §. *16. ſqq. h. t.* item, ſi quis turpibus verbis vtitur, *d. l. 15.* §. *21. h. t.* aut oſculum inuitæ figit, v. Pagenſtech. *de iur. virg.* §. *83.* vbi lepidam rationem adfert.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. *Animus iniuriandi præſumitur*, ſi verba, aut facta, propter quæ agitur, regulariter ad contumeliam alterius tendere ſolent, admittitur tamen probatio in contrarium, *l. 5. C. h. t.* interdum quoque, circumſtantiis ita ſuadentibus, iuramento purgatorio locus eſt. De cetero non iuuat, licet quis dicat, *ſe verba iniurioſa ab alio audiuiſſe*; neque enim ea vlterius propalare debebat, vnde Saxones: *Wehrmann haben hilfft nicht*, v. Finckelth. *obſ. 73. tot.* Nec ab omni pœna liberatur reus, quamuis *veritatem conuitii* probare velit ac poſſit; iudici enim denunciare debuiſſet delictum, quod ab altero commiſſum eſſe putat, *conſt. crim. art. 110.* v. *l. 5. C. h. t.* textum in *l. 18. pr. h. t.* intelligunt de eo, qui in iudicio delictum manifeſtauit, Gail. *2. O. 99. n. 7.* interim tamen pœna *mitigari* ſolet, ſi veritas conuitii probetur, v. Stephani *ad conſt. crim. art. 110. n. 6.*

§. V. Propter iniuriam *ſub conditione* illatam conueniri aliquem poſſe adſerunt, ſi verba iniurioſa proferens *tempus præteritum* reſpiciat, v. g. ſi ea de me locutus es, peſſimum hominem te eſſe dico; verum nos idem adſerendum eſſe putamus, licet verba illata *futurum* tempus reſpiciant, v. g. ſi illud feceris, &c. nam vtroque caſu eadem eſt ratio, quod nimis præceps alter in iniuriis proferendis fuerit, qui veritatem facti prius indagare, vel expectare debuiſſet. Et huc ipſe Dn. Schœpfferus *ſyn. iur. h. t. n. 37.* cum Carpzovio tandem collineat, quamuis ab initio diſſentire videatur.

§. VI. Animus iniuriandi non præſumitur in illis, qui *corrigendi*, aut *emendandi animo quid fecerunt*,

Digitized by Google

*runt*, v. g. ſacerdotes, magiſtratus, *l. 15. §. 39. h. t.* præceptores, *l. 5. §. 3. in f. ff. ad L. Aquil.* domini, v. *l. vn. C. de emend. ſeru. & de emend. propinqu.* &c. ſed eſt ſaltem præſumtio, quæ per probationem contrarii eliditur, hinc *ſacerdotes* iniuriarum tenentur, ſi gradus admonitionum negligunt: auditores publice proſtituunt: diſſentientes in controuerſiis religionis iniuriis adficiunt, &c. v. *rec. imp. de a. 1530. §. wir haben 55. R. I. de a. 1542. §. 41.* Carpz. *Ipr. conſiſt. l. 3. def. 98. Magiſtratus*, ſi contra ordinem iudiciorum procedunt, arreſtando, ſequeſtrando, &c. fiducia magiſtratus, *v. l. 32. ff. h. t.* Ita quoque, qui in caſtigando excedunt, v. g. ſi ſutor puero diſcenti parum benefacienti forma calcei ceruicem percutit, vt oculus puero perfunderetur; conueniri poſſunt, non quidem actione iniuriarum, v. *l. 11. §. 7. h. t.* ſed tamen L. Aquiliæ, *d. l. 5. §. 3. l. 6. ff. ad L. Aquil.* & iudex ſæuitiam ex officio punire poteſt, v. *l. vn. C. de emend. propinqu.*

§. VII. Iniuria adficiuntur *omnes non conſentientes*, etiamſi eam non ſentiant, vt infantes & furioſi, *l. 3. §. 1. & 2. h. t.* tutor ergo, vel curator, horum nomine agit.

§. IIX. *Volenti* ergo non fit iniuria, *l. 1. §. 5. h. t.* quod intellige (a) de actione iniuriarum *priuata*, pœnæ publicæ enim nullum præiudicium infertur. (b) de actione *ipſi læſo* competente, vnde ſi is, qui iniuriis laceſſitus, in aliena poteſtate eſt, huic iterum non præiudicatur, *l. 1. §. 5. ff. h. t.*

§. IX. Nam iniuriarum agit nón ſolum is, quem iniuria directo tangit, ſed etiam ille, *ſub cu-*

*ius*

*ius poteſtate, vel protectione alter eſt*, v. g. pater & maritus propter iniurias filio, vel vxori illatas, modo quis ſciuerit, eum eſſe filium familias, vel alicuius vxorem, *l. 18. §. 5. ff. h. t.* idem obtinet in ſponſo ratione ſponſæ, *l. 15. §. 24. h. t.* E contrario vxor non agit propter iniurias marito illatas, quia defendi vxores a viris, non viros ab vxoribus æquum eſt, *l. 2. h. t.* niſi iniuria ſimul vxorem tangat, v. *l. 11. §. 8. h. t.* quo referunt, ſi maritus cornutus, aut leno vocetur.

§. X. *Famuli & ancillæ noſtræ*, ſi iniuriis adficiuntur, ipſi agunt, non vero domini, niſi in horum contumeliam iniuria illis facta, *l. 15. & 35. & 48. ff. h. t.* quod ex circumſtantiis diiudicandum, v. g. ſi famulus meo nomine debitorem interpellat, aut actum poſſeſſorium exercere debet, venando, agendo, &c. ille vero a debitore alioue verberibus ſimilique modo excipitur.

§. XI. Vindicantur iniuriæ diuerſis actionibus. Vna eſt *prætoria*, quando is, qui iniurias paſſus eſt, aduerſus inferentem *ad æſtimationem iniuriæ*, ſiue pœnam priuatam ſibi adplicandam agit, §. 7. *I. h. t.* iudex vero tunc vel tanti reum condemnat, quanti actor æſtimauerit, vel minoris, prout ipſi viſum fuerit, *d. §. 7.* vbi reſpicere debet ad *perſonæ læſæ qualitatem*, *l. 9. pr. h. t.* vel ad *locum*, v. g. ſi quis in theatro, vel foro, iniuria adfectus, *d. l. 9. §. 1. h.* &c. hinc enim atrocitas facti diiudicatur, habito reſpectu ad *tempus iniuriæ illatæ*, *l. 21. h.* v. omnino §. 9. *I. h. t.* Ob *plures iniurias eodem tempore illatas* vna ſaltem actio competit, *l. 7. §. 5. h. t.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII. Poteſt etiam *criminaliter* agi ad pœnam publicam infligendam, *l. f. h. t.* vbi pœna arbitraria obtinet, excepto caſu, ſi quis *ſacerdoti ſacra adminiſtranti* iniuriam intulerit atque ſacra turbauerit, quo caſu pœna capitis dictitatur, *l. 10. & auth. ſed nouo iure. C de epiſc. & cler.* quod in *Saxonia* tunc ſolum procedit, quando *perſonis eccleſiaſticis ſimul vis illata*, alias iterum pœnæ arbitrariæ locus eſt, Finckelth. *obſ. 72. tot. in ſpec. n. 7.* Ceterum hæc criminalis & prior æſtimatoria actio ſimul inſtitui nequeunt, ſed vna alteram tollit, *l. 6. in f. h.*

§. XIII. Propter iniurias, quæ *manu fiunt*, ſiue reales, vt loquimur, quando ſcilicet quis verberatus, pulſatus, aut domus eius vi introita eſt, ex *L. Cornelia* etiam datur actio ad pœnam priuatam, vel publicam, v. §. *8. iunct. §. 10. I. h. t. l. 5. pr. l. 73. §. 1. h. t.* Hæc actio itaque non eſt ex iure prætorio, ſed ciuili.

§. XIV. Conceditur hodie etiam, ſi iniuria *verbis* illata, actio *ad recantationem*, ſiue *palinodiam*, quæ reuera pœnalis eſt, in praxi tamen pro *rei perſecutoria* habetur, quia fama *quaſi*, i. e. opinione hominum, *ablata* & ſic *quaſi* etiam *reſtituitur*. Non deuenitur autem ad recantationem, niſi iniuriæ ſint atrociſſimæ; alias *deprecatio* ſaltem iniungitur: *eine gerichtliche und chriſtliche abbitte*, v. g. ſi quis verba obſcœna contra aliquem euomuit, aut defectum phyſicum ipſi obiecit, &c. v. Carpzov. *pr. crim. qu. 97. n. 82.* ſi verba prolata ſunt *ambigua*, vt in bonam & malam partem accipi queant: ad *declarationem honoris* ſolum condemnatur reus, *zu einer Ehren - Erklærung*, v. Mev. *p. 3. dec. 30.* quæ tamen in præcedenti caſu cum depreca-

tione coniungi ſolet. Imo in *Saxonia* per declarationem ante L. C. factam actio iniuriarum plane tollitur, modo iniuriæ non ſint admodum atroces, nec actio æſtimatoria ſit inſtituta, Carpz. *pr. cr. qu. 97. n. 12. ſeqq.* cum quo, quod rarum, conſentit Finckelth. *obſ. 50.* De *præſcriptione* harum actionum v. *tit. de diu. temp. præſcr.* & quatenus *ad heredes tranſeant, tit. de O. & A. §. IX. & X.*

§. XV. Mores concedunt quoque remedium extraiudiciale, *retorſionem* ſcilicet, quæ in continenti fieri & proportionem cum iniuria illata habere debet, admittitur tamen & hodie retorſio ex poſtfacto in ſcriptis facta & per notarium atque teſtes inſinuata. Ceterum retorſionem illicitam eſſe adſtruxerunt Finckelthauſius *obſ. 37.* Henning. Rennemannus *in tract. de iure retorſionis*, & Gerh. Pfankuch. *in tr. de prohibitis verbalium iniuriarum retorſionibus*: contrariam ſententiam propugnauit Struuius *in tr. de vindicta priuata*, cuius ſententiam contra Pfankuchium vindicauit Ioh. phil. Slevogt in epiſtola ad Pfankuchium *de æquitate retorſionis iniuriarum Ienæ 1678.*

§. XVI. *Tollitur* alias actio iniuriarum *remiſſione*, ſi quis iniuriam paſſus eam ad animum non reuocauerit, §. *12. I. d. t.* vel poſtea eam diſſimulauerit, quod ex familiari conuerſatione absque proteſtatione facta colligitur.

§. XVII. Altera pars tituli de *libellis famoſis* agit. Dicitur autem libellus famoſus, quando alicui *famoſum crimen* obiicitur & quidem *ſuppreſſo nomine*, *l. vn. C. de fam. lib. conſt. crim. art. 110.*

iuxta

iuxta *d. l. vn. c.* pœna capitis locum habet, *in conſt. crim. art. 110.* autem pœna talionis dictatur, vt ſcilicet ea pœna adficiatur, quam meretur crimen imputatum. Hodie arbitrarie, relegatione, fuſtigatione, aut alias punitur pro circumſtantiarum diuerſitate. Si autor famoſi libelli detegi nequit: pro infami a carnifice declaratur & famoſus libellus flammis deletur, Brunnem. *ad l. f. ff. de requ. reis in f.* Ceterum tamquam autor famoſi libelli etiam condemnatur, qui eum inuentum non ſtatim corrupit, aut igne conſumſit, ſed vim eiusdem manifeſtauit, vti dicitur in *l. vn. C. d. t.* De *iniuriis & famoſis libellis* v. Ludov. Gilhauſen, add. Thœnniker *de ſacco proceſſus iniuriarum inani* & Bocerus *l. vn. C. de fam. libellis, &c.*

*LIB. XLVII. TIT. XI.*

## De extraordinariis criminibus.

§. I. EXtraordinaria crimina quænam fuerint, inter DD. non conuenit. Nobis optima ſententia eſſe videtur, quod fuerint delicta publica, in eo tamen a reliquis diſtincta, quia certam quidem interdum habuerunt pœnam, non tamen *certa lege, vel SCto* ſtatutam, ſed moribus, aut reſponſis prudentum introductam, v. Dn. Thomaſ. *diſſ. Lipſ. XIII. §. 8. ſeqq. Vſ. pract. diſt. h. t. diſt. I.*

§. II. Sub hoc titulo variæ ſpecies recenſentur: *Sollicitatio alienarum nuptiarum & matrimoniorum interpellatio*, etſi effectu caruit, *l. 1. pr. h. t.* Si quis *ſimo corrupto aliquem perfundit*, *cœno*, *vel luto oblinit*, *aquas ſpurcat*, *l. 1. §. 1. h. t.* Si quis *puero, abducto ab eo*, *vel corrupto comite*, *ſtuprum perſuadet*, aut *mulierem puellamue interpellauit*, *l. 1. §. 2. h. t.*

§. III. Porro *dardanariatus*, ſiue annonæ vexatio, quod per ſtateras adulterinas etiam fit, *l. 6. h. t.* vetitæ in ſacculo artes *ſacculariorum*, *l. 7. h. t. ibique Gothofr.* crimen *directariorum*, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt animo furandi, *d. l. 7.* nec non *circulatorum*, qui ſerpentes circumferunt & proponunt, & alicui ob eorum metum damnum datum eſt, *l. 11. h. t.* quod hodie ſecus eſſe puto, ſi circulatores magiſtratus permiſſione, vt ſolent, ſerpentes circumferunt.

§. IV. De crimine *Scopeliſmi* dicitur in *l. 9. h. t.* quod in prouincia Arabia frequentabatur lapidum poſitione in prædio inimici facta, quæ indicio erat, quod ſi quis eum agrum coluiſſet, eum malo letho periturum eſſe inſidiis eorum, qui ſcopulos poſuiſſent: quæ res tantum timorem habebat, vt nemo ad eum agrum accedere auderet. Cum hoc delicto comparant hodie *diffidationem*, quando quis inimico hoſtilia minitatur, vnde *integræ vniuerſitati damnum imminet*, v. g. incendium, vel aquarum infectionem, cuius pœna eſt capitalis, *conſt. crim. art. 128.* Si vero *vni perſonæ* damnum imminet, v. g. in minis mortis, cautio de non offendendo præſtanda fideiuſſoribus, aut pignoribus, qua deficiente reus carceri includitur, & de ſuo alitur:

Digitized by Google

cur: ſi non habet, actor, & ſi & hic inops, magiſtratus alimenta ſuppeditat, *conſt. crim. art. 176. ibique not. noſtr.*

§. V. *Abactio partus* data opera ſuſcepta quondam temporali relegatione puniebatur, *l. 4. ff. h. t.* hodie vltimo ſuplicio, ſi *partus iam fuit animatus, conſt. crim. art. 133.* quod iuridice poſt dimidium tempus geſtionis præſumitur, alias pœna arbitraria relegationis, vel fuſtigationis obtinet, prout ſcilicet partus vitalitati proximus fuit, aut non. Iure Romano extraordinarium quoque crimen eſt, *ſi quis aggeres Nili rumpit*, cuius pœna ad viuicomburium extendi poteſt, *l. vn. C. de Nili agger. non rump.* hodie etiam intuitu aliorum fluminum eorumque aggerum ruptorum ſæpe pœna capitalis eſt, Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 18.* Referri huc etiam poteſt *ebrioſitas, improba mendicitas, &c.* v. Stryk. *l. c. §. 17.*

*Lib. XLVII. Tit. IIX.*

Cod. IX. 19.

## De Sepulchro violato.

§. I. AGit hic ille, ad quem res pertinet, vel hoc agere ceſſante, quilibet ex populo, ad pœnam 100. aureorum: contra eos vero qui dolo malo in ſepulchro habitant, id eſt, ædificium ibi poſitum habent, ad 200. aureos, *l. 3. pr. §. 6. & 11. h. t.* eſt actio popularis, *l. 3. §. 12. h. t.* iure codicis decem pondo auri fiſco inferre cogitur, qui ſaxa, vel marmora, vel columnas, aliamue quamcunque materiam de ſepulchro abſtulit, fabricandi cauſa, vel venditurus, *l. 4. C. h. t.* hodie pœna vbique arbitraria obtinet.

TIT. XIII. DE CONCVSSIONE. *Concuſſio* dicitur, quando aliquis terretur *ſimulato præſidis iuſſu*, non vi externa atroci, in quo differt a *tit. quod metus cauſa*; ſi quod ablatum per eiusmodi terrorem, præſes prouinciæ reſtitui iubet & delictum extra ordinem coercet, *l. 1. h. t.*

TIT. XIV. DE ABIGEIS, (*Cod. IX. 37.*) *Abigei* ſunt, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt & abigendi ſtudium tamquam artem exercent, *l. 1. §. 1. h. t.* Abigeatus eſt, ſi quis decem oues, porcos quatuor, vel quinque, equum vero, aut bouem, vel vnum ſaltem abducit, *l. 3. pr. h. t.* hodie abigei, vt alii fures, puniuntur.

TIT. XV. DE PRAEVARICATIONE. *Præuaricator* eſt, qui diuerſam (aduerſam) partem adiuuat, prodita cauſa ſua, *l. 1. pr. h. t.* Iudicium præuaricationis aliud eſt *publicum*, quando accuſator non ex animo egit & ſic reus per præuaricationem abſolutus eſt, qui eadem pœna adficitur, qua reus tenebatur, *l. 6. h. t.* reus autem delatorem corrumpens, præterquam in cauſa ſanguinis, pro victo habetur, *l. f. h. t.* aliud *extraordinarium*, ſi aduocatus præuaricatur, id eſt, arcana clientis prodit, teſtes optimos, vel exceptiones omittit, *l. 3. §. 2. h. t.* hodie priori etiam caſu pœnæ extraordinariæ locus eſt.

TIT. XVI. DE RECEPTATORIBVS (*Cod. IX. 39.*) *Receptatores* eodem modo puniendos eſſe; v. g. cum latronibus, quos receperunt, in *l. 1. h. t.* dicitur, exceptis tamen iis, apud quos *adfinis*, vel *cognatus* conſeruatus eſt, *l. 2. h. t.* Hodie pœna extraordinaria dictatur, niſi quis v. g. latrones, vel fures, receptauerit & ſocietatem criminis cum illis

illis contraxerit. *Sola ſcientia* delicti commiſſi non punitur, niſi in crimine perduellionis, *l. 5. §. 6. C. ad L. iul. mai.* quod DD. extendunt ad crimina atrociſſima, qualia ſunt parricidii, aſſasſinii & latrocinii, vbi tamen pœna extraordinaria locum habet, v. Carpz. *pr. crim. qu. 134. n. 66. ſqq.*

TIT. XVII. DE FVRIBVS BALNEARIIS. *Balnearii fures* ſunt, qui veſtimenta lauantium ſubripiunt, v. *l. 1. ibique Gothofr. h. t.* olim extra ordinem, etiam ad opus publicum temporarium condemnabantur, *d. l. 1. h. t.* hodie vt alii fures puniuntur.

TIT. XIIX. DE EFFRACTORIBVS ET EXPILATORIBVS. De *furibus*, qui cum effractione furantur, diximus ad *tit. de furt.* §. *VII. Si carcerem ipſe delinquens effringit*, vltimum ſupplicium de eo ſumitur iure Romano, *l. 1. pr. h. t.* hodie arbitraria eſt, v. *l. 13. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* ſi vero aufugit *propter culpam commentarienſis* ſine effractione, pœna leuiſſima, v. g. carceris ad paucos dies, ſolum adficitur, commentarienſis pro gradu culpæ extra ordinem coercetur, v. *l. 14. §. 2. ff. de cuſt. & exh. reor.* Quod ſi commentarienſis cum carcerato conſpirauerit & ſic doloſe eum liberauerit, iuxta *conſt. crim. art. 180.* ea pœna adficitur, quam delinquens liberatus ſuſtinuiſſet; verum hodie iterum pœna arbitraria obtinet. Si *tertius quidam vi armata & coadunatis hominibus carcerem effringit:* capite punitur, Carpzou. *pr. crim. qu. 35. n. 39. ſeqq.*



Digitized by Google

*Expilatores* ſunt fures atrociores, *l. 1. §. 1. h. t.* *l. 6. §. 6. ff. pœn.* qui ædes & villas alienas expilant & ne pilum quidem homini relinquunt, Gothofr. *ad d. l. 1. §. 1. h. t.* puniuntur hodie pro diuerſitate circumſtantiarum vt fures, vel raptores.

TIT. XIX. EXPILATÆ HEREDITATIS, (*cod. IX. 42.*) *Expilatio hereditatis* in eo differt a furto, quod hic auferantur res hereditariæ, *quarum poſſeſſionem heres nondum adprehendit*, *l. 2. §. 1. l. 6. ff. h. t.* hinc hodie etiam pœna laquei non dictatur, ſed arbitraria, conf. *tit. de furt.* ∬. XI.

TIT. XX. STELLIONATVS, (*Cod. IX. 34.*) *Stellionatus* eſt vocabulum ſubſidiarium, quando ſpecialis titulus criminis deficit, & quod in priuatis iudiciis eſt de dolo actio: hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio, *l. 3. §. 1. h. t.* v. g. ſi quis rem alii obligatam diſſimulata obligatione per calliditatem alii diſtraxerit; merces corruperit, &c. *d. l. 3. §. 1. & 3. h. t.* Stellionatus a *ſtellione* dicitur, lacerti genere verſutiſſimo, Cuiac. *in parat. ff. h. t.* ſtellulis diſtincto, qui per parietem repit, ex Plinio Gothofr. *ad rubr. h. t.* Pœna eſt arbitraria, *l. 3. §. 2. ff. h. t.*

TIT. XXI. DE TERMINO MOTO. Extra ordinem quoque puniuntur, qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum fine ſue dolo malo mouerunt, v. *l. 1. 2. & 3. ff. h. t* quæ pœna vsque ad fuſtigationem extendi poteſt, *conſt. crim. art. 114.*

TIT. XXII. DE COLLEGIIS ET CORPORIBVS. *Collegia illicita*, i. e. a principe non adprobata, valde

de odioſa ſunt & hinc prohibentur, *l. 1. h. t.* quia variis exceſſibus occaſionem dant. Diſſoluuntur itaque, permittitur tamen ſodalibus, vt pecunias communes, ſi quas habent, diuidere poſſint, *l. 3. pr. h. t.* *Religionis cauſſa* interim homines coire non prohibentur, modo ſub hoc prætextu collegia illicita non conſtituantur, *l. 1. §. 1. h. t.* *Tres* faciunt collegium, *l. 85. ff. de V. S.* conf. quæ diximus ad *tit. de hered. inſtit. §. II. in f.* & late Briſſonius *antiq. iur. ciu. l. 1. c. 14.*

## *LIB. XLVII. TIT. XXIII.*
## De popularibus actionibus.

§. I. POpulares actiones dantur *cuilibet de populo*, *l. 1. 2. ſeqq. h. t.* non tamen ad pœnam fiſco, ſed *actori adplicandam*, v. *l. 13. ff. de V. S.* Pertinet huc actio *de albo corrupto*, v. *tit. de iurisd.* §. XIIX. *de effuſo vel deiecto*, v. *tit. de his, qui effud.* §. IV. *depoſito, vel ſuſpenſo, ibid.* §. V. actio *ædilitia*, v. *tit. de ædil. edict.* §. IIX. *de ſepulchro violato*, v. *tit. de ſep. viol.* §. 1. &c. Hodie eæ non quidem ſunt prohibitæ; ſed vix eſt, vt inſtituantur, quia mulctam hodie fiſcus ſemper capit & homines gratis non facile agunt, vbi ipſorum non intereſt.

## *Lib. XLIIX. Tit. I.*
## De publicis iudiciis.

§. I. COnueniunt hæc cum popularibus in eo, quod quilibet ex populo agat, §. 1. *I. h. t.* differunt tamen, quod in publicis iudiciis ad vindictam publicam agatur, pœnam capitalem, vel non capitalem, *l. 2. ff. h. t.* De *antiquo*



Digitized by Google

*ordine exercendorum iudiciorum publicorum capitalium* fuſe agit Gothofred. *in not. ad l. 8. ff. h. t.* Briſſonius *antiquit. iur. ciu. l. 2. c. 1.*

*Lib. XLIIX. Tit. II.*

## De accuſationibus & inſcriptionibus.

§. I. IN iudiciis publicis, prout modo dictum, quilibet ex populo accuſabatur, ac ad accuſandum propterea proni erant ciues, quoniam accuſatoribus certum præmium conſtitutum erat, v. Briſſonius *antiqu. l. 3. c. 17.* hodie vero nihil accipiunt, & ſic raro etiam, vel nunquam accuſant, vnde recenſendis inutilibus non immorabimur.

§. II. Ceſſat ergo hodie etiam accuſatorum *inſcriptio*, quæ olim ad ſimilitudinem ſupplicii, ſiue pœnam talionis fiebat, in caſum, ſi delictum alteri imputatum probari non poſſet, *l. 7. pr. h. t. ibique Gothofr.* ſcilicet plurimi non amore boni publici, ſed captandi lucri priuati cauſa, ad accuſationes innocentum deueniebant, graſſatorum inſtar & latronum, vti ex Plinio refert Briſſonius *d. c. 17. in f.* exempla v. apud Gothofr. *ad l. 7. §. 4. ff. ad L. Iul. mai.* inſcriptio itaque illa ad id inueniebatur, ne facile quis proſiliret ad accuſationem, cum ſciat, eam ſibi inultam non fore, *d. l. 7. pr. h. t.* in *conſt. crim. art. 12.* diſponitur, quod accuſator *in carcerem detrudi debeat, donec cautionem præſtiterit*; verum nec illa diſpoſitio moribus obtinet, prout oſtendi in *not. ad d. art. 12.*

§. III.

Digitized by Google

§. III. Moribus noſtris in caſu commiſſi delicti publici iudex præcedente alicuius denunciatione, vel fama publica, *inquiſitionem* ex officio inſtituere ſolet, vbi primum inueſtigat corpus delicti v. g. an reuera homo occiſus: furtum commiſſum, &c. & deinde etiam ex teſtibus generaliter quærit: annon ſciant, quis homicidium illud, vel furtum, commiſerit? hæc vocatur *inquiſitio generalis*.

§. IV. Quando nunc in hac inquiſitione certa perſona indiciis grauata eſt: ad *inquiſitionem ſpecialem* deuenitur, id eſt, articuli inquiſitionales ex depoſitionibus teſtium ſummariis conficiuntur: reus ad eos reſpondere & ſic litem conteſtari tenetur: ſi negat factum, teſtes præſtito iuramento ad articulos probatoriales examinantur: confrontatio inter teſtes & inquiſitum inſtituitur: defenſio permittititur & tandem ſententia fertur, de quibus omnibus fuſe agitur *in der Einlet. zum peinlichen proceß per tot.* conf. Brunnemannus *in tr. de proceſſu inquiſitionis* & eiusdem Autoris tract. in vernacula editus *Anleitung. zu vorſichtiger Anſtellung des inquiſitions - Proceſſes, &c.*

Lib.

Digitized by Google

LIB. XLIIX. TIT. III.

Cod. IX. 3. 4.

# De cuſtodia & exhibitione reorum.

§. I. DE cuſtodia reorum proconſul, apud nos quilibet iudex, exiſtimare ſolet, vtrum *in carcerem recipienda ſit perſona*, an *militi tradenda*, vel *fideiuſſoribus committenda*, vel etiam *ſibi*. Hoc autem vel *pro criminis*, quod obiicitur, *qualitate*, vel *propter honorem*, aut *propter ampliſſimas facultates*, vel *pro innocentia perſonæ*, vel *pro dignitate eius*, *qui accuſatur*, facere ſolet. Ita optime Vlpianus in *l. 1. ff. h. t.* add. *l. 3. h. t.* v. *Einleit. zum peinl. proc. cap. 2. tot.*

§. II. Carceres non ad cruciandos, ſed ad ſeruandos reos haberi debent, vnde carceratis *manicæ ferreæ* non iniiciendæ, ſed catenæ prolixiores, (quamuis & hic circumſtantiæ interdum aliud ſuadere queant:) locus carceris ita quoque comparatus eſſe debet, vt *lumen ſolis in eum intrare poſſit*, *l. 1. C. de cuſtod. reor.* nec etiam ſit ſqualidus ille locus, &c. v. fuſe *d. Einleit. c. 2. §. 7.*

§. III. *Feminis* Juſtinianus ius ſingulare conceſſit, quod incarcerari non debeant, ſed vel ad iuratoriam cautionem admittendæ, vel in grauibus criminibus monaſterio includendæ ſint, ne forſan caſtitatis ſentiant præiudicium, *nou. 134. c. 6.* verum eo iure hodie non fruuntur, interim tamen ſeparato carceri includi ſolent, idque propter rationem modo adductam.

§. IV

§. IV. *Priuatos* homines carceres habere non poſſe, per ſe patet, v. *l. 1. C. de priu. carcer. inhib.* committitur enim eo ipſo crimen læſæ maieſtatis & pœna capitis dictatur in *d. l. 1. C.* quæ hodie non obtinet, ſed mulcta, carcer, &c. Carpz. *pr. crim. qu. 111. n. 80. & 81.* Interim ab ea prohibitione excipiuntur, *quibus ius modicæ caſtigationis permiſſum*, v. g. maritus, pater & dominus, qui, vt Lauterbach *h. t.* loquitur, correlata ſua carceri includere poſſunt, v. *l. vn. C. de emend. ſeruor.* Carpzov. *d. l. n. 82. 83.* Ita quoque, qui *in flagranti delicto deprehenditur*, tamdiu cuſtodiri poteſt, donec iudici commode exhiberi queat, v. *l. 25. ff. ad L. Iul. de adult.* Struu. *ex. 49. th. 16.* vbi plures caſus, v. g, ſi quis debitorem, aut hominem proprium fugientem adprehendit, &c.

§. V. De *exhibitione reorum*, quæ eſt altera pars huius tituli, ita ſtatuitur in *l. 4. ff. h. t.* ſcilicet, ſi fideiuſſor reum, pro quo ſatisdedit, non exhibuerit: pœna pecuniaria plectitur; quod ſi neque in cautione, neque in decreto præſidis certa quantitas comprehenſa eſt, nec conſuetudo oſtenditur, quæ certam formam habet: præſes de modo pecuniæ, quæ inferri oporteat, ſtatuet.

*Lib. XLIIX. Tit. IV.*

Cod. IX. 8.

## Ad Legem Iuliam Maieſtatis.

§. I. INter delicta publica primum locum occupat illud, quod atrociſſimum eſt & quo *ipſa res publica eiusque caput* directo læditur, quod *læſæ maieſtatis* propterea vocatur. Species eius duæ ſunt, crimen *perduellionis & læſæ maieſtatis in ſpecie.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. *Crimen perduellionis* eſt, quando *hoſtili animo* aduerſus rempublicam, vel principem, aliquid directo ſuſcipitur, *l. 11. inf. h. t.* quo pertinet, ſi quis homines ad ſeditionem conuocat: iniuſſu principis exercitum comparat, aut bellum gerit; exercitum in inſidias deducit hoſtibusue prodit, &c. v. *l. 1. 2. 3. & 4. ff. h. t.* vbi plura exempla.

§. III. In noſtro imperio hoc crimen non ſolum aduerſus *imperatorem*, ſed etiam aduerſus *Status imperii* committitur, quippe qui ſuperioritatem territorialem in ſuis territoriis exercent, vnde aliqui illud delictum hoc intuitu *læſæ ſuperioritatis territorialis* dixerunt. Adeſt interim inter electores, & reliquos ſtatus hæc differentia: contra *electores* perduellio committitur ab omnibus, qui ſunt imperii ſubditi, quod colligitur ex *A. B. tit. 24. pr.* contra *principes* vero a ſubditis propriis ſolum, v. Rhet. *inſt. iur. publ. l. 1. tit. 6. §. 23.* In *regem Romanorum* viuo imperatore electum non committitur hoc crimen, niſi, imperatore abſente, vel impedito, eius vices gerat, Stryk. *vſ. mod. h. t. §. 2. in auguſtam* plane non committitur, Limn. *iur. publ. l. 2. c. 14. n. 25. ſqq.*

§. IV. Maieſtatis reus quoque dicitur in *l. 5. pr. C. h. t.* qui de nece *conſiliariorum & miniſtrorum principis* factionem init: quod recte explicant de eo caſu, ſi propter conſilia data odio in remp. tale quid ſuſcipitur, non, ſi ex odio priuato.

§. V. Punitur etiam *nuda voluntas* effectu deſtituta, *l. 5. pr. C. h. t.* item *nuda ſcientia, d. l. 5. §. 6. C.* Bartolus *ad l. 3. ff. h. t.* cuius quidem animam Baldus ob eam opinionem in picea voragine cruciari

ciari ait, nil tamen eo ipſo efficit, v. Bocerus *de crim. maieſt. c. 2. n 39.* Ziegler. *de iur. mai. l. 1. c. 2. §. 47.* debuiſſet enim conſcius criminis illud prodere. Si ſtatim ab initio hoc feciſſet, præmium & honorem: ſi poſtea, re tamen adhuc integra, abſolutionem ac veniam conſecutus fuiſſet, *d. l. 5. §. 7. C. h. t.* Interim tamen, ſi quis crimen detegit, aliud periculum imminet. Probandum enim eſt delictum imputatum, alias accuſator & accuſatus tormentis ſubiiciuntur, *l. 3. C. h. t.* quamuis hoc ad caſum *accuſationis*, non nudæ delationis, reſtringendum eſſe putarem, quia lex dura.

§. VI. Puniuntur etiam, qui pro reis *intercedere audent* apud principem, *l. 5. §. 2. C. h. t. & poſt mortem* quoque accuſatio adhuc admittitur, *l. 6. pr. l. 7. C. h. t.* Reus durante inquiſitione nec *vendere*, nec vllo modo bona *alienare poteſt*, nec recte *ei ſoluit debitor, l. 5. §. 4. l. 6. §. 1. C. h.*

§. VII. Pœna eſt *mors*, iuxta *l. 5. pr. C. h. t.* gladius, quæ lex integra fere translata eſt in *aur. bull. tit. 24.* hodie communiter in quatuor partes ſecatur, viuus, vel mortuus, v. *conſtit. crim. art. 124.* illæque partes in locis publicis ſuſpenduntur. Delinquentis *bona fiſco addicuntur*, ſalua tamen vxoris dote, *l. 5. pr. & §. 5. C. h. t. ædes deſtruuntur* & in area interdum columna erigitur eique cauſa deſtructionis inſcribitur: *memoria condemnatur: honores auferuntur*, &c. v. Carpz. *pr. crim. qu. 41.*

§. IIX. *Filii* delinquentis a materna & reliquis hereditatibus excluduntur nec alias bona adqui-

Digitized by Google

quirere poſſunt in illa republica, ad nullos etiam honores admittuntur, quia hereditarii criminis exempla metuuntur, *l. 5. §. 1. C. h. t.* quam tamen diſpoſitionem DD. ad nepotes & filios adoptiuos extendi nolunt. Mitior quoque eſt ſententia circa *filias*, quæ pro infirmitate ſexus minus audere poſſunt, & hinc falcidiam (hodie poſt *nou. 18.* legitimam,) ex bonis matris capiunt, vt mediocrem alimoniam habeant, *l. 5 §. 3. C. h. t.*

§. IX. Crimen *læſæ maieſtatis in ſpecie* eſt, quando quis regalia minora, vt vocant, ſine conceſſione principis vſurpat, aut aliud quid committit, quod contra dignitatem principis eſt, v. g. ſi priuatos carceres exercet, *l. 1. in f. C. de priuat. carc. inhib.* falſam monetam cudit, *l. 2. C. de falſ. mon.* ſtatuas principis conſecratas conflat. *l. 6. ff. h. t.* &c. Pœna hic variat; crimen morte extinguitur: bona non confiſcantur, v. *l. 11. ff. h. t.*

§. X. Quid, *ſi quis principi maledixerit?* ſi ex leuitate hoc proceſſerit, contemnendum; ſi ex inſania, miſeratione digniſſimum: ſi ab iniuria, remittendum eſſe dicitur in *l. vn. C. ſi quis imper. maledix.* verum ea lex principes noſtros non ſtringit, vnde etiam pœnam arbitrariam eo caſu imponi ſolere videmus.

§. XI. Quando maieſtas diuina per eiusmodi verba iniurioſa & maledicta læditur: crimen *blaſphemiæ* adeſt, quod gladio punitur, ſi iniuria in Deum immediate commiſſa, *conſt. crim. art. 106.* Carpzov. *pr. crim. qu. 45. n. 20.* & pro grauitate criminis lingua interdum antea exſcinditur.

Si

Si iniuria non immediate in Deum commiſſa, v. g. ſi quis alteri per ſacramenta, ſanguinem & paſſionem Chriſti maledicit: pœna carceris, vel pecuniaria eſt.

§. XII. Blaſphemia aduerſus *Mariam* in *conſt. crim. art. 106.* blaſphemiæ aduerſus ipſum Deum commiſſæ æquiparatur; verum apud euangelicos, qui cultum religioſum Mariæ non adtribuunt, pœna carceris, vel relegationis obtinet, v. Carpz. *d. qu. 45. n. 71. ſeqq.* Ita quoque arbitrarie coercentur, qui contra alios *ſanctos* iniurias euomunt. De *crimine læſæ maieſtatis* ſcripſerunt Toelemannus; Gigas & Bocerus, add. Scipio Gentilis *in tr. de coniurationibus, &c.*

*Lib. XLIIX. Tit. V.*

Cod. IX. 8.

## Ad Legem Iuliam de adulteriis coercendis.

§. I. ADulterium iure Romano proprie ſolum in *nuptam* committitur, *l. 6. §. 1. ff. h. t. l. 101. pr. ff. de V. S.* vnde illud DD. deſcribunt, quod ſit *violatio thori alieni:* hodie autem per *violationem fidei coniugalis* definitur, v. *c. 15. cauſ. 32. qu. 5.* & hinc etiam vxor maritum adulterii accuſare poteſt, quod iure Rom. non poteſt, *l. 1. C. h. t.*

§. II. Aliud eſt adulterium *duplex*, quando maritus cum aliena vxore concumbit, & ſic ab vtroque delinquentium vinculum coniugale



Digitized by Google

violatur: aliud *ſimplex*, quando vel *ſolutus cum aliena vxore*, vel *ſoluta cum alieno marito* concumbit. Cum *ſponſa* quoque adulterium committi dicitur in *l. 13. §. 3. h. t.* verum hoc caſu mitior pœna hodie obtinet, quia non ipſum matrimonium, ſed ſpes matrimonii ſolum violata.

§. III. Agitur propter adulterium vel *ciuiliter*, vel *criminaliter*. *Ciuiliter* ad diuortium, v. ſupra *tit. de diuort.* & maritus innocens lucratur dotem ab adultera illatam & ex parphernalibus tantam portionem, quanta eſt pars tertia dotis, *l. 8. §. 5. C. de repud. nou. 117. c. 8.* contra: vxor innocens recipit dotem, lucratur donationem propter nuptias & tantum ex reliqua mariti ſubſtantia capit, quantum eſt tertia pars iſtius donationis, *nou. 117. c. 9.* quæ omnia tamen ita intelligenda, ſi liberi ex eodem matrimonio non adſunt, illis enim exiſtentibus bona conſeruantur, *d. nou. 117. c. 8. & 9.*

§. IV. Quando ita ciuiliter agitur, probationis loco etiam *vrgentes præſumtiones* ſufficiunt. Talis eſt; ſi v. g. nudus cum nuda in eodem lecto deprehenditur, multis locis ſecretis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis, *c. 12. X. de præſumt.*

§. V. Si *criminaliter* agitur, delictum manifeſto probandum eſt, quod aliter fieri nequit, quam ſi vterque fateatur, *ſemen commixtum fuiſſe*. Quoad pœnam ipſam ita tene: *duplex* adulterium in multis locis capite punitur in vtroque coniu-

iuge, vt in electoratu Saxoniæ, Palatinatu, Haſſia, electoratu Brandenb. ducatu Guelpherb. & Hannouerano, Engelbr. *ad ff. diſp. 24. §. 41. in fin.* Heig. *p. 2. qu. 29 n. 72. & 73.* Brunn. *proc. inquiſ. c. 9 n. 30.* non vero vbique, nam iure Lubecenſi pœna prima vice ſolum eſt LX. marcarum Lubecenſ. *ius Lub. l. 4. tit. 6. art. 3.* apud Bauaros, Tirolenſes, Argentinenſes & Friburgenſes itidem pœna pecuniaria, teſte Heigio *d. qu. 29. n. 75.* iure Hamburgenſi marito adultero C thaleri, vxori relegatio dictatur. *ſtat. Hamburg. p. IV. art. XXIX.*

§. VI. *Simplex* adulterium non vno modo punitur. Si *ſolutus cum vxore aliena* rem habuit, *extra Saxoniam* (excepto iure Lubecenſi, & reliquis, de quibus *ſ. præc.*) maſculus pœna capitis adficitur, quia prolem in alienam familiam ſubſtituit; fœmina vero fuſtigatur, v. Struu. *ex 49. th. 30. in Saxon.* autem vtrique pœna gladii dictatur, Carpz. *pr. crim. qu. 45. n. 27. ſeqq.* Si vero *maritus cum ſoluta concubuit: extra Saxoniam* maritus fuſtigatur, fœmina vero ad tempus relegatur, vel carceri includitur: in epiſcopatu Hildeſienſi prima vice mulcta 50. ſecunda vice 100. flor. tertia vice pœna corporalis dictatur, Schrad. *de cauſ. for. eccleſ. c. 1. tit. 11. §. 23. lit. a. iure Saxonico* autem maritus capite plectitur & fœmina ſoluta virgis cæſa in perpetuum relegatur, Carpz. *qu. 53. n. 36. ſqq. qu. 54. n. 37. ſqq.* De pœnis, quæ æuo Iuſtiniani obtinuerunt, v. *vſ. pract. diſt. h. t. diſt. I.*

§. VII. *Mitigatur* pœna adulterii, (I) ſi *pars innocens pro nocente intercedit*, eidemque vlterius cohabitare vult; quo caſu relegatio dictatur & pars innocens relegatum nocentem ſequi tenetur,

Brunnem. *proc. inquiſ. c. 9. n. 22.* In *Saxonia* tamen in duplicato adulterio hæc interceſſio effectu deſtituitur, *conſt. elect. 19. p. 4.* v. *diſſ. noſtr. de interceſſione innocentum.*

§. IIX. Mitigatur (II) ſi *alter coniux quodammodo in culpa eſt*, v. g. ſi fœmina maritum admittere noluit, vel alter impotens eſt, Carpz. *qu. 61. n. 16. 24. 30. ſqq.* vel coniugem deſeruit alter, *id. d. qu. 58. n. 53.* Addunt (III) ſi quis concumbit *cum vxore meretricio more viuente*, quia hic maritus vxori delinquenti conniuet & ſic ſcienti atque volenti minor infertur iniuria, quod tamen vxorem non excuſat, id. *qu. 57. n. 20. ſqq.* Hiſce itaque caſibus loco pœnæ capitalis relegatio, vel fuſtigatio dictatur.

§. IX. Præter haſce perſecutiones iudiciales *priuatæ vindictæ* etiam nonnihil indulgent LL. ſcilicet *marito & patri* adulteræ filiæ, qui eam in poteſtate habet, *l. 20. ff. h. t.* adulterum in adulterio deprehenſum occidere permittitur, cum triplici tamen differentia. (I) Maritus tunc ſolum occidit, ſi adulterum in *ſua domo*: pater, ſi eum in *ſua*, *vel generi domo* deprehendat, *l. 22. §. 2. l. 23. §. 2. l. 24. pr. ff. h. t.* (II) Maritus adulterum ſaltem occidit, ſi *vilis conditionis* eſt; pater quemlibet, *d. l. 24. pr.* (III) maritus *vxorem ſimul occidere* non poteſt, pater poteſt, maritus tamen ſine mora dimittere vxorem tenetur, *l. 23 §. 4. l. 24. §. 1. ff. h. t.* v. *l. 22. §. 4. h. t.* ſi non omnia adcurate obſeruata: pœnæ extraordinariæ locus eſt, v. *l. 4. C. h. t. l. 1. §. ff. ad L. Corn. de ſicar.*

§. X. Adhuc alius caſus in iure Rom. habetur, vbi maritus *præſumtum adulterum* priuato auſu oc-

Digitized by Google

occidere poteſt, ſcilicet, ſi quis de alio ſuſpicatur, quod caſtitati vxoris ſuæ inſidietur & in hunc finem ei tres conteſtationes ſcriptas per tres viros fide dignos miſit, poſtea autem hunc nihilominus cum vxore ſua conuerſantem deprehendit in ſua, vel vxoris, vel adulteri domo, vel in popinis, vel in ſuburbanis, *nou. 117. c. 15.*

§. XI. Hactenus de adulterio, ſequuntur reliqua delicta carnis, quæ DD. ſub hoc titulo etiam pertractare ſolent. Tale eſt *ſtuprum*, quod eſt delictum a perſona ſoluta cum virgine, vel vidua alias honeſte viuente, per illicitum concubitum commiſſum, §. *4. I. de publ. iud.* Aliud eſt *violentum*, aliud vero *ſimplex.*

§. XII. *Violentum* ſtuprum dicitur, quod in inuitam & reluctantem committitur, *l. 20. C. h. t. l. 3. §. 4. ff. ad L. Iul. de vi publ.* & pœna gladii coercetur, *conſt. crim. art. 119.* in dubio autem non præſumitur, niſi ſtuprata apud iudicem de vi illata mox conqueratur, Carpz. *qu. 75. n. 85.* pro inuita habetur etiam *infans*, (*virgo immatura* in *l. 25. ff. de iniur.*) v. Carpz. *qu. 75. n. 27. ſqq.* non tamen *impubes* conſentiens & *demens*, vnde cum tali concumbens virgis cæditur, infantem vero cognoſcens capite plectitur, id. *d. qu. 75. n. 38. 39.* Schilt. *ex. 49. §. 102.* Puella ſtuprum vi inferentem impune occidere poteſt, *l. 1. §. 4. ff. ad L. Corn. de ſicar.* Quod vi ſtuprata ſerto virginali, vt vocant, non amplius vti debeat, quod vult *c. 11. cauſ. 32. qu. 5.* expediti iuris non eſt, imo potius adflictæ noua adflictio addenda haud eſt, v. Carpz. *jpr. conſiſt. l. 2.*



Digitized by Google

*def. 237.* aliud tamen obtinet, ſi ſtuprata prægnans ſit, Stephani *ad conſt. crim. art. 119.*

§. XIII. *Mitigatur* pœna ſtupri violenti moribus, (a) ſi *ſtuprata ſtupratori nubere velit*, id. *pr. crim. qu. 75. n. 66. ſqq.* vbi relegationi locus, (b) ſi ſtuprum *non fuerit conſummatum*, *conſt. crim. art. 119.* vbi fuſtigatio dictari ſolet.

§. XIV. *Stuprum ſimplex* opponitur violento, & ergo cum volente, aut paſum reluctante fœmina committitur. Stuprata *ciuiliter* agit & quidem alternatiue, vt ſtuprator ipſam ducat, vel dotet, vbi tamen exceptiones notandæ. Si enim *matrimonium promiſit* ſtuprator tempore concubitus, ad conſummationem eiusdem ſimpliciter tenetur. alias ſtuprata in eius bona mittitur & per ſententiam tamquam legitima eius vxor declaratur, ita enim pronunciatum eſſe noui.

§. XV. E contrario, ſtruprata certis caſibus *ne dotem quidem petere poteſt.* Huc pertinet (a) ſi ſtuprator ſtupratam ducere velit, ea vero nuptias renuat, ſibi enim imputet, Ziegler. ad *Lancell. l. 4. tit. 8. §. 3. verb. ſi vero pater.* quod ſecus eſt, ſi pater quoad nuptias diſſentiat, *ibid.* (b) ſi ipſa deflorata *ſtupro occaſionem dedit*, v. g. ad muſeum, vel lectum ſtupratoris veniendo, &c. quod tamen infanti ratione alimentorum non nocet, Brunnem. *iur. eccl. l. 2. c. 18. ʃ. 26. ibique Dn. Stryk. in not.* (c) ſi tempore ſtrupi *ſtuprator cum puella de certo pretio conuenit*, quo contenta eſſe cogitur ſtruprata, quæ tamquam meretrix pro certa mercede pudicitiam proſtituit, ex Farinacio & Theſſauro Meuus *ad ius Lub. l. 4. tit. 5. art. 1. n. 26.*

§. XVI.

Digitized by Google

§. XVI. *Dos* derminanda eſt *iuxta facultates patris ſtupratæ*, quantum ille vel dediſſet, vel dare conſueuiſſet, Stryk. *ad Brunn. d. l. 2. c. 18. §. 28. verb. quam pater*, vel etiam maior, Ziegler *l. cit. verb. iuxta modum dotis.* Et hæc dos etiam viduæ ſtupratæ debetur, id *d. l.* quia illa non propter deflorationem, ſed in compenſationem denegati matrimonii ſoluitur.

§. XVII. Præterea ſtuprator infanti *alimenta* debet, v. *tit. de agnoſc. lib. §. l.* vsque ad illud tempus, quo ex operis, vel aliis modis ſemetipſum alere poteſt, Meu. *ad ius Lub. l. 4. tit. 5. art. 1. n. 27.* Et hic fundatam intentionem habet ſtuprata, ſi ſtuprator ſtuprum confeſſus, vtut ſe patrem eſſe neget, vel fœminam cum aliis etiam concubuiſſe adſerat; quamuis enim huius adſerti probationem in ſe ſuſcipiat, ipſi tamen nihilominus per *decretum prouiſionale*, ſiue *interimiſticum*, vt loquuntur, alimentorum præſtatio iniungitur, Stryk *ad d. §. 28. verb. ſtuprator autem. & verb. in huius bona.*

§. XIIX. Hæc de actione ciuili. *Pœna publica* eſt *carceris* octo, vel quatuordecim dierum, vel etiam *pecuniaria*, pro conſuetudine cuiusuis loci. Iniungitur etiam *pœnitentia eccleſiaſtica*, quam tamen pœnam carceris mitigare exiſtimat Carpz. *pr. crim. qu. 69. n. 55.*

§. XIX. A ſtupro differt *fornicatio*, quæ eſt concubitus cum fœmina paſſim ſe proſtituente, ſiue cum meretrice, *l. 43. pr. §. 1. ſeqq. ff. de rit. nupt.* hic maſculus ad dotem dandam, vel ducendam in vxorem meretricem non tenetur. *Pœna* in maſculo eſt carceris, eademque intuitu meretri-



Digitized by Google

cis locum habet, ſi *clam* exercuit artes ſuas: ſi enim *palam* hoc fecit, relegari ſolet, v. Carpz. *pr. crim. qu. 70.* interdum fuſtigatur, ſi *nuda in loco publico ſe proſtituit*, id. *l. c. n. 31.* Meretrices etiam *a vicinis ex vicinia expelli poſſunt*, v. Gothofr. *ad l. 4. C. de ſpectac. 11.*

§. XX. Sequuntur adhuc alia delicta carnis. *Sodomia* eſt concubitus vel contra naturam *ſexus*, v. g. maſculi cum maſculo: vel contra naturam *generis*, id eſt, cum brutis, v. *l. 31. C. h. t.* Iuxta *conſt. crim. art. 116.* vtroque caſu pœna ignis locum habet, aſt iure *Saxonico* poſteriori caſu ſolum, priori gladius dictatur, Carpzou. *qu. 76. n. 19. ſeqq.*

§. XXI. *Bigamia*, vel *polygamia*, v. *tit. de rit. nupt.* §. XXI. ſub pœna gladii prohibita, *conſt. crim. art. 121.* neque hic interceſſioni coniugis innocentis effectus tribuitur. Interim pœna *mitigatur*, ſi vel benedictio ſacerdotalis nondum acceſſit, vel concubitus nondum ſecutus, vel perſona deſerta a coniuge ſuo alteri ſe iunxit. Soluta perſona bigamo ſcienter nubens, virgis cæditur, v. Carpzou. *qu. 66.*

§ XXII. Bigamia *maius crimen adulterio* eſſe dicitur in *d. art. 121. conſt. crim.* forte ideo, quia Romanæ religioni addicti matrimonium pro ſacramento habent, quod hic improbe iteratur. Vnde Farinacius *qu. crim. 140. n. 24.* tradit, eum, qui duas vxores ducit, de hæreſi ſuſpectum eſſe & propterea inquiſitorem fidei contra eum procedere & inquirere poſſe, *quid ſentiat de ſacramento matrimonii?* v. Dn. Thomaſ. *diſſ. Lipſ.* VII. §. 59.

§. XXIII.

Digitized by Google

§. XXIII. *Inceſtus* eſt concubitus cum perſonis ſanguine, aut adſinitate iunctis, ingradu prohibito. Intuitu *conſanguineorum* & quidem *in linea recta* pœna gladii: in linea collaterali, ſi *fratres atque ſorores* concubuerunt, nec non illæ perſonæ, inter quas *reſpectus parentum & liberorum intercedit*, fuſtigatio; intuitu *remotiorum* vero relegatio, vel carcer obtinet, v. Carpzou. *qu. 72. & 73.*

§. XXIV. Intuitu *adſinium* & quidem in *linea recta* fuſtigatio in linea *collaterali* ratione eorum, qui *fratrum & ſororum loco* ſunt, v. g. vxoris ſoror, &c. itidem fuſtigatio: intuitu *reliquorum* relegatio temporalis, carcer, vel mulcta dictitatur, v. Carpz. *qu. 74.*

§. XXV. *Lenocinium* eſt delictum, quando quis fœminas quæſtus gratia proſtituit, v. *l. 43. ſſ. 6. ſeqq. ff. de rit. nupt.* quod delictum tempore Iuſtiniani admodum frequens erat, v. *nou. 14.* Hodie pœna mortis locum habet, ſi parentes liberos, aut mariti vxores proſtituunt: alias arbitraria pœna dictatur, v. *conſtit. crim. art. 122. 123.* communiter fuſtigationis, v. Carpzou. *qu. 71.*

§. XXVI. Crimen *Onaniticum* eſt, ſi quis ſemen profundit, *vt liberorum procreationem euitet*, hoc enim intendebat Onan, *Geneſ. 38. v. 8. 9. & 10.* a quo crimen nomen accepit. Pœna eſt arbitraria, v. Carpz. *qu. 76. n. 19 ſeqq.* Conf. ad hunc titulum Briſſonius *in libro ſingulari ad L. Iul. de adulteriis:* Flumin. de Rubeis *in tr. de adulteriis:* Bocerus *de adulteriis:* &c.



Digitized by Google

*Lib. XLIIX. Tit. VI.*

Cod. IX. 12.

## Ad Legem Iuliam de vi publica

§. I. VIs *publica* eſt delictum publicum, quod committitur qualibet atrociori violentia alicui illata, armis & ſine illis, regulariter tamen & hodie quidem præcipue armis, v. g. qui turbæ conſilium init, aut homines in armis habet, villas expugnat, bona rapit, &c. v. *l. 1. ſeqq. h. t.* cuius pœna hodie eſt arbitraria, fuſtigationis, relegationis, &c. qui in loco priuilegiato, v. g. reſidentia principis, aliquem percutit: illi manus amputatur, ſi duas habet, & relegatur, alias fuſtigatur, Carpzou. *qu. 40. n. 30. 41. ſeqq.* Opponitur ei apud nos *crimen fractæ pacis publicæ*, quando vis alicui infertur non modo *armis* adhibitis, ſed etiam *coadunatis hominibus*, ita, vt ſpeciem belli præ ſe ferat. Pœna eſt gladii, contra abſentem bannum imperii decernitur, v. Carpzou. *pr. crim. qu. 35. 36. & 40.* & Andr. Gailius *in pecul. tract. de pace publica:* Datt. *de pace publica*, &c.

§. II. Ad vim publicam in *l. 5. §. 2. ff. h. t.* etiam refertur *crimen raptus*, quod honeſtam perſonam libidinis explendæ cauſa de loco in locum abducendo committitur, cuius pœna eſt gladius, licet raptor raptam non cognouerit, quæ pœna illos quoque expectat, quorum ope & auxilio delictum commiſſum, *l. vn. C. de rapt. virg. conſt. crim. art. 118.* mitigatur tamen hodie, ſi femina *conſenſit* aut pro raptore *intercedit:* aut raptor

eam

Digitized by Google

eam non cognouerit, ſed *ſponte dimiſerit*, pœnitentia ductus: aut ſi quis *propriam ſponſam* abduxit, v. *c. f. X. de raptor.* Stephani *in not. ad d. art. 118. conſt. crim.*

*Lib. XLIIX. Tit. VII.*

Cod. IX. 12.

## Ad Legem Juliam de vi priuata.

§. I. V*Is priuata* eſt leuior violentia alicui illata & ſemper quidem ſine armis, v. g. ſi quis conuocatis hominibus vim fecit, vt alter verberetur, nemo tamen occiſus eſt, *l. 2. ff. h. t.* ſi quis aliquem ex agro ſuo deiicit *l. 5. h. t.* aut ſibi ipſi ius dicit, *l. 7. & 8. h. t.* Pœna hodie eſt arbitraria, relegationis, carceris &c. v. Carpz. *pr. cr. qu. 40. n. 7.*

*Lib. XLIIX. Tit. IIX.*

Cod. IX. 16.

## Ad Legem Corneliam de ſicariis & veneficis.

§. I. LEge Cornelia de ſicariis tenetur primo, qui *homicidium* committit, alium hominem doloſe occidendo. *Dolus* exinde colligitur, ſi quis *inſtrumento ad homicidium perpetrandum apto* alium læſit, quamuis dicat, ſe non habuiſſe animum occidendi, ſed vulnerandi, vulnera enim ad menſuram dari nequeunt, *l. 1. §. 3. l. 15. h. t.*

idem

Digitized by Google

idem eſt, ſi quis *poculum amatorium* dedit, ex quo homo mortuus, *l. 38. §. 5. ff. de pœn.* vbi tamen ſine fundamento diſſentit Carpz. *pr. crim. qu. 21. n. 18.*

§. II. Quoniam porro dicitur, hoc delictum committi *occidendo*; ſequitur exinde, inſpectionem cadaueris atque vulneris a medicis atque chirurgis iuratis præſente iudice, vel eius delegatis, neceſſario fieri debere, vt conſtet, an mors ex vulnere illato neceſſario ſecuta fuerit, annon; ſi enim moriatur vulneratus culpa medici, aut ex malo regimine: aut propter ſymptomata violenta & inopinata ſuperuenientia: pœna L. Corneliæ locum non inuenit, v. *conſt. crim. art. 147. & 149.* Carpz. *pr. cr. qu. 1. n. 63. & 64.* & *qu. 26. n. 11.* Si quis ex vulnere mox decedit: inſpectione plane non eſt opus, v. Stryk. *de iur. ſenſ. diſſ. 1. c. 3. n. 23. ſqq.* conf. hic Ammanni *praxis vulnerum lethalium:* Welſchens *rationale vulnerum lethalium iudicium:* Sebitius *in examine vulnerum lethalium:* Bohn *de renunciatione vulnerum:* Gerhard Feltmann. *in tract. de cadauere inſpiciendo, &c.*

§. III. Si *plures rei* ſunt, diſtingue. Si omnes *in necem alterius conſpirarunt*, omnes & ſinguli etiam pœna ordinaria, quæ gladii eſt, *conſt. crim. art. 137. v. tit. de I. & I. §. VII.* adficiuntur, *conſt. cr. art. 148.* contra, ſi *in rixa ſubito oriente* aliquis occiſus eſt, & de vero occiſore conſtat, aut ille inueſtigari poteſt: ille ſolus etiam pœna gladii adficitur, reliqui extra ordinem coercentur: ſi ſinguli inter plures vulnera lethalia inflixerunt, ſinguli iterum capite plectuntur; extraordinariæ autem pœnæ locus eſt, ſi de eo, qui vulnus lethale inflixit.

Digitized by Google

xit, plane non conſtet, aut ſi nemo eiusmodi vulnus inflixerit, ſed vulneratus ex omnibus vulneribus coniunctim ſumtis propter maximam ſanguinis profuſionem mortuus fuerit, *conſt. crim. d. art. 148.*

§. IV. *Culpoſum* homicidium eſt, vbi proæreſis quidem deficit, occidens tamen maiori circumſpectione adhibita mortem hominis euitare potuiſſet, v. g. ſi quis in locum publicum, vbi iter fit, aliquid proiicit, aut iaculis ludit in loco, vbi non eſt ſolitum exercitari, &c. v. *§. 4. 5. ſeqq. I. de L. Aquil.* Huc etiam pertinet, ſi quis eiusmodi inſtrumento vſus, ex quo mors facile ſequi poteſt, *l. 1. §. 3. ff. h. t.* aut poculum ad conceptionem dedit, ex quo mulier mortua, *l. 3. §. 2. ff. h. t.* Hic quidem pœna ordinaria ceſſat, etiamſi homicidium lata culpa commiſſum, *l. 7. ff. h. t.* pœnæ tamen extraordinariæ, fuſtigationi, relegationi, &c. locus eſt, pro diuerſis culpæ gradibus, v. *l. 4. §. 1. h. t.*

§. V. *Caſuale* homicidium dicitur, vbi neque dolus, neque culpa occiſoris adeſt, ſed ſolus actus phyſicus absque imputatione v. g. ſi quis ſeorſim a via, vel in medio fundo arborem cædit, nec proclamauit, & tamen ramo tranſeuntem occidit: in eo enim loco nulli extraneo ius verſandi fuit, *§. 5. I. de L. Aquil.* aut, ſi in venando telum immiſſum hominem interfecit, *l. 11. §. 2. ff. de pœn.* Alii caſus ex circumſtantiis a prudente iudice ſunt diiudicandi, & hic nulli pœnæ locus eſt, v. *conſt. crim. art. 146.*

§. VI.

§. VI. Ad hoc caſuale homicidium etiam refertur, ſi quis adhibito *moderamine inculpatæ tutelæ*, vt vocant, aliquem occidt. *Requiſita* illius moderaminis, ſiue neceſſariæ defenſionis, tria ſunt: (I) vt quis vi *iniuſta me adgrediatur*: (II) vt *armis lethiferis inſtructus ſit*, & (III) vt ego *in continenti ipſum interficiam*. Primum ictum expectare non teneor, nec ad fugam obligor, quia præſentiſſimum periculum exinde mihi immineret, *l. 2. 3. & 4. C. h. t. conſt. crim. art. 140.* probari autem debet adgreſſio alterius *conſt. crim. art. 141.* niſi præſumtio ſit pro reo, quæ ex circumſtantiis diiudicanda, *C. C. art. 142.* In defenſione conſtitutus autem excuſatur, licet alium innocentem fortuito interfecerit, *conſt. crim. art. 143.*

§. VII. Iuſta eſt defenſio non ſolum, ſi quis *vitam* noſtram, ſed quoque, ſi *pudicitiam* impetit, v. *tit. ad L. Iul. de adult.* §. *XII.* Imo & hoc ſufficit, licet quis ipſe non inuadatur, is tamen ad *ſeruandam vitam alterius innocentis* adgreſſorem occidat, *conſt. crim. art. 150.* ſed quid de defenſione *bonorum?* de his etiam loquitur *d. art. 150.* aſt ſupponi debet, talem vim in ereptione bonorum adhibitam fuiſſe, ex qua mors probabiliter ſequi potuit, alias enim bona ablata implorato iudicis auxilio recuperari poſſunt, v. de fure nocturno *tit. de furt.* §. *VI.* Si quis *limites defenſionis excedit*: pœnæ arbitrariæ locus eſt. Obrecht *de neceſſaria defenſione*, tit. Kremberg: Frid. Rebhun. *de defenſione & inculpata tutela.*

§. IIX, Referri huc etiam poteſt *expoſitio infantum*, de qua in *tit. C. de infant. expoſ.* Sed obſerua-

ua diuerſos caſus. Si infans expoſitus eſt *tempore hiemali*, aut in *loco ſolitario*, & quidem eo animo, vt pereat, *atque mors etiam ſecuta eſt:* capitis pœna locum habet, alias arbitraria, fuſtigationis, relegationis, &c. quod ſi infans expoſitus *in loco, vbi homines frequenter ambulant, & non tempore hiemali*, ille tamen præter intentionem exponentis mortuus fuerit; fuſtigatio ſolum dictitatur: ſi viuus repertus, nuda relegatio, vel carcer, v. *conſt. crim. art. 132.* Carpz. *pr. crim. qu. 10.*

§. IX. Lex Cornelia adhuc alia delicta coercet. Huc pertinent illi, qui *ſpadones faciunt*, inuitos & nolentes; item, *qui thlibias, aut thlaſias faciunt*, id eſt, teſticulos non exſcindunt, ſed atterunt, *l. 5. ff. h. t. l. 128. ff. de V. S. ibique Gothofred.* Ariſtotel. *de hiſtor. animal. l. 3. c. 1.* conſ. *Deuteron. 23. v. 1.* Pœna capitalis ſtatuta eſt caſtratoribus in *l. 1. C. de eunuch.* ſed huic legi derogauit Iuſtinianus in *nou. 142.* pœnam talionis ſubſtituens in maſculis, publicationis bonorum vero & exilii in fœminis. In *nou. Leon. 60.* mulcta decem librarum auri & relegationis ad decennium dictata. Apud nos illud delictum infrequens eſt, vnde DD, de vſu hodierno nihil addunt,

§. X. Iudæi *circumcidentes eos, qui ſunt diuerſæ religionis*, eodem modo puniuntur, vti caſtrantes, *l. 11. pr. h. t.*

§. XI. *Aſſaſſinium* nomen habet ab Aſſaſſinis, incolis Aſiæ, ſeu populis Parthicis, quamuis alii illud ab *aſſidendo*, id eſt, inſidendo deriuent, v. Link. *ad tit. X. de homicid. §. 2.* & eſt delictum, quando homicidium *pro accepta pecunia* committitur

Digitized by Google

titur. Aſſaſſinus vocatur tam ille, qui conducit, quam alter, qui conducitur, quamuis nonnullis prior aſſaſſinator, poſterior autem aſſaſſinus in ſpecie vocetur. Qui conducit operas alterius, pœna gladii adficitur, & eius cadauer rotæ imponitur: qui autem conductus homicidium perpetrauit, rota contunditur, v. Carpz. *q. 19.*

§. XII. Coercet lex Cornelia etiam *veneficia*, quando ſcilicet homo per venena mala interficitur. Pœna in maſculis eſt rota, in fœminis ſuffocatio in aquis, *conſt. crim. art. 130.* non ſolum vero tenetur, qui venena *porrigit*, ſed etiam, qui ea *facit*, vel *vendit ad hunc finem*, *l. 1. §. 1. l. 3. pr. §. 1. ſeqq. ff. h. t.* qui in vendendo negligentiam committit, arbitrarie punitur, v. *conſt. crim. art. 37. in f.* Carpz. *qu. 20.* qui *bruta* veneno malo occidunt, gladio puniuntur, ſi magnum damnum datum, & aliquot pecora interfecta, Carpzov. *qu. 21. n. 24. ſeqq.*

§. XIII. *Veneficium* alio adhuc ſenſu capitur, pro tali ſcilicet delicto, quando quis *pactum cum diabolo init*, aut *artes magicas exercet*. Pœna ignis dictatur, *ſi pactum expreſſum initum & hominibus, aut brutis nocitum*, aut, ſi *ſaga cum diabolo ſe commiſcuit.* Si alterutrum deficit, *magicis tamen remediis hominibus damnum illatum*, pœna eſt gladii: eadem pœna obtinet, ſi *quis per artem magicam diuinat:* alii vero, qui *ſuperſtitioſis characteribus, aut amuletis vtuntur*, v. g. ad recuperandam ſanitatem, vel promouendam rem familiarem, quo pertinet etiam *der diebsdaume*, arbitrarie puniuntur, v. *conſt. crim. art. 109.* Brunnem. *proc. inquiſ.*

Digitized by Google

*inquiſ. c. 9. n. 11. ſeqq.* Carpzov *qu 49.* Caute interim circa hoc delictum inueſtigandum procedi debet, quia vulgus multos pro veneficis habet, qui tamen tales non ſunt. Conſtantinus imperator in *l. 4. C. de malef. & mathem. & ceter. ſimil.* nullis criminationibus implicanda eſſe remedia dicit, quæ *humanis quæſita ſunt corporibus*, aut *in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur &c.* Pertinent huc Wierus *de præſtigiis dæmonum*: Ioh. Franc. de Ponzininibus *de lamiis*: Bekker *in der bezauberten Welt*, qui exiſtentiam fœderis cum diabolo negant: e contrario eandem adſerunt Bodinus *de Dæmonomania*: Remigius *de Dæmonolatria*: Mart. Del Rio *in disquiſitionibus Magicis*, v. Malleus maleficarum, vbi plures autores coniunctim exhibentur.

§. XIV. Denique L. Cornelia *incendia* etiam, & qui eorum autores ſunt, coercet, *l. 10. ff. h. t.* Iure Romano pœna ignis illis ſolum ſtatuta eſſe videtur, qui *in ciuitate* incendium fecerunt, quem in finem communiter adlegant, *l. 9. l. 12. §. 1. ff. de incend. ruin.* add. *l. 28. §. 12. ff. de pœn.* verum hodie indiſtincte pœna ignis obtinet, *conſt. crim. art. 125.* modo ignis flammam conceperit, v. Carpz. *qu. 38.* *Culpoſum* incendium arbitrarie pro gradu culpæ punitur.



Digitized by Google

## Lib. XLIIX. Tit. IX.

## Cod. IX. 17.

# De Lege Pompeia de Parricidiis.

§. I. P*Arricidium* eſt ſpecies homicidii, quod committitur occidendo *cognatos*, qui vel *in linea recta*, vel *in collaterali vsque ad quartum gradum* iuris ciuilis incluſiue: vel *coniugem*: vel *adfines*, vt generum, ſocrum, vitricum, priuignum, *l. 1. ff. h. t.*

§. II. Poena parricidii in *linea recta* commiſſi eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus (quod hodie in deſuetudinem abiit,) culeo (ex corio confecto, hodie linteo,) inſuatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia, & culeus in mare profundum iactetur, *l. 9. pr. ff. h. t. l. vn. C. de his, qui par. vel lib. occid.* Animalia extra Saxoniam vix amplius adduntur, v. *conſt. crim. art. 131.* bene tamen in Saxonia, ſed loco ſimiae ibi ſubſtituitur fèlis, & ſi ſerpens viuus haberi nequit, pictus culeo inditur, Carpz. *pr. crim. qu. 8. n. 20. & 21.*

§. III. Poenam culei locum habere, ſi mare proximum ſit; alioquin beſtiis parricidam obiiciendum eſſe dicitur in *l. 9. pr. ff. h. t.* hodie in Saxonia rota ſubſtituitur, Carpz. *d. qu. 8. n. 22.* alibi gladius, Brunnem. *proc. inquiſ. c. 9. n. 70.* poteſt etiam in crimine infanticidii mater ante

ſub-

ſubmerſionem in aqua forcipe candenti prehendi pro diuerſitate circumſtantiarum, *conſt. crim. art.* 131. quo pertinet, ſi delictum iam iteratum fuerit. Ad ſummum tamen vltra ſex vices prehenſio fieri non debet, nec ſolet.

§. IV. Si *coniux coniugem* occidit, extra Saxoniam gladius dictatur, v. *l. 9. ff. 1. h. t.* niſi deliberatio longa præceſſerit & ſic maximus dolus adſit, vbi culeo, vel rotæ locus, Brunn. *proc. inqu. c. 9. n.* 73. In Saxonia culeo, vel rotæ ſemper locus eſt, ſi ſcilicet matrimonium conſummatum fuit, intuitu ſponſi, vel ſponſæ pœna gladii obtinet, Carpz. *qu. 12.*

§. V. Si denique *collaterales*, aut *adfines*, ſe inuicem occiderunt, v. §. *1* pœna gladii iterum obtinet, v. *l. 9. §. 1. ff. h. t.* niſi forſan magnæ inſidiæ iterum præceſſerint, vbi forcipe candenti prehenduntur, aut trahæ illigati ad locum ſupplicii rapiuntur, *conſt. crim. art. 137.* quod iure Saxonico indiſtincte fit, ſi eiusmodi perſonæ collaterales, aut adfines occiſæ, inter quas ob prohibitionem iuris diuini matrimonium ſubſiſtere non potuit, *conſt. elect. 3. in f. part. 4.* id eſt, collaterales, vel adfines proximiores.

*Lib. XLIIX. Tit. X.*

Cod. IX. 22.

## De Lege Cornelia de falſis, & de SCto Liboniano.

§. I. CRimen *falſi* eſt immutatio veritatis in alterius præiudicium facta, cuius rei plurima exempla recenſentur in *l. 1. ſqq. h. t.* cuius pœ-

na arbitraria eſt, interdum tamen ad mortem extendi poteſt, vt ſi quis *falſum teſtimonium dixit*, ex quo alter capitis damnatus, *l. 1. §. 1. ff. ad L. Corn. de ſicar.* nec non ob *falſam monetam* factam, de qua tamen falſi ſpecie diſtinctius agendum.

*§*. II. Scilicet *falſum in moneta* committitur tribus modis: (I) quoad *formam*, *wann iemand eines andern Zeichen betrüglicher weiſe darauff ſchlæget*; hic poena arbitraria eſt, Carpz. *qu. 43. n. 27. ſqq.* (II) quoad *materiam*, ſi bonitas intrinſeca, *Schrot und Korn*, non eſt iuſti valoris, vbi poena ignis locum habet, *conſt. crim. art. 111.* non ſolum, ſi grandior moneta facta, ſed etiam ea, quæ minoris valoris eſt, imo & quæ minimi valoris, in magna tamen fabricata copia, Carpz. *qu. 42. n. 45.* quod ſi tamen moneta *extranei principis* fabricata, poena gladii ſolum dictatur, *ibid. n. 71.* (III) ſi quis monetam probatam *radit*, vel *minuit abſcindendo*: hic poenæ arbitrariæ locus, *conſt. crim. d. art. 111.* quæ poena tunc quoque obtinet, ſi quis *grandiorem monetam in fornace reſoluit & leuiorem exinde facit*, *d. art. 111.* in eos, *qui falſam monetam a fabricatoribus ſcienter accipiunt eamque iterum expendunt*, *die falſch geld aufwechſeln und ausgeben*, *in conſt. cr. art. 111.* poena quoque ignis ſtatuta eſt; verum hodie & in Saxonia & extra eam poena fuſtigationis & relegationis perpetuæ dictatur, Carpz. *d. q. 42. n. 28 & 97.* Brunn. *ad l. 2. C. de falſ. monet.*

§. III. *Periurium* quandoque morte punitur, v. *§. 1. h. t.* quandoque amputatione digitorum, ſi quis ex periurio lucrum quærit, vel tertio propterea poena corporis adflictiua dictatur, v. *conſt. crim. art 107.* alias poena arbitraria dictatur, v. Carpz. *qu. 46. n. 51. ſqq.*

*Lib. XLIIX. Tit. XI.*

Cod. IX. 27.

# De Lege Julia Repetundarum.

§. I. CRimen *repetundarum* eſt, quando iudex aliusue in publico officio conſtitutus pecuniam accipit, quo magis, aut minus quid ex officio faciat, *l. 1. pr. l. 4. ff. h. t.* a ſobrinis tamen & vxore accipere licet, *l. 1. §. 1. h. t.* & olim quoque præſidibus prouinciarum e longinquo aduenientibus eſculentum potulentumue, quod intra dies proximos prodigatur, accipere permittebatur, *l. 18. ff. de off. præſ.* quippe quod dabatur in teſtificationem læti aduentus, Brunnem *ad d. l. 18.* Ceterum pœna huius criminis eſt arbitraria, quæ ad mortem extendi poteſt, ſi v. g. innocens pœna capitis adficiatur, *l. 7. §. 3. h. t.* Dicitur hoc crimen a nonnullis etiam *Barrataria*, v. Brunnem. *ad l. 1. h. t.*

*Lib. XLIIX. Tit. XII.*

# De Lege Julia de annona.

§. I. CRimen *fraudatæ annonæ* eſt, quando quis dolo malo facit, vt annona carior fiat, *l. 2. ff. h. t.* Pœna eſt viginti aureorum, *d. l. 2. § 2.* imo & alia extraordinaria, v. *tit. de extraord. crim.* §. *III.* hodie præſertim. Conf. Huber. *in prælect. ff. ad h. t.*

*Lib. XLIIX. Tit. XIII.*
Cod. IX. 28. 29.

## Ad Legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegiis & de reſiduis.

§. I. TRia hic prohibentur crimina, quæ in eo quidem conueniunt, quod *res aliena lucri faciendi cauſa auferatur*; ratione *qualitatis rerum* tamen & *perſonæ auferentis* differunt.

§. II. Scilicet *peculatus* eſt ablatio pecuniæ *publicæ*, facta ab eo, *cuius fidei commiſſa non eſt*, *l. 9. §. 2. ff. h. t.* hodie vt aliud furtum punitur, niſi in legibus prouincialibus ſpecialis pœna forſan determinata.

§. III. *Sacrilegium* a peculatu in eo differt, quod hic auferatur *pecunia*, vel *alia res ſacra*, *l. 9. §. 1. h. t.* punitur capite, *d. l. 9. pr.* hodie apud proteſtantes, vt aliud furtum, Brunnem. *proc. inquiſ. c. 9. n. 87.* iuxta conſtitutionem criminalem *art. 172.* qui monſtrantiam, vt vocant, in qua hoſtia conſecrata adſeruatur, furatur, pœnam ignis ſuſtinet, quod ſine dubio ex doctrina de transſubſtantiatione originem habet. In *Saxonia* pœna rotæ dictatur eo caſu, ſi quis *rem ſacram ex loco ſacro* auſert Carpz. *qu. 89. n. 18. ſeqq.* De *ſacrilegiis & ſacrilegorum pœnis* ſcripſit Adrianus Sarauia.

§. IV. *Crimen de reſiduis* dicitur, quando pecunia publica intercipitur ab eo, *cuius fidei commiſſa erat*, *l. 4. §. 3. & 4. ff. h. t.* pœna iuris Romani eſt, vt res intercepta reſtituatur cum tertia eius parte,

te, *d. l. 4. §. 5. h. t.* pœna propterea leuis eſt, quia res ex aliena cuſtodia non aufertur, v. *l. 55. §. 1. ff. de admin. tut.* hodie arbitraria pœna eſt, quæ exaſperari poteſt ob fidem ab adminiſtratoribus violatam, quod factum in Saxonia, Marchia, ducatu Brunſuicenſi & Magdeburgico, v. Stryk *vſ. mod. ff. h. t. §. IV.*

*Lib. XLIIX. Tit. XIV.*

Cod. IX. 26.

## De Lege Iulia ambitus.

§. I. AMbitus (ab eo dictus, quod candidati populum ambirent & ſingulorum ſuffragia coemerent, Huber. *prælect. h. t. §. 1.*) eſt crimen publicum, quod committitur ab iis, qui illicito modo, id eſt, ſoluta pecunia, ad honores publicos adſpirant, v. *l. vn. C. h. t.*

§. II. Committitur hoc delictum in rebus publicis *popularibus*, aut *democraticis* ſolum & in *municipiis*, in quibus munera ex votis muncipum conferuntur: non ergo in illis ciuitatibus, in quibus creatio magiſtratuum *ad curam principis pertinet*, non ad populi fauorem, *l. 1. pr. & §. 1. ff. h. t.* vnde etiam iure codicis negotium validum eſt, ſi quis miniſtro principis quid promiſerit, vt deſideria ſua principi commendet, *l. vn. C. de ſuffrag.* In municipiis vero ambitus centum aureis cum infamia punitur, *l. vn. §. 1. ff. h. t.* ſed nec illa pœna hodie obtinet, verum pœnæ arbitrariæ locus eſt, ſi ambitus alicubi punitur.

§. III. In *l. vn. §. 1. ff. h. t.* de *ſacerdotio* illicito modo petito etiam mentio inicitur. Vocant

illud crimem hodie *Simoniam*, a Simone mago; cuius factum illicitum recenſetur *Act.* 8. *v.* 18. & 19. & vnde adparet, quod ſimonia proprie ſit *comparatio donorum ſpiritualium interuenienté pretio*, quare petitio ſacerdotii, certa pecuniæ ſumma, aut alia re oblata, potius crimen ambitus, quam ſimoniæ vocari deberet, prout etiam vocatur in *l.* 31. *C. de epiſc.* & *cler.* quoniam donum ſpirituale ipſum non emitur, ſed ſolum facultas, dona illa publice proponendi; interim tamen ſimonia & hoc dici ſolet. Qui per ſimoniam ſacerdotium adeptus eſt, deponi debet ab officio, *c.* 6. *X. de ſimon.* Infamis fit & ſic ad aliud officium non admittitur, *d. l.* 31. *C. de epiſc.* Patronus pecuniam accipiens merito propter abuſum iure ſuo priuari deberet, aſt raro hoc euenit. De *Simonia* ſcripſerunt Petrus Binsfeldius, Ioh. Redecker, Rebuffus & Guil. Redoanus.

*LIB. XLIIX. TIT. XV.*

Cod. IX. 30.

## De Lege Fabia de plagiariis.

§. I. PLagium eſt, quando homo liber, vel ſeruus alienus, lucri faciendi cauſa (in quo a raptu differt) aufertur, *l.* 1. 4. *ſeqq. h. t.* quod delictum apud Romanos frequens erat, vbi ſerui habebantur. Pœna capitis eſt, *l.* 16. *C. h. t.*

§. II. *Plagium litterarium* proprie eſt, quando quis alterius manuſcripta ſub ſuo nomine publicat,

Digitized by Google

cat, qui ad intereſſe tenetur & arbitrarie puniri poteſt. Si quis vero ex libris publici iuris iamdum factis quædam excerpit, ſuppreſſo autoris nomine; is puniri proptera nequit, ſed maxima ipſius proſtitutio ſatis pœnæ illi eſt: vid. Iac. Thomaſius *de plagio litterario:* Franc. Duarenus *de plagiariis.*

*Lib. XLIIX. Tit. XVI.*
Cod. V. 45. 46.

## Ad SCtum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.

§. I. Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubiicitur: aut enim *calumniantur*, aut *præuaricantur*, aut *tergiuerſantur*, *l. 1. pr. h. t.*

§. II. Quinam *calumniatores* hic dicantur, de eo v. *tit. de calumniat.* §. *I. & l. 1.* §. *1. ff. h. t.* olim ex L. Remnia calumniatoribus litera K in fronte inurebatur, *l. 1.* §. *2. ff. h. t. ibique Gothofr.* ſcribebant enim *kalumnia*, non *calumnia*, vnde in *l. 13. ff. de teſt.* calumniatori *homo integræ frontis* opponitur, v. Cicero *pro Sext. Roſcio.* Hanc pœnam ſuſtulit Conſtantinus in *l. 17. C. de pœn.* quamuis ex ratione ſpuria, *quod facies ad imaginem pulchritudinis cœleſtis figurata ſit eaque maculari non debeat*, voluit ergo, vt inſcriptiones *in manibus & ſuris* fiant. In *l. vlt. C. de accuſ.* & in *l. vlt. C. de calumn.* pœna talionis conſtituta eſt. Hodie pœna arbitraria obtinet.

§. III. De *præuaricatoribus* ſupra ſub peculiari titulo egimus. *Tergiuerſatores* dicuntur, qui in



Digitized by Google

vniuerſum ab accuſatione deſiſtant, *l.* 1. *ff.* 1. *h.t.* quod non licebat ſine permiſſu imperatoris, ſiue abolitione, *l.* 1. §. 7. *l.* 13. §. 1. *h.t.* alias accuſare amplius non poterat, *l.* 2. *h. t.* & extra ordinem puniebatur, *l.* 3. *h. t.* v. vſ. pract. diſt. *h.t. diſt.* II. Hodie vocabulum *abolitionis* diuerſum habet ſignificatum & pro iure adgratiandi capitur. Ioh. Aloyſius Catalanus *de abolitione criminum*: Claſenius *de iure adgratiandi*.

*LIB. XLIIX. TIT. XVII.*

Cod. IX. 40.

## De requirendis, vel abſentibus damnandis.

§. I. DElinquens abſens requirendus eſt, ſiue per edictum propoſitum citatur, v. *tit. de iudic.* §. XX. *l.* 1. §. 2. *h. t.* ſi non comparet, bona eius adnotantur, *l.* 2. *pr. l.* 5. *pr. h. t.* nec debitores ei ſoluere debent, ne per hoc fuga eius inſtruatur, *l.* 5. §. 3. *h. t.* poſt annum iure Rom. bona fiſco addicuntur, *l.* 2. *C. h. t.* quod hodie ſecus, adnotatio tamen adhuc in vſu eſt, *conſt. crim. art.* 206.

§. II. *Abſens damnari nequit*, niſi in cauſis leuioribus, quæ pœnam capitalem, aut corporis adflictiuam non inuoluunt, *l.* 1. *pr.* & §. 1. *ff. h. t.* In Saxonia contra abſentes *proceſſus banni* inſtituitur, de quo fuſe egimus *in der Einleit. zum peinl. proc. c.* 3. §. 25. *vsque ad fin. cap.*



Digitized by Google

## *Lib. XLIIX. Tit. XIIX.*
### Cod. IX. 41.
# De Quæſtionibus.

§. I. QVæſtio & tormenta ſæpe promiſcue accipiuntur: ad minimum ſemper coniuncta ſunt, nam *quæſtio eſt interrogatio rei ſub tormentis facta*, nobis propterea *die ſcharffe frage*.

§. II. Eſt ea res fragilis, & periculoſa, & quæ veritatem fallat, *l. 23. ff. h. t.* hinc *in ſubſidium* ſaltem adhibenda, ſi ſcilicet aliæ probationes deficiunt, *l. 9. pr. l. 10.* §. *4. ff. h. t.* nec in quibusuis delictis, ſed illis ſolum, *quæ pœnam capitis* aut *corporis adflictiuam merentur*, *l. 1. in f. C. h. t.* atque tunc demum, quando *legitima indicia*, ſiue præſumtiones commiſſi delicti *contra reum adſunt*, *l. 1.* §. *1. ff. h. t.*

§. III. Indicia vero omnia & ſingula recenſeri nequeunt, quia ex diuerſitate circumſtantiarum in quolibet delicto obuenientium dependent. Adducemus interim nonnulla ex conſtitutione criminali, quorum alia *generalia* ſunt, quæ ad omnia delicta pertinent, alia *ſpecialia*, quæ ad ſingula. *Generalia* iterum ſunt *duplicis generis*.

§. IV. Quædam ita ſunt comparata, *vt vnum non ſufficiat ad infligendam torturam*, ſed *plura coniunctim adeſſe debeant*, *conſt. crim. art. 27.* qualia in *art. 25. & 26. d. conſt. crim.* recenſentur: (a) ſi reus eſt *perſona ſuſpecta*, quæ apud bonos male audit, *eine perſon, zu der man ſich der that wol verſehen kan:* (b) ſi quis *in loco delicti perpetrati*, aut (c) *in*

*via*

Digitized by Google

*via ad eum locum deprehenditur:* (d) *conuerſatio cum facinoroſis:* (e) ſi *inimicitia fuit* inter læſum & reum, aut hic contra illum *minas protulit*, aut reus *ex delicto commodum reportare potuit:* (f) ſi *læſus aliquem facti commiſſi inculpat* & hanc ſuam inculpationem vel iureiurando, vel morte confirmat; (g) ſi quis *fugam arripit*, antequam ſcilicet inquiſitio contra ipſum mota, aut fama fuit, fugientem delictum commiſiſſe. Addi poteſt ex *l. 10. §. 5. ff. h. t. variatio ſermonis & trepidatio.*

§. V. Quædam vero ita ſunt comparata, vt *ſingula ad infligendam torturam ſufficiant.* Talia ſunt (a) ſi *res aliqua in loco delicti perpetrati reperitur, de qua conſtat, quod ad reum pertineat, conſt. crim. art. 29.* (b) ſi *vnus teſtis omni exceptione maior de ipſo facto deponit*, v. g. ſe vidiſſe, quod Caius Titium occiderit, quod furtum fecerit, &c. *C. C. art. 30.* (c) ſi quis ab altero *tamquam ſocius criminis nominatur*, eaque nominatio facta *ſub tormentis*, ad *generalem interrogationem*, & perſona nominata talis eſt, *in quam eiusmodi ſuſpicio cadere poteſt, C. C. art. 31. & art. 32.* (d) ſi quis *minas non ſolum protulit*, ſed & *effectus earum minarum paulo poſt eo modo, vt alter minatus, ſecutus eſt, C. C. art. 32.* (e) ſi quis delictum *extra iudicium confeſſus. d. art. 32.*

§. VI. Indicia *ſpecialia* certorum delictorum in dicta conſtitutione criminali ſequentia recenſentur. In crimine *homicidii*, ſi quis circa tempus commiſſi delicti *cum veſtimentis, vel armis ſanguinolentis* viſus: aut *ex rebus occiſi aliquid habeat, vendiderit, vel donauerit, art. 33.* vel, ſi homicidi-

um

Digitized by Google

um in rixa commiſſum & aliquis conuincatur, quod *cultro, vel alio inſtrumento occiſum petierit*, aut *cum eo rixatus fuerit, art. 34.*

§. VII. In crimine *infanticidii*, ſi foemina *tumido prius vtero viſa, mox autem gracilis, pallida & ægra adpareat*, quo caſu inueſtigatio etiam in locis ſecretis per obſtetrices fieri poteſt, *C. C. art. 35.* quod tamen ſine mora fieri debet. *Lac in mammillis* concurrentibus aliis indiciis præſumtionem auget, infallibile tamen indicium in ſe ſolum non facit, *C. C. art. 36.*

§. IIX. In crimine *veneficii*, ſi *quis negat, ſe venenum emiſſe, & mendacii conuincitur, C. C. art. 3.* quod ad alia delicta etiam pertinet, ſi quis *actum indifferentem negat*, & tamen contrarium probatur. In crimine *rapinæ*, ſi *res raptæ apud aliquem reperiantur* & ille autorem nominare nequeat, *art. 38.* v. *tit. de furt. §. III.* Si perſonæ nonnullæ *in aliquo loco commorantur laute viuentes, nec tamen operis ſuis quidquam adquirunt, art. 39.* ſi quis *raptores & fures receptat, res furtiuas ſcienter emit, &c. C. C. art. 40.* ſi quis antea *magno ære oneratus fuit, quod nunc creditoribus mox perſoluit*, aut, ſi furtum cum effractione coniunctum, & *inſtrumenta ad hunc finem aptata penes aliquem reperiuntur, art. 43.*

§. IX. In crimine *incendii*, ſi perſona ſuſpecta paulo ante *cum materia vſtibili deprehenſa, C. C. art. 41.* In crimine *magiæ*, ſi quis *magiam alios docere vult:* aut *minas contra aliquem protulit, quorum effectus mox ſecutus:* aut *cum magis conuerſatur, C. C. art. 44.*

§. X. Dantur vero adhuc alia plurima indicia

quæ

Digitized by Google

quæ recenſeri non poſſunt, ſed a prudenti iudice ex circumſtantiis cuiusuis facti deſumi debent. Integrum tractatum *de indiciis delictorum* Cruſius & Brunus conſcripſit, ac multa etiam apud Carpzouium *in prax. crim. qu. 120. ſqq.* reperiuntur, ſed omnia cum iudicio legi debent, multa enim ſunt indicia ſpuria, v. Dn. Cocceius *in diſſ. de fallacibus criminum indiciis*, & Aloyſius Charitinus, ſiue Dn. Iac. Brunnemannus *von betrüglichen Kennzeichen der Zauberey, &c.*

§. XI. Quasdam perſonas a tormentis *immunes eſſe* dicunt, v. g. *nobiles & doctores*, *milites*, & omnes *in ſingulari dignitate conſtitutos*. quem in finem *l. 8. C. h. t. l. 10. C. de dign.* adlegant: verum illud hodie vix attenditur, cum reatus omnem dignitatem tollat. Solet tamen ſententiis inſeri, reum *præuio conſenſu principis* torquendum eſſe.

§. XII. Tortura *præſente iudice* peragitur, tempore vtplurimum matutino. Si *plures correi* torquendi, initium fit a debiliore, v. g. fœmina, *l. 18. pr. ff. h. t.* ac ſi *pater & filius* eiusdem criminis accuſantur, filius primo torquetur in conſpectu patris, Carpz. *pr. crim. qu. 124. n. 18.* Reus ſub tormentis communiter *vltra horæ ſpatium* non detinetur.

§. XIII. Si reus *fatetur*, biduo, vel triduo poſt torturam in loco iudicii confeſſionem metu quodammodo extortam ratihabere, vel ſponte repetere tenetur, *conſt. crim. art. 56.* quod idem requiritur, ſi confeſſio per ſolam territionem verbalem, aut realem, extorta. Quod ſi nunc priorem confeſſionem iterum *reuocat*: ſecunda, & ſi ſub nouis tormentis denuo fatetur, ſed de-

nu-

Digitized by Google

nuo etiam reuocat, tertia vice torqueri poteſt. Vlterius progredi non licet, ſed melius eſt, vt pœna extraordinaria dictetur.

§. XIV. Si *tormenta ſuſtinet* reus, omnia indicia ſunt purgata & ab inſtantia ille abſoluitur. De gradibus torturæ, territione reali & verbali, atque reliquis huc pertinentibus fuſe egimus *in der Einleit. zum peinl. proc. cap. 9. tot.* De *quæſtionibus & tortura* ſcripſerunt Zangerus, Bocerus, Caſonius, Tabor, Paulus Grillandus, Guido de Suzaria *de indiciis & tortura, &c.*

*Lib. XLIIX. Tit. XIX.*
Cod. IX. 47.

# De Pœnis.

§. I. **P***œna*, vt Grotius definit, eſt malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis. Alia iure Romano dicitur *capitalis*, quæ caput naturale, vel ciuile, v. g. libertatem & ciuitatem aufert, *l. 103. ff. de V. S.* v. *l. 6. §. 2. l. 17. ff. h. t.* alia *non capitalis*, v. g. fuſtium admonitio, flagellorum caſtigatio, &c. v. *l. 7. ff. h. t. ibique Gothofr.*

§. II. Hodie pœna diuiditur in *ciuilem*, quæ corpus non adficit, v. g. carcer, nuda relegatio, &c. & *criminalem*, quæ corpus adficit, *die an haut und haar gehet*, v. g. fuſtigatio, gladius, &c. cauſam denominationis, *an haut und haar*, duplicem adfert *gloſſa ad Landr. l. 2. art. 13.* vna vix probabilitatem habet; *man ſchlæget einen zur ſtaupen und windet ihm die haar mit einem Kluppen, oder Knebel, aus dem haupt:* altera magis veroſimilis videtur. *Etliche ſagen, daß die Zeit, als das recht gegeben worden ha-*

Digitized by Google

*haben die Sachſen lange haar getragen, und da habe man die diebe pflegen zu beſcheren, alſo daß man ſie kennen vnd ſich vor ihnen hüten mœchte.* Idem habetur in longobardico, *2. F. 27. §. 8.* & apud Gothos in Hiſpania quoque talis *decaluatio* in vſu fuit, v. Sternhœk *de iure Sueonum & Goth. vetuſt. l. 1. part. poſter. c. 3.* Ceterum confer. vſ. pract. diſt. *h. t. diſt. I. & diſt. II.*

§. III. Delicta ſuos debent tenere autores *l. 22. C. h. t.* hinc pœna mortuo eo, in quem conſtitui videtur, deſinit, quia in emendationem hominum conſtituitur, *l. 20. ff. h. t.* nec alieni criminis ſucceſſor quis habetur, *l. 26. ff. h. t.* excipe, ſi alicui pœna pecuniaria dictitata & hic poſt condemnationem moriatur, tunc enim mulcta illa tamquam æs alienum ex bonis defuncti ſoluendum eſt.

§. IV. Quænam pœnæ propter quodlibet delictum ſint irrogandæ, de eo ſupra ſub ſingulis titulis dictum. Sed quid ſentiendum de *l. 25. ff. h. t.* in qua habetur, *pœnam eius aliquatenus ſubleuandam eſſe, qui diutino tempore in reatu fuit*, ſiue *in vinculis*, v. Gothofr. *ad d. l. 25. ff. h. t. l. 23. C. h. t.* ſcilicet, procedit hoc (a) in pœnis *arbitrariis* ſolum, & ſic v. g. in homicidio a pœna gladii non liberat; (b) in arbitrariis quoque tunc demum locum habet, ſi quis *ſine ſua culpa diu in carcere detentus*, v. g. ad inueſtigandos & conuincendos eo melius ſocios criminis, &c. ſibi ergo imputet, qui propterea carceri diu incluſus, quod fateri delictum noluerit.

§. V. Si pœna vltimi ſupplicii dictata: ea ad minimum triduo ante executionem reo eſt denun-

Digitized by Google

nuncianda, quo ſe ad mortem præparare poſſit; deducitur reus ex carcere in aliud conclaue: miniſter eccleſiæ adiungitur: lautiores cibi offeruntur, v. *C.C. art. 79.* quod ſi tamen ſeriam pœnitentiam agere nolit, pœna propterea non remittitur, ſed peccator iuſto Dei iudicio relinquitur. Plura vide *in der Einleit. zum peinl. proc. c. 10. tot.*

*Lib. XLIIX. Tit. XX.*

Cod. IX. 49.

## De bonis damnatorum.

§. I. BOna damnatorum iure Romano publicantur, ſiue fiſco addicuntur, quando aut vita adimitur, aut ciuitas, *l. 1. pr. h. t.* quod hodie ceſſat, crimine perduellionis excepto, v. Struu. *S. I. C. ex. 49. th. 106.* Brunnem. *ad l. 1. C. de requir. reis* iuxta *C. C. art. 111.* eorum domus quoque confiſcantur, qui ædes ſuas præbuerunt, vt in iis falſa moneta fabricaretur. Beier *de bonis damnatorum, cadaueribus punitorum & expenſis executionum criminalium*: Guazzinus *de confiſcatione bonorum, &c.*

*Lib. XLIIX. Tit. XXI.*

Cod. IX. 50.

## De bonis eorum, qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corruperunt.

§. I. PVblicantur quoque bona eorum, qui rei poſtulati, vel qui in ſcelere depre-

 hen-

henſi, *metu criminis imminentis* mortem ſibi conſciuerant, *l. 3. pr. ff. h. t.* audiebantur tamen heredes, ſi cauſam ſuſcipere & defunctum innocentem fuiſſe oſtendere parati erant, *d. l. 3. §. 8. h. t.* hodie iterum confiſcatio ceſſat. De ſepultura eiusmodi hominum, v. *tit. de religioſ. §. VI.*

## *Lib. XLIIX. Tit. XXII.*
## De interdictis, & relegatis, & deportatis.

§. I. INterdicti ſunt, quibus vel *prouincia*, vel *certus ordo*, v. g. decurionum, interdictus, quod ad illum ordinem amplius adſpirare; vel ad eum locum iterum venire non debeant, quod vel ad tempus, vel in perpetuum fieri poteſt, *l. 7. §. 16. & 20. ff. h. t.* poteſt etiam præſes quendam damnare, *ne domo ſua procedat*, *l. 9. ff. h. t.* quod *confinationem* vocant, *die beſtrickung, bezirckung.*

§. II. Si prouincia alicui interdicta, vocatur etiam *relegatio*, *l. 7. pr. h. t.* quæ noſtris moribus vel *publica* eſt, quando reus per lictorem, alicubi per carnificem educitur: vel *priuata*, quando der decretum, vel ſententiam ſolum ipſi iniungitur, vt ex eo loco exeat, lictor vero eum non educit, v. Richt. *dec. 39. n. 9.* vbi formulæ pronunciandi. Alia fit *in perpetuum*, quæ intelligitur, ſi nullum tempus in ſententia expreſſum, Carpzov. *pr. crim. qu. 130. n. 17. & 19.* qui arg. *l. 10. C. de pœn.* vtitur, cui tamen *l. 23. ff. de pœn.* obſtare videtur; alia *ad tempus* pro arbitrio iudicis. Si dictum; *ad longum tempus, eine Zeitlang*, decem

annos

annos intelligi volunt. Richter. *deciſ. 93. n. 7.* Ceterum relegatio priuata & decem thaleri: publica vnius anni & 30. floreni in ruſtico æquiparantur, id. *n. 12. 13.*

§. III. Relegare vlterius nemo poteſt, quam *ex eo diſtrictu, in quo iurisdictionem exercet*, v. *l. 7. §. 6. h. t.* vnde ſi iudex inferior ex tota prouincia reum relegare vult, conſenſu principis id fieri debet. Exceptio eſt iure *Saxonico & Magdeburgico*, vbi ex vna ciuitate, vel loco, relegatus, ex tota prouincia relegatus eſſe cenſetur, *conſt. elect. 47. p. 4.*

§. IV. *Deportatio* in certam inſulam fiebat, ex qua redire non licebat deportato, *l. 6. ff. h. t.* quæ pœna ius ciuitatis Romanæ adimebat, *d. l. 6. pr.* & ſic bona deportati publicabantur, v. *l. 3. ff. de ſent. paſſ.* Comparant hodie illis *bannitos*, minus recte vero relegatos & fuſtigatos, quoniam horum bona non publicantur. conf. Ioſeph. Fernandez de Retes *comment. ad tit. de interdictis, & relegatis & deportatis.*

*Lib. XLIIX. Tit. XXIII.*
Cod. IX. 51.

## De ſententiam paſſis & reſtitutis.

§. I. DE reſtitutione in cauſis *ciuilibus* diximus ſupra *lib. IV.* hic de reſtitutione in *criminalibus* agendum, quæ iterum vel *iuſtitiæ*, quando ſententiam paſſus innocentiam ſuam demonſtrat, vbi & honores & bona ablata reo reſtituenda: vel *gratiæ*, quæ fit a principe ex ſola cle-



Digitized by Google

mentia, vnde *ius adgratiandi.* Quantum vero concedere voluerit princeps: hoc ex reſcripto gratiæ diiudicandum, voluntatis enim quæſtio eſt, v. autores ad *tit. ad SC. Turpill. in f. citatos.*

*Lib. XLIIX. Tit. XXIV.*

## De cadaueribus punitorum.

§. I. CORpora eorum, in quos animaduertitur, non aliter ſepeliuntur, quam ſi fuerit petitum & permiſſum: & nonnunquam non permittitur, maxime *maieſtatis cauſa damnatorum*, *l. 1. ff. h. t.* hodie etiam *furum*, *raptorum & latronum* cadauera inſepulta manent, vt alii eo magis terreantur.

§. II. Ad *anatomiam* iudex cadauera concedere nequit, ſed hoc a principe impetrandum. Arbitrarie ergo puniri poſſunt, qui proprio auſu eiusmodi cadauera auferunt.

*Lib. XLIX. Tit. I.*

Cod. VII. 61. ſqq.

## De adpellationibus & relationibus.

§. I. ADpellationum vſus *admodum frequens* eſt ac *neceſſarius*, quippe cum iniquitatem iudicantium, vel imperitiam corrigat, licet etiam nonnunquam bene latas ſententias in peius reformet: neque enim vtique melius pronunciat, qui nouisſimus ſententiam laturus eſt, *l. 1. pr. ff. h. t.*

§. II.

Digitized by Google

§. II. Adpellat is, *qui grauatus eſt*, quamuis in ſententia expreſſe condemnatus non ſit, ſufficit enim, modo effectus ſententiæ deinde in ipſum quoque redundet: ſic adpellat venditor emtore & fideiuſſor debitore condemnato, v. *l. 4. §. 2. & 3. l. 5. ff. h. t.* ſi ex *pluribus conſortibus condemnatis* vnus adpellat: hæc adpellatio reliquis etiam prodeſt, *l. 1. & 2. C. ſi vn. ex plur. adpell.* ſiue cauſa ſit indiuidua, ſiue non, Brunnem. *ad d. l. 1. & 2.*

§. III. Adpellari non poteſt iure Romano a *ſententia interlocutoria*, niſi grauamen irreparabile inferat, *l. 2. ff. de adpell. recip. vel non*, iure canonico a quacunque interlocutoria, *c. 11. & 12. X. de adpellat.* mores variant, de quibus prolixe *in der Einl. zum ciu proc. c. 33. §. 4.*

§. IV. Adpellatio locum habet in *omnibus cauſis*, quæ ſpecialiter non exceptæ. Tales ſunt iure Saxonico *criminales*, in quibus loco adpellationis noua defenſio conceditur: *interdicta*, v. *tit. de interdict. §. III.* aut, *quæ dilationem non recipiunt*, v. g. cauſa annonaria, ne teſtamentum aperiatur, *l. 7. pr. de adpell. recip.* quo etiam referunt cauſas *alimentorum*, *noui operis nunciationem*, *petitionem cautionis de damno infecto*, omnesque, quæ vocantur *Policey-Sachen*, Mev. *3. dec. 154.*

§. V. Ab *executione* non prouocatur, quia illa effectus ſententiæ eſt, & ſic a ſententia adpellari debuiſſet; exceptio eſt, niſi forte executor ſententiæ *modum iudicati excedat*, *l. 5. C. quor. adpell. non recip. l. 4. ff. pr. h. t.* aut *peruerſo ordine procedat*. v. g. immobilia prius capiendo, quam mobilia, &c.



Digitized by Google

§. VI. Adpellatio dirigitur ad *proxime ſuperiorem*, non tamen nocet, licet quis ad maiorem iudicem omiſſo intermedio, ex errore adpellet, *l. 1. §. 3. ff. h. t.* v. *l. 5. §. 3. & 4. ff. de adpell. recip. l. 21. pr. & §. 1. h. t.* iure canonico etiam adpellatio *ad papam* permittitur omiſſis iudicibus intermediis, papa enim concurrentem iurisdictionem habet, v. *c. 7. & 56. X. h. t.*

§. VII. *Electores* intuitu ipſorum electoratuum (non aliarum prouinciarum,) *iure de non adpellando gaudent*, Colonienſis tamen & Treuirenſis facultatem adpellandi ſubditis iterum indulſerunt, ille, ſi ſumma mille; hic ſi 500. flor. Rhenenſ. eſt. Præterea non adpellatur ab *archiducibus Auſtriæ*, *ducibus Saxoniæ*, *Burgundo*, *Lotharingo & Wurtenbergiæ ducibus*: alii hoc iure quoad certam ſummam fruuntur. v. Vitriar. illuſtr. Pfeffingeri *l. 3. tit. 17. §. 29.* Blum. *de proc. cam. tit. 46. n. 3. ſqq.* querela ſuper denegata iuſtitia tamen ſemper eſt permiſſa, Gail. *1. O. 28. n 3.* quamuis diſſentiat Carpz. *de proc. tit. 18. art. 1. n. 12.*

§. VIII. Circa conſtitutionem ſummæ adpellabilis non reſpicitur ad id, *quod actor petiit*; ſed ad hoc, *in quod iudex per ſententiam condemnauit*, non ad ſummam libelli, ſed grauaminis, prout per maiora in camera concluſum; poſſunt etiam *diuerſæ ſummæ* coaceruari, ſi vna actione a creditore petitæ. Sed an *vſuræ vna cum ſorte* computari poterunt? ſi priuilegium de non adpellando de ſorte, *Hauptſumme*, ſolum loquitur, non computabuntur, bene tamen, ſi de ſum-

ma;

Digitized by Google

ma, aut quantitate aliqua in genere loquatur, Blum. *d. tit. 46. n. 9. ſeqq.*

§. IX. Summa adpellabilis non adtenditur in iis rebus, *quæ certam æſtimationem non habent*, v. g. ſi quis ad palinodiam agit, aut de iuribus, ſeruitutibus & præſtationibus, vnde adpellatio recipitur, ſi vel de denario, aut pullo gallinaceo, quem forte ſingulis annis a te mihi præſtari volo, lis eſt, Blum. *d. tit. 46. n. 42. ſeqq.* v. diſp. noſtr. *de ſumma adpellabili.*

§. X. Adpellatio vel fit *apud acta* viua voce, ſi quis dicit: *adpello*, *l. 2. l. 5, §. 5. h. t.* vel *per libellos adpellarios. l. 1. §. 3. h. t.* non nocet vero, licet quis non addiderit in libellis iſtis, contra quem aduerſarium adpellat, nec nocet, ſi plures habuerit aduerſarios & quorundam nomina libellis ſint plexa, quorundam non, namque nec horum intuitu ſententiæ adquieuiſſe dici poteſt, modo vna cauſa ſit, *l. 3. pr. & §. 1. ff. h. t.*

§. XI. Adpellatio *intra decem dies interponenda* coram iudice *inferiore*, *nou. 23. c. 1.* vel coram notario & teſtibus, v. *c. vlt. X. h. t.* quod fatale currere incipit ab eo tempore, quo quis tenorem ſententiæ ſciuit, vel ſcire potuit ac debuit, vnde non auditur ignorantiam adlegans, qui legitime citatus ad publicationem ſententiæ per contumaciam abfuit. Nec poteſt etiam hoc fatale a iudice, aut partium conſenſu prorogari, *ord. cam. p. 2. tit. 29. §. So ſollen 2.* Ceterum adpellans *modeſte* omnia proponere debet, nec conuiciari ei, a quo adpellat, alias plectitur. *l. 42. ff. de iniur. l. 8. ff. h. t.*



Digitized by Google

§. XII. Petendi præterea ſunt a iudice inferiore *libelli dimiſſorii*, qui *apoſtoli* vocantur, & quidem *intra 30. dies*, *l. 24. C. h. t.* qui a die ſententiæ latæ computantur. Petendi ſunt *inſtanter & ſæpius*, ſiue, inſtanter, inſtantius & inſtantisſime, & ſi non accipit petens, id ipſum conteſtari, ſiue, vt hodie dicimus, de adhibita diligentia proteſtari debet, *l. vn. §. 2. ff. de libell. dimiſſor.*

§. XIII. Sunt autem *apoſtoli* literæ a iudice inferiore ad ſuperiorem datæ, quibus adpellatum eſſe ſignificatur, *l. vn. pr. & §. 1. ff. de lit. dimiſſ.* idque vel ita, vt iudex inferior ſuperiori deciſionem cauſæ ſimpliciter committat, qui *reuerentiales* vocantur: vel ita, vt grauamina ab adpellante adducta refutet & iudicem ſuperiorem imploret, ne adpellationi deferat, qui *refutatorii* dici ſolent. De *teſtimonialibus* & *conuentionalibus* v. *einleit. zum ciu. proc. c. 33. §. 15.*

§. XIV. Acceptis apoſtolis iudici ſuperiori illi ab adpellante offeruntur & ſic adpellatio coram ipſo *introducitur*. Terminum, intra quem introductio fieri debet, iudex inferior communiter ſtatuit, *c. 4. X. h. t. ord. cam. p. 2. tit. 30. §. 1.* ſi eiusmodi terminus non eſt ſtatutus, in *camera* imperiali hodie adpellatio *intra IV. menſes* introducenda, Textor *ad R. I. nouiſſ. diſſ. 11. th. 65. & 67.* in aliis iudiciis terminus ille variat, v. *Einleit. zum ciu. proc. c. 33. §. 23.* ex iuſtis cauſis etiam prorogari ille poteſt.

§. XV. Adpellans, quando adpellationem introducit, terminum ad iuſtificationem adpellatio-



Digitized by Google

lationis petit, nec non *inhibitoriales* ad iudicem a quo, ne in cauſa vlterius procedat, quamuis hoc ſine inhibitione etiam facere non debeat, *l. 1. pr. & §. 1. ff. nihil innouari adpell. interp.* porro etiam *compulſoriales* ad eundem iudicem inferiorem, vt acta primæ inſtantiæ in copia edat, in multis locis etiam in originali ſunt edenda, *Einleit. zum ciu. proc. d. c. 33. §. 20. 25. & 26.*

§. XVI. Si iudex inferior non adtenta adpellatione adhuc in eadem cauſa contra adpellantem procedit, *atteutatum* commiſiſſe dicitur, quod inſtar ſpolii ante omnia reuocandum, *R. I. de a. 1654. §. Und wenn 59.* v. Lancellottus *in pec. tract. de attentatis.* Dicitur etiam adpellatus & adpellans attentare. Adpellatus, ſi iudicem inferiorem implorat, vt vlterius in cauſa procedat: adpellans vero, ſi iudicis inferioris iurisdictionem in eadem cauſa iterum agnoſcit, quo ipſo adpellationi renunciaſſe cenſetur.

§. XVII. *Juſtificatio* adpellationis deinde fit tam quad *formalia*, ſtylo practicorum, id eſt, adpellans oſtendit, ſe iuſto tempore adpellationem interpoſuiſſe & introduxiſſe: quam quoad *materialia*, deducendo, priorem ſententiam iniquitate laborare atque adeo corrigendam. Adpellatus excipiendo priorem ſententiam defendit atque grauamina adpellantis refutat: adpellans replicat, adpellatus duplicat, &c.

§. XVIII. Singulare beneficium, quod adpellanti competit, habetur in *l. 4. C. de tempor.*



Digitized by Google

*adpellat. non deducta deducam, non probata probabo*, reducit enim adpellatio cauſam in eum ſtatum, in quo erat in priori iudicio tempore litis conteſtatæ, & hinc nouas exceptiones peremtorias opponere nouasque probationes adferre permittitur, quæ vel poſtea ſuperuenerunt, vel adpellans antea exiſtimauit, quod iis non indigeat, quod mediante iuramento adſerere tenetur, v. pluribus *Einleit. zum ciu. proc. d. c. 33. §. 36. ſeqq.*

§. XIX. Adpellatio iure Romano *intra annum ad finem erat producenda*, v. *l. f. C. de temp. adpell.* hodie nullum certum tempus determinatum. De *executione ſententiæ* in inſtantia adpellationis prolatæ ita tene:

§. XX. Si quis ab *interlocutoria* ſententia adpellauit, eaque *confirmatur* a iudice ſuperiore: iudex inferior, ad quem cauſa remittitur, eam ſemper exequitur; ſin *reformatur*, tota cauſa ad iudicem ſuperiorem deuoluitur, ergo ad hunc executio ſententiæ etiam ſpectat. Si adpellatum a ſententia *definitiua* & adpellatio propter neglectum fatalium *deſerta* declarata: ea ſemper ad iudicem inferiorem remittitur; ſi ſuper materialibus pronunciatum, in ſuperioris iudicis arbitrio eſt, an cauſam ad priorem iudicem remittere, an ipſe ſententiam, ſiue confirmatoria ſit, ſiue reformatoria, exequi velit.

§. XXI. Reliqua, vt & doctrina de Leuteratione Saxonum coram eodem iudice, beneficio reuiſionis, reſtitutionis, ſupplicationis, item de querela nullitatis non ad doctrinam

ff. ſed

Digitized by Google

ff. ſed ad proceſſum pertinent, de quibus adeo & nos fuſe egimus *in der Einleit zum ciuil. proceſſ. a cap. 26. vsque ad cap. 34.* Ceterum *de adpellationibus* ſcripſerunt Petr Gregor. Tholoſanus, Beſoldus, Brederodius & Sigism. Scaccia, conf. Ludolff. Hugo *in conſultatione de abuſu adpellationum tollendo.*

TIT. II. A QVIBVS ADPELLARE NON LICET. TIT. III. QVIS, A QVO ADPELLETVR. TIT. IV. QVANDO ADPELLANDVM SIT ET INTRA QVÆ TEMPORA. TIT. V. DE ADPELLATIONIBVS RECIPIENDIS, VEL NON TIT. VI. DE LIBELLIS DIMISSORIIS, QVI APOSTOLI DICVNTVR. TIT. VII. NIHIL INNOVARI ADPELLATIONE INTERPOSITA. TIT. IIX. QVÆ SENTENTIÆ SINE ADPELLATIONE RESCINDANTVR. TIT. IX. AN PER ALIVM CAVSÆ ADPELLATIONVM REDDI POSSVNT. TIT. X. SI TVTOR VEL CVRATOR MAGISTRATVS CREATVS ADPELLAVERIT. TIT. XI. EVM; QVI ADPELLAVIT, IN PROVINCIA DEFENDI. TIT. XII. APVD EVM, A QVO ADPELLATVR, ALIAM CAVSAM AGERE COMPELLENDVM. TIT. XIII. SI PENDENTE ADPELLATIONE MORS INTERVENERIT. Hi tituli, quatenus vſum præſtant, ſub titulo de adpellationibus ſimul iam ſunt expoſiti.



Digitized by Google

*Lib. XLIX. Tit. XIV.*
Cod. X. 1.

## De iure fiſci.

§. I. BOna principum quadruplicia ſunt. *Priuata*, quæ princeps non habet, vt princeps, ſed etiam ante & citra principatum, ad quæ forte apud nos *die chatoul-Guter* referre poſſes: *domania*, quæ principi adſignata, vnde ſe exhibeat, vt apud nos *die Cammer-Aemter: fiſcalia*, quæ ſunt emolumenta fere accidentalia, quæ ex variis cauſis accedunt, de quibus mox: *ærarium* quod contributiones & vectigalia continet, nobis *die Steuer-Caſſe*, v. Huber. *ff. h. t.* §. *1.* De fiſcalibus hic agitur.

§. II. Fiſcum ergo proprie ſic dictum (nam alias & priuatis eſt fiſcus,) ſolus princeps habet. In *Saxonia* tamen & *iure Lubecenſi* iura fiſci quilibet exercet, qui mero imperio, ſiue iurisdictione criminali gaudet, Dn. Stryk. *de ſucc. ab inteſt. diſſ. 5. c. 1.* §. *10.* Meu. *ad ius Lub. p. 2. tit. 2. art. 14. n. 64.*

§. III. Multa ſingularia iura fiſcus habet. Capit bona *vacantia*, v. ſupra *p. 583. compenſatio* contra illum non ſemper admittitur, v. *tit. de compenſ.* §. *VI. theſaurum* illicitis modis inuentum adquirit, v. *tit. de A. R. D.* §. *XXVI.* vt & omnia alia, quæ *ſcelere adquiſita ſunt l. 9. ff. h. t.* quo pertinent etiam, quæ *vt indignis auferuntur*, v. *tit. de his, quæ vt indign.* capit *bona damnatorum*, hodie tamen non indiſtincte, v. *tit. de bon. damnat.* ſi quis bona vendit & *alio migrat*, *gabella fiſco ſoluenda.*

Pri-

Digitized by Google

Priuati ipſi *inſtrumenta edere tenentur*, v. *tit. de edend.* §. *XII.*

§. IV. Porro contra fiſcum *XL. annis demum præſcribitur*, v. *tit. de vſurp. & vſuc.* §. *XI.* Non ſoluit *vſuras ex mora*, *l. 17.* §. *5. ff. de vſur.* ſi debitor in fraudem fiſci non adquiſiuit, fiſcus *non adquiſita reuocat*, *l. 45. pr. h. t.* quod intuitu aliorum creditorum ſecus ſe habet, v. *tit. quæ in fraud. cred.* §. *II. conductores* rerum publicarum *inuitos detinet*, ſi maximos fructus ante fecerint, *l. 11.* §. *f. ff. de publican.* ſi fiſcus *rem alienam vendit*, emtor ſtatim ſecurus eſt, contra fiſcum autem intra quadriennium datur actio, §. *f. I. de vſucap. ſententia contra fiſcum lata* intra triennium retractari poteſt, *l. vn. C. de ſent. adu. fiſc. lat. retract.* Habet *ius tacitæ hypothecæ* in bonis debitorum, v. *tit. in quib. cauſ. pign.* §. *III. &c.* In dubio tamen contra fiſcum pronunciandum præſertim in pœnalibus, *l. 10. ff. h. t.* ibique Brunnem. vid. Peregrinus & Laudenſis *de iure fiſci*: Lucanus *de priuilegiis fiſci*: Fauſt ab Aſchaffenburg, Klock & Henelius *de ærario*: Matth. de Afflictis *enumeratio priuilegiorum fiſci*: Alex. Turaminus & Franc. Curtius *de iure fiſci*: Galeottæ *reſponſa fiſcalia &c.*

*Lib. XLIX. Tit. XV.*

Cod. IIX. 51.

## De captiuis & de poſtliminio, & redemtis ab hoſtibus.

§. I. QVicunque ius belli gerendi habet, illi etiam in bello adquiritur, ſiue ſint res mo-

mobiles, ſiue immobiles, vnde quamuis res mobiles hoſtibus ablatæ militibus interdum relinqui ſoleant; hoc tamen non fit ex neceſſitate, ſed ex regulis prudentiæ, vt eo alacriores reddantur. *Latrones* non habent ius belli gerendi, *l. 24. ff. h. t.* nec *ſubditi*, vnde bellum ciuile non pertinet ad modos adquirendi, *l. 21. §. 1. h. t.*

§. II. In bello legitimo autem res tunc demum adquiſitæ cenſentur, quando intra præſidia hoſtium perductæ fuerunt, *l. 5. §. 1. ff. h. t.* conf. Grot. *de iur. bell. & pac. l. 3. c. 9 §. 14. & 15.* *Perſonæ* captæ iure Romano *ſerui fiunt*, §. 4. *I. de iur. perſ.* & ſic omnia iura amittunt, & ipſum matrimonium inter captiuum eiusque vxorem diſſoluitur, vnde nouo conſenſu poſtea opus eſt, *l. 14. §. 1. h. t.*

§. III. Duplex tamen fictio ſimul adhibebatur a Romanis. Scilicet captus vel *moriebatur* apud hoſtes, vel *reuertebatur*. *Priori* caſu obtinebat *fictio L. Corneliæ*; vi cuius captiuus eo momento deceſſiſſe videtur, quo captus eſt, *l. 18. ff. h. t.* vnde ſi vxor & maritus ab hoſtibus capti fuerint & vxor ibidem ex marito enixa ſit, maritus autem moriatur in captiuitate & ſic filius cum ſola matre reuertatur; quaſi ſine marito natus, ſpurius habetur, *l. 25. ff. b. t.*

§. IV. *Poſteriori* caſu ius poſtliminii locum habebat, vi cuius fingitur, ac ſi captiuus reuerſus nunquam in captiuitate fuiſſet, v. *l. 19. pr. ff. h. t.* & gaudent eo omnes, qui non ex delicto ſuo in hoſtium poteſtatem peruenerunt, non ergo trans-

Digitized by Google

transfugæ, *l. 19. §. 4. h. t.* qui armis victi hoſtibus ſe dederunt, *l. 17. h. t.* qui ſua voluntate apud hoſtes manſerunt, *l. 20. pr. ff. h. t.*

§. V. Ius poſtliminii etiam *res* habent, & quidem *immobiles*, *l. 20. §. 1. h. t.* mobiles regulariter non, *l. 28. ff. h. t.* exceptis nauibus longis atque onerariis propter belli vſum paratis, *l. 2. pr. h. t.*

§. VI. Hodie *perſonæ* iure poſtliminii non indigent, quia captiui non amplius fiunt ſerui, vel a nobis pro talibus non reputantur, quod idem eorum intuitu obtinet, qui a turcis aliisque barbaris capti. *Res* immobiles hodie etiam priſtinis dominis reſtituuntur, non autem regulariter mobiles, cuiuscunque generis ſint, ne quidem naues onerariæ, niſi in conuentione pacis ſpeciale quid hoc nomine diſpoſitum reperiatur.

§. VII. *Redemti* ſunt, qui certo pretio, vel lytro ſoluto, ab hoſtibus reuerſi, v. *l. 12. §. 7. ſeqq. ff. h. t.* Si alius quispiam pro captiuo hoc lytrum ſoluerit, redemtus ad eius reſtitutionem tenetur, & donec reſtitutum fuerit, redemtor iure quaſi pignoris gaudet, *l. 2. C. de poſtlim. reuerſ.* quod ſi pretium reſtituere nequeunt, operas per quinquennium præſtant, & ſic liberantur, *l. 20. C. de eod.* v. Cunæus in *ſing. reſponſ. de iure poſtliminii* eius orationibus adnexo: Strauchius *de captiuis & poſtliminio reuerſis, &c.*

Lib.

*Lib. XLIX. Tit. XVI.*
Cod. XII. 36.

# De re militari.

§. I. Militia apud Romanos honorabilis erat; vnde ad eam non admittebantur *infames, l. 4. §. 1. ſeqq. h. t.* nec *ſerui, l. 11. h. t.* quod hodie intuitu militum gregariorum ſecus eſt.

§. II. Competunt autem militibus varia iura ſingularia. Habent *beneficium competentiæ*, v. *tit. de ceſſ. bon. §. VII. teſtamenta absque ſolennitatibus condunt*, v. *tit. de teſtam. milit.* poſſunt *ignorantiam iuris* adlegare, v. *tit. de iur. & fact. ignor. §. II.* non tenentur *legitimam relinquere*, v. *tit. de inoff. teſtam. §. IV.* poſſunt quocunque modo *ſubſtituere*, v. *tit. de vulg. & pup. ſubſt. §. XVI.* non *torquentur*, v. *tit. de quæſt. §. XI. &c.*

§. III. *Conueniuntur* coram magiſtro militum. In delictis diſtingue. Si delictum eſt *commune*, quod alius etiam non miles committere poteſt, v. g. adulterium, cognitio ad magiſtrum militum, vel ad iudicem loci ſpectat; ſin *proprium*, quod vt miles committit, v. g. ſtationem deſerendo, &c. cognitio ad ſolum magiſtrum militum pertinet, v. *l. 2. & 3. ff. h. t.* vbi de variis pœnarum generibus. Hodie communiter magiſtratus militaris ſibi ſoli ius cognoſcendi & puniendi adtribuit, v. *tit. de iudic. §. XXVI.* Quod ſi tamen *metu criminis*, in quo iam reus poſtulatus eſt, *militiæ nomen quis det:* ille ſtatim ſacramento iterum ſoluendus & ſic ad iudicem ſuum remittendus

Digitized by Google

dus eſt, *l. 16. pr. ff. h. t.* v. *corpus iuris militaris Brandenburgicum* ab Hoyero & Schulzio editum: Dœlſfers *proceſſus iuris militaris informatiuus*: Feltmanni *reſponſa militaria*: Burger *in obſeruationibus iuridico-politico militaribus*: Schwartzii *Wegweiſer zum Kriegsrecht*: Serotini *Kriegs-Auditeur*: Adr. Beyeri *prudentia iuris militaris*, *&c.*

*Lib. XLIX. Tit. XVII.*

Cod. XII. 37.

## De caſtrenſi peculio.

§. I. DE hoc iam actum ad *tit. de peculio §. IV.* quo nos referimus.

*Lib. XLIX. Tit. XIIX.*

Cod. IIX. 47.

## De veteranis.

§. I. M*iſſio* militum eſt triplex: *honeſta* eorum, qui tempore impleto, ſcilicet xx. annorum, *l. 3. C. de his, qui non implet. ſtipend.* miſſi, & hi *veterani* vocantur: *cauſaria*, cum quis vitio animi, vel corporis, minus idoneus militiæ renunciatur; *ignominioſa*, cum quis propter delictum ſacramento ſoluitur, *l. 13. §. 3. ff. de re milit.* De vſu huius diſtinctionis in materia teſtamentorum, v. *tit. de teſtam. milit. §. VI.*

§. II. Veterani nec in metallum damnantur, nec in opus publicum, vel ad beſtias, nec fuſtibus cæduntur, *l. 3. ff. h. t.* quæ tamen iura ſingularia hodie, præſertim intuitu militum gregariorum, vſum vix amplius habent.



Digitized by Google

## Lib. L. Tit. I.

## Cod. X. 38. 39.

# Ad municipalem & de incolis.

§. I. MVnicipes, ſiue *ciues* dicuntur, qui in ciuitatem recepti ſunt & iuribus reliquorum ciuium fruuntur, & e conuerſo etiam onera publica vna cum reliquis ciuibus ſuſtinent, v. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Olim municipes non gaudebant iure ſuffragii, ſed munerum ſolum participes erant, in quo a ciuibus differebant, verum poſtea abuſiue pro ciuibus etiam accipi conſueuerunt, *d. l. 1. §. 1. h. t.* Briſſonius *de V. S. voc. municipes.*

§. II. Hiſce opponuntur *incolæ*, qui domicilium quidem in aliqua ciuitate conſtituerunt, in numerum ciuium tamen non ſunt recepti, *l. 20. h. t. l. 239. §. 2. ff. d. V. S.* hi ſunt ſub iurisdictione magiſtratus municipalis, onera etiam publica ferre tenentur, ſed ad ſuffragia & honores non admittuntur, *l. 29. ff. h. t. vſ. pract. diſt. h. t. diſt. 1.* Lauterbach. *h. t.*

§. III. Alii iterum ſunt *forenſes*, qui nec domicilium in ciuitate habent, nec in numerum ciuium recepti ſunt, ſed bona immobilia ibi poſſident; vel nulla etiam bona poſſident, ſed ad tempus ſolum ſine conſtitutione domicilii ibi commorantur, v. Meu. *ad ius Lub. quæſt. præl. 4. num. 2.*

§. IV.

§. IV. Adhuc alii apud Romanos ſunt *coloni*, qui in vrbes expugnatas mittebantur ipſisque domus & agri diſtribuebantur, & qui non ex arbitrio, ſed legibus populi Romani viuebant, v. late Briſſonius *de V. S. voc. colonia & colonus.*

§. V. Hic de ciuibus ſermo eſt. Eos vel *natiuitas* facit, aut *manumiſſio*, aut *adoptio*, *l. 1. pr. h. t.* Circa natiuitatem olim non ad domicilium patris, ſed ad eam ciuitatem reſpiciebatur, ex qua pater naturalem originem ducebat, *l. 6. §. 1. h. t.* hodie ad locum domicilii paterni, quamuis filius apud nos nihilominus denuo in ciuitatem recipi communiter debeat, & hoc fauore ſolum gaudeat, quod in aliquibus locis, pro receptione minus ſoluat, quam quidem alii. *Spurii* matris conditionem ſequuntur, *l. 1. §. 2. inf. ff. h. t.*

§. VI. *Iudæis* ius ciuitatis magiſtratus vrbanus indulgere nequit. Imo quondam ſoli imperatori addicti erant, vnde dicebantur *Kayſerliche Cammer-Knechte*; deinde tamen ius recipiendi iudæos electoribus confirmatum in *A. B. c. 9.* & hodie omnes ſtatus imperii illo iure gaudent, v. Rhet. *inſtit. iur. publ. l. 1. tit. 4. §. 61.* Iudæi recepti vocantur *Schutz-Iuden*, & fruuntur omnibus iuribus, quæ aliis ſubditis competunt, prout potent. Rex Prusſiæ *d. 3. Iul. 1703. & d. 22. nou. eiusd. ann.* ad regimen Halberſtadienſe reſcripſit, in caſu, vbi creditores iudæi debitoris vxori ius prælationis ratione dotis in dubium vocabant, conf. Stryk. *vſ. mod. ff. tit. de reb. aut. Iud. poſſid. §. V.* Mylerus *de princ. & ſtat. imper. p. 2. c. 60. § 9.*

§. VII. Iuri ciuitatis quilibet *renunciare* poteſt, niſi intempeſtiue faciat, quemadmodum etiam incola muneribus publicis iam deſtinatus, niſi perfecto munere, incolatui renunciare nequit, *l. 34. ff. h. t.* Conf. Balth. Conr. Zahn. *de iure & iurisdictione municipiorum:* Petr. Poncetus *de iure municipali:* Bernh. Barilis *de poteſtate legis municipalis in aduenas & indigenas, &c.*

## *Lib. L. Tit. II.*

## Cod. X. 31.

# De decurionibus & filiis eorum.

§. I. D*Ecuriones* dicebantur, qui in municipiis (ciuitatibus inferioribus & coloniis conſilio publico præerant, & ſic quaſi curiæ ſuæ ſenatores, *l. 33. C. h. t.* ex hiſce duo quaſi conſules erant & *duumviri* dicebantur, *l. 1. ff. de alb. ſcrib.* Briſſonius *de V. S. voc. decuriones & duumviri.*

§. II. Hi decuriones *torqueri* non poterant, ne quidem depoſito officio, in memoriam prioris dignitatis, *l. f. h. t.* & ſi facultatibus lapſi erant, alimenta ipſis decerni poterant, *l. 8. h. t.* ſed hæc hodie parum vtilitatis habent, nam quis ſenator eligi poſſit; quo modo; quæ iura habeat; &c. hoc ex moribus cuiusuis loci diiudicandum. Conr. Lancellottus *de decurionibus.*



Digitized by Google

*Lib. L. Tit. III.*

## De Albo ſcribendo.

§. I. ALbum eſt matricula decurionum; Gothofr. *ad rubr. h. t.* in quo decuriones eo ordine ſcribendi, quo quisque eorum maximo in honore in municipio functus eſt, *l. 1. pr. h. t.* & hic ordo etiam in ſententiis dicendis ſpectari debet, *l. 1. ſ. 1. h. t.*

*Lib. L. Tit. IV.*

Cod. X. 40. ſeqq.

## De muneribus & honoribus.

§. I. MVnus publicum eſt, quod in adminiſtranda republica ſine titulo dignitatis ſubimus, *l. 14. §. 1. ff. h. t.* hoc eſt vel *perſonale*, quod animi prouiſione & corporis labore ſine tamen gerentis detrimento, ſiue ſumtibus, expeditur, vt tutela, cura viarum, calefactio balnei publici, cuſtodes ædium quoque, epiſcopi, qui præſunt pani & ceteris venalibus rebus, huc pertinent, *l. 18. § 1. ſqq. h. t.* vbi plurima alia exempla: vel eſt *patrimoniale*, ſiue *reale*, quod poſſeſſionibus, ſiue patrimoniis indicitur, v. g. præſtatio frumenti pro menſura agri, angariæ, &c. *d. l. 18. §. 21. ſeqq. §. 25. h. t.* vel eſt *mixtum*, quod corporis labore geritur, ſed interdum cum gerentis damno v. g. ſi quis tributa exigit ſuo periculo, quales *decaproti* & *icoſaproti* vocantur in *d. l. 18. §. 26. ff. h. t.*



Digitized by Google

§. II. Quod munera patrimonialia adtinet, ea ſolus *princeps imponit*, magiſtratus vero deinde diſtribuit, quantum quisque contribuere debeat, quod vocant *ius ſubcollectandi*, quando ſcilicet princeps ſingulis illa munera, vel onera non indixit, ſed integræ prouinciæ. Poſſunt tamen & priuati absque principis conſenſu inter ſe aliquid conferre, ſi voluntate omnium & ſic per modum conuentionis fiat.

§. III. *Honor* eſt adminiſtratio reip. cum dignitatis gradu, *l. 14. pr. h. t.* honores gradatim ſunt conferrendi, *l. 11. pr. l. 14. §. 5. ff. h. t.* honorem ſuſtinenti munus imponi non poteſt: munus ſuſtinenti honor deferri poteſt, *l. 10. ff. h. t.* Conf. Petrus Antibolus *de muneribus*: Georg. Mundius a Rodach *de muneribus, honoribus & oneribus*: Ægid. Thomatus *de muneribus patrimonialibus & collectis*: Chriſtoph. Wintzler *de collectis*: Caſp. Klockius *de contributionibus*: Petr. de Vbaldis & Henr. Bocerus *de collectis & muneribus*: Bened. Bonius *de collectis, cenſibus*: Tabor *de metatis & epidemeticis*, *&c.*

*Lib. L. Tit. V.*

Cod. X. 44. 45.

## De vacatione & excuſatione munerum.

§. I. VAcatio eſt ſtatus eius, qui nullo munere fungitur, aut fungi cogitur, Briſſon. *de V. S. voc. vacatio*, quæ vacatio obtinetur per *excuſationem*, ſiue adlegationem cauſarum, quare quis munera ſubire non teneatur, & *ſic ex iure ſingulari*, de quo hic: vel per *immu-*

*ni-*

Digitized by Google

*nitatem*, id eſt, *priuilegium* a principe conceſſum, de quo *tit. ſeq.*

§. II. A muneribus *perſonalibus* excuſat *ætas*, vt ſi quis minor, *l. 2. pr. ff. h. t.* vel 70. annorum, *l. 3. & l. 5. ff.* de *iur. immun.* *quinque liberi l. 3. ff. 12. ff. de muner.* v. tamen *tit. de excuſat.* §. *VI.* vbi de tutela in ſpecie: *dignitas*, vel *honor*, *l. 10. ff. de muner.* & in ſpecie *militia*, *l. 3. §. 1. ff. de muner.* huc non pertinent, qui pueros primas litteras docent, *l. 2. §. 8. ff. h. t.*

§. III. A muneribus *realibus* ſedecim liberos excuſare volunt propter *l. 5. §. 3. ff. de iur. immun.* verum quia hoc iura priucipis tangit, quæ ex LL. Romanis non diiudicantur; hinc arbitrio principis quoque relinquendum, quid hac parte ſtatuere velit.

§. IV. Ab *honoribus* nihil excuſat ne quidem numerus liberorum *l. 2. §. 1 h. t.* nec ætas ſeptuaginta annorum, *d. l. 2. §. 1. h. t.* niſi propter certas & prohibitas cauſas, *d. l. 2. §. 7. h. t.* vt ſi propter morbum quis non ſolum ad labores corporis præſtandos, ſed etiam ad ſuppeditanda conſilia ſit inhabilis, &c.

*Lib. L. Tit. VI.*

## De iure immunitatis.

§. I. IMmunitas ex gratia principis prouenit, licet quis nulla excuſatione munitus ſit, & in dubio ad heredes non tranſit, *l. 1. ff. 1. ff. h. t.* nec ad caſum neceſſitatis, v. g. ſi hoſtis



Digitized by Google

patriæ imminet, aut viæ & pontes refici debent, porrigitur, v. diſp. noſtr. *de immunitate non excuſante*. Priuati etiam alicui immunitatem concedere poſſunt per modum conuentionis, ſed absque præiudicio principis, vnde portio exemti illis adcreſcit. Ceterum omnia hic a voluntate concedentis dependent.

*Lib. L. Tit. VII.*

Cod. X. 63.

## De Legationibus.

§. I. LEgati ſunt, qui *a principe ad principem*: *commiſſarii*, qui *a principe ad ſubditos*, & *deputati*, qui *a ſubditis ad principem* mittuntur. Legati ſunt inuiolabiles iure gentium & de illis in politica & iure publico agitur, v. *l. f. h. t.* Commiſſarii etiam ſunt inuiolabiles, & qui eos violat, L. Iulia maieſtatis tenetur: deputati gaudent iure communi cum reliquis priuatis.

§. II. In hoc titulo vox legatorum abuſiue pro deputatis capitur, quia a ciuitatibus municipalibus Romam mittebantur. Non plures, quam tres mitti debebant, *l. 4. §. 6. h. t.* ſumptus ipſis erant reſtituendi, *l. 2. §. 3. h.* & damna legationis tempore perpeſſa reſarcienda, *l. 9. ff. h. t.* quæ omnia æquitas dictat: præterea legati illi poſt finitam legationem biennii vacationem a muneribus habebant, *l. 8. §. 1. h. t.*

*Lib.*

*Lib. L. Tit. VIII.*

# De adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinentium.

§. I. QVemadmodum ciuitates alias iure minorum fruuntur: ita quoque, quæ de tutoribus pupillorum & curatoribus minorum ſupra ſuo loco diximus, hic intuitu adminiſtratorum bonorum ciuitatis repetuntur. Tenentur de leui culpa, *l. 6 ff. h. t.* ſinguli in ſolidum, *l. 3. pr. h. t.* rationes ſecundum fidem datorum & acceptorum reddendæ, *l. 2. ſ. 2. ff. h. t.* ſi adminiſtratio inter plures diuiſa, quisque tantum pro parte ſuæ adminiſtrationis tenetur, *l. 2. C. quo quisque ordin. lib. 11.* Retiones expunctæ & ſubſcriptæ aduerſus eum, qui adminiſtrauit, intra viginti: aduerſus heredem vero intra decem annos retractari poſſunt. Munoz de Eſcobar *de ratiociniis & computationibus adminiſtratorum*: Dœpleri *getreuer und ungetreuer Rechnungsbeamte*, *tit. de tutel. & rat. diſtrab. in f.*

*Lib. L. Tit. IX.*

Cod. X. 46.

# De decretis ab ordine faciendis.

§. I. ORdo decurionum (hodie magiſtratus muncipialis in genere) decreta facere poteſt, (nos *ſtatuta* adpellamus,) modo non ſint

contra vtilitatem publicam, *l. 5. h. t.* qualia *ambitioſa* vocantur, *l. 4. h. t.* & modo ſint facta adhibitis duabus partibus decurionum, *l. 2. & 3. h. t.* atque ex illis maior pars conſentiat, *l. 19. ff. ad municip.*

§. II. Porro ſtatuta illa ſolum valent, *quæ adminiſtrationem* & *iurisdictionem ciuitatis ciuiumque concernunt*, v. g. vt medicum (*Stadphyſicum*) conſtituant, ſecretarium, ſyndicum, &c. vt pretia ſtatuant rerum venalium, quibus ciues quotidie indigent, panis, carnis, cereuiſiæ, &c. non valent ergo, quæ de aliis negotiis ciuilibus fiunt, v. g. ſi nouas ſolemnitates teſtamentorum, aut contractuum introducere vellent, &c. imo & priori caſu confirmatio principis interdum requiritur, quod ex moribus dependet, v. Meu. *ad ius Lub. qu. prælim. 2. num. 55. ſeqq. vsque ad fin.*

§. III. *Collegia* etiam per modum pacti quid ſtatuere poſſunt, ſcilicet *in rebus ſuæ artis*, v. g. *von Beſtraffung der Lehrjungen, Geſellen*, modo iterum nihil contra ius commune ſtatuant, *l. f. ff. de colleg.* v. g. ſi monopolia introducant, *l. vn. C. de monopol.* aut homines ſine iuſta cauſa ab exercendo opificio, vel arte excludant, v. g. propter prætenſam maculam, quæ tamen reuera non adeſt, vel, quod alter perficere non debeat, quod ab altero cœptum. Conf. Albericus *de ſtatutis:* Compegius *de ſtatutis:* Giſebertus *in periculo ſtatutorum:* Lanfrancus de Oriano *de interpretatione ſtatutorum:* Holſtein *de priuilegiis ſtatutorum & conſuetudinum:* Alderanus Maſcardus *de generali ſtatutorum inter-*

Digitized by Google

*interpretatione: Jus opiſiciarium* diuerſis tractatibus illuſtrauit Adrianus Beier, profeſſor Jenenſis.

## *LIB. L. TIT. X.*
## Cod. VIII. 12.
# De operibus publicis.

§. I. **O**Pus nouum *priuato* etiam *ſine principis autoritate* facere *licet*, præterquam ſi ad æmulationem alterius ciuitatis pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat, vel circum theatrum, vel amphitheatrum ſit, *l. 3. pr. h. t. publico ſumtu* autem opus nouum *ſine principis autoritate* fieri *non licet*, *d. l. 3. §. 1. ff. h. t.*

§. II. Operi publico regulariter *nomen* alterius *inſcribere non licet*, quam principis, ne quidem præſidis nomen, *l. 4. h. t.* excipitur, ſi is nomen inſcribi petit, cuius pecunia opus factum eſt, qui hoc tamquam munificentiæ ſuæ fructum capit, *l. 2. pr. l. 3. §. 1. & . 2. l. 7. §. ff. h. t.*

§. III. Opera publica ne quidem *refici* poſſe ſine principis conſenſu, habetur in *l. 9. §. 4. ff. de rer. diu.* quod iterum intelligendum, ſi refectio publico ſumtu fieri, & hic ſumtus maximus eſſe debeat. Ceterum pecunia, quæ in noua opera legata eſt, potius in tutelam eorum operum, quæ ſunt, conuertenda, quam ad inchoandum nouum opus eroganda, ſcilicet ſi ſatis operum ciuitas habeat, & non facile ad reficienda ea pecunia inueniatur, *l. 7. pr. ff. h. t.*



Digitized by Google

Lib. L. Tit. XI.
Cod. IV. 60.

# De Nundinis.

§. I. NVndinæ ſunt conuentus hominum, mercandi cauſa publica autoritate inſtituti. Aliæ ſunt *hebdomadales*, quas *magiſtratus etiam inferior* absque ſpeciali principis conſenſu inſtituit, vbi ruricolæ ea adportant, quæ ad victum pertinent, *Wochenmærckte.* Hic venditores, aut emtores, nullo ſpeciali priuilegio fruuntur.

§. II. Aliæ ſunt *annales*, *Jahrmærckte*, vbi omnis generis merces adportantur, quas *Status imperii* in ſuis territoriis inſtituunt absque præſcitu & confirmatione imperatoris.

§. III. Aliæ ſunt *ſolemnes*, *Reichs-oder Freye-Meſſen*, quas ſtatus etiam inſtituunt, ſed *accedente imperatoris confirmatione*, cuius effectus eſt, quod mercatores & in acceſſu & receſſu plena ſecuritate per *integrum imperium* gaudeant. Equidem ſtatus imperii etiam in annalibus mercatibus ſecuritatem præſtare poſſunt, & interdum ſolent; verum huius effectus limitibus territorii includitur, v. Schvveder *intr. in ius publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 17. §. 13. ſeqq.*

§. IV. Securitas illa, de quo modo diximus, in hoc conſiſtit, quod mercatores, durantibus nundinis ob *debita priuata* conueniri, aut arreſto detineri nequeant, *l. vn. C. h. t.* licet in ipſis nundinis contraxerint, Fritſch. *de nund. c. 7. n. 22.* aut debitum ſit iuratum. Exceptio eſt, ſi quis beneficio re-

Digitized by Google

renunciauit, aut ex *delicto* conuenitur, Carpzov. *p.1.c.30.d.30.*

§. V. Sed quid, ſi debitor *de fuga ſit ſuſpectus?* iure communi certum eſt, eum ſecuritate non gaudere, ne ius ſingulare mercatorum ad aliorum iniuriam & damnum trahatur: praxis Saxonica tamen in contrarium eſt, ſi credimus Carpz. *p.1.c.30. d.25.* id adſerenti. conf. Fritſch *de nundinis*: Anton. Clock. *diſſ. de nundinis*, quæ inſerta eſt Malcomeſii commentario ad Weſenbec. *h.t. ff.* Henr. Petr. Haberkorn *de nundinis*: Marperger *von Jahrmærckten und Meſſen &c.*

*Lib. L. Tit. XII.*

## De Pollicitationibus.

§. I. **P**Ollicitatio eſt *ſolius* offerentis promiſſum *reip.* factum, vnde differt a *pacto* donationis, quod *duorum* conſenſum requirit & *priuatis* fit, *l.3.pr.h.t.*

§. II. Non obligat autem pollicitatio promittentem, niſi vel *ex iuſta cauſa fiat*, v.g. ob honorem conſequendum, *l.1.§.1.ff.h.t.* propter incendium, terræ motum, ruinam, &c. quæ reipubl. fit, *l.4. h.t.* vel, ſi quis ſine cauſa promiſerit, *facere tamen cœpit*, *l.1.§.2.& 3.ff.h.t.* Quod ſi deinde *pauper factus eſt* promiſſor, quintam partem patrimonii ſui ſolum debet, *l.9.inf.h.*

§. III. *Votum* huc etiam pertinet, quod eſt promiſſum *Deo* factum, quo etiam pia corpora, eccleſias, ſcholas, &c. referunt. Votum perſonam vouentis obligat, non rem, quæ vouetur. *l.2.pr.*

*h.t.*

Digitized by Google

*h. t.* in quo cum pactis conuenit. Obligantur eo *patres familiarum, puberes, ſui iuris:* filius enim familias, vel ſeruus; ſine patris dominiue conſenſu voto non obſtringuntur, *d. l. 2. §. 1. h. t.* conf. ius moſaicum *num. c. 30.* exceptio eſt, ſi filius peculium caſtrenſe habeat, quemadmodum etiam obligatur, ſi non intuitu rerum, ſed perſonæ quid voueat, modo diſciplinæ domeſticæ non ſit contrarium, Brunn. *ad l. 2. h. t.* Voti obligatio ad heredes etiam tranſit, *l. 2. §. in f. h. t.*

*Lib. L. Tit. XIII.*

## De extraordinariis cognitionibus & ſi iudex litem ſuam feciſſe diceretur.

§. I. EXtraordinaria cognitio dicitur, quoties ipſemet magiſtratus ſiue prætor cognoſcit: *ordinaria*, cum apud iudices pedaneos datos ex formula cauſa agitur, Gothofr. *ad rubr. h. t. lit. b. in f.* Extra ordinem cognoſcebat prætor de *mercedibus ſtudiorum liberalium, de muneribus & honoribus, criminibus capitalibus, &c. l. 1. pr. l. 5. ff. h. t.* hodie iudex ordinarius ſemper cognoſcit.

§. II. Iudex *litem ſuam feciſſe* dicitur, quando male iudicat, idque vel per negligentiam, vbi quaſi ex maleficio: vel per dolum, vbi ex vero delicto tenetur ad omne damnum reſarciendum, v. *l. 15. §. 1. ff. de iudic. l. f. ff. h. t.* add. *tit. C. de pœna iudicis, qui male iudicauit.* DD. vocant crimen *ſyndicatus*, nam ſyndicatus ſignificat inquiſitionem in acta & geſta officialium, vbi hoc crimen detegitur. Hodie iudicem conuenire adhuc permittitur; ſed contra regulas prudentiæ fere actio inſtituitur, præ-

præſertim contra magiſtratus maiores. De *ſyndicatu* ſcripſerunt Paris de Puteo, Baldus de Peruſio, Angelus de Peruſio, Amodeus Iuſtinus, Cataldinus de Boncampagnis, Auguſtinus Dulcetus, &c.

*Lib. L. Tit. XIV.*

## De Proxeneticis.

§. I. PRoxenetæ ſunt, qui in emtionibus, venditionibus, commerciis, & omnibus contractibus licitis conciliandis interueniunt. *l. 3. in f. ff. h. t.* vocantur *die Maeckler. Proxeneticum* eſt merces, quæ proxenetis ſoluitur. Hoc petere poſſunt proxenetæ; *l. 1. h. t.* ſic tamen, vt modus eſſe debeat, & quantitatis, & negotii, in quo operula ſua defuncti ſunt & miniſterium qualequale adcommodauerunt, *l. 3. ff. h. t.*

§. II. Proxeneta, ſi dolo & calliditate aliquem circumuenit, actione de dolo tenetur, alias non, ſi bona ſide agit, licet rem laudet, aut philantropi (i. e. proxenetici) nomine aliquid acceperit, *l. 2. h. t.* Cf. Beneuenut. Straccha *de proxenetis & proxeneticis*.

*Lib. L. Tit. XV.*

Cod. XI. 57.

## De cenſibus.

§. I. CEnſus eſt publica rerum ciuiumque deſcriptio, iuxta quam præſtationes tributariæ exiguntur, v. *l. 3. pr. l. 4. pr. §. 1. ſeqq. ff. h. t.* Huber. *prælect. ff. h. t.* In cenſendo ætas ſpectatur, quando nempe tributa *perſonis* imponuntur, vnde olim impuberes a tributis immunes erant, *d. l. 3. pr. h. t.* in cenſendis *agris* autem illam æquita-

tem

Digitized by Google

tem debet admittere cenſitor, vt officio eius congruat, releuari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex cauſis non poſſit, v. g. ſi agri portio chaſmate periit, vites mortuæ ſunt, aut arbores exaruerunt, *l. 4. §. 1. h. t.*

§. II. Hodie Principis eſt ſtatuere, quibus perſonis atque rebus & quo modo tributa ſint imponenda, vnde illud ex iure Romano vix addiſci poterit. Conf. Herm. Latherus *de cenſu*: Klock *de contributionibus*: Matthiæ *de contributionibus*: Rouenſtrunck *rechtlich bedencken von Anlagen, Contributionen, &c.*

### *Lib. L. Tit. XVI.*

## De verborum ſignificatione.

### *Lib. L. Tit. XVII.*

## De diuerſis regulis iuris antiqui.

HI duo tituli in epitomen redigi nequeunt, ſingulæ enim leges nouas materias exhibent, quas ſuis locis iam inſeruimus, vnde hic finis eſto. Varia interim ad duos hosce titulos publicata fuerunt. Ad titulum *de verborum ſignificatione* pertinent inter plurimos hi præcipue: Barn. Briſſonius, Arnold. Coruinus, Io. Iac. Wiſſenbachius, Io. Gœddæus, Andr. Alciatus. Iac. Cuiacius, Guil. Fornerius, Matth. Stephani & Alber. Gentilis. Ad titulum *de regulis iuris*: Iac. Gothofredus, Ioh. Iac. Wiſſenbachius, Iac. Cuiacius, Euerh. Bronchorſt, Phil. Matthæi, Ioh. a Sande, Phil. Decius, Hier. Cagnolus, Hubertus Giphanius, Ioh. Caluinus, Wilh. Ludwellus, &c.

SOLI DEO GLORIA.

Digitized by Google

# INDEX TITVLORVM.

## A.


De *Abigeis* XLVII. 14
de *Acceptilatione* XLVI. 4
de *occaſionibus* & inſcriptionibus XLVIII. 2
de *actione* æſtimatoria XIX. 3
de *actionibus* emti & venditi ib. 1
de *actione* exercitoria XIV, 1
de *actione* inſtitoria ib. 3
de *actionibus* noxalibus IX. 4
Quando *actio* de peculio annalis eſt XV. 2
de *actione* rerum amotarum XXV. 2
de *actione* pignoratitia & contra XIII 7
de *actionibus* popularibus XLVII. 23
de *actione* in rem publicam VI. 2
de *actionibus* præſcriptis verbis & in factum XIX. 5
de *actione* tributoria XIV. 4
de *actione* tutelæ contraria & vtili XXVII. 4
de *actione* tutelæ & rationibus diſtrahendis & vtilis curationis cauſa XXVII. 3

de *ademtione* libertatis XL. 6
de *addictione* in diem XVIII. 2
de *adimendis* vel transferendis legatis vel fidei-
commiſſis XXXIV. 4
de *adminiſtratione* & periculo tutorum & curato-
rum XXVI. 7
de *adminiſtratione* rerum ad ciuitatem pertinen-
tium L. 8
de *Ædilitio* edicto & redhibitione & quanti mi-
noris XXI. 1.
ad L. *Æliam* Sentiam XL. 9
Si *ager vectigalis* i. e. Emphyteuticarius petatur
VI. 3
de *Albo* ſcribendo L. 3
de *Aleatoribus* XI. 5
de *Alienatione* iudicii mutandi cauſa facta IV. 7
de *alimentis* & cibariis legatis XXXIV. 1
de *annuis* legatis & fideicommiſſis XXXIII. 1
An per alium cauſæ *appellationum* reddi poſſint
XLIX. 9
de *appellationibus* & relationibus ib. 1
de *appellationibus* recipiendis vel non ib. 5
Apud eum, a quo *appellatur*, aliam cauſam agere
compellendum ib. 12
Quis a quo *appellatur* XLI. 3
Quando *appellandum* ſit & intra quæ tempora,
XLIX. 4
A quibus *appellare* non licet ib. 2
Quæ ſententiæ ſine *appellatione* reſcindantur
XLVIII. 8

Eum

Digitized by Google

Eum qui *appellauit* in prouincia defendi XLIX. 11
Nihil innouari *appellatione* interpoſita ib. 7
Si pendente *appellatione* mors interuenerit ib. 13
de *aqua* & aquæ pluuiæ arcendæ XXXIX. 3
de *aqua* quotidiana & æſtiua XLIII. 20
Ad L. *Aquiliam* IX. 2
de receptis *arbitris*, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant IV. 8
de *arboribus* cædendis XLIII. 27
*Arborum* furtim cæſarum XLVII. 7
de officio *Aſſeſſorum* I. 22
de iure *aureorum* annulorum XL. 10
de *auro*, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſte vel veſtimentis & ſtatuis legatis XXXIV. 2
de *auctoritate* & conſenſu tutorum & curatorum XXVI. 8

## B.

Quorum BOnorum XLIII. 2
de *bonis* damnatorum XLVIII. 20
de *bonis* eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corruperunt ib. 21.
de *bonis* libertorum XXXVIII. 2
de *bonorum poſſeſſione* ex teſtamento militis XXXVII. 13
de *bonorum poſſeſſione* furioſo, infanti, muto, ſurdo,



Digitized by Google

do, cœco competente XXXVII. 3
de *bonorum poſſeſſionibus* ib. 1
de *bonorum poſſeſſionibus* contra tabulas ib. 4
de *bonorum poſſeſſionibus* ſecundum tabulas ib. 11
Quis ordo in *bonorum poſſeſſione* ſeruetur XXXVIII. 15

## C.

De *Cadaueribus* punitorum XLVIII. 24
de *calumniatoribus* III. 6
de *capite minutis* IV. 5
de *captiuis* & poſtliminio & redemtis ab hoſtibus XLIX. 13
de *Carboniano* edicto XXXVII. 10
de liberali *cauſa* XL. 12
Vſufructuarius quemadmodum *caueat* VII. 9
Si quis *cautionibus* in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauit II. 11
Vt legatorum ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa *caueatur* XXXVI. 3
de *cenſibus* L. 15
de *ceſſione* bonorum XLII. 3
Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum *cedat* VII. 3
de *cloacis* XLIII. 23
de iure *codicillorum* XXIX. 7
Vnde *cognati* XXXVIII. 8
de extraordinariis *cognitionibus*, & ſi iudex litem

ſuam

ſuam feciſſe dicetur L. 13
de *collatione* bonorum XXXVII. 6
de *collatione* dotis ibid. 7
de *collegiis* & corporibus XLVII. 22
de *colluſione* detegenda XL. 16
*Commodati* vel contra XIII. 6
de *communi* diuidundo X. 3
*Communia* tam vrbanorum quam ruſticorum IIX. 4
de *compenſationibus* XVI. 2
de *concubinis* XXV. 7
de *concuſſione* XLVII. 13
de *condictione* cauſa data cauſa non ſecuta XII. 4
de *condictione* ex lege XIII. 2
de *condictione* furtiua ib. 1
de *condictione* indebiti XII. 6
de *condictione* ob turpem vel iniuſtam cauſam ib. 5
de *condictione* ſine cauſa ib. 7
de *condictione* Triticaria XIII. 3.
de *conditionibus* & demonſtrationibus & cauſis & modis eorum, quæ in teſtamentis ſcribuntur XXXV. 1
de *conditionibus* inſtitutionum XXIIX. 7
de *confeſſis* XLII. 2
de *coniungendis* cum emancipato liberis eius XXXVII. 8
de *conſtitutionibus* Principum I. 4
de *conſtituta* pecunia XIII. 5
de *contrahenda* emtione XVIII. 1
de *conſulis* officio II. 10

Quæ in *creditorum* fraudem facta ſunt, vt reſtituantur XLII. 8
de *criminibus* extraordinariis XLVII. 11
de *curatore* bonis dando XLVII. 7
de *curatoribus* furioſo, & aliis, extra minores dandis XXVII. 10
Qui petant *curatores*, vel tutores, & vbi petantur XXVI. 6
de *cuſtodia* & exhibitione reorum XLVIII. 3

## D.

De D*Amno* infecto & de ſuggrundis & protectionibus XXXIX. 2
de *decretis* ab ordine faciendis L. 9
de *decurionibus* & filiis eorum L. 2
Ne de *defunctorum* ſtatu poſt quinquennium quæratur XL. 15
de *delictis* priuatis XLVII. 1
de iure *deliberandi* XXVIII. 8
Pro *derelicto* XLI. 7
*Depoſiti* vel contra XVI. 3
Quando *dies* legatorum, vel fideicommiſſorum cedat XXXVI. 2
de *diſtractione* pignorum & hypothecarum XX. 5
de *diuiſione* rerum & qualitate I. 8
de *diuortiis* & repudiis XXIV. 2
de *doli* mali & metus exceptione XLIV. 4
de *dolo* malo IV. 3
de *dominio* rerum acquirendo XLI. 1.

de

Digitized by Google

de *donationibus* XXXIX. 5
de *donationibus* inter virum & vxorem XXIV. 1
de *donationibus* mortis cauſa & capionibus XXXIX. 6
pro *donato* XLI. 6
pro *dote* XLI. 9
de *dote* prælegata XXXIII. 4
de iure *dotium* XXIII. 3
Soluto matrimonio, *dos* quemadmodum petatur. XXIV. 3

## E.

De E*Dendo* II. 13
de *Edicto* Ædilitio & redhibitione & quanti minoris XXI. 1
de *edicto* carboniano XXXVII. 10
de *edicto* ſucceſſorio XXXVIII. 9
de *effractoribus* & expilatoribus XLVII. 18
de his, qui *effuderint*, vel deiecerint IX. 3
de *electione*, vel optione XXXIII. 5
de *emtione* contrahenda XVIII. 1
pro *emtore* XLI. 4
de *eo*, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat II. 10
de *euictione* & duplæ ſtipulationibus XXI. 2
de *exceptione* doli mali XLIV. 4
de *exceptione* rei iudicatæ ib. 2
de *exceptione* rei venditæ & traditæ XXI. 3
de *exceptionibus* & præſcriptionibus & præiudi-

ciis XLIV. 1
de *excuſationibus* XXVII. 1
de *exhibendum* X, 4
de *exhibendo* libero homine XLIII. 29
*Expilatæ* hereditatis XLVII. 19
de *extraordinariis* criminibus ib. 11
de *extraordinariis* cognitionibus L. 13

## F.

Ad FAlcidiam vid. lit. L.
Quod *falſo* tutore autore geſtum eſſe dicatur XXVII. 6
*Familiæ* herciscundæ X. 2
Si *familia* furtum feciſſe dicatur XLVII. 6
de *feriis*, dilationibus & diuerſis temporibus II. 12
de *fideicommiſſis* vel legatis adimendis vel transferendis XXXIV. 4
de *fideicommiſſariis* libertatibus XL. 5
de *fideicommiſſaria* hereditatis petitione V. 6
de *fideiuſſoribus* & mandatoribus XLVI. 1
de *fide* inſtrumentorum & amiſſione eorum XXII. 4
de *fideiuſſoribus* & nominatoribus & heredibus tutorum & curatorum XXVII. 7
*Finium* regundorum X. 1
de iure *Fiſci* XLIX. 14
de *fluminibus*, ne quid in flumine publico ripaue eius fiat, quo peius nauigetur XLIII. 12.
Ne quid in *flumine* publio ripaue eius fiat, quo aliter

Digitized by Google

aliter aqua fluat, atque vti priori æſtate fluxit XLIII. 3
Vt in *flumine* publico navigare liceat XLIII. 14
de *fœnore* nautico XXII. 2
de *fonte* XLIII. 22
Si quid in *fraudem* patroni factum ſit XXXVIII. 5
Quæ in *fraudem* creditorum facta ſunt, vt reſtituantur XLII. 8
de *fugitiuis* XI. 4
de *fundo* dotali XXIII. 5
de *furibus* balneariis XLVII. 17
*Furti* aduerſus nautas, caupones, ſtabularios XLVII. 5
de *furtis* ib. 2
Si famila *furtum* feciſſe dicetur ib. 6

G.

De GLande legenda XLIII. 28
de *gradibus* & affinibus & nominibus eorum XXXVIII. 10
Quod falſo tutore *geſtum* eſſe dicatur XXVII. 6

H.

De HEreditate vel actione vendita XVIII. 4
de *hereditatis* petitione V. 3
Si pars *hereditatis* petatur V. 4



Digitized by Google

Expilatæ *hereditatis* XLVII. 19
de *heredibus* inſtituendis XXVIII. 5
de liberis & poſthumis *heredibus* inſtituendis vel exheredandis ib. 2
de *hereditate* acquirenda vel omittenda XXIX. 2
pro *herede* vel poſſeſſore XLI. 5
de *heredibus* ſuis & legitimis XXXVIII. 16
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato vel alio modo poſſideat *hereditatem* XXIX. 4
de *his*, quæ inducuntur, vel inſcribuntur in teſtamento XXVIII. 4
de *his*, quæ pœnæ cauſa relinquuntur XXXIV. 6
de *his*, quæ pro non ſcriptis habentur ib. 8
de *his*, quæ vt indignis auferuntur ib. 9
de *his*, qui effuderint vel deiecerint IX. 3
de *his*, qui notantur infamia III. 2
de *homine* libero exhibendo XLIII. 29
de muneribus & *honoribus* L. 4
In quibus cauſis pignus vel *hypotheca* tacite contrahatur. XX. 2

I.

De IGnorantia iuris & facti XXII. 6
de *impenſis* in res dotales factis XXV. 1
de *immunitatis* iure L. 6
de *incendio*, ruina, naufragio, rate, naue expugnata XLVII. 9
de *incolis* & ad municipalem L. 1
de his, quæ vt *indignis* auferuntur XXXIV. 9

de

Digitized by Google

de his, qui notantur *infamia* III. 2
de *iniuriis* & famoſis libellis XLVII. 10
Si *ingenuus* eſſe dicetur XL. 14
Nihil *innouari* appellatione interpoſita XLIX. 7
de *inofficioſo* teſtamento V. 2
de *inſcriptionibus* & accuſationibus XLVIII. 2
de his, quæ inducuntur, vel *inſcribuntur* in teſtamento XXVIII. 4
de *inſtructo* vel inſtrumento legato XXXII. 7
de *inſtrumentorum* fide & amiſſione eorum XX. 4
de *interdictis* ſiue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt XLIII. 1
de *interdictis* & relegatis & deportatis XLVIII. 22
de *interdicto* Saluiano XLII. 33
de *interrogationibus* in iure faciendis & interrogatoriis actionibus XI. 1
de *itinere* actuque priuato XLIII. 19
de *itineribus* publicis & locis ib. 7
*Indictum* ſolui XLVI. 7
de *iudiciis* publicis XLVIII. 1
de quibus rebus ad eundem *iudicem* eatur XI. 2
de *iudiciis* & vbi quis agere vel conueniri debeat V. 1
de eo, per quem factum erit, quo minus quis in *iudicio* ſiſtat II. 10
de *iure* deliberandi XXVIII. 8
de *iure* dotium XXIII. 5
de *iure* fiſci XLIX. 14
de *iure* patronatus XXXVII. 14
de *iure* aureorum annulorum XL. 10

de

Digitized by Google

de *iure* immunitatis L. 6.
de L. *Julia* v. lit. L.
de *iureiurando* XII. 12
de *iurando* in litem XII. 3
de *iuridici* officio I. 20
de *iuriſdictione* II. 1
Quod quisque *iuris* in alium ſtatuerit, vt ipſe eodem vtatur II. 2
de his qui ſui vel alieni *iuris* ſunt I. 6
Quod *iuſſu* XV. 4
Si quis *ius* dicenti non obtemperauit II. 3
de *iuſtitia* & iure I. 1
de in *ius* vocando, vid. lit. V.

## L.

De *Legationibus* L. 7
de *legatis* & fideicommiſſis XXX. XXXI. XXXII.
de *legatis* annuis & fideicommiſſis XXXIII. 1
de *legatis* præſtandis, contra tabulas bonorum poſſeſsione petita XXXVII. 5
de *legatis* vel fideicommiſſis vel adimendis vel transferendis XXXIV. 4.
de *legatis*, auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſte vel veſtimentis & ſtatuis XXXIV. 2
pro *legato* XLI. 8
quod *legatorum* XLIII. 3
Si cui plus, quam per legem Falcidiam licuerit, *le-*

Digitized by Google

*legatum* eſſe dicetur XXXV. 3
Vt *legatorum* ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur XXXVI. 3
Vt *legatorum* vel fideic. cauſa in poſſeſſione eſſe liceat ib. 4
ad *legem* Aquiliam IX. 2
de *lege* commiſſoria XVIII. 3
ad *legem* Corneliam de falſis & de SCto Liboniano XLVIII. 10
ad *legem* Corneliam de ſicariis ib. 8
- - Fabiam de plagiariis ib. 15
- - Falcidiam XXXV. 2
- - Iuliam de adulteriis coercendis, XLVIII. 5
- - Iuliam de ambitu ib. 14
- - - - de annona ib. 12
- - - - de vi priuata ib. 7
- - - - de vi publica ib. 6
- - - - Maieſtatis ib. 4
- - - - peculatus & de ſacrilegiis & reſiduis ib. 13
- - - - repetundarum ib. 11
- - Pompeia de parricidis ib. 9
- - Rhodiam de iactu XIV. 2
de *legibus* SCtis, & longa conſuetudine I. 3
de *libellis* dimiſſoriis, qui apoſtoli dicuntur XLIX. 6
Vnde *legitimi* XXXVIII. 7
de *liberali* cauſa XL. 12
de *liberatione* legata XXXIV. 3

de

Digitized by Google

de *liberis* & poſthumis heredibus inſtituendis vel exheredandis XXVIII. 2
de *liberis* exhibendis it. ducendis XLIII. 30
- - vel parentibus vel patronis vel libertis agnoſcendis & alendis XXV. 3
- - coniungendis cum emancipato XXXVII. 8
de *libero* homine exhibendo XLIII. 29
Qui & a quibus *liberi* manumiſſi non fiunt & ad L. Aeliam Sentiam XL. 9
de *libertatibus* fideicommiſſariis ib. 5
de ademtione *libertatis* ib. 6
Quibus ad *libertatem* proclamare non licet XL. 13
Qui ſine manumiſſione ad *libertatem* perueniant ib. 8
de *libertis* adſignandis XXXVIII. 4
- - vniuerſitatum ib. 3
de *litigioſis* XLIV. 6
*Locati* conducti XIX. 2
de *locis* & itineribus publicis XLIII. 7
Ne quid in *loco* publico vel itinere fiat ib. 8
de *loco* publico fruendo ib. 9
ne quid in *loco* fiat ib. 6
de eo, quod certo *loco* dari oportet XIII. 4

M.

De MAgiſtratibus conueniendis XXVII. 6
*Maiores* xxv. annis ex quibus cauſis in integrum reſtituantur IV. 6

*Man-*

Digitized by Google

*Mandati* vel contra XVII. 1
de *manumiſſionibus* XL. 1
- - - - quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur ib. 3
de *manumiſſis* teſtamento ib. 4
- - - vindicta ib. 2
Si quis a parente *manumiſſus* ſit XXXVII. 12
qui & a quibus *manumiſſi* liberi non fiunt & ad L. Æliam Sentiam XL. 9
Si *menſor* falſum modum dixerit XI. 6
Quod *metus* cauſa geſtum eſt IV. 2
de *migrando* XLIII. 32
de *minoribus* 25. annis IV. 4
Quando *minores* de facto tutoris vel curatoris agere vel conueniri poſſint XXVI. 9
de *mortis* cauſa donationibus & capionibus XXXIX. 6
de *mortuo* inferendo & ſepulchro ædificando XI. 8
Si *mulier* ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſſa eſſe dicetur XXV. 6
de *muneribus* & honoribus L. 4
de vacatione & excuſatione *munerum* L. 5

N.

De *NAtalibus* reſtituendis XL. 11
de *nautico* fœnore XXII. 2
*Nautæ*, caupones, ſtabularii, vt recepta reſtituant IV. 9

Vt

Digitized by Google

Vt in flumine publico *nauigare* liceat XLIII. 14
de *negotiis* geſtis III. 5
de eo: qui *negotia* pro tutore vel curatore geſſit XXVII. 5
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, *negotium* eſſe geſtum dicatur, XIV. 5
de *nouationibus* & delegationibus XLVI. 2
de *noxalibus* actionibus IX. 4
Si ex *noxali* cauſa agatur II. 9
de *nunciatione* noui operis XXXIX. 1
de *nundinis* L. 11

## O.

De OBligationibus & actionibus XLIV. 7
de verborum *obligationibus* XLV. 1
Quæ res pignori vel hypothecæ datæ *obligari* non poſſint XX. 3
de *obſequiis* parentibus & patronis præſtandis XXXVII. 15
de *officio* aſſeſſorum I. 22
- - conſulis ib. 10
- - eius, cui mandata eſt ICtio ib. 21.
- - iuridici Alexandriæ ib. 20
- - præfecti auguſtalis ib. 17
- - præfecti prætorio ib. 11
- - - vigilum ib. 15
de *officio* præfecti vrbi I. 12
- - præſidis ib. 18
- - prætorum ib. 14



Digitized by Google

- - proconſulis & legati ib. 16
- - procuratoris cæſaris vel rationalis ib. 19
- - quæſtoris ib. 18
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, vel alio modo, poſſideat hereditatem XXIX. 4
de *operis* libertorum XXXVIII. 1
de noui *operis* nunciatione XXXIX. 1
de *operibus* publicis L. 10
de *operis* ſeruorum VII. 7
de *optione* vel electione legata XXXIII. 5
Quis *ordo* in bonorum poſſeſſione ſeruetur XXVIII. 15
de *origine* iuris & omnium magiſtratuum & ſucceſſione prudentum I. 2

## P.

De *Pactis* II. 14
de *pactis* dotalibus XXIII. 4
Si *pars* hereditatis petatur V. 4
de iure *patronatus* XXXVII. 14
de *peculio* XV. 1
- - caſtrenſi XLIX. 7
- - legato XXXIII. 8
Quando actio de *peculio* annalis eſt XV. 2
de *pecunia* conſtituta XIII. 5
de *penu* legata XXXIII. 9
de *periculo* & commodo rei venditæ XVIII. 6



Digitized by Google

de *permutatione* rerum XIX. 4
de *petitione* hereditatis V. 3
- - - hereditatis poſſeſſoria ib. 5
- - - hereditatis fideicommiſſoria ib. 6
de *pignoribus* & hypothecis & qualiter ea contrahuntur & de pactis eorum XX. 1
In quibus cauſis *pignus* vel hypotheca tacite contrahitur ib. 2
Quibus modis *pignus* vel hypotheca ſoluitur ib. 6.
Quæ res *pignori* vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt ib. 3
Qui potiores in *pignore* vel hypotheca habeantur, & de his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt ib. 4
de *pignorum* & hypothecarnm diſtractione ib. 5
de *pœnis* XLVII. 19
de his quæ *pœnæ* cauſa relinquuntur XXXIV. 6
de *pollicitationibus* L. 12
de *poſſeſſionibus* bonorum XXXVII. 1
de *poſſeſſione* bonorum, furioſo, infanti, mutuo, ſurdo, cœco competente ib. 3
Vt *poſſeſſio* bonorum ex legibus Senatusue conſultis detur XXXVIII. 14
Vt in *poſſeſſione* legatorum vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſſa eſſe liceat XXXVI. 4

de

Digitized by Google

de *poſſeſſione* bonorum contra tabulas XXXVII. 4
- - - bonorum ſecundum tabulas ibid. 11
- - - bonorum ex teſtamento militis ib. 13
- - - acquirenda vel amittenda XLI. 2
Pro *poſſeſſore*, vel herede ib. 7
Quibus ex cauſis in *poſſeſſionem* eatur XLII. 4
Quibus *poſſeſſio* bonorum non competit XXXVIII. 13
de *poſſeſſionum* acceſſionibus & diuerſis temporalibus præſcriptionibus XLIV. 3
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato vel alio modo *poſſideat* hereditatem XXIX. 4
Si ventris nomine muliere in *poſſeſſionem* miſſa eadem poſſeſſio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur XXV. 5
Si mulier ventris nomine in *poſſeſſione* calumniæ cauſa eſſe dicatur XXVI. 6
Vti *poſſidetis* XLIII. 17
de *poſtulando* III. 1
Quod cum eo, qui in aliena *poteſtate* eſt, negotium geſtum eſſe dicetur XIV. 5
Qui *potiores* in pignore, vel hypotheca habeantur XX. 4
de *præſcriptis* verbis & in factum actionibus XIX. 5



Digitized by Google

de *præfecti* auguſtalis officio I. 17
- - - prætorio officio ib. 11
- - - vigilum officio ib. 15
- - - vrbi officio ib. 12
de *præſidis* officio ib. 18
de *prætorum* officio ib. 14
de *præuaricatione* XLVII. 15
de *precario* XLIII. 26
de *priuilegiis* creditorum XLII. 5
de *probationibus* & præſumtionibus XXII. 3
de *proconſulis* & legati officio I. 16
de *procuratoribus* & defenſoribus III. 3
de *procuratoris* Cæſaris, vel rationalis officio I. 19
de *proxenetis* L. 14
de *publiciana* in rem actione VI. 2
de *publicianis*, vectigalibus & commiſſis XXXIX. 4
Vbi *pupillus* educari vel morari debeat & de alimentis ei præſtandis XXVII. 2

## Q.

Si *Qvadrupes* pauperiem feciſſe dicatur IX. 1
de *quæſtoris* officio I. 13
de *quæſtionibus* XLVIII. 18
*Quarum* rerum actio non datur XLIV. 5
*Quorum* bonorum XLIII. 2

R. De

# R.

De REbus autoritate iudicis poſſidendis vel vendendis XLVII. 5
de *rebus* creditis, ſi certum petatur & de condictione XII. 1
de *rebus* dubiis XXXIV. 5
de *rebus* eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis vel ſupponendis XXVII. 9
de *receptatoribus* XLVII. 16
de *receptis* arbitris, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant IV. 8
de diuerſis *regulis* iuris antiqui L. 17
de *regula* Catoniana XXXIV. 7
de *re* iudicata & de effectu ſententiarum & de interlocutionibus XLII. 1
de *rei* vindicatione VI. 1
de duobus *reis* conſtituendis XLV. 2
de requirendis *reis* vel abſentibus damnandis XLVIII. 17
de *relationibus* & appellationibus XLIX. 1
de *religioſis* & ſumtibus funerum & vt funus ducere liceat XI. 7
de *remiſſionibus* XLIII. 25
de *re* militari XLIX. 16
de in *rem* verſo XV. 3
*Rem* pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore XLVI. 6
*Rem* ratam haberi & de ratihabitione ib. 8



Digitized by Google

Quarum *rerum* non datur actio XLIV. 5
de *reſtitutionibus* in integrum IV. 1
Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, vt *reſtituantur* XLII. 8.
de *reſtitutis* & ſententiam paſſis XLVIII. 23
Ex quibus cauſis maiores xxv. annis in integrum *reſtituantur* IV. 6
de *ripa* munienda XLIII. 15
de *ritu* nuptiarum XXIII. 2
de *riuis* XLIII. 21
Ad L. *Rhodiam* de iactu XIV. 2

S.

De *SAluiano* interdicto XLIII. 3
Qui *ſatisdare* cogantur vel iurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur II. 8
de his, quæ pro non *ſcriptis* habentur XXXIV. 8
de *Senatoribus* I. 9
de *Senatus conſulto* Liboniano XLVIII. 10
Ad *Senatus conſultum* Macedonianum XIV. 6
ad *SCtum* Syllanum & Claudianum, quorum teſtamenta ne aperiantur XXIX. 5
ad *SCtum* Tertullianum & Orphitianum XXXVIII. 17
ad *SCtum* Trebellianum XXXVI. 1
ad *SCtum* Turpellianum & de abolitionibus criminum XLVIII. 16
ad

Digitized by Google

ad *SCtum* Velleianum XVI. 1
Quæ *ſententiæ* ſine appellatione reſcindantur XLVIII. 8
de *ſententiam* paſſis & reſtitutis ib. 23
de *ſeparationibus* XLII. 6
de *ſepulchro* violato XLVII. 12
de *ſeruis* exportandis vel ſi mancipium ita venierit, vt manumittatur vel contra XVIII. 7
de *ſeruis* fugitiuis XI. 4
de *ſeruitutibus* VIII. 1
de *ſeruitute* legata XXXIII. 3
de *ſeruitutibus* ruſticorum prædiorum VIII. 3
de *ſeruitutibus* vrbanorum prædiorum ib. 2
Si *ſeruitus* vindicetur vel ad alium pertinere negetur ib. 5
Quemadmodum *ſeruitutes* amittantur ib. 8
de *ſeruo* corrupto XI. 3
Pro *ſocio* XVII. 2
de *ſolutionibus* & liberationibus XLVI. 3
Pro *ſoluto* XLI. 4
*Soluto* matrimonio dos quemadmodum petatur XXIV. 3
de *ſponſalibus* XXIII. 1
de *ſtatu* hominum I. 5
de *ſtatu* liberis XL. 7
Ne de *ſtatu* defunctorum poſt quinquennium quæratur ib. 15
de *ſtellionatu* XLVII. 20
de *ſtipulationibus* prætoriis XLVI. 5
de *ſtipulatione* ſeruorum XLV. 3
de *ſubſtitutione* pupillari & vulgari XXVIII. 16



Digitized by Google

de veteranorum *ſucceſſione* XXXVIII. 12
Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedant. XX. 4
de modo *ſuccedendi* ab inteſtato & ex pactis poſt lib. XXXVIII.
de *ſumtibus* & religioſis funerum & vt funus ducere liceat XI. 7
pro *ſuo* XLI. 10
de *ſuperficiebus* XLIII. 18
de *ſupellectile* legata XXXIII. 10

T.

De TAbulis exhibendis XLIII. 4
Si *tabulæ* teſtamenti extabunt XXXVII. 6
Si *tabulæ* teſtamenti nullæ extabunt, vnde liberi XXXVIII. 6
de *termino* moto XLVII. 21
de iniuſto, rupto, irrito facto *teſtamento* XXVIII. 3
de inofficioſo *teſtamento* V. 2
de *teſtamento* militis XXIX. 1
Si quis omiſſa cauſa *teſtamenti* ab inteſtato vel alio modo poſſideat hereditatem ib. 4
*Teſtamenta* quemadmodum aperiantur, inſpiciantur & deſcribantur ib. 3
de his, quæ in *teſtamento* delentur, inducuntur, vel inſcribuntur XXVIII. 4
Qui *teſtamenta* facere poſſunt, & quemadmodum

Digitized by Google

dum teſtamenta fiant XXVIII. 12
Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit XXIX. 6
Si is, qui *teſtamento* liber eſſe iuſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hereditatem ſurripuiſſe, aut corrupiſſe quid dicetur XLVII. 4
de *teſtibus* XXII. 5
de *tigno* iuncto XLVII. 3
de *transactionibus* II. 15
de *tritico*, vino vel oleo legato XXXIII. 6
de *tutelis* XXVI. 1
de *tutela* teſtamentaria ibid. 2
de *tutelæ* & rationibus diſtrahendis & vtilis curationis cauſa actione ib. 3
de *tutoribus* & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent, & qui in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt ibid. 5
Qui *tutores* vel curatores petant & vbi petantur ibid. 6
de *tutoribus* legitimis ib. 4
de *tutoribus* vel curatoribus ſuſpectis ib. 10
de *tutorum* vel curatorum autoritate & conſenſu ib. 8.
de *tutore* vel curatore confirmando ib. 3
de eo, qui pro *tutore* vel curatore negotia geſſit XXVII. 5
Si *tutor* vel curator magiſtratus creatus appellauerit XLIX. 10



Digitized by Google

V.

De VAcatione & excuſatione munerum L.5
de venditione reſcindenda XXVIII.5
de ventre in poſſeſſionem mittendo & de curatore eius XXXVII.9
Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa eadem poſſeſſio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur XXV.5
Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicatur XXVI.6
de ventre inſpiciendo cuſtodiendoque partu XXV.4
de verborum obligationibus XLV.1
de in rem verſo XV.3
de veteranis XLIX.18
de veteranorum militum ſucceſſione XXXVIII.12
de via publica & ſi quid in ea factum eſſe dicatur XLIII.10
de via publica & itinere publico reficiendo ib.11
de vi & vi armata ib.16
de vi bonorum raptorum & de turba XLVII.8
Quod vi aut clam XLIII.24
Ad L. Jul. de vi publica XLVIII.6
Ad L Jul. de vi priuata ib.7
Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt XLIII.4
de rei vindicatione VI.1
Vnde cognati XXXVIII.8
Vnde legitimi ib.7
Vnde vir & vxor ib.11

Quod

Digitized by Google

Quod cuiusque *vniuerſitatis* nomine, vel contra eam agatur III. 4.
de in ius *vocando* II. 4
In ius *vocati*, vt eant, aut ſatis, vel cautum dent II. 6
Si quis in ius *vocatus* non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit II. 5
de *Uſufructu* accreſcendo VII. 2
de *Uſufructu* & quemadmodum quis vtatur fruatur ib. 1
quibus modis *vſusfructus* vel vſus amittitur ib 4
quando dies *vſusfructus* legati cedat ib. 3
*vſufructuarius* quemadmodum caueat ib. 9
de *vſufructu* earum rerum, quæ vſu conſumuntur ib. 5
Si *vſusfructus* petatur, vel ad alium pertinere negetur ib. 6
de *vſufructu*, & vſu, & reditu, & habitatione, & operis, per legatum vel fideicommiſſum datis XXXIII. 2
de *vſu* & habitatione VII. 8
de *vſuris* & fructibus & cauſis & omnibus acceſſionibus & mora XXII. 1
de *vſurpationibus* & vſucapionibus XLI. 3
*Vti* poſſidetis XLIII. 17
*Vtrubi* ib. 31
de *vulgari* & pupillari ſubſtitutione XXVIII. 6

# FINIS.

Digitized by Google

# INDEX RERVM.

## A.

*Abactio partus* Pag.
Eius pœna 709
*Abigeatus.*
Eius deſcriptio & pœna 710
*Abſens.*
Vtrum in foro contractus poſſit conueniri? 132
An propter delictum publicum citari, vel condemnari queat? 132. 746
Abſens reipl. cauſa excuſatur a tutela 468
*Abſentia.*
Eius diuiſiones 117. ſq.
Propter abſentiam an & quibus in caſibus reſtitutio locum habet? 117. ſqq.
*Acceſſio.*
Eius definitio atque diuiſio 601
Vtrum adhuc hodie inſula in flumine nata, & alueus derelictus ad acceſſionem poſſint referri? 602
Quæ dicatur fortuita? 605
*Acceptilatio.*
Quid? 688
Vtrum acceptilationes J. Rom. apud nos quoque in vſu? 687. ſq.
*Jus*

*Ius accreſcendi.*

Vtrum ius accreſcendi locum habeat in hereditatibus? 535
Quamdiu locum habeat? ib.
An in contractibus quoque? ib. ſq.
Quomodo accreſcat vſusfructus legatus 163
Modus accreſcendi ordinarius inter collegatarios 533. 534. ſeq.
Vtrum iure accreſcendi tranſeat onus? 535

*Actio.*

Eius definitio & diuiſiones 650. ſq.
Directa & vtilis 5. ſq.
Directa & contraria 215
In factum 258
Præiudicialis 670
Actionis nomen hodie non eſt ſpecifice in libello exprimendum 70. 562
An & quando realis actio liberet a cautione? 59. ſeq.
De venditione & ceſſione actionum vid. tit. Ceſſio.

*Actor.*

Quis eſſe poſſit? 136
Vtrum inuitus ad agendum poſſit compelli? ib.
Probare debet actionem ſuam, 394
Non æque negatoriam regulariter, ib. & 180. ſq.
Aliquoties magis pro actore quam pro reo pronunciandum 621

*Addictio in diem.*

Quid & quotuplex? 328. ſq.
Actiones inde prouenientes 329. ſq.

An

An tacite cenſeatur contractibus ineſſe? 330

*Adfirmator.*

Quis? 475

*Adiectus.*

Quale ius habeat? 673

An ſit procurator? ib.

*Aditio hereditatis.*

vid. tit. Hereditas.

*Adiunctio.*

Quid? 603. ſq.

An & quando res adiuncta rei principali cedat? 604. ſq.

*Adminiſtrator ciuitatis.*

Eodem modo tenetur ciuitati, vti tutores pupillis ſuis 777

*Admodiator & admodiatio.*

Quid? 347

*Adoptio.*

Eius definitio & diuiſio 25. ſq.

Quis poſſit adoptare? 26. ſq.

Eius requiſita 27. ſq.

Eius effectus 26. 580. 29. ſq. 578

Differentia adoptati ab alumno 30

Hodie adhuc adoptio eſt in vſu ib.

Confirmari poteſt a comitibus Palat. 30. ſq.

Plena adoptio & arrogatio liberant a patria poteſtate 32

*Adulterium.*

Quid & quotuplex? 721. ſq.

An vxor poſſit maritum adulterii accuſare? 721.

An

An cum ſponſa etiam committi poſſit adulterium? 722
Remedia vindicandi adulterium ib.
Qualis probatio ad ciuilem & qualis ad criminalem perſecutionem requiratur? ib.
Pœna ib. ſeq.
Ob quas cauſas pœna ordinaria mitigari ſoleat? 723. ſq.
An & quando liceat patri, vel marito adulterum occidere? 724. ſq.
Vtrum adulter adulteram ducere poſſit? 414. ſeq.
Adulterium eſt legitima cauſa diuortii 438. 722
Adulteræ ab adultero legatum Fiſco cedit 533

*Aduocati.*

Quid & quotuplices? 81
Qui eſſe poſſint? 82. ſq.
Quare nomina ſua ſcriptis ſubiicere debeant? 83
In quibus cauſis adhiberi poſſint? ib.
Vtrum inuiti ad patrocinium cogendi? ib.
An gratis pauperibus inſeruire debeant? ib.
An aduocati factum noceat clienti? 83. ſq.
Hodie ſalarium vel honorarium exigere poſſunt 84. ſq.
Non præſtant euentum litis ib.
Vtrum poſſint ſalarium ab aduerſario exigere, ſi in propria cauſa operas præſtiterint & obtinuerint? 86
Qualia remedia habeant ad ſalarium conſequendum? 86
Aduocati Regiminis vtuntur foro priuilegiato 155

An

An aduocatus ad manifeſtanda ea cogi poſſit, quæ ipſi a cliente tanquam patrono cauſæ reuelata ſunt? 403
Quid ſi ſponte hoc fecerit? ib.

*Ædilitium Edictum.*

Quare introductum? 376
In quibus rebus & contractibus locum habeat? 376. ſq.
Vitium debet eſſe latens 377
Si equus venditus, I. Saxonico ob tria vel quatuor vitia ſaltem locum inuenit hæc actio ib.
Ædilitium edictum ſuppeditat duo remedia 377. ſq.
Prohibet etiam ædilitium edictum, ne quis feram beſtiam eo in loco habeat, vbi vulgo iter fit 379
Contra faciens quomodo puniendus? ib.

*Æs alienum vrgens.*

Eſt ſufficiens cauſa ad alienandas res pupillares 477
Conf. tit. Debitum.

*Æſtas.*

Eius computatio in iure 561

*Æſtimatorius contractus.*

Eius definitio 359. ſq.
Vtrum periculum transferat in accipientem? 360
Eius differentia ab aliis contractibus ib.
Actio inde proueniens ib.

*Æſtimatio.*

Vtrum in dubio cenſeatur venditionis, aut taxatio-

Digitized by Google

tionis gratia adiecta eſſe? 360. ſeq.
Facit ex re immobili quantitatem, 434

*Ætas.*

70. annorum excuſat a tutela, 467

*Aſſinitas*

Eius definitio, 418
Vera affinitas impedit matrimonium, 415. 420
418. 419
An inter affines dentur gradus, atque lineæ proprie ſic dictæ? 419. ſeq.
Regulæ, ibid.
Affinitas etiam illegitimo coitu contrahitur, 420
& 415
Ius diuinum vnum ſaltem affinitatis genus agnoſcit, 421
Ius Canonicum tria genera habet, ib.
Secundum & tertium genus non obſtant matrimonio, 421
An ficta affinitas matrimonium impediat? ib. ſq.
Affinium nulla ſucceſſio eſt, 583

*Aggratiandi ius.*

Soli principi competit, 755. ſeq.

*Album Decurionum.*

Quid? 773

*Album Prætoris.*

Actio de albo corrupto, 47

*Alea.*

Quid? 206

*Alienatio.*

Rerum immobilium pupillarium quomodo fieri debeat? 477. ſq.



Digitized by Google

Alienatio fundi dotalis an marito permiſſa ſit? 434. ſeq.
Quo tempore alienatio rerum pupillarium immobilium impugnanda? 478
Vtrum abſque decreto illa etiam quandoque fieri poſſit? 478. ſq.
An ad alienationem conſenſu nouo Magiſtratus opus ſit, ſi ille in oppignorationem iam conſenſit? 479
Vtrum tollat legatum? 548
In fraudem creditorum facta impugnatur actione Pauliana, 619. ſeq.
Non acquirere non eſt alienare, 640. 436
Alienatio neceſſaria ſemper licita eſt, voluntaria autem non æque, 560. 195. 435
An alienationis prohibitio a teſtatore facta fideicommiſſum familiæ inducat? 560

*Alienatio iudicii mutandi cauſa facta,*

Eius requiſita, 119
An reſtitutioni cauſam præbeat? ib. & ſeq.

*Alimenta.*

An compenſationem admittant? 301
Qui ad alimenta obligati ſint? 445. ſq.
Neceſſitas alendi liberos, quando ceſſet? 446
A quo pupillis alimenta decernenda? 470
Qualis quantitas aſſignanda? ib.
Quæ ſub alimentorum nomine comprehenſa cenſeantur? 544
Alimenta in dubio debentur ad totum vitæ tempus, ib.



Digitized by Google

*Alluuio.*

Quid? 601. ſq.
In quibus agris locum non habeat? 602
Differentia eius ab incremento patente ib.

*Alueus.*

Ad quem alueus derelictus ſpectet? ib.

*Ambiguitas.*

vid. tit. obſcuritas.

*Ambitus crimen.*

Quid & quomodo plectendum? 743
An crimen ambitus ſit, ſi quis miniſtro Principis aliquid propter commendationem promiſit? 743

*Amica.*

Quid? 449

*Amotarum rerum actio.*

Quænam ea ſit? 444. ſq.

*Anatocismus.*

Quid & quotuplex? 386
Eſt illicitus ib.
Separatus tamen in praxi interdum toleratur, 386
Mutato debitore ceſſat anatociſmus. ib.

*Aneclogiſtus.*

Quis? 460

*Animal.*

Quamdiu in noſtro dominio exiſtere cenſeatur 599. ſeq.
Diuiſio animalis ib.

*Annona.*

Annonaria cauſa an admittat exceptionem com-

compenſationis? 301
Crimen fraudatæ annonæ, & eius pœna 741

*Antichreſis.*

An & quando admittatur in pignoribus? 274. ſeq.

*Antipherna.*

Quid? 430

*Antiqua.*

Plene probantur per teſtes de auditu 405

*Apocha.*

Vtrum apochæ poſſit exceptio non numeratæ pecuniæ opponi, & quamdiu? 224
Quid? 397

*Apoſtata.*

An habeat teſtamenti factionem? 485. 501

*Apoſtoli.*

Quid, & quotuplices? 760
Quomodo & intra quod tempus petendi? ib.
Quid ſi ab inferiori iudice denegentur? ib.

*Appellatio.*

Appellare fœminam quid ſit? 701
Appellationis vſus frequens & neceſſarius eſt. 756
Quis poſſit appellare? 757
Appellatio vnius reliquis etiam prodeſt conſortibus ib.
A qua ſententia appellandum? ib.
In quibus cauſis appellatio concedenda? ib.
An & ab executione liceat appellare? ib.
Ad quem judicem appellandum? 758
An detur appellatio per ſaltum? ib.

Qui

Qui principes iure de non appellando gaudeant in Germania? 758
Computatio ſummæ appellabilis 758. ſq.
In vindicatione iurium ſumma appellabilis plane non attenditur 759
Quomodo & quo tempore appellatio interponenda? ib.
Fatale appellationis quando currere incipiat? ib.
Appellationis introductio 760. ſq.
- - - iuſtificatio 761
Effectus appellationis 761. ſq.
An intra certum tempus finienda? 762
Sententia in appellationis inſtantia prolata a quonam exequenda ſit? 762

*Aqua.*

De aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ actione 587. ſq.
Interdictum de aqua quotidiana & æſtiua 652
Aqua caſtellaria ib.

*Arbiter.*

Quid? 120
Differt a iudice & arbitratore ib.
Quis eſſe poſſit? 121
An quis inuitus cogatur ad arbitrium recipiendum? ib.
Plures ſi electi, vtrum omnes præciſe in iudicando adeſſe debeant? 121. ſq.
Quid ſi paria vota adſint? 122
Modus procedendi coram arbitro ib.
An reconuentio coram illo licita ſit? ib.
An ſubſtituere poſſit? ib.



Digitized by Google

An a laudo arbitri liceat prouocare ad arbitrium boni viri 122. ſq.

*Arbitrator.*

Quomodo differat ab arbitro? 120

*Arbor.*

In Sax. licet vicino indiſtincte ramos arboris amputare, qui in ſuum fundum propendent 656

Quid de iure ciuili? 655

Vtrum liceat quoque vicino fructus legere, vel decerpere? 656

Arbor prope confinium poſita & radices extendens in fundum vicini, habetur pro communi ibid.

*Argentum.*

Quid regul. ſub argento intelligatur? 545

*Arma.*

An poſſint milites oppignorare? 371

*Arrogatio.*

Quid? 26

Eius requiſita 27

Arrogator arrogatum non poteſt pro lubitu exheredare 29

Iure Sax. ſufficit confirmatio Magiſtr. 30. ſq.

Et moribus Comitis Palatini ib.

Liberat a patria poteſtate 32

*Arrha.*

Vtrum aliquid ad validitatem contractus contribuat? 318

Pœnitentia vtrum amittatur? ib.

*Arrha*

Digitized by Google

*Arrhæ ſponſalitiæ.*
Diſſolutis ſponſalibus, cui parti reſtituendæ? 412
Vtrum conſiſtorio cedant? 412. ſeq.
*As Aſſis.*
Quot partes habeat? 503
*Aſſaſſinium.*
Quid? 735
Pœnæ eius, 736
*Aſſeſſor Cameræ Imperialis.*
Gaudet foro priuilegiato, 135
Qui per reſcriptum Principis legitimatus eſt, talis fieri poteſt, 25
*Aſſecuratio.*
Quale nomen habeat inſtrumentum ſuper hoc contractu confectum? 391. ſeq.
*Aſſignatio.*
Quid? 684
*Attentatum.*
Quid & quotuplex? 761
Inſtar ſpolii ante omnia reuocandum. ib.
*Auia.*
Poteſt eſſe tutrix, 454. ſeq.
*Aulicus.*
Vtitur foro priuilegiato, 135
*Auriga.*
An contra aurigas actio de receptis locum habeat? 125
*Aurum.*
Quid regul. auri nomine veniat? 545



Digitized by Google

*Autocheiria.*

Autocheir quomodo ſepeliendus? 210. ſeq.

*Autoritas tutoris.*

In quibus negotiis requiratur? 461

Quis in concurſu plurium tutorum auctoritatem interponat? ib. ſeq.

*Auus.*

Hic aliquoties etiam ad dotationem nepotum obligatus eſt. 427

B.

*Banni proceſſus.*

Quid? 647

*Bannitus.*

An habet ius teſtandi? 485

Heres eſſe nequit, 500

An comparandus cum deportato? 755

*Barrataria.*

Quid? 741

*Bellum.*

Quibus in bello acquiratur? 765. ſeq.

An ius belli gerendi habeant latrones? 766

An ſubditi? ib.

*Beneficia iuridica.*

Beneficium ceſſionis bonorum, 626. ſeq.

- - excuſſionis ſeu ordinis, 679

- - diuiſionis, ib. ſeq.

- - cedendarum actionum, 680. ſeq.

*Bibliotheca.*

Inſtructa immobilibus accenſetur, 59

*Bigamia.*

vid. tit. polygamia.

*Blan-*

Digitized by Google

*Blanditiæ.*
Non vitiant teſtamentum, 525. ſeq.
*Blasphemia.*
Eius pœna, 720. ſq.
Quid, ſi aduerſus Mariam commiſſa ſit? 721
*Bodmeria.*
Quid? 392
Vtrum creditor ex hoc contractu hypothecam in naui habeat? 392
Admittuntur in hoc contractu vſuræ maiores, ibid.
*Bona.*
Immobilia, vid. tit. immobilis res.
Obærata, liberant a cautione de iudicio ſiſti, 59
De bonis aduentitiis, caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus, vid. tit. Peculium.
Bona vacantia vid. vacantia bona.
*Bona damnatorum.*
Vtrum adhuc hodie Fisco cedant? 753
Quid de bonis illorum, qui ſibi ipſis mortem conſciuerunt? 753. ſeq.
*Bonorum poſſeſſio & borum poſſeſſor.*
Vtrum bonorum poſſeſſor ſit verus heres? 564
Quotuplex ſit bonorum poſſeſſio? 564. ſeq, 573
Vtrum bonorum poſſeſſio poſſit eſſe ſine re? 565
Quis poſſit bonorum poſſeſſionem agnoſcere? ibid.
Coram iudice agnoſcenda eſt, 566
Intra quod tempus? ib.
An detur etiam tabb. teſtamenti non exſtantibus, vel deleta ſcriptura? ib.

Quibus perſonis currat vel non tempus agnitioni deſtinatum? 566
Vtrum bon. poſſ. contra tabulas omnia teſtamenti capitula reſcindat? 567
Vtrum bon. poſſ. ſecundum tabb. adhuc hodie vſum habeat? 574. ſq.
Vtrum peti queat ex teſtamento non ſubſcripto, 7. tamen ſignaculis ſignato? 575

*Bona principum.*

Quotuplicia ſint? 764

C.

*Cadauer.*

Cadauera punitorum vtrum ſepelienda ſint, vel non? 756
Quis ea poſſit ad anatomiam concedere? ib.
Caluiſiana actio quæ ſit? 576

*Calumniator.*

Eius æquiuocatio atque definitio, 104
Remedia contra calumniatorem priuata, 104. ſq.
- - publica, 745

*Cambium.*

Cambium eſt ſpecies permutationis, 362
Cambium quotuplex? ib.
Quot perſonæ ad cambium concurrant? ib.
Cauſa debendi, ſeu valuta neceſſario in litteris cambialibus exprimenda, ib.
Quid, ſi ille, cui traſſa facta eſt, cambium vel acceptare, vel iuſto tempore ſoluere nolit? 363

*Canon.*

In qua materia & quando ſoluendus? 155. ſeq.

Ex-

Digitized by Google

Expellere propter canonem non ſolutum quis poſſit? 156
Et quando hæc expulſio locum habeat? ib.
propter ſterilitatem non minuitur 157

*Canonicus.*

Si vltimo die menſis mortuus, ad quem collatio ſpectet? 66

*Capio mortis cauſa.*

quid? 597
Differt a mortis cauſa donatione ib.

*Captiuitas.*

Effectus captiuitatis bellicæ ſec. Jus Rom. 766
Natus in captiuitate pro ſpurio habetur, ſi eius pater in captiuitate mortuus ib.
An hodie adhuc captiuitas effectum ſeruitutis producat? 767

*Captiuus.*

Cuius ſumtibus ſit alendus? 709
quomodo puniendus, ſi ipſe carcerèm effregit? 711

*Carbonianum Edictum.*

quibus ſubueniat? 573

*Carcer.*

quis carceri mancipandus vel non? 716
qualitates carceris ib.
An fœminæ poſſint incarcerari? ib.
An priuato liceat carceres habere? 717
Effractorum pœna, 711

*Carnifex.*

Vtrum hic ſibi illa poſſit arrogare, quæ prope autocheirum inuenit? 211

Ca-

Digitized by Google

*Caſtrator.*
quomodo puniendus? 751
*Caſus fortuitus.*
quis illum ferat? 272
*Catoniana Regula.*
Vnde denominata? 551
Vtrum ſolummodo pertineat ad legata, an quoque ad hereditates extendenda? ib.
*Caupo.*
Præſtat factum hoſpitis 124
Non factum extrinſecus ſuperueniens 125
quid, ſi prædixerit, ſe nolle, nec poſſe ſecuritatem præſtare? ib.
Conueniuntur actione de receptis 124
*Cauſa.*
quid in cond. cauſ. dat. 358. ſq.
Vtrum falſa cauſa vitiet legatum? 554
*Cauſa petendi.*
qualis in quolibet libello exprimenda? 71
*Cautio.*
Fideiuſſoria olim liberabat a neceſſitate comparendi 56
Eius definitio atque diuiſio 58
Ad pignoratitiam olim non indiſtincte omnes admittebantur ib.
qui admittendi ad iuratoriam?. ib.
quis hodie non caueat? 58. ſq.
quis olim & quis hodie caueat? 60
In quibus cauſis cauendum? ib.
In noxali cauſa quemadmodum olim cautum ſit? 61
cautio de proſequenda lite 46

Cau-

Cautio Mutiana 511
Heres propter immobilium poſſeſſionem a cautione legatorum vel fideicommiſſorum cauſa præſtanda non liberatur 563
quid ſi heres cautionem præſtare nolit? 563. ſq.
Cautio de damno infecto 586
Hodie mandatis pœnalibus exigitur ib.

*Cenſus.*

quid? 783. ſq.
quis poſſit eum indicere? 784
qui a cenſibus ſint immunes? ib.

*Cenſitica bona.*

Differunt ab emphyteuticariis bonis 158
Vtrum in dubio emphyteuticaria, an cenſitica bona potius præſumantur? 158
Cenſus quotuplex, & reliqua huc pertinentia, ib.
An ſit beneficium? 626
quibus concedenda? 626. ſq.
Vtrum illi debitor poſſit renunciare? ib.
An debitor contra ceſſionem audiendus ſit? 627
Facienda regulariter in iudicio ib.
Vtrum debitores omnia bona cedere debeant? ib. ſq.
Vtrum hoc beneficio gaudeant quoque heredes? 629
An fideiuſſoribus proſit? ib.
Vtrum, ſi bona ceſſa creditoribus non ſufficiant, debitor adhuc in futurum illis obligatus maneat? ib.
Non infamat ib.

Iu-

Digitized by Google

Iure Sax. & Lubecenſi hæc ceſſio debitoribus non conceditur 629
Differt a datione in ſolutum 686

*Ceſſio actionum.*

An & cui licite fiat? 333
quæ actiones cedi poſſint? ib.
qualem cedens euictionem præſtet? ib. ſq.
Fieri poteſt debitore inuito 334
Vtrum debitor ceſſus poſt ceſſionem cedenti ſoluere poſſit? ib.
qua conditione licita ſit hæc ceſſio ib. ſq.
Vtrum admittat donationem? 335
Ceſſio probanda 336
Vtrum ſoluto iam a fideiuſſore debito, ei adhuc fieri poſſit? 680. ſq.
Contra quem fideiuſſori actiones a debitore cedendæ? 681
Vtrum neceſſe, vt fideiuſſori ſoluenti a creditore actiones contra principalem debitorem cedantur? 681
Differentia ceſſionis a delegatione 683

*Ceſſionarius.*

Eius differentia a procuratore in rem alienam 91
Ceſſionario eædem, quæ cedenti, obſtant exceptiones 334
Neque poteſt proprio priuilegio vti contra debitorem ib.

*Charta.*

An ſcripturæ cedat? 605
Vtrum charta blanca inuoluat mandatum? 97

*Chi-*

*Chirographum.*
Debendi cauſam ſpecialem continere debet 223
Eius deſcriptio, 397
*Chirographarius contractus.*
Eius deſcriptio atque fundamentum, 220
*Chirographarius debitor.*
Simplices chirographarii ſine vlla temporis ratione pro rata concurrunt, 635. ſeq.
*Cibaria.*
Quæ cibariorum nomine comprehendantur? 544
*Cicatrix.*
Cicatricum atque deformitatis cauſa an aliquid adiudicandum? 189
*Citatio. Citatus.*
Citandi modus antiquus ſeu in ius vocatio 50
Eius differentia a moderna citatione, ib.
Quid & quotuplex? 51. ſeq.
In nulla cauſa poteſt omitti, 54
Eius requiſita, ib.
- inſinuatio, ib.
- effectus, 55
In dubio citationi ſemper parendum, ib. ſq.
Qui vi impedit citatum, quo minus compareat, quomodo puniendus? 57
Quid ſi doloſe ab altero impeditus ſit citatus? 61. ſeq.
Citatio reum conſtituit in m. fide, 619
*Ciuile iudicium.*
Quid? 126

*Ciuis*

*Ciuis.*

Quis? 770
Ciuis Romanus, 19
Cauſſa efficiens ciuis, 771

*Ciuitas.*

Vtitur iure minorum, 115. 777
An & contra filiumfam.? 286. (115. ſq.
Intra quod tempus reſtitutionem petere poſſit?
Quomodo mutuum contrahat? 218
Habet tacitam hypothecam in bonis adminiſtratorum, 369. 777

*Ciuitatis ius.*

Eius acquiſitio, 771
Eius renunciatio, 772

*Clauſula Codicillaris.*

Quid? 527
Vocatur herba betonica teſtamentorum, 528
Eius effectus, 527. 513
Non ſupplet defectum voluntatis nec defectum perſonæ teſtatoris vel heredis, 528. ſq.

*Clericus.*

Vtitur foro priuilegiato, 134
Excuſatur a tutela, 466. & 467
Geradam in Saxonia percipit, 579

*Cloaca.*

Interdictum de cloacis, 652
Seruitus cloacæ, 174

*Codicilli.*

Quid? 526
Illorum diſtinctio, 527
Illorum conuenientia ac diſcrepantia a teſtamento, 526
Vtrum poſteriores tollant priores, vel vtrum

codicilli tollantur per teſtam. ſubſequens? 529

*Cæcus.*

Quomodo teſtari debeat? 486
An poſſit iudex eſſe? 128

*Cælibatus.*

Iuueni aut virgini iniunctus habetur pro conditione impoſſibili 509. ſq.

*Cogitatio.*

Cogitationes in foro humano non puniuntur, 690

*Cognati.*

Pupillis debent tutores petere 457. ſeq.

*Collatio bonorum.*

Quare hæc materia inter capita de bon. poſſ. relata ſit? 568
Quæ bona conferenda ſint, vel non? ib. ſq.
Vtrum ſumtus ſtudiorum ac peregrinationum, it. librorum conferendi ſint? 568. ſq.
Quid, ſi hi ſumtus ex communi maſſa hereditatis poſt mortem parentum erogati? ib.
Vtrum beneficia eccleſiaſtica conferenda? ib.
Sola bona profectitia regular. conferenda 570
Vtrum res donatæ etiam conferendæ? ib.
Qui conferre teneantur? 570. ſeq.
Vtrum nepos ſoli auo ſuccedens, ac paternæ hereditati renuncians, ea quoque conferre teneatur, quæ pater accepit? ib. ſq.
Vtrum pater collationem prohibere poſſit? 571 & 518
Vtrum amiſſa quoque & ex quibus quis non eſt fa-



Digitized by Google

factus locupletior, couferenda? 571
Vtrum ipſa res, an æſtimatio eius conferenda? ib.
Vtrum ſe quis ab onere collationis liberare poſſit per repudiationem hereditatis? ib.

*Collegium.*

Illicitum non poteſt heres eſſe 501
An ſola principis tolerantia faciat collegium licitum? 501. 712. ſq.
An & quale collegium ab inteſtato ſuccedat? 583
Quot perſonæ ad collegium requirantur? 713
An integrum collegium vt ſuſpectum poſſit recuſari? 129
Licitum collegium gaudet iure minorum 115

*Colonus.*

Quis? 347
Colonus partiarius 351

*Commendatio.*

Eius differentia a conſilio 309
Non obligat ib.
Quid ſi mercator alteri mercatori quempiam commendet? 310

*Commentarienſis.*

Quomodo puniendus, ſi vel culpa eius, vel dolo reus aufugerit? 711

*Commiſſarius.*

Quam habeat iurisdictionem? 42
Quomodo differat a iuſtitiario? ib.
quis dicatur commiſſarius? 776
Violatio commiſſariorum pro crimine læſæ maieſtatis habetur ib.

Com-

Digitized by Google

*Commiſſoria lex.*
Vtrum licita ſit in pignoribus? 275
Quid ſit? 330
Vtrum reſoluto contractu emtor arrham perdat? 331
Quouſque hic liceat moram purgare? ib.
Quibus contractibus adiici poſſit? ib.
*Commiſſum.*
Res, quæ in commiſſum cadant 589. ſq.
Vtrum merces quoque in commiſſum cadant, ſi nauta vel auriga illas non ſit profeſſus? 590
Qui a pœna commiſſi ſint immunes? ib.
Quo tempore hæc pœna præſcribatur? ib.
*Commixtio.*
Quid? 604
Vtrum inducat rerum communionem? ib.
*Commodatum.*
Eius definitio 263
- requiſita & differentiæ ſpecificæ ab aliis contractibus ib. ſq.
Vtrum propter propriam indigentiam poſſit reuocari? 264
Vtrum honorarium admittat? ib.
Eius obiectum 265
De variis præſtationibus ib. ſq.
Æſtimatio quomodo hic cenſeatur adiecta in dubio 266
Commodatarius vtrum in communi periculo teneatur res commodatas paopriis præferre? ib.
Expenſæ in rem commodatam factæ ib.



Digitized by Google

Actiones 266. ſq.
quid ſi res commodata ad tertium iam peruenerit? 267

*Commodum.*

Rei venditæ, ſed nondum traditæ ad quem ſpectet? 339. ſq.

*Communes res.*

quænam ſint? 33

*Communio.*

Vera bonorum communio inter coniuges apud nos non eſt in vſu 428
vtrum communio rerum confuſione, vel commixtione inducatur? 664

*de Communi diuidundo actio.*

Differentia ab actione fam. herciſc. 198
Conf. tit. Societas.

*Compaſcui ius.*

Quid? 167
An poſſit reuocari? ib.

*Compenſatio.*

Eius definitio & cauſa introductionis 299
In quibus debitis locum habeat? ib. ſqq.
Vtrum debitum naturale tantum olim potuerit compenſari? 300
quæ perſonæ poſſint compenſare? ib.
qui caſus ſpecialiter a compenſatione excepti? 300. ſq.
quando Fiſco poſſit compenſatio opponi 301
Fit ipſo iure ib. ſq.
Vtrum obtineat, ſi debitor ſe ſoluturum iurauit? 302

Com-

Digitized by Google

Compenſatio temporalis quid? ib. ſeq.

*Competentia iudicis.*

Si dubia, comparendum 55. ſq.
quotuplex? 129. ſq.

*Competentiæ beneficium.*

Quid? 628
qûo caſu competat filio familias? 284. 628
Perſonæ, quibus hoc beneficium conceſſum 628
vtrum hoc beneficio gaudeant quoque heredes? ib.
vtrum poſſit ad alias in LL. non expreſſas perſonas extendi? 628 ſq.

*Compromiſſum.*

Eius obiectum & ſubiectum, 120. ſq.

*Compriuigni.*

vtrum recte matrimonium contrahant? 419

*Compulſoriales litteræ.*

quid? 761

*Computatio graduum.*

quomodo inſtituenda? 416
Diuerſus modus computandi J. Ciu. & Can. ib.

*Conatus.*

vtrum nudus conatus pœna ordinaria afficiendus? 690

*Concubina.*

Eius requiſita 449
Differt a vera vxore 22
Plures quam vnam olim habere non licuit 449
Hodie concubinatus ſimpliciter prohibitus eſt 449. ſq.



Digitized by Google

*Concubitus.*

Pertinaciter denegatus habetur pro deſertione 438. ſq.

*Concurſus Creditorum.*

quo ordine concurrentibus creditoribus ſoluendum ſit? 631. ſqq.

*Concusſio.*

Eius deſcriptio atque pœna 709. ſq.

*Conditio.*

quid improprie ſignificet? 228
Eius definitio 509
Variæ eius diuiſiones 509. ſq.
Impoſſibilis & deriſoria in teſtamentis habentur pro non adiectis 509. ſq. 673
Num idem recte ſtatutum in materia de ſponſalibus? 410
quid ſi contractibus imposſibilis conditio adiecta ſit? 673
Pro impoſſibili conditione habetur, ſi virgini aut iuueni cœlibatus iniunctus ſit? 591. ſq.
quid, ſi viduæ viduitas iniuncta? 510
Perplexæ conditiones vitiant teſtamentum ib.
Contrariæ vero vitiantur ib.
Differunt difficilis atque imposſibilis conditio ib.
Extraneis heredibus qualiscunque conditio adiici poteſt 511
Poteſtatiua ſolum intuitu bonorum vltra legitimam ib.
quo tempore conditiones adimplendæ ſint? ib.

Po-

Digitized by Google

Poteſtatiuæ ac mixtæ conditiones non videntur inter ſe differre 511
Quando conditiones habendæ pro impletis vel non? 511. ſq.
Quid iuris, ſi plures conditiones adiectæ ſint? 512
Pendente conditione curator bon. conſtituendus ib.
Pro conditione habetur, ſi intuitu diei adiecti quæſtio an & quando adhuc incerta ſit 513
Ante exiſtentiam conditionis neque cedit neque venit dies 562. ſq.

*Condictio.*

Cauſa data cauſa non ſecuta 245
Eius origo ib.
An detur ob præcedens aliquod factum? 245
Qualem cauſam requirat? 246. ſq.
Quibus in caſibus hodie adhuc vſum præſtet? ib.
An detur etiam ad vſuras? 247
Ob turpem vel iniuſtam cauſam 248
Quotuplici modo turpitudo adſit? ib.
An Fiſcus poſſit ſibi rem turpem arrogare? ib.
Indebiti, 249. ſq.
Eius origo 249
An res fungibilis ex errore ſoluta mutuum producat? 249
Eius requiſita 252 ſq.
An & vſuræ hac conditione ſimul petantur? 254
Eius contraria ib.
Furtiua 53. 255. ſeq.



Digitized by Google

Datur & contra eum, qui indebitum ſciens & doloſe accepit 253
Quibus & aduerſus quos detur? 255. ſq.
Differt a rei vindicatione ib.
An & contra heredes locum habeat fure iam ſuffocato? 256. ſq.
Sine cauſa 255
Ex lege 258
Ex motibus ib.
Triticiaria 259
De eo, quod certo loco 260. ſq.
eius differentia a triticiaria 260
eius origo ib. ſq.
Vbi inſtituenda? 261
ad quid? 261, ſq.

*Confeſſio.*

Quotuplex? 624
In criminalibus ficta non admittitur ſed ſolum vera 624
Vtrum vera in ciuilibus habeatur pro condemnatione per ſententiam ib.
Vtrum inter iudicialem & extraiudicialem ſit differentia? 624. ſq.
Effectus confeſſionis in criminalibus 625
Quis pro confeſſo habendus? ibid.

*Confeſſionarius.*

Contra ſigillum confeſſionis nihil reuelare tenetur 403, ſq.

*Confeſſoria actio.*

Cui detur? 179
Quid in ea probandum? 180

Quid

Digitized by Google

Quid ſi actor ſe fundet in poſſeſſione? ib.
Aut neget actori dominium prædii dominantis? 189
Quibus vtiliter competat? 181
Præſcribitur decennio 664

*Confinatio.*

Quid? 754

*Confraternitas.*

Inter illuſtres valet 481
Vtrum valeat quoque inter priuatos? 482
Differt a Ganerbinatu ib.

*Confuſio.*

Quid? 604
An inducat rerum communionem ib.

*Coniuges.*

Inter ſe omnes contractus celebrare poſſunt 437
An donare ſibi inuicem poſſint? 435. ſq. 596
quantum coniuges ad 2das nuptias prouolantes nouo coniugi relinquere queant, ſi iam alii liberi ex priori matrimonio extant? 502
An & quando ſibi ab inteſtato ſuccedant? 582. ſq.

*Coniunctio legatariorum.*

Quotuplex? 533

*Connexitas cauſarum.*

quotuplex? 203
Tribuit forum 134
Permittit cumulationem actionum in vno libello contra diuerſas perſonas 72

*Conſanginitas.*

Matrimonium impedit 415



Digitized by Google

Quotuplex & quid? 415

*Conſenſus curatoris.*

vid. tit. curator.

*Conſiliarius.*

Conſiliarius Principis non permanet in patria poteſtate 32

Gaudet foro priuilegiato 134

Excuſatur a tutela 467

*Conſilium.*

Eius differentia a mandato 309

Vtrum obliget? ib.

Differt etiam a commendatione ib.

*Conſiſtorium.*

Super quibus cauſis cognoſcat? 134

*Conſtitutiones Principum.*

Harum origo, 7

Habent vim legis 7. 10

*Conſtitutum.*

De conſtituta pecunia 262. ſeq.

Conſtitutum poſſeſſorium 608. 611

*Conſuetudo.*

Quid & quotuplex 8. 9

Eſt probanda 9. 394

Habet vim legis ib.

*Conſularis dignitas.*

Liberat a patria poteſtate. 32

*Conteſtatio litis.*

Eius definitio atque diuiſiones 136. ſeq.

Vtrum affirmatiue fieri poſſit? 137. ſq.

Eſt quaſi contractus 138

Perpetuat actiones ib.


quo-

Digitized by Google

quomodo negatiua differat ab exceptione? 660
Dicitur neceſſaria nouatio 684

*Contractus.*

Eius definitio atque variæ diuiſiones 214. ſq.
Vtrum adhuc hodie omnia genera contractuum in vſu? 214
Eſſentialia, naturalia & accidentalia contractuum, quid? 216. ſq.
Vtrum in contractibus innominatis adhuc pœnitentiæ locus? 246

*Contractus innominati.*

Species, 359
Contractus do ut des & rerum permutatio ſunt ſynonyma ib. ſq.
De contractu æſtimatorio vid. tit. æſtimatorius Contractus.
quomodo contractus do vt des ſeu permutationis differat ab emtione? 361
a mutuo? 362
quæ ſpecies cambii ad permutationem pertineant? ib.
Hodie in contractibus innominatis pœnitentia non habet locum 364
Actio inde oriens præſcriptis verbis 363. ſq.

*Quaſi contractus.*

Eius origo atque iuſtitia 216

*Contractus forum.*

Vbi? 131
Eius requiſita ib.
An abſens ibi poſſit conueniri? 132

Vtrum

Vtrum in eo poſſit ad reſciſſionem contractus agi? ib.

*Contradictor.*

quis? 639

*Contributio.*

Ex L. Rhodia quando habeat locum? 278. ſqq.
quid in contributionem veniat? 280
Æſtimatio rerum tam perditarum, quam ſeruatarum quomodo hic inſtituenda? 280. ſq.
quid, ſi quis ex vectoribus non ſit ſoluendo? 281
Remedia 281. ſq.
Vtrum etiam in aliis caſibus quam ſi merces ex naui eiectæ locum habeat? 282

*Contumacia.*

Eius pœna, 49. ſeq. 65
quid ab illa excuſet? 56. 63. 65. ſq.
Effectus eius 64. ſeq.

*Conuenandi ius.*

quid? 176

*Conuentio.*

quid & quotuplex? 75

*Copiæ.*

Non probant 400
quid de vidimatis ſeu auſcultatis? ib.

*Corporalis res.*

Eius definitio 36

*Correalis obligatio.*

An in dubio præſumatur? 267. 675
quotuplices ſint correi? 674
An correus credendi, totum exigens debitum, alteri partem communicare tenetur? 674
vid.

Digitized by Google

vid. tit. obligatio.

*Corruptio.*

Actio de ſeruo corrupto 204
quando vtiliter habeat locum? ib.

*Creditor.*

quo ordine creditoribus concurrentibus ſit ſoluendum? 431. ſqq.
An creditor pupilli eiusdem tutor eſſe poſſit? 451. 454. ſq.
quando cogatur ad tutorem pupillo petendum? 458
Vtrum theſaurum in fundo oppignorato inuentum ſibi adquirat? 606

*Crimen.*

vid. tit. Delictum.

*Criminale iudicium.*

Quid? 126

*Culpa.*

Etiam leuiſſima producit actionem L. Aquiliæ 186. ſq.
Eius diuiſio 187
- diuerſi gradus 268. ſq.
- definitio ib.
Regulæ de præſtatione culpæ 269. ſq.
Lata culpa aliquoties æquiparatur dolo 270
Vbi leuis culpa in concreto obſeruanda? 271 315

*Cumulatio actionum.*

qualis permiſſa vel non? 72

*Cura, Curatela.*

quot & quales curatelæ excuſent a ſuſcipienda alia 467

Ad

Digitized by Google

Ad curam non cogendus eſt, qui tutelam geſſit 468
An detur cura legitima? 414
Conf. tit. Tutela.

*Curator.*

An poſſit curandam vxorem ducere, vel filio ſuo deſpondere? 414
Conſenſus curatorum 461
Cui dandus curator? 479
An inuitus etiam ib. ſq.
An poſſit teſtamento dari? 480
Conf. tit. Tutor.

*Curator bonorum.*

Cui conſtituendus? 638
Differt a curatore minorum &c. ib. ſq.
Quis eſſe poſſit? 639
Eius officium ib.
Differentia eius a contradictore ib.

D.

*Damnatus ob carmen famoſum.*

An habeat teſtamenti factionem? 486

*Damnatus ad mortem.*

An habeat ius teſtandi? 485
De damnatorum bonis 753

*Damnum.*

Quotuplex? 184
Etiam leuiſſima cauſa datum, reſtituendum, 186. ſeq.
Quid ſi furioſus, vel infans dederint damnum? 187. ſeq.
quo-

Digitized by Google

Quomodo damnum infectum poſſit auerti? 585. 586. ſeq.
Damnum caſuale ſentit dominus ib. ſq.
Quomodo damnum in turba, rixa, incendio, ruina, naufragio &c. datum vindicetur? 700

*Dardanariatus.*

Quid? 708

*Datio.*

Quot modis fiat? 216. 245

*Datio in ſolutum.*

Eius differentia a ceſſione bonorum? 686

*Debitor.*

Debitor pupilli an poſſit eiusdem tutor eſſe? 451. 454. ſeq.
Quid, ſi debitor creditori ſuo ſine mentione debiti quid legauerit? 547

*Debitum.*

Poteſt a creditore debitori legari, & vice verſa 546. ſq.
Quid, ſi a debitore debitum falſum creditori legatum ſit? ib.
Vtrum debiti remiſſio valeat ſine acceptione? 591. ſq.

*Decaproti.*

Qui? 773

*Declaratio.*

Eius differentia a deprecatione 706

*Decretum.*

Quid ſit, 10
An habeat legis vigorem 10. 11

*Decuriones.*

Qui dicantur? 772
Priuilegia eorum ib.

*Defenſor.*

Eius definitio 99
Cautionem præſtat de iudicato ſoluendo ib.

*De Deiecto actio.*

Cui & contra quem conceſſa? 190. ſq.

*Delegatio.*

Quid? 683
Differentia eius a ceſſione ib.
Non præſumitur ib. ſq.
Differentia eius a nuda aſſignatione 684

*Deliberandi ius.*

Hodie deliberatione amplius opus non eſt 514
Quamdiu olim deliberare heredi licuerit? 513. ſeq.

*Delictum.*

Quotuplex? 132. ſeq. 691
Tribuit forum ib.
Eius definitio 690
Quis delictum committere poſſit? 691. ſq.
Grauius delictum abſorbet minus 692
Quæ olim fuerint extraordinaria crimina dicta? 707. ſq.
Vtrum ſola ſcientia delicti punienda? 711

*Delicti forum.*

Vbi in delicto publico? 132. ſq.
Quid ſi delictum in confinio commiſſum 133
Vbi forum delicti priuati? ſq.

*Delinquens.*

Poteſt puniri, vbic. deprehenditur 133

Eius

Digitized by Google

Eius remiſſio an ſit neceſſitatis ib.
Si abſens eſt, qualia remedia contra eum competant? 746

*Deminutio capitis.*

Quid & quotuplex? 16
An propter capitis deminutionem detur reſtitutio? 116. ſq.

*Demonſtratio.*

Vtrum falſa demonſtratio vitiet legatum? 554
Quomodo a probatione differat? 65

*Denunciatio.*

Quotuplex 618. ſq.
An & qualis conſtituat in m. f.? 619
Denunciatio in criminalibus 715

*Deportatio.*

Quid? 755
Eius effectus ib.
An cum deportatis conferendi ſint noſtri banniti? ib.

*Depoſitum.*

Eius definitio atque diuiſio 303. ſq.
Quo tempore periculum tranſeat ad depoſitarium? 304
Iudiciale, quotuplex? 305
Obiectum depoſiti ib. ſq.
Depoſitum rei immobilis quomodo differat a mandato? 306
Quid ſi deponens conqueratur, ex ciſta clauſa depoſita res quaſdam eſſe ablatas 306
Quam culpam præſtet depoſitarius? ib. ſq.
Remedia 307. ſq.



Digitized by Google

Heredes deponentis quomodo agere poſſint? ib.
Deponens præfertur omnibus reliquis priuilegiatis chirographariis 635
Quomodo pecunia in loco publico deponenda 689
Effectus depoſitionis iudic. ib.
An depoſitum admittat compenſationem 300

*Deprecatio.*

Differentia eius a recantatione & declaratione 706

*Deputatus.*

Quis? 776
Abuſiue in legibus legatus dicitur ib.
Quæ olim obtinuerint circa deputatos? ib.

*Derelictæ res.*

Cedunt occupanti 609

*Deſertio malitioſa.*

Quid? 438. ſq.
Eſt legitima cauſa diuortii ib.

*Dies.*

Quando cedat in legato vſusfructus? 163. ſq.
Vltimus cœptus aliquando habetur pro completo 484
Quotuplex? 512
Qualis diei adiectio in teſtamento licita? 513
Dies adiectus aliquando habetur pro conditione ib.
Quid ſit, cedere & venire diem? 562

*Diſſidatio.*

Quid? 708

Eius

Digitized by Google

Eius pœna 708

*Dignitas.*

Nonnulla ſoluit patriam poteſtatem 32

*Dilatio.*

Quid & quotuplex? 68. 69
Quomodo concedenda? ib. ſeq.
Impetrata prodeſt aduerſæ parti 69
Hodie citatoria abſorbet deliberatoriam ib.

*Diligentia.*

Eius gradus 268. ſq.

*Directariatus.*

Quid? 708

*Diſpenſatio ſuper illegitimis natalibus.*

Quid? 22

*Diuiſio.*

Quis poſſit ad diuiſionem prouocare? 195
Quomodo facienda diuiſio? ib. ſq.
Seruitus an diuidi poſſit? 196
Quæ res non veniant in diuiſionem, ſed potius corrumpendæ ſint? ib.
Inſtrumenta cui in diuiſione attribuenda? ib.
Diuiſio legitime facta an poſſit impugnari? 197
Quid, ſi falſo coheredi ſimul portio adiudicata? 197. ſeq.
Quid ex Iure Sax. circa diuiſionem obſeruandum? 198

*Diuiſio paterna.*

Differt a parentum teſtamento 518. ſq.
Vtrum inæqualiter fieri poſſit? ib. 571

*Diuortium.*

Quid? 437



Digitized by Google

In republ. Iudaica erat permiſſum 438
Noſtris moribus non permittitur, niſi ob cauſam legitimam 438. ſq.
Publica conſiſtorii auctoritate fieri debet 439
Eius effectus ib.
An plures quam duæ diuortii cauſæ ſint, vel poſſint concedi? 440
Differt a diuortio declaratio nullitatis ib.
Differt quoque ſeparatio quoad thorum & menſam 441

*Doarium.*

Quid? 431

*Doctor.*

Qualis a tutela ſit immunis? 467

*Dolor.*

An propter dolores petentibus quid adiudicandum? 189

*Dolus bonus.*

Quid? 110

*Dolus malus.*

Eius definitio & diuiſio 110. 268
quo iure reddat contractum nullum? ib.
Remedia iuris ciu. 110. ſq.
De dolo actio infamat 111
Contra quem detur ib. ſq.
Quamdiu duret? 112
Pactum de non præſtando dolo futuro an valeat? 268
Exceptio doli, quotuplex? 667

*Domanium.*

Quid? 764

An

An poſſint domanialia bona præſcribi? 618

*Domicilii forum.*

quid? 136

Domicilium originis an ſit immutabile? ib.

An adhuc ſit commune domicilium? ib.

Vtrum heredes in hoc foro conueniri queant? 130. ſq.

*Dominium.*

Origo vocis; dominii vtilis 155

An poſſit diuidi? & effectus dominii directi, ib.

Dominus directus habet ius protimiſeos in bonis emphyteuticis 156

Effectus dominii vtilis 157

Dominium dotis 427. ſq.

Dominium tranſit ipſo iure in cauſis vltimarum voluntatum 532

Definitio atque diuiſio dominii 598

quot dentur modi acquirendi dominium? 598 ſqq.

*Domus,*

Olim ex illa nemo inuitus extrahi poterat 50

*Dona nuptialia.*

Ad quem pertineant? 431

*Donatio.*

Donator tenetur ad euictionem, ſi doloſe donauerit 380

An quoque, ſi a promiſſione inceperit donatio? ib.

An in donatione remuneratoria? 380. ſq.

An donatio inter coniuges illicita ſit? 435. ſq. 591. 596
An validitatem ex iuramento accipiat? 437
Jure Sax. coniuges an coram iudicio donare poſſint? ib.
Donatio inter principem & Auguſtam non ex iure priuato diiudicanda ib. 593
Donatio inter coniuges non præſumitur ib.
Donatio a parentibus profecta conferenda eſt, 570
Eius definitio atque diuiſio 591
Quis poſſit donare? ib.
Cui? ib.
Vtrum donatio omnium bonorum valeat? 592
Quousque liceat donare? ib.
In inſinuatione donationis quid iudex attendat? 592. ſq.
An ad donationem annuæ quantitatis inſinuatione opus ſit? 593
Quibus in caſibus inſinuatione opus non ſit? ib.
Quando donatio poſſit reuocari? 594. ſq.
Donatio inofficioſa 594
Vtrum reuocationi ex cauſa ingratitudinis poſſit renunciari? 584. ſq.
Mortis cauſa donatio 595. ſq.
In dubio præſumitur eſſe donatio inter viuos, 595
Quis poſſit mortis cauſa donare? 595. ſq.
Cui? 596
Vtrum ad hanc donationem inſinuatio requiratur? ib.

Dif-

Digitized by Google

Differentia huius donationis a legato 596
Eius effectus & modi reuocandi ib.
Eius differentia a mortis cauſa capione 597

*Donatio propter nuptias.*

Quid? 429
Non abſorbet dotem ib.
Eius ſynonyma 430
In dubio præſumitur doti eſſe æqualis ib.
Viuo marito, non traditur vxori ib.
Vxor tamen ius tacitæ hypothecæ propterea habet ib.
Eius differentia a dotalitio ib.
Donatio propter nuptias, ſi a parentibus profecta, conferenda eſt 570

*Dos.*

Dotis non numeratæ exceptio an & quamdiu opponi poſſit? 222 ſeq. 425
Fundus dotalis an poſſit oppignorari 370. 434
Dos non pertinet ad eſſentiam matrimonii 424. ſq.
Eius definitio & diuiſiones 425. ſq.
An putatiua dos gaudeat priuilegiis veræ dotis 425
In Sax. maritus dotem, in mobilibus conſiſtentem, lucratur, etiamſi ſaltem promiſſa ſit 425
Pater abſque promiſſione quoque obligatus eſt ad dotationem filiæ, pro quantitate patrimonii & qualitate ſponſi 425. ſq.
Quibus caſibus pater ad dotationem cogi nequeat 426
Auus aliquoties etiam dotare tenetur 427



Digitized by Google

Quo caſu mater ad dotationem poſſit compelli 427
Frater nunquam tenetur dotare ib.
Materia dotis 427
Quando dotis dominium atque periculum transeat in maritum ib.
Dotis differentia a reliquis bonis 428
Dotalia bona in dubio non præſumuntur ib.
Illatio dotis quomodo probanda? 430
Illatione probata, verſio in vtilitatem præſumitur 430. ſq.
Dotis conditio non reddenda deterior 433
Dominium dotis 427
Pacta dotalia 432. ſq.
Fundus dotalis non poteſt alienari 434
Repetitur dos ſoluto matrimonio 441. ſq. 538
Aliquoties cedit marito 442
Quamdiu, ſoluto iam matrimonio, liceat adhuc dotem retinere? ib. 538
Aliquando & conſtante matrimonio dotem repetere licet 442
Dote reddita, impenſæ ſunt ab altera parte reſtituendæ 443. ſq. 538
Num etiam ſumtus litis? 444
Dotis conſtitutio ſufficit ad alienationem rerum immobilium pupillarium 477
Vtrum filia dotationi patris poſſit renunciare? 483
Quantam dotem vidua nouo marito, extantibus liberis prioris matrimonii, afferre poſſit? 502

Qua-

Digitized by Google

Quale commodum ex dotis prælegato mulier nanciſcatur? 538
An debeatur dotis prælegatum, licet maritus nullam acceperit? 539. 546. ſq.
Dotis legatum differt a prælegato dotis 539
Dos a parentibus profecta conferenda 570
An liceat vxori dotis nomine fideiuſſores a marito accipere? 677. ſq.

*Dotalia pacta.*

Quotuplicia ſint? 432
Mixta quocunque tempore reuocari poſſunt, 432. 497
Simplicia non item 432. 481
Diiudicantur ex verbis adhibitis ib.
An ſcriptura requiratur ad eſſentiam? ib.
Quo tempore paciſcendum 433
Omne pactum valet, modo dotis conditio inde non fiat deterior ib.
Ad pacta dotalia an requiratur inſinuatio ib. ſq.

*Dotalitium.*

Quid? 430
Abſorbet dotem ib.
Vidua tamen poteſt, ſi velit, dotem repetere ib.
Dotalitium petens, probet illationem dotis 430. ſq.
Obſtringit quemlibet ſucceſſorem feudalem, 431
Non extinguitur, ſi vidua ad ſecunda vota tranſeat ib.
Vidua dotalitii cauſa ad cautionem tenetur ib.
Aliquoties nomine Morgengabe venit, ib.



Digitized by Google

*Dubitatio, Dubitans.*

Vtrum dubitans ſit in b. f. 613

*Duumuir.*

quis 772

E.

*Ebrietas, Ebrius.*

Vtrum ſumme ebrius a pœna ordinaria excuſandus? 692

*Eccleſia.*

Utitur iure minorum 115

quamdiu propter læſionem reſtitutionem petere poſſit? 115. ſq.

Tacitam hypothecam habet in bonis adminiſtratorum 369

*Eccleſiaſtica bona.*

Differunt a rebus ſacris 35

Quo tempore poſſint præſcribi 617

*Edictum.*

quid? 11

Obligat, vti lex 11

Si corruptum, quomodo corrumpens puniendus 47

*Edictum ædilitium.*

Vit. tit. ædilitium edictum.

*Edicta prætorum.*

Origo illorum 6 & 7

Carbonianum 573

*Editio inſtumentorum.*

Vid. tit. inſtrumenta.

*Edu-*

Digitized by Google

*Educatio.*

An Judæo committenda ſit educatio Chriſtianorum? 452

Regulariter committitur matri 460. ſq.

Aut, ſoluto per diuortium matrimonio, parti innocenti 439

*Effeſtucatio.*

quid? 609

*De effuſo actio.*

Cui, contra quem, & ad quid conceſſa ſit? 190. ſq.

*Egregiæ perſonæ.*

Si teſtes ſunt, domi deponere poſſunt 404. ſq.

*Electio.*

Cui competat in obligatione alternatiua? 262

De electione legata 539. ſeq.

*Emancipatus.*

Hodie ad ſucceſsionem bonorum poſſeſſione non opus habet 567

*Emancipatio.*

Liberat a patria poteſtate 32

Quomodo fiat? ib.

Aliquoties inuiti emancipant & emancipantur, 33

*Emphyteuſis, Emphyteuta.*

Quid? 154

An ſcriptura ad eſſentiam huius contractus pertineat? 155

Vtrum emphyteuta in omni alienatione conſenſum domini impetrare debeat? 156

Ad quos heredes transmittatur? 157

Em-

Digitized by Google

Emphyteuta quando poſſit iuri ſuo renunciare? ib.
Quo modo amittatur emphyteuſis? 157. ſq.
Expulſus exmphyteuta an meliorationes repetere poſſit? 158
Ab emphyteuſi differunt bona cenſitica ib.
Emphyteuſis vtrum præſumatur, an potius bona cenſitica? ib.
Differentia emphyteuſeos a ſuperficie 650. ſq.

*Emtio - Venditio.*

Eius definitio 318
Vtrum ſcriptura ad eſſentiam eius pertineat? ib.
Ab arrha ad validitatem eius quid conferat? ib.
Qui poſſint emere ac vendere? 318. ſq.
Subſtantialia 319. ſq.
Vtrum res præciſe exiſtere debeat, prout vendita ib.
Emtio ſpei quomodo differat ab emtione rei ſperatæ? 320
Pretii requiſita ib. ſeq.
An valeat venditio vno nummo facta? ib.
Vtrum in dubio venditio potius quam permutatatio præſumatur? 321
Vitia huius contractus, & imprimis, qualis error obſtet? 321. ſeq.
Si vel circa acceſſoria, vel partem materiæ erratum ſit, qualis actio competat? 322
Simulatio & obſcuritas 322. ſeq.
Pacta huic contractui adiici ſolita 323. ſeq.
Adiici etiam poteſt pœna conuentionalis 327
Ad quem ſpectet periculum rei venditæ & nondum

Digitized by Google

dum traditæ 339
Itemque ad quem commodum rei venditæ ſpectet? ib.
Venditionis adhuc imperfectæ ſpecies 340. ſq.
Venditio ad corpus ſiue per auerſionem 341
Vtrum traditio rei venditæ ex ſignatura præſumatur 342
Emti-Venditi actiones 343. ſq.
Vtrum venditor præciſe ad rei traditionem obligatus ſit? ib.
Vtrum venditor futura tributa in ſe recipere poſſit? 344. ſq.
Tradenda res vendita cum omnibus pertinentiis 345
Si vna res pluribus vendita, quis præferatur? ib.
Quam culpam venditor præſtet? 345. ſq.
Emtor ſi pretium ex iuſta cauſa non ſoluit, an teneatur ad vſuras? 346
Venditi actio an detur etiam ad expenſas? 347
Venditor an poſſit ipſe rem venditam euincere? 383. ſq.
Vtrum venditor ante traditionem theſaurum ſibi acquirat? 339. 606.

*Epiſcopus.*

Dignitas Epiſcopalis liberat a patria poteſtate 32
Non poteſt tutelam gerere epiſcopus 466

*Equus.*

Venditio equorum ob 3. vel 4. vitia iur. Sax. reſcindi poteſt 377

Vtrum

Vtrum dominus equi maris actionem habeat propter admiſſionem eius in equam? 601

*Equimentum.*

Quid? 601

*Error.*

vid. tit. Ignorantia.

Qualis obſtet contractui? 321. ſeq.

*Eruditus.*

An poſſit prohibere, ne opifices, opificium ſuum cum fœtore aut ſtrepitu exercentes, in vicinia ædes conducant, vel emant? 348

*Euictio.*

Quid ſit euincere, quidque euictionem præſtare? 379. ſq.

Quis ad euictionem præſtandam obligatus ſit? 380

Vtrum Iudæi quoque? ib.

Quando locum habeat vel non? ib. ſq.

Quis teneatur ſumtus proceſſus ferre? 382. ſq.

An venditor teneatur, ſi prædixerit, rem eſſe alienam? 383

Aut pactus ſit, ſe nolle ad euictionem teneri ib.

An hodie adhuc detur ad duplum? ib.

An venditor rem venditam ipſe euincere poſſit? 383. ſeq.

*Eunuchus.*

An poſſit matrimonium contrahere 413

*Exceptio.*

*Non numeratæ pecuniæ* an excludatur per iuratam renunciationem? 221

Vtrum

Digitized by Google

Vtrum poſt biennium adhuc poſſit opponi? 221. ſq.
Vtrum deſuper reus poſſit creditori iuramentum deferre? 222
In quibus cauſis locum habeat? ib.
Quis hac exceptione vti poſſit? 223
Quando opponi nequeat? 223, ſq. it. 222
Vtrum apochæ poſſit opponi & quamdiu? 224
*Non numeratæ dotis*, quamdiu poſſit opponi? 222. ſq.
*Exceptio rei* iudicatæ 663
*Exceptio doli mali*, metusue 667
*Exceptio rei venditæ & traditæ* 383. ſq.
Definitio exceptionis 668
Eius differentia a negatiua L. Conteſtatione ib.
Eius diuiſiones 660. ſq.
Vtrum dilatoria poſt L. C. poſſit opponi? 661
Vtrum peremtoria ante L. C. vel poſt ſententiam & in ipſa executione adhuc opponi queat? 661. ſq.
Vtrum quis pluribus poſſit exceptionibus vti? 662
Excipiens non confiteri dicitur ib.
An teneatur excipiens probare intentionem? ib.
Exceptio iurisiurandi 668
Exceptio, quod ad euictionem non teneatur, qui in alea vendidit ib.
Exceptio eius, quod onerandæ libertatis cauſa a patrono iniunctum ib.

*Ex-*

Digitized by Google

*Excommunicatus.*

Non poteſt eſſe teſtis 402

*Excuſatio.*

Quid 774. ſq.

Excuſatio a tutela certis caſibus permiſſa eſt, 465. ſqq.

An adimat legatum 465

Quotuplex? ib.

Regulariter non excuſatur; qui patri promiſit, ſe fore tutorem 468

Intra quod tempus alleganda ib. ſq.

Si ab inferiore iudice reprobata, appellationi locus eſt 469

Quid, ſi excuſatio falſa aut inſufficiens allegata? ib.

*Executio.*

Qualis ordo in executionibus obſeruandus? 623. ſq.

Qualis terminus 623

An appellationem admittat? 757

Cui executio committenda, ſi ſententia in appellationis inſtantia dicta 762

*Exercitor.*

Quis? 276

An exercitor ex facto ſubſtituti a magiſtro teneatur? 277

Plures quo modo ſint conueniendi? ib.

An mutuum a magiſtro nauis contractum teneatur ratihabere? 278

An ex contractu magiſtri agere poſſit? ib.

*Exer-*

Digitized by Google

*Exercitoria actio.*
Eius origo atque deſcriptio 276. ſeq.
Directa actione vtrum hodie ipſe exercitor poſſit conueniri? 277. ſeq.
*Exheredatio.*
Modus exheredandi 141
Cauſæ exheredationis 493. ſq.
An hæ cauſæ poſſint extendi ad caſus ſimiles? 495
An in teſtamento parentum inter liberos fieri poſſit? 517. ſq.
*Exheredatus.*
Non connumeratur in fauorem reliquorum liberorum 140
*Ad Exhibendum actio.*
Cui, contra quem & ad quid detur? 199
Eius origo atque qualitas 200
An in officiis humanitatis locum habeat? ib.
Vtrum immobilia quoque exhiberi poſſint? ib.
Quibus exceptionibus vti queat reus? 200. ſq.
Cuius ſumtibus exhibitio facienda? 201
Quomodo hodie iniungatur exhibitio ib.
Eius differentia ab interdicto de tabb. exhibendis 645
*Exhibitio reorum.*
Quid? 7:7
*Expenſæ.*
Iudiciales in concurſu habent prælationem 632
Vid. Impenſæ.
*Expilator.*
Quid? & quomodo puniendus? 712



Digitized by Google

*Expilatæ hereditatis crimen.*
Eius pœna ac differentia a furto 712
*Expoſitio infantum.*
Quomodo punienda? 735
*Expromiſſor.*
Quis? 683
Contradiſtinguitur fideiuſſori ib.
*Extraordinaria cognitio.*
Quid? 782
An hodie adhuc dentur eiusmodi extraordinariæ cognitiones? ib.

F.

*Factum.*
Eius diſtinctio 77
Ad factum obligatus liberatur præſtando intereſſe ib.
Factum debet probari 394
Vtrum factum alienum valide poſſit promitti? 673
*Falſi crimen.*
Quid & quomodo puniendum? 739. ſq.
An capitaliter poſſit puniri? 740
*Familiæ herciscundæ actio.*
Quid? 194
Quid in ea ab actore probandum? ib.
Differt ab actione de communi diuidundo 198
*Famulus.*
Si ægrotat, vtrum poſſit alimenta aut mercedem exigere, itemque ſi aufugit, quid tunc Iuris 351



Digitized by Google

Famulorum mercedes gaudent iure prælationis in concurſu creditorum 632. ſq.
Fauiana actio quæ ſit? 576

*Feriæ.*

Illarum definitio 66
computatio ib. ſq.
diuiſiones ib.
effectus ib.
Vrbanæ ſolis mercatoribus proſunt ib.
Ruſticæ omnibus ib.
Quibus posſit renunciari? 67. ſq.
Repentinis non cenſetur renunciatum eſſe 67
Excuſant a contumacia 66
Quæ inuitis partibus in feriis peragi posſint? 68

*Fictio L. Corneliæ.*

Eius effectus 766

*Fideicommiſſum & Fideicommiſſarius.*

Fideicommiſſariis in bonis defuncti tac. hypotheca competit 369
Fideicommisſi deſcriptio 558
Eius diuiſio ib.
Vnde tacite fideicommiſſum conſtitutum eſſe colligatur? ib.
An ex ſola commendatione? ib.
Qui posſint fideicommiſſo grauari? 559
Quot teſtes ad conſtitutionem fideicomm. neceſſarii ſint? ib.
Annon & absque vllo teſte conſtitui queat? ib.
Initium anni hic habetur aliquando pro completo 560
Fideicommiſſum familiæ ib.
Vtrum fœminæ in illis ſuccedant? ib.



Digitized by Google

An liceat tale fideicommiſſum alienare? ib.
Vtrum ex ſola prohibitione alienationis inducatur fideicommiſſum familiæ? 560. ſq.
Hodie inter illuſtres conſtituuntur pacto & conuentione 561
Quid, ſi quis rogatus, vt tantum alteri reſtituat, quantum tempore mortis ſuæ ex hereditate reliquum fuerit? ib.
Remedium conſequendi fideicommiſſum a fiduciario herede 562

*Fideiuſſio.*

Eius definitio 675
Eius differentia a conſtituto ſec. I. R. 676
Hodie fideiusſio & conſtitutum non differunt 263. 676
Vtrum detur fideiusſio ſine principali obligatione? 677
Quis posſit fideiubere, & quis fideiuſſores accipere queat? ib.
Vtrum pro omni debito fideiubere liceat? 677. ſeq.
An pro dote etiam? ib.
An & quomodo mulieres fideiubere queant? 295 296. ſeq.

*Fideiuſſor.*

Quando beneficiis a iure concesſis vti queant vel non? 679. ſeqq.
In dubio non cenſetur beneficiis ſuis renunciaſſe ib. ſq.
Vtrum renunciatio beneficio cedendarum actionum,

Digitized by Google

num, illo nihilominus vti queant fideiuſſores? 680
An & quando fideiuſſor contra principalem debitorem agere poſſit? 681. ſq.
Quando contra confideiuſſores? 682
Fideiuſſori contradiſtinguitur expromiſſor 683
Qualitates fideiuſſoris 56
An minorum reſtitutio proficiat quoque fideiuſſoribus? 114

*Fides ſeu Credit.*

Vtrum ex traditione habita cenſeatur? 343
Fide de pretio habita vtrum vſuræ debeantur? 346

*Bona & Mala Fides.*

Quid? 613
Vtrum dubitans ſit in b. f.? ib.
Vtrum bona fides per integrum tempus vſucapionis adeſſe debeat? ib. ſq.
Vtrum in dubio præſumatur? 614
Vtrum mala fides anteceſſoris noceat ſucceſſori? 618
vid. Poſſeſſor.

*Fiduciarius heres.*

Quis dicatur? 558

*Filia.*

Filiæ I. Sax. res vtenſiles præcipuas habent 579

*Filius.*

Sub nomine filiorum etiam veniunt nepotes 452 ſeq.
Filius in ſucceſſionibus hodie excludit nepotes 572



Digitized by Google

Filii in Sax. res expeditorias præcipuas capiunt 579
Filius Clericus percipit Geradam ib.

*Filiusfamilias.*

An poſſit contrahere? 284
An executio contra eum inſtitui queat? ib.
Habet beneficium competentiæ ib.
An mutuum poſſit celebrare? 218. 284. ſq.
An poſſit ſolutam pecuniam repetere, quam ex mutuo debebat? 288
Poteſt eſſe tutor 451
Poteſt teſtari & mortis cauſa donare 485. 569
Poteſt teſtis eſſe in teſtam. 491

*Fines.*

Actio finium regundorum 192. ſq.
Differentia eius ab actione viæ receptæ 193
Fines ex quibus ſignis cognoſcantur ib. ſq.
Pœnæ termini moti 712

*Fiſcus.*

Iura Fiſci ſingularia 301. 369. 764
Quæ indignis relicta, ſibi vindicat 552
Non cauet legatorum vel fideicommiſſorum cauſa 563
Occupat bona vacantia 583. 764
Quis poſſit Ius Fiſci exercere ib.
In concurſu creditorum præfertur reliquis rat. debiti primipilaris 633
An & propter debita ex contractu? ib. ſq.
Quid ratione mulctæ? 635
Quo tempore res fiſcales poſſint præſcribi? 617

Fo-

Digitized by Google

*Focaria.*

Quid? 449

*Fœmina.*

Vtrum poſſit abſque curatore paciſci? 76
Vtrum omnes contractus celebrare poſſit? 295
Vtrum poſſit pro aliis intercedere? 295.ſeq.
Vtrum Iudææ priuilegiis mulierum vtantur? 296
Quomodo pro marito intercedere queat? 298.ſq.
Poteſt allegare ignorantiam iuris 406
An poſſit eſſe tutrix? 451
Iure Iuſtin. non poteſt incarcerari 716

*Fœnus nauticum.*

Eius definitio 391
Adhuc hodie in vſu eſt, ib.

*Forenſis.*

Quid? 770

*Forum.*

Quotuplex? 129
domicili 131
contractus 130
rei ſitæ 132
delicti ib. ſeq.
connexitatis cauſarum 134. 203. ſeq.
priuilegiatum clericorum. 134
militum ib. ſeq.
Conſiliariorum & aulicorum 135
perſonarum miſerabilium ib.

*Fornicatio.*

Eius definitio 727
Pœna ib. ſeq.



Digitized by Google

*Frater.*

Quando poſſit querela inofficioſi teſtamenti agere? 142. 144
Non poteſt ad dotationem compelli 427
An in ſubſidium ad alimenta obſtrictus ſit 446
Jure Rom. concurrit cum aſcendentibus in ſucceſſione; non vero J. Saxonico 580
Quid, ſi frater conſanguineus ac vterinus ad hereditatem defuncti fratris concurrant? 581
Vtrum in ſucceſſione fratrum duplicitas vinculi attendatur ibid.
Vtrum fratres adoptiui, naturales, ſpurii, adulterini ac inceſtuoſi ſuccedant? 581. ſeq.
J. Sax. fratres vnilaterales vno gradu remotiores cenſentur 582

*Fructus.*

A quibus reſtituendi? 146
Non intelliguntur, niſi deductis impenſis 147
Vltimi anni, quomodo ad heredes transmittantur in vſufructu. 161. ſeq.
Quando dici poſſint percepti? 351. ſeq. 388
Definitio & diuiſiones 387. ſeq.
An ad fructus pertineat, quod occaſione rei percipitur? 388

*Fugitiuus.*

Fugitiuus ſeruus quis dicatur, & quomodo differat ab errone? 204. ſeq.

*Fundus.*

Fundi nomine vſusfr. etiam intelligitur, 537
Fundum in Jure gleba etiam denotat, 540
Fundus inſtructus & cum inſtrumento legatus, quo-

Digitized by Google

quomodo differant? 542. ſeq.
Quomodo differat fundus reſtrictiue & demonſtratiue adiectus? 541

*Fundus totalis.*

An poſſit a marito alienari? 434. ſeq.

*Funebres expenſæ.*

Quales ſint reſtituendæ? 212
In concurſu gaudent iure prælationis 212, 632
Quis de iis cognoſcat? 212

*Fungibilis res.*

Quid? 217
Si indebite cui data, inde ſit promutuum 217

*Funus.*

An poſſit ad alium locum transferri? 211
Quis ſumtus debeat ſuppeditare? 211, ſq. 424
Conf. tit. Funebres expenſæ.

*Fur.*

Fures balnearii 711
An ſuffocato fure heredes adhuc de reſtitutione teneantur? 256. ſeq.
An fur teneatur de caſu? 257
An liceat furem occidere? 694

*Furioſus.*

Si damnum dedit, an ad reſtitutionem teneatur? 187. ſeq.
Habet ius tacitæ hypothecæ in bonis curatorum 368
Ei non currit tempus ad agnitionem bonorum poſſesſionis præſtitutum. 566
Non poteſt poſſesſionem acquirere 610



Digitized by Google

An poſſeſſionem ante furorem acquiſitam retineat? 611
Vtrum delicti capax ſit? 691

*Furtiua condictio.*

vid. tit. Condictio.

*Furtiua res.*

Quomodo reſtituenda? 257. 694
Vtrum ſibi eas magiſtratus vindicare poſſit? 257. ſeq.
Vtrum a tertio poſſeſſore vſucapi queat? 615. 617

*Furtum.*

Quæ actio competat, ſi furtum inter coniuges factum? 444. ſeq.
Furti definitio & diuiſio 692. 693. ſeq.
An furtum vſus poſſeſſionisue ſit proprie furtum? 692. ſeq.
Iuſta indicia furti commiſſi 693
Horum indiciorum effectus 694
Variæ pœnæ furti 695
Furtum qualificatum ibid.
Quæ perſonæ pœna laquei propter furtum non afficiantur? 696
Vtrum iudex in furtum domeſticum inquirere poſſit? ibid.
Quo caſu pœna ordinaria furti mitiganda? ib.
Vtrum fur a pœna vltimi ſupplicii ſe poſſit per reſtitutionem rei liberare? ibid.
Furti actio aduerſus nautas, caupones, ſtabularios 698
Si familia furtum fecit, ibid.
Arborum furtim cæſarum ibid.

*Fuſti-*

Digitized by Google

*Fuſtigatio.*
Dicitur in legibus fuſtium admonitio 751

## G.

*Ganerbinatus.*
Eius differentia a confraternitate 482
finis ib.
*Geleite.*
Quid? 590
*Gemma.*
In littore maris inuenta an cedat inuentori? 599
Alterius annulo incluſa an poſſit vindicari? 604
*Generatio.*
Conſtituit gradum 416
*Gerada.*
Quis illam capiat? 579. 582
Quæ res ad eam pertineant? ib.
*Gradus.*
Eius definitio 415
Graduum computatio quomodo inſtituenda? 416
Diuerſimode computantur de I. Civ. & Canon. 416. ſeq.
Gradus prohibiti 417. ſqq. 420. ſq.
Gradus an dentur inter affines? 419. ſq.

## H.

*Habitatio, Habitator.*
quid? 163
Eius differentia ab vſu ædium. ib.
amiſſio ib.
Ha-

Digitized by Google

Habitator, quomodo, & de quibus rebus cauere debeat?

*Hæreticus.*

Non poteſt eſſe teſtis 402
Utrum habeat teſtamenti factionem? 485. 500

*Haushalterin.*

Quo ſignificatu veniat 449

*Hausknecht.*

In caupona inſtar inſtitoris eſt 125

*Hausſuchung.*

Hodie non niſi iuſſu iudicis inſtitui poteſt 693

*Hauaria.*

Quid? 280

*Heergevveth, Heergeræth.*

Jure Sax. filii res expeditorias præcipuas habent 579
Species ad res expeditorias pertinentes ib.
Obtinet quoque inter fratres 582

*Hereditas.*

Utrum delata poſſit vendi? 331. ſq.
Quid, ſi vendita præſtari nequeat? 332
Quæ in hereditatem computanda? ib.
Utrum venditor poſt venditam hereditatem adhuc maneat heres. 332. ſq.
Eius definitio atque diviſio 481
Utrum pacta circa hereditatem licita & quotuplicia illa ſint? 481
Utrum hereditatibus præciſe cum juramento renunciandum? 482. ſeq.
Vtrum renunciatio illa poſſit propter enormem læſionem impugnari? 484

Quo-

Digitized by Google

Quotuplex ſit aditio hereditatis? 521
Quis poſſit hereditatem adire? ib.
Repudiatio hereditatis 521. ſq.
Vtrum ad repudiatam ſemel hereditatem detur regreſſus? 521
Vtrum adita iam hereditas poſſit denuo repudiari? ib. ſq.
Vtrum aditio hereditatis transferat quoque poſſeſſionem? 522
Vtrum nondum adita hereditas ad heredes transmittatur? ib. ſq.
Vtrum Regula Catoniana iure extendatur ad hereditates 551
Expilatæ hereditatis crimen. 721

*Heres.*

Coheredes ſibi inuicem fructus atque expenſas reſtituunt 197
Heres non poteſt teſtis eſſe in illo teſtamento, quo heres factus eſt 492
Quotuplex heredis inſtitutio? 493
Eſt pars eſſentialis teſtamenti ib.
Non debet eſſe captatoria 500
Qui posſint heredes inſtitui, vel non? 500. ſq.
Quid ſi vel Chriſtus, vel angelus, vel ſanctus quidam heres ſcriptus ſit? 501. ſq.
Habilitas heredis 502
An quis in certa re heres inſtitui posſit? ib. ſq.
Quomodo plures ſcripti heredes ſuccedant? 503
Quibus cum conditionibus quis inſtitui posſit? 511
Heres ſub conditione negatiua inſtitutus ſtatim

poſt

poſt mortem teſtatoris hereditatem conſequitur 511
Vtrum heres posſit ſub certo die inſtitui? 513
Vtrum ſibi ipſi heres ſoluere posſit 515
Quotuplices ſint heredes? 520. ſeq.
Hodie heres inuitus hereditatem adire non tenetur ib.
Intra quod tempus heredes conueniri nequeant? 521
Heredes, qui omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato ſuccedunt 524
Heres olim prius ad hereditatem non admittebatur, quam occiſi teſtatoris necem vindicaverat 524. ſq. 552
Heres legatorum vel fideicommiſſorum cauſa cauere tenetur 563

*Hereditariæ pecuniæ.*

Quando habeantur pro immobilibus 59

*Hereditatis petitio.*

Eius definitio 144
Cui detur? ib.
Actor mortem probet ib.
Contra quem? 145
Eius obiectum ib. ſq.
Si pars hereditatis petatur 147
Poſſeſſoria hereditatis petitio, quid? 148
Fideicommiſſaria hered. petit. quid? ib.
Quo tempore illi posſit præſcribi? 664
Hereditatis petitio potius arbitraria, quam b. f. eſt 671



Digitized by Google

*Hermaphroditi.*
Ad quem ſexum referendi 16
*Homicidium.*
Quid? 731. ſq.
De homicidio tenetur, qui poculum amatorium dedit, quo homo mortuus eſt 732
Quid, ſi plures adfuerint in homicidio commiſſo? ib. ſq.
Culpoſum homicidium non punitur ordinaria pœna 733
Caſuale plane non punitur ib. ſq.
Vtrum exponens infantem pro homicida reputandus? 734. ſq.
*Honor.*
Quid? 774
Gradatim honores conferendi ib.
Vtrum ab honoribus quid excuſet? 775
*Hoſpitalia.*
Habent tacitam hypothecam in bonis adminiſtratorum 369
*Hypobolum.*
Quid? 430
*Hypotheca.*
Non liberat a cautione 59, & in f. ac ſq.
Eius differentia a pignore 273
definitio 365
Vtrum dominium transferat in creditorem? ib.
Eius diuiſiones 365. ſq.
In Sax. ratione immobilium non niſi iudicialiter conſtitui poteſt 365
Vtrum differentia inter prætorium atque iudiciale

Digitized by Google

ciale pignus adhuc locum habeat? 365. ſq.
Generalis hypotheca qualia bona afficiat, qualia non 366. ſq.
Vtrum tertius poſſeſſor creditori poſſit except. ordinis opponere? 367
Vtrum in actione hypothecaria petitum alternatiue formandum? 368
Qui ius tacitæ hypothecæ habeant ib. ſq.
An Dd. poſſint per extenſiuam interpretationem plures ſpecies hypothecæ tacitæ conſtituere? 370
An Princeps plures introducere queat? ib.
Quæ res poſſint hypothecæ ſubiici? 370. ſq.
Hypotheca publica præfertur priuatæ 371
In concurſu plurium eiusdem generis, quid iuris ſit 371. ſq.
Quid, ſi res duobus in ſolidum ſimul oppignorata? 372
Hypotheca an tranſeat ad ſucceſſorem ſingularem? ib.
Nudi hypothecarii in qua claſſe ponendi 634
Quo tempore actioni hypothecariæ præſcribatur? 664
Vtrum creditor, qui generalem & ſpecialem hypothecam habet in bonis debitoris, poſſit in quamlibet rem executionem petere? 367
Actiones hypothecariæ ib. 659

# I.

*Iactus.*

Quid? 279. ſq.

la-

Digitized by Google

Iactus miſſilium quid? 609

*Ignorantia.*

Qualis excuſet? 252. 407. 334
Regulariter nocet erranti 406
Allegans ignorantiam & ſuſpicionibus grauatus iuramento ſe debet purgare, 407
Vtrum ex capite ignorantiæ detur reſtitutio? 616
Quibus conceſſum ſit, ius ignorare? 252. 406. ſq.
Iuris nat. ignorantia neminem excuſat 406

*Immobiles res.*

Definitio & Diuiſio 36. 59
Liberant a cautione 59, 563
An deponi queant? 305. ſq.
Res immobiles pupillorum regulariter non poſſunt oppignorari nec alienari 477. ſq.

*Immunitas.*

Quid? 775
In dubio ad heredes non extenditur, nec ad caſum neceſſitatis ib. ſq.

*Impedimentum legitimum.*

Quid? 65
Ab allegante demonſtrandum ib.
Liberat a pœna contumaciæ 56. & 66
Ante terminum obueniens aduerſario denunciandum 65. ſq.
Eius renunciatio an valeat? 65

*Impenſæ.*

Quotuplices 443
Quæ delicatæ dictæ ib. 444



Digitized by Google

*Impubes.*

Non poteſt teſtis eſſe 402

Matrimonium non poteſt contrahere 413

An poſſit exheredari? 505. ſq. 497

In poſſeſſionem bonorum mittendus, licet ei quæſtio ſtatus mota ſit. 573

An delicti capax ſit 691

Impubes arrogatus 27

*Inædificatio.*

Vtrum inædificatum cedat ſolo? 604. ſq.

*Incendiarius.*

Eius pœna. 737

*Inceſtus.*

Quid? 729

Eius variæ pœnæ pro varietate graduum ib.

*Incola.*

Quis? 770

*Incorporalis res.*

Definitio & diuiſio 37

*Indebitum.*

Quis præſumatur indebitum ſoluiſſe? 252. ſq.

Quid & quotuplex? 249. ſq. 251

Indebiti condictio 249

Conf. tit. Condictio.

*Indicia.*

Quotuplicia ſint? 747

Qualia ſufficiant ad torturam? ib. ſq.

*Indictio Romana.*

Eius deſcriptio atque computatio 398

*Indultum moratorium.*

Quid? 626

In delictis non conceditur ib.



Digitized by Google

*Infamis, infamia.*
An ſuper delictis tranſigentes infames fiant? 78. ſeq.
Eius definitio & diuiſio 86. ſq.
effectus 88. 89
An Actio contraria infamet? 88
Modus probandi infamiam ib. ſq.
Differt infamia a levis notæ macula 89
An per procuratoris conſtitutionem poſſit declinari ib. ſq.
An lapſu temporis tollatur? 90
Infamis non poteſt teſtis eſſe 402
*Infans.*
Vtrum poſſeſſionem acquirere poſſit? 610
*Ingratitudo.*
Vtrum ſit ſufficiens cauſa ad reuocandam donationem? 594
*Inhibitoriales litteræ.*
Quid? 761
An abſolute neceſſariæ ſint? ib.
*Inimicitia.*
Vtrum tollat legatum? 548
*Iniuria.*
Eius definitio & diuiſio 700. ſq.
Quis iniuriam feciſſe dicatur? 701
An & quando animus iniuriandi præſumatur 702
Vtrum demonſtratio auctoris, vel veritas conuitii a pœna iniuriarum excuſet? ib.
Vtrum iniuria ſub conditione illata, vera ſit iniuria? ib.

In quibus perſonis animus iniuriandi non præſumatur? 703. ſq.
Quando ſacerdotes, magiſtratus ac magiſtri etiam iniuriarum conueniri queant? 703
Cui fiat, vel non fiat iniuria? ib.
Quis iniuriarum agere poſſit? 704. ſq.
Ob plures iniurias vno tempore illatas vna actio ſaltem competit ib.
Actiones propter iniuriam competentes ib. ſq.
Actio ad palinodiam 705. ſq.
Quo tempore actiones iniuriarum præſcribantur? 706
Modus tollendi iniurias ib.

*Inquilinus.*

Quis? 347

*Inquiſitio.*

Quando iudex ex officio inquirere poſſit? 715
Quæ inquiſitio generalis dicatur? ib.
Quæ ſpecialis? ib.

*Inſcriptio.*

An & quare hodie non in vſu? 714

*Inſinuatio.*

Citationis, quomodo facienda 54
Ab actore probanda 55

*Inſtitor.*

Eius definitio & differentia a procuratore 283
An poſſit ſubſtituere ib.

*Inſtitutio heredis.*

Vid. tit. Heres.



Digitized by Google

*Inſtrumenta.*

An, quando & quomodo edenda? 73. ſq.
Quis regulariter edat? ib.
Contra negantem inſtrumenta qualia remedia competant 74
Quid præſtet petens editionem inſtrum. ib.
Inſtrumentum Syndicatus quid? 100
Cui relinquantur in diuiſione hereditatis? 196. ſeq.
Species inſtrumentorum 397
Inſtrumenti a notario confecti ſolennitates 398 ſq.
Notariorum inſtrumenta vocantur etiam tranſſumta 399
Inſtrumentorum tam publ. quam priuatorum effectus ib. ſq.
Priuatum regulariter pro ſcribente nihil probat 400
Vitia inſtrumentorum 401
Amiſſio eorundem ib.

*Inſtrumenta ruſtica.*

An poſſint oppignorari? 371
Quando principaliter & quando minus principaliter cenſeantur legata? 542. ſq.

*Inſula.*

Ad quem inſula in flumine nata pertineat? 602

*Interdicti.*

Qui dicantur? 754

*Interdicta.*

Quid? 641
Vocantur extraordinariæ actiones 642



Digitized by Google

Quotuplicia ſint? 642
Vtrum interdicto ſeu poſſeſſorio inſtituto, iudex de petitorio pronunciare queat, & contra? ib.
Si petitorium dubium, prius ſuper poſſeſſione cognoſcendum ib. ſq.

*Interdictum.*

Quorum bonorum 643
Vnde nomen habeat? ib.
Remedium ex l. f. C. de Edict. D. Hadr. toll. 643. ſq.
Quod legatorum 644
Ne vis fiat in poſſeſſionem miſſo ib. ſeq.
De tabulis exhibendis, 645. ſq.
Differentia huius interdicti ab actione ad exhibendum 645
De vi & vi armata ſeu vnde vi 646
Differt ab actione vi bonorum raptorum ib.
Cui & contra quem & ad quid detur? 647
Remedium Can. Redintegranda ib.
Datur contra quemuis poſſeſſorem ib.
Vti poſſidetis 648. ſq.
Hoc interdictum magis ad ordinarium quam ad ſummariiſſimum poſſeſſorium pertinet ib.
Non datur contra heredes 649
De ſuperficiebus ib. ſeq.
De itinere actuque priuato 651. ſq.
De aqua quotidiana & æſtiua 652
De riuis ib.
De fonte ib.
De cloacis ib.

Quod

Digitized by Google

Quod vi aut clam 652. ſeq.
De precario reſtituendo 654
De arboribus cædendis 655. ſq.
De glande legenda 656
De homine libero exhibendo 656. ſeq.
De liberis exhibendis & ducendis, 657. ſeq.
Vtrubi 658
De migrando 658
Saluianum 659
An detur contra tertium poſſeſſorem? 659. ſq.
Eius differentia ab hypothecaria actione 659
Interdictis quo tempore posſit præſcribi. 664

*Intereſſe.*

Ad intereſſe agitur condictone triticiaria 259
In condictione de eo quod certo loco, intereſſe actoris attendendum eſt 261
Quotuplex intereſſe? 389
An quilibet posſit intereſſe lucri ceſſantis prætendere? ibid.

*Interitus.*

Interitum rei quis præſtet? 146
Pertinet ad dominum directum 157
Liberat a præſtatione annui canonis? ibid.
Interitus rei totalis ſoluit pignus, non partialis 374
Vtrum obligationem perimat? 689

*Interpellatio.*

Conſtituit in mora. 390

*Interpretatio.*

Eius ſpecies. 5. ſeq.

*Interrogatio.*
Interrogationes in iure, quid? 201. *ſeq.*
Utrum adhuc in uſu? 202
*Inuentarium.*
Ante adminiſtrationem tutorum vel curatorum inuentarium conficiendum 459
Pater tamen id prohibere vel remittere poteſt in teſtamento ib. ſeq.
Quid ſi tutor iuxta inuentarium rationes reddere nolit? 471
Super hereditatibus rite eſt conficiendum, 514
Quid ſi vel defectu quodam laboret, aut plane nullum confectum ſit? ibid.
Effectus inuentarii ib. ſeq.
*Inuentio.*
Quid? 599
An gemmæ in littore maris inuentæ adhuc hodie pertineant ad inuentorem? ibid.
Quid, ſi quis res caſu fortuito amiſſas, aut ex naui eiectas inuenit? 600. ſeq.
Quid hoc caſu J. Sax. obtineat? 601
*Ira, Iratus.*
Summe iratus excuſatur a pœna ordinaria. 692
*Iſocaproti.*
Qui? 773
*Iter.*
Eius definitio 174
ſpatium ibid.
Utrum poſſit fieri ſeruitus perſonalis. 176
*Iudæus, Iudæa.*
Recepti ſemel omnibus priuilegiis iuris communi-

Digitized by Google

munis fruuntur regulariter 771. 296
Hodie ab omnibus ſtatibus imperii poſſunt recipi 771
Ab inferiori magiſtratu ius ciuitatis acquirere non poſſunt ibid.
An Iudæi Chriſtianis euictionem præſtare teneantur? 380
An coniugium inter Iudæum & Chriſtianam licitum ſit? 414. ſeq.
An ad tutelam Chriſtianorum admittendi 452
An gratis debeant res furtiuas reſtituere? 694
Quomodo puniendi, ſi quendam alterius religionis circumciderint? 735

*Iudex.*

Pedaneus differt a Magiſtratu 39. ſeq.
it. ab arbitro 120
Nec poteſt eſſe arbiter 121
Iudicis definitio & requiſita 128
An cœcus vel fœmina poſſit iudex eſſe? ibid.
An iudex vel integrum collegium poſſit vt ſuſpectum recuſari? 128. ſeq.
Competentia iudicis 129
De diſtincto officio iudicis pedanei in contractibus ſtricti iuris & b. f. 260
An ſolus iudex ſufficiat ad teſtamentum publicum condendum? 487
An coram iudice pagano teſt. poſſit inſinuari 488
Quando litem ſuam feciſſe dicatur? 782. ſeq.

*Iudicati actio.*

Quid? 623

*Iudiciuum.*

Eius hononymia 126
diuiſio. 126. ſeq.

*Iudicium publicum.*

Quid? 713. ſeq.

*Iuramentum.*

Vniuerſitati delatum, quis præſtet? 101
Perhorreſcentiæ quis poſſit iurare? 129
Dandorum ac reſpondendorum 202
Iuramenti definitio atque diuiſiones 225. ſq. 228
Vtrum Chriſtianis iurare licitum ſit? 225
Quale iuramentum in iudiciis & renunciationibus adhibendum? 225. ſq.
Solennitates iuramenti auiſati 226
Comites iuramenti, eorumque effectus 226. ſq.
Vtrum in iuramento vi metuque extorto relaxatione opus ſit? 227
Vtrum prohibitio iuris ciu. iuramenrum iniuſtum reddat ac nullum? 227. ſq.
Voluntarii indoles 228. ſqq.
Natura iudicialis 230. ſq.
Vtrum tutor inuito aduerſario iuramentum hoc delatum pupillo præſtare, & vtrum inuitus ad præſtandum illud cogi poſſit? 230
Vtrum in proceſſu executiuo ſuper exceptionibus poſſit conferri? 231
Quo tempore debeat deferri? ibid.
Et quomodo? 232
Acceptatio iuram. iudicialis. ib.
Poſt acceptationem numne adhuc poſſit reuocari? 233

Vtrum

Vtrum præſtitum ſub prætextu periurii reuocari poſſit? 233
Quid, ſi is, qui acceptauit, morte fuerit impeditus, quo minus præſtet? ib. ſeq.
Relatio eiusdem quando admittenda? 234
Vtrum referens de calumnia debeat iurare? 234
Vtrum is, cui relatum, illud præciſe debeat præſtare? 234
An & quis poſſit conſcientiam ſuam probationibus exonerare? 234. ſq.
Etſi nihil probatum, an adhuc liceat iurare, aut Iuramentum referre? 235
Quid ſi quis nec præſtet, nec referat iuramentum, nec aliter probet? ibid.
Neceſſarii iuramenti natura atque diuiſio ib.
Suppletorium quando deferendum? 235. ſeq.
In quibus cauſis? 236
Vtrum de credulitate in ſupplementum iurari poſſit? ibid. 400
Purgatorium quando & in quibus cauſis deferatur? 236. ſeq.
Eius Synonyma 237
Quid, ſi illud recuſetur? ib.
Sin præſtetur, quis expenſas ferat? ib.
Vtrum per nouas probationes poſſit retractari? 237. ſq.
An & in quibus iuramentis procurator admittatur? 238
Calumniæ iuram. quid & quotuplex? 238. ſq.
Quis præſtet? ib. ſeq.
In quibus cauſis atque iudiciis? 239

Vtrum

Digitized by Google

Vtrum poſſit remitti? ibid.
An recuſari? 239. ſeq.
Quid ſi procurator recuſet? 240
Vtrum a temeritate & expenſis liberet? ib.
An vbique receptum, ib.
Malitiæ iuramentum quid? ib.
Quando poſſit deferri? 240. ſq.
Vtrum in Sax. receptum? 241
Juramentum in litem, quid? 241. ſq.
Eiusdem diuiſio 242
Affectionis quando præſtandum? 242. ſeq.
Et a quibus? ibid.
Vtrum in actionibus contrariis, & in contractibus ſtricti iuris locum habeat? 243
Quousque hic liceat iurare? ib.
An hic periurium committi poſſit? ib.
Veritatis quando præſtetur? 243. ſq.
Quo iure introductum? 244
Zenonianum ib.
Minorationis ib.
Quid ſi reus illud præſtare recuſet? ib.
Auctor iuramenti teſtium 404


*Iurisdictio.*


Quid? 39
Eius ſpecies 40. ſeqq. 45. ſeq.
Hodie criminalis quoque mandari poteſt 41
Quæ cauſæ ad inferiorem, quæ ad ſuperiorem pertineant? 46
Iurisdictione ſimpliciter conceſſa inferior intelligitur ib.

Qui iuriſdictionem prætendit, eam probare debet 47
Eius amiſsio ib.

*Iuriſprudentia.*

Eius definitio 5

*Ius.*

Quid & quotuplex? 4. ſq. 37
Quilibet eo iure vtatur, quod in alterum ſtatuit 48
Non debet probari 394
Ius naturale omnes ſcire poſſunt ac debent 406
Iuris ciuilis ignorantia quibusdam perſonis conceſſa eſt ib. ſq.
Ius ſignificat etiam locum, vbi prætor ius dicebat 50

*Ius ad rem.*

Eius definitio, origo atque effectus 39

*Ius in re.*

Eius definitio 37
Species ib. ſq.
Acquiſitio 38. ſq.

*Ius Romanum.*

Eius origo 6. ſq.
Eiusdem receptio in Germania 7

*Ius ſingulare.*

Differt a priuilegio 12. ſq.
Regulariter tranſit ad heredes 13
Prodeſt etiam fideiuſſoribus 285. 296

*Iuſſus.*

Actio quod iuſſu quid? 294. ſq.



Digitized by Google

*Iuſtitiarii.*

Qua iurisdictione gaudeant 42
Quomodo differant a Commiſſariis ib.

*Iuſtitia.*

Eius definitio & diuiſiones 3.4

L.

*Læſio.*

Quando a minore reſtitutionem petente probanda? 113
Enormis & enormiſſima 336. ſq.
Quomodo probanda? 337
Remedium ex enormi vel enormiſſima læſione reſultans ib. ſq.

*Latrocinium.*

Quid? 700
Eius pœna ib.

*Laudemium.*

Quis præſtet? 156. ſq.
Quantum & in qua materia ſoluendum? ib.

*Laudum.*

Quid? 122
An adhuc hodie ſola contradictione ab eo recedere liceat partibus? ib. ſq.
Quando poſſit reſcindi 123

*Legatum, Legatarius.*

Legatariis competit tacita hypotheca in bonis defuncti 369. 530
An legatarius in teſtamento poſſit eſſe teſtis? 492
Aut in Codicillis? 527

Quan-

Digitized by Google

Quando legata vna cum heredis inſtitutione corruant, vel non? 496. 497
Legati definitio 529. ſq.
Quis poſſit legare & legata accipere? 530
Cui præſtatio legati iniungi queat? ib.
Quæ res poſſint legari? 530. ſq. 537. ſq.
Vtrum res aliena poſſit legari? ib.
An oppignorata, vel litigioſa? 531
Vtrum res propria legatarii, vel eiuſdem perſona, illi ipſi poſſit legari? 530. ſq.
Quid ſi legatarius rem legatam iam acquiſiuit? 532
An valeat legatum rei ſuæ, veluti alienæ? ib.
Rei legatæ dominium tranſit ipſo iure ib.
Remedia ad conſequendum legatum ib. ſq.
Diuerſi modi coniungendi legatarios 533. ſq.
Modus diuidendi legatum inter coniunctos legatarios 534
Modus accreſcendi, ſi vnus ex legatariis, deficit ib. ſq.
Conf. tit. Ius accreſcendi.
Annuum legatum 536. ſq.
Quomodo hoc differat a legato puro, cuius executio ſaltem in annos collata ib.
Vtrum annuum legatum vna præſcriptione exſpiret 537
Si optio, vel electio legata ſit 539. ſq.
De legato tritico, vino vel oleo ex certo fundo 541. ſq.
De inſtructo vel inſtrumento legato 542. ſq.
De peculio legato 543



Digitized by Google

De penu legata ib.
De ſupellectile legata 543. ſq.
De alimentis vel cibariis legatis 544
De auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſte, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis 545
De liberatione legata 546. ſq.
Vtrum debitor creditori ſuo debitum legare poſſit? ib.
Quid ſi debitum falſum ſit? ib. it. 539
Aut, ſi debitor ſine mentione debiti aliquid legauerit? 547
Quot modis adimantur legata? ib. ſq.
Ad ademtionem duo teſtes ſufficiunt 547. 549
Modi transferendi legata 548
An ad translationem legatorum ſolennitatibus opus ſit? 549
Legatum dubium ib. ſq.
An legatum pœnæ valeat? 550
Vtrum legatum nullum ex poſt facto adhuc convaleſcat? 551
Legata, quæ pro non ſcriptis habentur ib. ſq.
Quid, ſi quis ſibi ipſi legatum adſcripſerit? 552
Legata, quæ vt indignis a Fiſco auferuntur ib. ſq.
Vtrum legatum ſub conditione vel ad certum diem relinqui queat? 553. ſq.
Vtrum allegatio falſæ cauſæ aut demonſtrationis legato obſit 554
Legatum non ſuſpenditur adiecto modo ib. ſq.

Num-

Digitized by Google

Numne legatum (ſeu fideicommiſſum particulare) poſſit abſque vllo teſte relinqui? 559
Quando in legatis cedat atque veniat dies? 562

*Legatus.*

Quis? 776
Inuiolabilis eſt iure gentium ib.

*Legislator.*

Quibus legibus ſubiectus ſit 8

*Legis promulgatio.*

Quotuplex? 8

*Legitima.*

Quibus perſonis competat? 139
Quis eam relinquere teneatur? ib. 516
An ſit iuris naturalis? ib.
Eius definitio ib.
Quota pars hereditatis ſit? 136. ſq.
Quæ bona in legitimam computanda? 140
Relinquenda eſt abſque onere 495. ſq. 141 511. 530.
Vſusfructus & adminiſtratio eius patri competit 141
Titulo inſtitutionis relinquenda 141. in f. 517
Vtrum quis legitimæ poſſit renunciare? 483. 574
Quas ob cauſas adimi cuipiam poſſit legitima? 493. ſq.
Matri in Sax. ne quidem ſubſtitutione pupillari adimi poteſt 506

*Legitimatio.*

Quotuplex? 22. ſq.
Quinam proprie per ſubſequens matrimonium poſſint legitimari? 22

Requiſita legitimationis per ſubſequens matrimonium 22
Quatenus liberorum conſenſus ad eam requiratur? 23
Effectus eiusdem 23. ſq.
Legitimatio per Reſcriptum quando fieri debeat? 24
A quibus? 25
An tribuat effectum ſuccedendi & quando? 24 ſq. 578
An tales legitimati ſint infames? 25

*Lenocinium.*

Quid? 729
Pœnæ ib.

*Leuis notæ macula.*

Quid? 89

*Lex.*

Eius definitio & diuiſiones 4. ſq. it. 7. & 8
Leges Regiæ 6
Leges XII. tabb. ib.
Leges in Comitiis latæ ib.
Eius promulgatio 8
Eiusdemque abrogatio ac obligatio 9
Lex Aulia quid? 186. ſq.
Eius diuerſa capita 188
Vtrum hæc diuerſa capita adhuc in vſu? ib.
Actio legis Aquiliæ 186. ſq.
Lex Rhodia 178. ſq.
Lex Anaſtaſiana 334. ſq.
Lex Falcidia 555. ſq.
Quibus proſpiciat? ib.
Conf. tit. Quarta Falcidia.

Lex

Digitized by Google

Lex diffamari, quam actionem concedat? 136
Lex ſi contendat? 536
Lex Iulia Maieſtatis 717 ſq.
Lex Iulia de adulteriis 721. ſq.
Lex Cornelia de ſicariis 731. ſq.

*Libellus.*

Quid? 69
Eius ſpecies 70
Eius requiſita 71
Hodie non amplius articulatim formatur 70
Eius emendatio an & quando licita? 72
Eius mutatio an & quando permiſſa? 72. ſq.

*Libellus famoſus.*

Quid? 706
Pœna? 707
Vtrum vti auctor puniendus, qui inuentum non corrupit, ſed vim eius manifeſtauit? ib.

*Liberalitas.*

Vtrum præſumatur? 547
Minime præſumitur in fratribus 669

*Liberi.*

In matrimonio nati habentur pro legitimis 21
Itemque nati ex matrimonio putatiuo ib.
Habent ius tacitæ hypothecæ in bonis paternis ratione maternorum & materni generis 369
Liberi diſſoluto matrimonio per diuortium, educandi ſunt apud partem innocentem 439
Habent actionem præiudicialem, ſi parentes eos agnoſcere nolint 445
Agniti a parentibus ſunt alendi ib.
Quid ſi nihil habeant? 446
Quando non neceſſario amplius alendi? ib.



Digitized by Google

Inceſtuoſi an ſint alendi? 446. 579
An teneantur alere parentes? 446
Liberorum nomine quandoque & nepotes comprehenduntur 452. ſq.
Qualis numerus liberorum a tutela excuſet 466 ſeq.
An & quatenus liberi naturales poſſint heredes ſcribi 502
An extra legitimam cum conditione poſſint heredes ſcribi? 511
An ſuperuenientia liberorum legatum aut donationem tollat? 546. 594
Status quæſtione mota poſſunt immiſſionem in bona petere vsque ad tempus pubertatis 573
Quando & quomodo liberi naturales ab inteſtato ſuccedant? 578
Adulterini atque inceſtuoſi vtrum ſuccedant parentibus ſuis? 579
Vtrum contra liberos currat præſcriptio 619
Interdictum de liberis exhibendis & ducendis 657
Proficit interdum liberos penes matrem educari ib.

*Libri.*

Libri ſtudioſorum an oppignorari queant? 371

*Libertas.*

Eius definitio 19

*Libertus.*

Olim tenebatur tutores petere 457
Patrono debet operas officiales 576
De bonis libertorum ib.

Li-

Digitized by Google

*Libri mercatorum.*
Requiſita illorum 400
Pro mercatore ſemiplene probant ib. 236
*Libri opiſicum.*
An eodem cum libris mercatorum priuilegio gaudeant? 400. ſq.
*Linea.*
Eius definitio & diuiſiones 415. ſeq.
An detur inter affines 419. ſeq.
*Litigioſæ res & actiones.*
Fiunt citatione 55. 668
Quæ dicantur litigioſæ? 668
Alienari non niſi ex neceſſaria cauſa poſſunt 668. ſq.
*Litis conteſtatio.*
Vid. tit. Conteſtatio litis.
*Litis denunciatio.*
Auctori lis denuncianda, ſi hic poſtea euictionem præſtare debet 381
Iudicialiter fieri debet, etiamſi alias iam venditor litem non ignoret ib.
Quo tempore & in quo iudicio? ib.
*Litteræ reuerſales.*
Vid. tit. reuerſales litteræ.
*Locatio-Conductio.*
Eius definitio atque diuiſio 347
Ad locandum an inuitus quis cogi poſſit? ib.
Et vtrum facultas cuiuſpiam locandi poſſit reſtringi? 348
Vtrum eruditi queant opifices propter ſtrepitum vel fœtorem opificii a locando vel emendo

do arcere, & qua ratione id ſiat? 348
Relocatio quid? & quousque in dubio cenſeatur facta eſſe? 348. ſeq.
Quibus conditionibus cenſeatur repetita? 349
Obiectum huius contractus 349. ſeq.
Sublocatio, quid? 349
Ius monetandi an poſſit locari? 350
Ius patronatus, vtrum poſſit absque prædio locari? ib.
Vtrum ſit locatio, ſi quis cum oipſice paciſcatur, vt ex ſua materia ipſi aliquid conficiat? ib.
Merces quando in locatione ſit ſoluenda vel non? 351. ſq.
Vtrum locatio ad longum tempus facta tribuat ius reale? 353
An & quando ante finitum tempus locationis locator vel conductor a contractu diſcedere poſſint? 353. ſeq.
Vtrum conductor poſt finitum locationis tempus rei adhuc inſiſtere poſſit? 354
Quæ culpa in hoc contractu præſtanda? ib. ſq.
Quid, ſi in odium conductoris inimicus eius damnum dederit? 355
quales expenſas conductor repetat 355
quis in hoc contractu onera publ. ferat? ib. ſq.
Vtrum ſucceſſor ſingularis conductorem ante finitum tempus expellere posſit? 356. ſeq.
Vtrum conductor, alienata re locata, posſit cogi, vt conductionem continuet? 358
Remedia ib.
Locatori competit tacita hypotheca 369

Lo-

Digitized by Google

Locatio non admitttit actionem ex edicto ædilitio 377
Si ſoluta penſione locator nihilominus res inquilini detinet, datur huic interdictum de migrando 658

*Ludus.*

Vtrum iure naturali prohibitus ſit? 205
Vtrum iure ciuili? ib. ſq.
Ludorum diuerſa genera ib.
Pœnæ iuris Ciuilis 206
Vtrum illæ pœnæ adhuc hodie obtineant, & numne potius ſoluendum, quod ludendo perditum? 206

*Luſtrica pecunia.*

Pertinet ad peculium profectitium 290

M.

*Macula leuis notæ.*

Quid? 89

*Magia.*

Quid? 736
Eius pœna 736. ſq.

*Magiſter nauis.*

Quis? 276
Quomodo plures conueniendi? 277

*Magiſtratus.*

Si contra iuris ordinem procedit, poteſt iniuriarum conueniri 703
In ſubſidium poteſt a pupillis conueniri 476
Quis magiſtratum gerit, a tutela immunis eſt 467

*Maieſtatis læſæ crimen.*

Quid & quotuplex? 717. ſeq.



Digitized by Google

Conatus & ſola ſcientia hic etiam punitur 718
Pœnæ 719. ſq.
Qualia crimia in ſpecie ita dicantur? 720

*Maior, Maiorennitas.*

Maior ſuccedens minori læſo, quamdiu reſtitutionem petere posſit? 113. ſeq.

*Mandator.*

An differat a fideiuſſore? 676

*Mandatum Principis.*

Quid? 11
Ab allegante probandum ib.

*Mandatum iudiciale.*

Eius diuiſiones & requiſita. 94. ſq.
Quis ſit cum præſumto mandato admittendus in iudicio? 96. ſq.
An mancum posſit ſuppleri per cautionem de rato? 97

*Mandatum extraiudiciale.*

Eius definitio & diuiſiones 308. ſeq.
differentia mandati circa rem immobilem cuſtodiendam a depoſito rei immobilis 306
Eius differentia a negotiorum geſtione 308. ſq.
- - conſilio 309
- - commendatione 309. ſq.
Mandatarius limites mandati accurate obſeruet 310
Vtrum mandatarius ſubſtituere posſit? ib.
Vtrum posſit mandatum per æquipollens implere? ib.
Quam culpam mandatarius præſtet? ibid.
Mandatum gratis eſt expediendum 310. ſq.

Man-

Digitized by Google

Mandatario tamen non ſit damnoſum. 311
Euentus an poſſit mandatario imputari? ibid.
Actiones ib.
Vtrum contraria infamet? 88. 311
Modi diſſoluendi mandatum 312
Mandatarius tenetur ad vſuras vſurarum, ſi quas principalis nomine exegit, iisque ipſe vſus eſt 386

*Manus.*

Amputatio manus quando locum habeat? 730

*Maritus.*

An poſſit eſſe tutor vxoris? 480. 76
Intuitu receptitiorum gaudet præſumto mandato 95
Habet tacitam hypthecam in bonis illius, qui dotem ipſi promiſit 369
Poteſtatem exercet in vxorem 423
Translatio huius poteſtatis eſt inualida ib.
Modice caſtigare poteſt vxorem ib.
Solus cenſetur acquiſiuiſſe, non vxor ib.
Eius officium 424
An teneatur vxorem ſepelire? ib. 211. ſq.
Lucratur dotem in Sax. etiamſi ſolum promiſſa ſit. 425. 583
An periculum dotis ſuſtineat? 427
Separatæ vxori alimenta debet ſubminiſtrare 441
Diſſoluto matrimonio dotem reſtituere debet, 441. ſeq.
Aliquoties tamen lucratur illam 442
Vtrum theſaurum in fundo dotali inuentum ſibi acquirat? 427. 606



Digitized by Google

Vtrum poſſit contra ſocerum ſuum agere de exhibenda vxore? 657

*Mater.*

An mater teneatur liberos dotare? 427
Poteſt eſſe tutrix 454. ſeq.
An auo adhuc præferenda ſit vel non? 455
Si nolit eſſe tutrix, neque alii adſint tutores, a magiſtratu eos petere debet 457
Matri regulariter educatio liberorum committenda eſt 469. ſq. 657
Matri in Sax. præciſe legitima relinquenda eſt, etiam in ſubſtitutione pupillari 506
Non poteſt mater pupillariter ſubſtituere 505
Exemplariter tamen poteſt 507
Matri illuſtri, quæ legitimos liberos habet, naturales ſimul ſuccedere nequeunt 578

*Matrimonium.*

Quomodo probetur? 22
Conf. tit. Nuptiæ.

*Mækler.*

Quid? 783

*Mediaſtinus.*

Quid? 125

*Medicus.*

Numne poſſit ab ægroto emere? 319
Excuſatur a tutela 467

*Mendacium.*

Mendacii pœna vnde? 201. ſq.

*Menſor.*

Si in renunciatione modii fefellit, quando & qua actione conueniendus ſit? 208

*Mer-*

Digitized by Google

*Mercator.*
Vtrum teneatur ex facto inſtitoris? 282. ſq.
An poſſit eſſe nobilis? 319
*Merces.*
Vtrum peti queat, ſi per locatorem non ſtet, quo minus operæ præſtentur? 351
Quando non ſit integra ſoluenda in locatione rerum? 351. ſeq.
In quo conſiſtere debeat 350
*Meretrix.*
Qui ſciens meretricem ducit, ei, quod agit, in remisſionem peccatorum proficit, 440. ſq.
Vtrum posſit a milite heres inſtitui? 516
Piæ cauſæ male annumeratur 520
Si meretrici quid a milite legatum, id Fiſcus capit 553
A vicinis ex vicinia poteſt expelli 728
*Metus.*
An & quo iure actum reddat nullum? 107. ſq.
An & ob qualem metum detur reſtitutio? 108. ſq.
Remedia quæ competant, & quamdiu durent? 109. ſeq.
Exceptio metus 697
*Miles.*
Eius definitio 516
Gaudet priuilegiato foro 134. ſeq. 768
Habet priuilegium ignorantiæ iuris 406. ſq.
An poſſit tutelam gerere? 466
Quatenus miles in teſtamenti factione ad regulas iuris communis adſtrictus ſit vel non? 515. ſeq. 508. ſeq. 139

Le-

Digitized by Google

Legitimam non tenetur relinquere 510. 139
An meretricem poſſit heredem nominare? 156.
Conf. Tit. Teſtamentum.
Eius iura ſingularia 768
Quid ſi delinquens metu pœnæ militiæ nomen dederit? ib. ſeq.
Diuerſi modi dimittendi milites 769
Veteranus, quis? ib.
Veteranorum priuilegia ib.

*Minor, Minorennitas.*

Quis? 112. ſeq.
Quando reſtituendus in integrum? 113
Quando læſionem probare debeat? 113
An & quamdiu maior, ſuccedens minori læſo, reſtitutionem petere poſſit? 112. ſeq.
It. Quamdiu minor heres minori? 113
Vtrum fideiuſſores minorum reſtitutione gaudeant? 114
Minorum ſocii an beneficio reſtitutionis ſimul fruantur? ib.
Reſtitutio ex capite minorennitatis contra quem detur? ib.
Quibus in caſibus illa non habeat locum? 114. ſq.
Quo tempore veniam ætatis impetrare poſſint? 115
Intra quod tempus reſtitutio petenda? 115. ſq.
Qui præterea iure minorum fruantur? ib. ſq.
In cuius bonis minor ius tacitæ hypothecæ habeat? 368. 460
Minores an poſſint eſſe teſtes? 402
Iuris civ. ignorantia ipſis non nocet 406
Re-

Digitized by Google

Reſtituitur quoque contra delictum, ſi hoc ſaltem contra ius ciuile commiſſum 457
An minor inuitus etiam teneatur curatorem accipere? 480
Vtrum absque curatore minor teſtamentnm condere poſſit? 485
Minor reſtituitur quoque contra aditam hereditatem 522
Vtrum contra minores præſcriptio currat 619
Si deliquit, vtrum pœna ordinaria afficiendus? 691. ſq.

*Miſſio in poſſeſſionem.*

Quotuplex? 630
Quale ius tribuat miſſio ex primo decreto? 563 ſq. 630
An hæc misſio in poſſeſſionem hodie adhuc in vſu ſit? 564. 630
Effectus misſionis ex ſecundo Decreto ib. ſq.
Vtrum illa adhuc in vſu? 631
Ne vis fiat in poſſeſſionem miſſo 644. ſq.

*Mobilis res.*

Eius definitio 36

*Moderamen inculpatæ tutelæ.*

Eius requiſita 734
In tali moderamine conſtitutus impune alterum occidit ib.
Vtrum ad defenſionem bonorum quoque conceſſum ſit? ib.
Qui limites huius defenſionis excedit, arbitrarie puniendus ib.

Mo-

Digitized by Google

*Modus.*
Quid & quotuplex? 554
Non ſuſpendit ib. ſq.
Impoſſibilis habetur pro non adiecto 555
*Mohatræ contractus.*
Quid? 285
*Molendina.*
An a priuatis exſtrui poſſit? 34
*Monachus.*
In fauorem reliquorum liberorum non connumeratur 140
Ipſo quaſi iure pro ignauo habetur 254
Non poteſt tutor eſſe 466
An poſſit teſtari 486
*Monaſterium.*
Habet tacitam hypothecam in bonis adminiſtratoris? 396
*Moneta.*
Monetæ temeratores quomodo ſint puniendi? 740
*Monetandi ius.*
An poſſit locari? 350
*Monſtrum.*
Quid? 18
Differt ab oſtento ib. & ſq.
An iura liberorum habeat? ib.
Qualia habeat? ib.
*Montes pietatis.*
Reddunt maiores vſuras 392
*Mora.*
Eius definitio 390
Quid conſtituat in mora ib.
Eius effectus ib.

An-

Digitized by Google

An creditori noceat, ſi in mora accipiendi ſit, ac debitor, quum potuiſſet, rem tamen non depoſuerit? ib.
Quid ſi vterque in mora? ib.

*Moratorium indultum.*

An poſſit retorqueri? 49
Quando concedatur 626

*Morgengabe.*

Quid ſignificet de iure communi? 431
Quid de iure Sax. ib.

*Mors.*

Tam naturalis, quam ciu. ſoluit p. poteſt. 32
An, & quando præſumatur? 144. ſq.
Mortis rei anne habeant ius teſtandi? 485
Morte heredis atque legatarii ante teſtatorem extinguitur ſpes ſuccedendi 549. 505
Quis in dubio cenſeatur prius mortuus eſſe? 550

*Mortuus.*

Mortuum ſi quis e ſepulchro ſuo priuata auctoritate eiecit, iniuriarum poteſt conueniri 209
Remedium de mortuo inferendo quando competat? 213

*Mundus.*

Quid? 545

*Municeps.*

Quis? 770

*Munus.*

Qnid & quotuplex? 773
Munera patrimonialia ſolus princeps imponit 774
Quid excuſet a muneribus? 775

Mu-

*Mutuum.*

Differt a quaſi vſufructu 166
Eius definitio 217
Quis poſſit contrahere? ib. ſq.
Quid ſi quis homini perdituro pecuniam mutuo dederit? 218. ſq.
Vtrum ex mutuo debeantur vſuræ? 219. 216
Eius reſignatio quo tempore, a quo, & qua ratione fieri debeat? 219. ſq.
Actio inde oriens 220
Vtrum filiusfamilias illud poſſit contrahere? 218. 284. ſeq.

## N.

Cuius intuitu attendendum 17. ſq.
Quodnam ſit legitimum? ib.

*Naſciturus.*

An & quando habeatur pro nato? 16. ſq. 572

*Naturales liberi.*

Qui dicantur? 578
An fideicommiſſi capaces ſint? 559
Conf. tit. Liberi.

*Nauta.*

Vid. tit. Caupo.

*Nauis.*

Quid per nauem intelligatur? 276

*Negatio.*

Negationis puræ & vagæ nulla eſt probatio 394
Quotuplex? ib.

Ne-

Digitized by Google

*Negatoria actio.*

Eius origo atque definitio 180
Quis hic probet? ib. & ſq. 394
Vtrum reus in poſſeſſione manutenendus? 180
Quibus vtiliter conceſſa ſit? 181

*Negligentia.*

Eius diuerſi gradus, vid. tit. Culpa.
Negligentia punitur in præſcriptione 619

*Negotiorum geſtio & geſtor.*

Eius definitio 101. ſq.
differentia a procuratore & defenſore 102
quem obliget? ib.
quam culpam præſtet negot. geſtor? 102. ſeq.
Vtrum connexa ſimul gerere debeat 103
Remedia ib.
Quid ſi quis prohibentis negotia geſſerit? ib. ſq.
Eius differentia a mandato 308. ſq.
Si exegit vſuras principalis nomine, iisque ipſe vſus eſt, tenetur ad vſuras 385

*Nepos.*

Nepotes, quando ſecundum capita, & quando ſecundum ſtirpes ſuccedant? 140
Quando filiorum nomine comprehenſi cenſeantur, vel non? 452 ſq.

*Nobilis.*

Vtrum emere ac vendere poſſit? 319
Vtrum poſſit mercaturam exercere? ib.

*Nomina.*

Ipſo iure diuiduntur 195



Digitized by Google

Numne vni ex coheredibus poſſint aſſignari? 195. ſq.
Vtrum vendi queant? vid. tit. Ceſſio.

*Notarius.*

Quas ſolennitates in confectione inſtrumenti obſeruare debeat? 398. ſq.
Eius honorarium in quo conſiſtat? 399
protocollum, quomodo differat ab inſtrumentis? ib.

*Nouatio.*

Eius definitio cum ſpeciebus 682
Vtrum animus nouandi præſumatur? 683
Fit hodie nudo conſenſu ib.
Effectus eius 684
Vtrum neceſſaria nouatio detur? ib.

*Noxa.*

Noxalis actio quid? 191
An adhuc in vſu? 192

*Nunciatio noui operis.*

Eius definitio 583. ſq.
obiectum 584
diuiſio ib.
ſubiectum tam actiuum quam paſſiuum ib.
effectus ib. ſq.
Quo tempore facienda? ib.
An a nunciante iuramentum calumniæ exigi queat ib.
An ſucceſſor denuo nouum nunciare opus teneatur? 585

An

Digitized by Google

An nunciatus, oblata cautione, in nouo opere pergere poſſit? ib.
Differentia ab interdicto, quod vi aut clam 652 ſq.
Quid, ſi nunciatio noui operis non teneat? 653

*Nundinæ.*

Quid & quotuplices? 780. ſq.
Solennium nundinarum peculiare priuilegium ib.
An mercator durantibus adhuc nundinis prehendi poſſit, ſi eſt de fuga ſuſpectus? 781

*Nuptiæ.*

Definitio illarum 413
Finis ib.
Quis contrahere illas poſſit, vel non? ib. ſq.
Prohibentur propter conſanguinitatem 417. ſeq.
Et propter affinitatem 420. ſq.
Etiam illegitimam 415
Effectus nuptiarum 423 ſq.
An & ex quibus cauſis diſſolui queant? 438
An & pro nullis declarari poſſint? 440. ſq.

O.

*Oblatio.*

Vtrum verbalis oblatio ſolutionis liberet debitorem a periculo? 689

*Oblatio bonorum.*

Quid? 627
Vid. tit. ceſſio bonorum.

*Oblationis proceſſus.*

Quid? 627

*Obligatio.*

Eius definitio & diuiſio 699. ſeq. 77



Digitized by Google

Obligatus ad factum quando liberetur præſtando intereſſe? ib.
In obligatione alternatiua quis eligat? 262
Correalis vtrum in dubio præſumatur? 267. 614. ſq.
Vtrum alteri per alterum acquiri poſſit obligatio? 672. ſq. 276
An promiſſio facti alieni obliget? 673
Ex promiſſione ſub impoſſibili conditione nulla oritur obligatio 673. ſq.
Quotuplex correalis obligatio? 674
Effectus correalis obligationis ib. ſq.
An ſoluens totam ex correali obligatione actionem habeat ad repetendam ab altero partem? 675
Vtrum interitus rei tollat obligationem debitoris? 689

*Obmann.*

Quis? 121

*Obſcuritas.*

Interpretanda contra illum, qui ſingulare quid prætendit 322. ſq.

*Obſignatio.*

Obſignatio rerum hereditariarum quando & a quibus facienda, 514

*Obſtagium.*

Quid, & vbi adhuc in vſu? 219

*Occubatio.*

Eius definitio 599
ſpecies ib. ſeqq.

*Offe-*

*Offerendi ius.*
Quid? 372
*Onaniticum crimen.*
Eius deſcriptio 729
Deriuatio nominis ib.
Pœna ib.
*Obdracht.*
Quid? 609
*Operæ ſeruorum.*
Quomodo admittuntur? 167
*Optio.*
De legata optione 540. ſe.
*Opus publicum.*
Vtrum quis priuatus nouum opus publicum facere poſſit? 779
An priuatus operi publico nomen ſuum poſſit inſcribere? 779
*Ordalia.*
Quid? 237
*Ornamenta.*
Cum corporibus non ſunt condenda 212
Quæ ſint illa? 545
*Oſtentum.*
Differt a monſtris 18. ſeq.
Quibus iuribus fruatur? 19

P.

*Pacta dotalia.*
Vid. dotalia pacta.
*Pactum.*
Quid & quotuplex? 75. ſeq.
Hodie quodlibet pactum firmam producit actionem 75. 359



Digitized by Google

Perſonæ quæ poſſint paciſci 76
Obiectum pactorum 76. ſeq.
Differt a tranſactione 77
Pacta nuda apud Rom. quomodo degenerauerint in contractus innominatos? 359
An & quotuplici modo paciſci liceat circa hereditates? 481. ſeq.

*Pactum de quota litis.*

Eſt illicitum 85
Differt a palmario ib.

*Palmarium.*

Quid? 85
Differt a pacto de quota litis ib.

*Paraphernalia.*

Quid? 428
In dubio præſumuntur ib.

*Parentelæ reſpectus.*

Quid? 416

*Pariatio.*

Quid? 299

*Parochia.*

Actio de finibus parochiarum 194
Fines illi non præſcribuntur ib.

*Parricidium.*

Eius definitio atque pœnæ 738. ſq.

*Partus.*

Præſumitur viuus natus 17

*Paſcendi ius.*

In alieno quid? 175. ſeq.
Vtrum dominus ſua ſimul paſcere poſſit? 176
Vtrum absque diſtinctione omnia pecora paſci queant? 175. ſq.
Differt a iure compaſcui 176

*Paſtus.*

De paſtu actio. 185

*Pater.*

Liberos ſuos dotare debet 425. ſeq.

Sumtus ad educationem liberorum ſuppeditare debet 439

Liberos alere tenetur a tempore partus 445

Bona extra legitimam inæqualiter diuidere poteſt 518. 571

An liberis poſſit donare? 591

Subſtituit, vid. tit. ſubſtitutio.

*Patria Poteſtas.*

Eius definitio 20

Quatenus ex iure nat. & quatenus Iur. Rom. ſit? 20. ſq.

Quibus modis acquiratur? 21. ſq.

Quibus diſſoluatur? 32

*Patrimonium Ciuitatis.*

Differt a rebus vniuerſitatis 34

*Patronus.*

Vtrum & quando ſuccedat in bonis liberorum? 576

*Patronatus ius.*

Vtrum absque prædio poſſit locari? 350

*Pauliana actio.*

Quid? 639. ſeq.

Eius requiſita 640

Eius præſcriptio ib.

*Pauperies.*

Quid? 184

Eius differentia a damno, quod vindicatur L.



Digitized by Google

Aquilia 184. ſeq.
Actio de pauperie quando & cui detur? ib.
Petitum quomodo formandum? 185. ſq.
Quid hic de iure Sax. obſeruandum 186
Differt actio de pauperie ab actione de paſtu 185

*Pax.*

Crimen fractæ pacis publicæ 730

*Peculatus crimen.*

Quid & quomodo puniendum? 742

*Peculium.*

Eius definitio atque diuiſiones 289
Caſtrenſe quid ib. ſeq. 769
Vtrum res ex pecunia caſtrenſi emta ſuccedat in locum pretii? 289. ſeq.
Quaſi caſtrenſis definitio 290
Eiusdem priuilegia ib.
Caſtrenſia & quaſi caſtrenſia bona non conferuntur 569
Profectitium 290
Quæ poteſtas patri circa illud competat? ib. ſeq.
Aduentitium ordinarium 291
Pater in eo habet vſumfructum ib.
Quid ſi filius præſtet operas ſeruiles patri? ib.
Pater illud adminiſtrat 291. ſeq.
Aduentitia olim quoque conferebantur 568
Aduentitium extaordiniarium 292
Eius ſpecies ib.
Vtrum mater poſſit patri vſumfr. legitimæ adimere? ib.
Quid iuris patri in illo competat? ib.



Digitized by Google

Actio de peculio, quid, & quatenus locum habeat? 292 ſeq.
Poſt emancipationem intra quod tempus hæc actio inſtituenda? 293

*Pecunia.*

Pecunia ſignata non venit auri argentique nomine 545
Pecuniæ non numeratæ exceptio 221. ſeq.
Vtrum in ſolutione pecuniæ ad tempus contractus an ad tempus ſolutionis reſpiciendum, ſi interim valor eius mutatus fuerit? 689. ſq.

*Pecunia traiectitia.*

Eius definitio 391
Admittit vſuras centeſimas ib.
An creditor pecuniæ traiectitiæ omne periculum ſuſtinere debeat? ib.

*Pellex.*

Quid? 449

*Penus.*

Quid? 543

*Perduellionis crimen.*

In crimine perduellionis conatus etiam pœna ordinaria afficitur 690. 718
Imo ſola ſcientia 711. 718
Quid? 718
An aduerſus ſtatus imperii hoc crimen etiam committatur? ib.
An in miniſtros quoque ib.
Pœna 719
Quare filii perduellium ad hereditates non admittantur? 719. ſeq.

*Peregrinus.*

Quis? 19

Iure Nouo ciuibus exæquatus 20

An habeat ius teſtandi? 485

*Perhorreſcentiæ Iuramentum.*

Quis poſſit illud præſtare? 129

*Periculum.*

Rei venditæ ſed nondum traditæ ad quem ſpectet? 139. ſeq.

*Periurium.*

Eius pœna 740

*Permutatio.*

Vtrum in dubio præſumatur, an potius emtio venditio? 321

*Perſonæ miſerabiles.*

Gaudent foro priuilegiato 135

Quæ miſerabiles vocandæ? 135. ſeq.

*Peſtis.*

Quem morbum deſignet? 519

*Petitio hereditatis.*

Vid. tit. hereditatis petitio.

*Petitorium iudicium.*

Quid? 649

*Petitum.*

Quomodo in libello formandum? 70. 72. ſeq. 127

*Pictura.*

Non cedit tabulæ 605

*Pignoratio.*

de pignoratione animalium priuata 186

*Pignus.*

Quando olim fuerit in iudiciis admiſſum loco cautionis? 58

Eius

Digitized by Google

Ejus homonymia 272. 365
Pignoratitius contractus quid? 272. ſeq.
Differentia pignoris ab hypotheca 273
Vtrum res aliena pignori dari poſſit? ib.
Actiones 659
An & quando actioni pignoratitiæ poſſit præſcribi? 273
Vtrum hæc actio contra tertium detur? ib.
Creditor quam culpam præſtet? 273. ſeq.
Quæ pacta adiici queant? 274. ſeq.
Creditor pignoratitius quo pacto ſibi optime conſulere poſſit? 275
Vtrum admittat L. Commiſſoriam? ib.
Quæ res poſſint oppignorari, vel non? 370. ſeq.
Vtrum pignus conualeſcat, ſi verus dominus non domino ſuccedat? 370. ſeq.
Pignus quando poſſit a creditore diſtrahi? 372. ſq.
Vtrum opus ſit, vt ante diſtractionem denunciatio debitori a creditore fiat? 373
Creditor regulariter pignoris venditi euictionem non præſtat, ſed debitor ib.
Pignus a creditore b. f. & iuſto pretio vendi debet ib. ſeq.
Modi ſoluendi pignus 374. ſeq.
Pignus etiam ob aliud debitum poteſt retineri 374
Tacita remiſſio pignoris 374. ſeq.
Quid, ſi creditor in alienationem vel vlteriorem oppignorationem rei obligatæ conſenſerit? 375. ſeq.
Vtrum prætoris conſenſus ad oppignorandum




Digitized by Google

interpoſitus, ad alienationem quoque ſufficiat 479
An liceat creditori pignus priuata autoritate apprehendere? 648

*Plagium.*

Quid & quomodo puniendum? 744

*Plagium litterarium.*

Eius deſcriptio atque pœna 744. ſeq.

*Planta.*

An & quando ſolo cedet? 605

*Plebiſcita.*

Quomodo lata fuerint 6

*Poculum.*

Amatorium 732
Ad conceptionem datum 733

*Pœna.*

Eius definitio & diuiſiones 751. ſeq.
Vtrum ad heredes etiam tranſeat? 752
An ſit mitiganda propter diutina vincula? ib.
Capitalis triduo ante diem executionis condemnato denuncianda. 752. ſeq.
An ſuſpendenda ſit propter impœnitentiam rei? 753

*Pœna conuentionalis.*

An & quanta contractui emtionis adiici poſſit? 327

*Pœnitentia.*

Vtrum adhuc admittatur in quaſi contractibus? 246

*Polygamia.*

Eſt illicita 422. ſeq.

Quare

Digitized by Google

Quare bigamia grauius crimen adulterio eſſe dicatur? 728
Pœna ib.
Num quibusdam caſibus ea mitigari poſſit? ib.

*Pollice.*

Quid? 391. ſq.

*Pollicitatio.*

Eius definitio ac differentia a pactis 781
An & quando obliget promittentem? ib.

*Popularis actio.*

Cui & ad quid competat? 713
An adhuc hodie detur? ib.
Differentia eius a publico iudicio 713. ſq.

*Portio ſtatutaria.*

Vid. tit. ſtatutaria portio.

*Poſtarum Magiſter.*

Poſtarum magiſtri an teneantur actione de receptis 125

*Poſthumus*

Quotuplex? 496. ſq.
Non poteſt hodie exheredari 497
rumpit teſtamentum, ſi in eo non inſtitutus 496. ſq. 17

*Poſtliminium.*

Quid? 766
Ius poſtliminii tam rebus, quam perſonis competit 766. ſq.
An hodie adhuc in vſu ſit? 767

*Poſtulare.*

Quid? 81
Conf. tit. Aduocatus.

*Poſi-*

Digitized by Google

*Poſitiones.*

Quid? 202
Vtrum vſu adhuc obtineant? ib.

*Poſitum.*

V. tit. Suſpenſum.

*Poſſeſſio, Poſſeſſor.*

Immobilium, liberat a cautione 59
Quis dicatur poſſeſſor? ib. 61
Fictus poſſeſſor, quis? 145
M. f. poſſeſſor quis dicatur? 146
B. & m. f. poſſeſſores quos fructus reſtituant? ib.
Vtrum de interitu rei teneatur? ib.
Reſtituens fructus an & quas expenſas detrahat? 147
Poſſeſſio hereditatis regulariter non tranſit ad heredes per aditionem 522
An bonorum poſſeſſio ſine re eſſe poſſit? vid. tit. bonorum poſſeſſio.
Poſſeſſionis variæ ſpecies 609. ſq.
Quaſi poſſeſſio 610
Quomodo quis poſſeſſionem acquirere poſſit? ib. ſeq.
Quod & quales actus ad acquiſitionem poſſeſſionis neceſſarii ſint? 611
Vtrum vna parte apprehenſa, cenſeatur totus fundus apprehenſus eſſe? ib.
Vtrum ſolo animo poſſeſſio retineatur? ib.
An furioſus poſſeſſionem ante furorem acquiſitam, retineat? ib.
Vtrum poſſeſſio ſit ſpecies iuris in re? 38. 611

Eſſe.

Digitized by Google

Effectus poſſeſsionis 61. ſq.
Vtrum poſſeſſor teneatur titulum edere? 611. ſq. 614
Modi amittendi poſſeſsionem 612
Vitia poſſeſsionis 615. 654. ſq.
Continua poſſeſsio requiritur ad vſucapionem 618
Acceſsio poſſeſsionis 666

*Poſſeſſorium conſtitutum.*

Quid? 608

*Poſſeſſorium iudicium.*

Quotuplex? 648. ſq.
In ſummariisſimo ſucceſſori etiam proficit poſſeſſio auctoris 649

*Prædium.*

Vrbani prædii definitio atque cauſa efficiens 171
Ruſtici prædii definitio 174

*Prægnans.*

Mortua an poſsit humari antequam partus fuerit exſciſſus? 213

*Præiudicium.*

Aliquoties præiudicialem quæſtionem denotat 667

*Prælationis priuilegium.*

An tranſeat ad ſucceſſorem ſingularem? 372

*Præparatorium iudicium.*

Quid? 128

*Præſcriptio.*

Quid? 63
Interrumpitur citatione 55
An res meræ facultatis præſcribi queant? 914. ſq.

Di-

Diuerſa præſcriptionis tempora 615. ſeq.
Quibus non currat præſcriptio? 616
Vtrum tempore belli præſcriptio currat? 620
Improprie quid præſcriptio ſignificet? 662
De præſcriptione actionum realium, 663. ſeq.
personalium, 664
Actiones prætoriæ quo tempore præſcribantur? 664. ſq.
Mixtis actionibus præſcribitur 30. annis 665
Præſcriptio accuſationum criminalium ib.
Vtrum ad præſcriptionem bona fides requiratur? 666
Hic vltima dies cœpta habetur pro completa ib.
Quid I. Sax. circa hanc materiam obtineat? ib.
Conf. tit. vſucapio.

*Præſcriptis verbis actio.*

Quid? 363. ſq.

*Præſens.*

An præſens etiam reſtitutionem in integrum petere poſſit? 616

*Præſumtio.*

Eius definitio atque diuiſio 395. ſq.
Cuiuslibet præſumtionis effectus 396

*Prætor.*

Illius edicta 7
differentia a iudice pedaneo 39. ſq.
Album Prætoris, ſi corruptum, quomodo corrumpens punitur? 47
In quibus cauſis non curet minima? 107
Ex clauſula ſalutari reſtitutionem concedit 119

Illis

Digitized by Google

Illis dat bonorum poſſesſionem, qui iure ciu. inique a ſuccesſionibus erant excluſi 567. 564

*Præuaricatio.*

Quid & quotuplex? 710. 745
Eius pœna ib.

*Præuentio iurisdictionis.*

Inducitur inſinuatione citationis 55
An in delictis locum habeat? 134. ſq.

*Precaria.*

Quid? 655

*Precarium.*

Eius definitio 653. ſq.
Vtrum posſit ad certum tempus fieri? 654
An ſit contractus? ib.
Remedia ad precarium repetendum ib.
Quo ſenſu precarium dicatur vitium poſſesſionis? ib.

*Pretium.*

Eius requiſita 320. ſq.

*Primipilum & primipilare debitum.*

Quid? 633

*Princeps.*

Eius conſtitutiones 7
An ſit puniendus, qui principi maledixit 720

*Principale iudicium.*

Eius differentia a præparatorio 128
Eius definitio ib.

*Priuilegiatum forum.*

Quibus conceſſum ſit? 134. ſq.

*Priuilegium.*

Quid & quotuplex? 11. ſq.



Digitized by Google

Differt a iure ſingulari 12. ſq.
Ab allegante probandum 13
Solus Princeps concedit 13. 775. ſq.
Eſt ſtrictiſſimæ interpretationis 13
Quibus detur, & quem ſtringat? 13. ſq. it. 11. 12
Eius conceſſio 14
reuocatio ib.
Quibus ceſſet modis 14. ſq.
Quid in concurſu duorum iuris 15
Vtrum & quando priuilegiatus contra priuilegiatum non vtatur priuilegio ſuo? 286
Conf. tit. immunitas.

*Probatio.*

Eius definitio & ſpecies 393
Si minus plene probatum, in ſupplementum iuratur, conf. tit. iuramentum.
Quis debeat probare? 394
Quid probandum? ib.
Quando ſuſcipienda probatio? ib.
Quis ad perpetuam rei memoriam probationem ſuſcipere poſſit? ib.
Intra quod tempus abſoluenda 395

*Procurator.*

Quid & quotuplex 90. ſq.
Eius differentia ab aduocato 91
- - - - ceſſionario ib.
Eius conſtitutio 92. 94
Qui procuratores fieri poſſint? 93
In quibus cauſis admittantur? 93. ſq. 487
Falſus procurator in quo differat a vero? 97
Quomodo puniendus ib.

Et

Et quando eius facta principalis ratihabere poſſit? ib.
Procuratoris officium 97. ſq.
Vtrum per L. C. fiat dominus litis? 98. ſq.
Conf. tit. Syndicus.
An poſſit Principi vel iudici teſtamentum offerre? 487

*Prodigus.*

Quis? 479
Inuitus etiam accipit curatorem ib.
Vtrum poſſit teſtari? 485

*Profeſſor.*

Forum priuilegiatum habet 134
An a tutela ſit immunis? 467

*Proportio.*

Geometrica & Arithmetica 4

*Proprius homo.*

Quatenus cum ſeruo Rom. conferendus? 19
An poſſit eſſe teſtis in teſtamento? 490

*Prorogatio iurisdictionis.*

Eius definitio & diuiſiones 42. ſq.

*Protimiſeos ius.*

In quibus bonis exerceri poſſit? 325
Quando locum habeat retractus? ib. ſq.
Vtrum hoc ius poſſit cedi? 326
Intra quod tempus exercendum ib.
Vtrum vicino ac ſocio etiam competat? 327
Quid ſit? 327. ſq.
Cui competat? ib.
Eius differentia a retractu conuentionali ib.



Digitized by Google

*Protimiſeos pactum.*

Quid? 324
Qualem actionem tribuat? ib.
Eius differentia a retractu legali 324. ſq.

*Protocollum.*

Notariorum protocollum 399

*Protutor.*

Eius definitio ac differentia a tutore 474
- - - - a falſo tutore ib.

*Proxeneta.*

Quis? 783
Pro operis ſuis poteſt proxeneticum exigere? ib.
Quid, ſi dolo quendam circumuenerit? ib.

*Pubertas.*

Terminus pubertatis plenæ 544

*Publicanus.*

Quis? 589
Quibus pœnis afficiendus, ſi vel furtum fecit, vel vim vel damnum iniuria intulit? 589

*Publicæ res.*

Quid? 34

*Publiciana actio.*

Eius definitio 151. ſq.
Cui detur? 152. ſq.
Vtrum mala fides ſuperueniens hanc actionem excludat? 153
Vtrum in ſeruitutibus locum habeat? ib.

*Pumilio.*

Quibus iuribus fruatur? 19



Digitized by Google

*Pupillus.*

In quorum bonis iure tacitæ hypothecæ gaudeat? 368. 460
Non eſt alieni, ſed ſui iuris 450
Poteſt ex facto tutoris agere & conueniri 462
Vbi educandus? 469. ſeq.
Eius alimenta 470
Pupillorum ſeu minorum res immobiles quo modo alienandæ vel oppignorandæ? 477. ſq.
Conf. tit. Impubes.
Vtrum contra pupillos currat præſcriptio? 919
Quomodo pupillis ſoluendum? 685

*Purgatio canonica.*

Quid? 237

*Purgatio vulgaris.*

Quid? 237

Q.

*Quæſtio.*

Quando & in quibus delictis adhiberi queat? 747
Quid? ib.
Qualia indicia ad torturam ſufficientia ſint? 747 ſeq.
An quædam perſonæ a tortura immunes ſint? 750
Quo tempore item quo ordine peragenda ſit? ib.
Confeſſio in tortura facta biduo vel triduo poſt ratihabenda? ib.
Quid ſi tunc neget tortus? ib. ſeq.
Quid ſi plane nihil in tortura confiteatur? 751



Digitized by Google

Gradus torturæ ib.

*Quanti minoris actio*

Datur, ſi res quodammodo inutilis vendita 378
Præſcribitur anno 378
Actor quando & quid hic debeat probare? ib.

*Quarta Falcidia.*

Quis illam detrahat? 555. ſeq.
Quæ in quartam Falcidiam imputentur? 556
Quomodo computanda circa legatum alimentorum 556
Quot modis ceſſet detractio Falcidiæ ib.

*Quarta Trebellianica.*

Differentia eius a quarta Falcidiæ ib.
Quibus modiis ceſſet? ib.
In cuius gratiam introducta? 561
Vtrum liberi cum legitima ſimul hanc quartam detrahere poſſint? 561

*Querela ex L. 2. C. de reſc. vend.*

Eius origo atque fundamentum 337
Utrum in aliis etiam contractibus locum habeat? 338
Eius ceſſatio ib.

*Querela inoff. teſtamenti.*

Conf. tit. Teſtamentum inofficioſum.
Quando locum habeat? 141. ſeq.
Eius conuenientia & diſcrepantia a querela nullitatis 142
Succumbens in quer. inoff. teſtam. amittit legata ib.
Eius præſcriptio ib.
transmiſſio ad heredes 143
renunciatio ib.

Ten-

Digitized by Google

Tendit ad vindictam 143
Non datur, ſi quis honorabili titulo inſtitutus ib.
Solam heredis inſtitutionem impugnat ib.
Vtrum fratri eodem modo ac aſcendentibus vel deſcendentibus competat? 143. ſeq.

*Querela Nullitatis.*

Quando circa ſucceſſ. teſtam. locum habeat? 41
Differt a querela inoſſiciofi 141. & 142

*Quietantia.*

Quid? 397

*Quinquennel.*

Quid? 625

R.

*Rapina.*

Quid? 699
Eius obiectum ib.
Remedia, quibus hoc delictum vindicatur 699 ſeq.

*Raptor.*

An poſſit ducere raptam? 414

*Raptus.*

Quid? 730
Pœna 730. ſeq.

*Rationes.*

Si iam ſint expunctæ & ſubſcriptæ, an adhuc poſſint retractari? 777

*Recantatio.*

Eius differentia a deprecatione & declaratione 706



Digitized by Google

*Receptator.*
Quomodo puniendus? 710. ſeq.
*De Receptis actio.*
Cui & contra quem conceſſa? 124
Vtrum poſſit extendi ad aurigas, & magiſtros poſtarum? 125. ſeq.
*Receptitia.*
Quæ ſint? 428
In dubio non præſumuntur 428
*Recognitio.*
In quibus inſtrumentis neceſſaria 399. ſeq.
*Reconuentio.*
Eius definitio 44
An in omnibus caſibus locum habeat? ib.
Differentia inter Ius Sax. & commune 44. ſeq.
Coram arbitro non admittitur 122
*Redemtor.*
Quis? 350
*Redemtor litis.*
Quis? 335
*Redemtus.*
Quis? 767
Si tertius quem redemit, ad reſtitutioem lytri obligatur redemtus 767
*Redhibitoria actio.*
Datur, ſi res plane inutilis vendita 377. ſeq.
Præſcribitur ſex menſibus, & aliquando duobus 378
Quid debeat actor probare? 378
Propter pretium, re venditori reſtituta, emtori actio in factum conceſſa eſt 379



Digitized by Google

*Reditus annui.*

Differunt ab vſufructu 537. ſeq.
An immobilibus accenſeri queant? 59
Proportionem cum vſuris habere debent 158. ſq.
Aliquoties dicuntur eſſe irredimibiles 159
Debitoris bona tacita hypoth. afficiunt 369. ſq.

*Regalia.*

Quo tempore posſint præſcribi? 618

*Rei ſitæ forum.*

Quas admittat actiones? 132
Excludit omne priuilegium ib.

*Rei vindicatio.*

In hac actione actor probet dominium ſuum 149
Eius finis & obiectum 150
Vtrum omnes expenſæ in hac actione reſtituendæ ſint? 150. ſeq.
An poſſeſſor ſolutum pretium pro re, quæ vindicatur, a domino vindicante repetere queat? 151
Quo tempore huic præſcribatur? 663
Actio rei vindicatoria directa & vtilis contra quem detur? 119. 145. 149. ſeq. 154

*Relegatio.*

Quid & quotuplex? 754
In dubio vtrum præſumatur in perpetuum facta? 754
Vtrum relegatus ex vno loco in toto territorio pro tali habendus? 755

*Religioſæ res ſ. Locus religioſus.*

Quid? 35. 209



Digitized by Google

Quid ſi in diuerſis locis corpus ſepultum. 209

*Relocatio.*

vid. tit. Locatio - Conductio.

*Remiſſio.*

Delinquentium vtrum ſit neceſſitatis? 133
Exigit litteras reuerſales ibid.

*Repetundarum crimen.*

Eius deſcriptio & pœna 741

*Repræſentatio.*

Ius repræſentationis inter deſcendentes in infinitum obtinet 577
Inter aſcendentes vero plane locum non habet 580
Inter collaterales vltra fratrum liberos non extenditur 581
Quando inter fratrum liberos obtineat? ib.
Iure Sax. in ſucceſſione collateralium plane non attenditur 582

*Reprobatio.*

Quid? 394

*Repudiatio.*

Repudiantis portio accreſcit reliquis 140
Conf. tit. Teſtamentum & Ius accreſcendi.

*Repudiatio.*

Eius definitio & differentia a diuortio. 437. ſq.
Cauſæ repudii deſponſatorum 411. ſq.

*Res.*

Eius definitio & diuiſio 33. ſeq. 36. ſq.

*Res iudicata.*

Eius effectus 622. ſq.
Vtrum nulla exceptio contra rem iudicatam locum

Digitized by Google

cum habeat? 623
Rei iudicatæ exceptio 663
Eius requiſita ib.

*Reſcriptum.*

Quid ſit? 10

*De reſiduis crimen.*

Eius definitio atque pœna 742. ſeq.

*Reſponſum.*

Reſponſa prudentum 7

*Reſtitutio in integrum.*

Eius definitio & diuiſiones 105. ſq. 755
Quando & a quo concedatur? 106. ſq.
Eius requiſita & effectus 107
Ex capite metus, an & quando detur? 107. ſeqq.
doli 110. ſq.
ætatis minoris 112. ſq.
Propter capitis diminutionem 116. ſq.
abſentiam 117. ſq.
Propter clauſulam prætoris ſalutarem, quando reſtitutio detur? 119
Propter alienationem iudicii mutandi cauſa factam 119. ſq.
Quotuplex ſit in criminalibus? 755. ſq.

*Retentio.*

Quid? 302
Eius differentia a compenſatione 302. ſq.
Quando locum habeat ib.

*Retorſio.*

Quid? 48
An indultum moratorium poſſit retorqueri? 49

*Retor-*

*Retorſio iniuriarum.*
Vtrum retorſio iniuriarum licita ſit vel non? 706
An ex poſtfacto adhuc fieri posſit? 706
*Retractus.*
Vtrum propter retractum euictio præſtanda? 382
Conf. tit. protimiſeos ius.
*Retrouenditio.*
Pactum de retrouendendo quotuplici modo contrahatur? 323
Quando illi præſcribatur? ib.
An illo pacto adiecto transferatur dominium in emtorem 323. ſeq.
Quo pretio retrouenditio fieri debeat? 324
In qua materia maximum vſum præſtet? 275
*Reuerſales litteræ.*
Dandæ ſunt in caſu remisſionis delinquentium 133
*Reukauff.*
Vid. tit. pœna Conuentionalis.
*Reus.*
Probare debet exceptionem 304
In dubio abſoluendus eſt 406. 621
*Riuales.*
Qui dicantur in iure? 652
*Rixa.*
Quid? 700
*Ruſticus.*
Habet beneficium ignorantiæ iuris 406. ſq.

*S. Sa-*

Digitized by Google

# S.

*Sacerdos.*

Si gradus admonitionis excedit, iniuriarum conveniri poteſt 703

Quomodo ſacerdoti ſacra adminiſtranti vim vel iniuriam inferens puniendus? 705

*Sacræ res.*

Quid? 34. ſq.

Differunt ab eccleſiaſticis 35

*Sacrilegium.*

Quid & quomodo vindicandum? 742

*Salarium annuum.*

Cedit ſub initium anni 84. ſq.

Debetur etiamſi pauca officia vno alteroue anno præſtita 85

An poſſit compenſari? 300. ſq.

*Sanctæ res.*

Quid ſint? 36

*Sata.*

Statim cedunt ſolo. 605

*Scabinus.*

Vtrum præſentia ſcabinorum præciſe neceſſaria ſit ad teſtamentum publ. condendum? 487

*Scopelismus.*

Quid? 708

*Scotatio.*

Quid? 609

*Scriptura.*

Vtrum pertineat ad eſſentiam conſenſualis contractus 318

Vtrum ſcripturæ charta cedat? 605



Digitized by Google

*Senatus conſultum.*
Quomodo olim fuerit latum? 7
SCtum Macedonianum 284. ſq.
An eius exceptio detur fideiuſſoribus? 285
Ceſſatio eiusdem ib.
Eius renunciatio 287
Velleianum 295. ſq.
eius limitationes 297. ſq.
vtrum iniurata huius renunciatio valida ſit? 298
Silanianum & Claudianum 524. ſq.
Trebellianum 557. ſq.
*Senex.*
Domi teſtimonium dicere poteſt 404. ſq.
Senibus denegandum non eſt matrimonium 414
*Sententia.*
Eius definitio ac diuiſio 621
Quis ferat ſententiam? ib.
Quid, ſi plures inter ſe diſſentiant? ib.
Quomodo publicanda? 621. ſq.
Vtrum liceat iudici ſententiam mutare? 622
Sententiæ requiſita ib.
Quando tranſeat in rem iudicatam? ib. ſq.
Quæ ſententiæ non tranſeant in rem iudicatam? 623
*Separatio bonorum.*
Quid? 636. ſq.
Vtrum poſtulata iam ſeparatione regreſſus detur ad bona heredis? 637
Qui poſſint petere illam? 627

Quo

Digitized by Google

Quo tempore petenda? 637
Quæ dicatur quaſi ſeparatio? 538

*Separatio quoad thorum & menſam.*

Quid? 441
Ad hanc friguſculum non ſufficit ib.

*Sepulchrum.*

Pœna violati ſepulchri 709
Si quis mortuum in alienum locum intulit, quæ actio competat? 209
Si quis inferentem in ſuum locum impediat, quæ actio competat? it. ſi quis impediatur in exſtructione vel exornatione monumenti? 23

*Sepultura.*

Vbi ſepeliendum? 209
Eius variæ diuiſiones 210. ſq.
Quis hic iudex ſit? 212
Vtrum delinquenti concedenda? 756

*Sequeſtrum.*

Quotuplex? 305
Quibusnam in caſibus ſequeſtrum neceſſarium permittendum? ib.
Virgo an poſſit ſequeſtrari? ib.

*Seruitus perſonarum.*

Eius definitio 19
An illa inter Chriſtianos vſitata? ib.
Imaginaria ſeruitus 116. ſq.

*Seruitus rerum.*

Quid & quotuplex? 159. ſq.
realis quotuplex? 170. ſq.

Spe-

Digitized by Google

Species vrbanæ ſeruitutis 171. ſeq.
Quot poſſint conſtitui? 174. 176
Omnis ſeruitus ſtrictam habet interpretationem ib.
Species ruſticæ ſeruitutis 174. ſqq.
Vtrum ruſtica ſeruitus poſſit fieri vrbana? 176
Eius acquiſitio & conſtitutio 177. ſq. 537. 538
Vtrum proprietarius conſentiente vſufructuario poſſit ſeruitutem conſtituere? ib.
An iudex? & quomodo? ib.
Vtrum ſocius vel vſufructuarius acquirat? 177. ſq.
Requirit duo prædia 178
An cauſa debeat eſſe perpetua ib.
An & quali præſcriptione ſeruitutes acquirantur? 178. ſq. 614
An ad diem, vel ſub conditione conſtitui poſſit? 179
Remedia ib.
Eius amiſſio 182. ſq.
ſuſpenſio ib.
Conſeruatur in area 183
An diuidi poſſit? 196. 538

*Seruus.*

Fugitiuus 204. ſq.
An poſſit tutor eſſe? 451

*Sexus.*

Quotuplex? 16
Quibus iuribus quilibet vtatur? ib.

*Simoniæ crimen.*

Eius definitio atque pœna 744

Vtrum

Vtrum emtio ſacerdotii crimen ſimoniacum involvat? 744

*Simulatio.*

Vitiat contractum 322

*Sita res.*

Situm eſſe, quid ſignificet? 132

*Societas, Socius.*

An valeat pactum de perpetua ſocietate? 198. ſq.

Vtrum vnus ſocius poſſit invitis reliquis ad diviſionem provocare? ib.

An prohibentis ſocii in re pari potior ſit cauſa? 199

Societatis definitio & ſpecies diuerſæ 313. ſq.

Qualis ſocietas in dubio præſumatur? 314

Vtrum ad conſummationem huius contractus traditio requiratur? 314

Eius obiectum 314

Diviſio damni & lucri 315

Vtrum talis ſocietas valeat, vt vnus omne damnum, alter vero lucrum ſolus percipiat? ib.

Socii quam culpam præſtent? 315

Expenſæ factæ in vtilitatem ſocietatis reſtituendæ 315. ſq.

Vtrum quoque damnum fatale reſarciendum? 316

Remedium inde oriens 316

Modi diſſoluendi illam 316. ſq.

Vtrum heredes ad continuandam ſocietatem obligari poſſint? 316

Socii quomodo alios obligent, aliiſque obligen-

Ooo gen-

gentur? 317
Socius minoris an cum minore in integrum reſtituatur? 114

*Socini cautela.*

Quid? 495. ſq.

*Sodomia.*

Quotuplex? 728
Eius pœna ib.

*Solarium.*

Quid? 650

*Solutio.*

Tollit pignus 274
Quid? 684
Quis ſoluere poſſit? 685
Et cui ſoluendum? ib.
Qua cum cautione ſoluendum pupillis? 685
Quid ſi procuratori ſolutio facta, qui animo lucrandi & furandi nummos accepit? 685
An aliud pro alio ſolui queat? 686
Solutio facienda in eadem bonitate 686. ſq.
Quid? ſi pecuniæ valor interim mutatus? ib.
Solutio facienda in integra ſumma, it. tempore atque loco conuento 687. ſq.
Si quis ex pluribus cauſis debet, ac ſimpliciter ſoluit, quid in dubio præſumatur ſoluiſſe? 688
Quid ſi creditor ſolutionem accipere nolit? 689

*Spado.*

An poſſit matrimonium contrahere? 413

*Specificatio.*

Eius definitio 602
Ad quem noua ſpecies pertineat? 603

Vtrum

Digitized by Google

Vtrum vera ſit ſpecificatio, ſi quis ex ſpicis frumentum excuſſit, aut ex vuis vel oliuis vinum vel oleum fecit? 603
Differentia ab adiunctione 603. ſq.

*Specificatio iurata.*

Quando locum habeat? 514

*Spes.*

Quomodo differat a re ſperata 380
Spes in ſucceſſionibus non tranſit ad heredes, bene tamen in contractibus 563. 565. 549
Spes ſucceſſionis non liberat a cautione 59

*Spolium.*

Quod ex ſpolio debetur, an poſſit exceptione compenſationis retineri? 301
Spoliatus ante omnia reſtituendus 647
An pro ſpolio habendum, ſi quis res ſuas priuata auctoritate, inuito altero, occupauit? 647. ſq.

*Sponſalia.*

Eorum definitio & diuiſiones 408. ſq.
Sponſalia de futuro nullam producunt obligationem, ſed ſaltem ſpem matrimonii faciunt 408
Quid ſi iuramentum hiſce acceſſerit? ib. ſq.
An apud nos dentur ſponſalia de futuro & qualia illa ſint? 409
Sponſalia conditionata vera ſunt ſponſalia, non de futuro 409
Sponſalibus adiici poſſunt conditiones poſſibiles, non impoſſibiles 409. ſq.
Aliud de I. Canonico obtinet 410



Digitized by Google

Conſenſus parentum facit ſponſalia publica de iure communi; aliud de iure Saxonico 410
Vtrum parentum conſenſus de neceſſitate, an de honeſtate requiratur? 410. ſq.
Matris & propiuquorum conſenſus minus principaliter requiritur 411
Pater absque iuſta cauſa diſſentire nequit ib.
Quid ſi liberi ſponſalia ſub conditione contraxerint, ſi parentes conſenſerint 411
Perfecta ſponſalia an mutuo diſſenſu diſſolui queant 411. ſq.
Altera etiam pars ex iuſta cauſa recedere poteſt 412
Sine iuſta cauſa recedens an violentis remediis compellendus? ib.
Arrhæ ſponſalitiæ quomodo reſtituendæ? 412. ſq.
Quid iuris in concurſu plurium ſponſalium 413

*Sponſalitia largitas.*

Quid? 413

*Sponſa.*

In concurſu ratione dotis prænumeratæ hypothecam tacitam non habet 369. 635

*Sponſio.*

Eius definitio 206
requiſita eſſentialia 207
Num præciſe æqualis quantitas ab vtroque promittenda? 207
Quid, ſi vnus legibus ſponſionis ſatisfacere detrectet? 207
Eius interpretatio ib.



Digitized by Google

*Sponſus.*
Aliquoties nomine mariti venit 435
*Spuria.*
In Sax. quoque Geradam capit 579
*Spurius.*
Cui ſuccedat? ib.
*Stabularius.*
Vid. tit. Caupo.
*Status.*
Reipublicæ Rom. triplex 6. ſq.
*Status hominum.*
Eius definitio atque diuiſio 15. ſeq. 116
*Statua.*
Statuæ marmoreæ olim quandoque legabantur 545
*Statutaria portio.*
Quomodo computanda? 140
Vtrum præciſe huic iurato renunciandum? 482 ſeq.
*Statutum.*
Statuta etiam magiſtratus inferiores condere poſſunt 777, ſeq.
Qualia dicantur in LL. ambitioſa? 778
De quibus rebus condi queant? ib.
Vtrum collegia quoque quid ſtatuere poſſint? ib.
*Stellionatus.*
Quid? 712
Eius deriuatio & pœna ib.
*Sterilitas.*
An & qualis ſterilitas liberet ab integra merce-



Digitized by Google

dis præſtatione 351. ſq.

*Stipulatio.*

Eius definitio 672

Vtrum hodie adhuc illa indigeamus? ib.

Vtrum alter alteri ſtipulari poſſit? ib. ſeq.

Stipulatio ſub conditione impoſſibili nulla eſt 673. ſeq.

Stipulationes prætoriæ, iudiciales & communes 689. ſeq.

*Studioſus.*

Vtitur foro priuilegiato 134

*Stuprum.*

Eius definitio & diuiſio 725

An ſtuprum infanti, impuberi vel dementi illatum, pro violento habeatur? ib.

Puella poteſt vi ſtuprum inferentem occidere? ib.

An vi ſtuprata ſerto virginali adhuc vti queat? ib.

Pœnæ ib.

Quibus caſibus pœna violenti ſtupri mitiganda? 726

Stuprum ſimplex ib.

Ad quid ſtuprata agere poſſit? ib.

An viduæ ſtupratæ etiam dos debeatur? 727

Quouſque ſtuprator infanti alimenta debeat ib.

Quid ſi ſtuprator ſtuprum confiteatur, ſed ſe patrem eſſe neget? ib.

Pœna ib.

Sub-

Digitized by Google

*Subditi.*

Subditus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſuperioris ſui, dummodo ipſi quoad hunc actum iuramentum ſit remiſſum 402

Qui tales dicantur? 8

*Subhaſtatio.*

Fit auctoritate iudicis in bonis immobilibus oppignoratis 374

*Sublocatio.*

Vid. tit. Locatio-Conductio.

*Subſtitutio.*

Eius definitio 503

diuiſiones 504. ſeq.

Vtrum in vulgari caſus noluntatis caſum impotentiæ, & vice verſa comprehendat? 504

An ſubſtitutus ſubſtituti ſit etiam ſubſtitutus inſtituti? ib.

Quomodo vulgaris exſpiret? 505

Vtrum pupillaris expreſſa pupillarem tacitam, & vice verſa, contineat? 505

Quis poſſit pupillariter ſubſtituere? ib.

Pupillaris ſubſtitutio eſt ſequela teſtamenti paterni ib.

Vtrum pater exheredato pupillariter ſubſtituere queat? ib.

Vtrum mater ſubſtitutionem pupillarem ex capite inoſſicioſi impugnare poſſit? 506

Quot modis corruat pupillaris ſubſtitutio? ib.

Quare aliquoties pupillaris ſubſtitutio velanda? 506. ſeq.

Quis quaſi pupillariter ſubſtituere poſſit? 507



Digitized by Google

Quid, ſi pater & mater ſimul ſubſtituerint? 507
Per ſubſtitutionem quaſi pupillarem nemini poteſt legitima auferri 507. ſeq.
Quomodo infirmetur 508
Subſtitutio militaris ſeu compendioſa aut breviloqua 508. ſeq.
Subſtitutio reciproca 509

*Succeſſio.*

In ſucceſſionibus attenditur modus computandi gradus ciuiles 417
Modi deferendi ſucceſſionem. 481
An & quotuplici modo circa ſucceſſionem paciſci liceat? 481. ſeq.
Vtrum renunciatio ſucceſſionis præciſe iuramento confirmanda? 482. ſq.
An hæc renunciatio propter enormem læſionem poſſit reſcindi? 484
Spes ſucceſſionis non tranſit ad heredes 505. 549
De ſucceſſione prætoria, vid. tit. Bonorum poſſeſſio.

*Succeſſio ab inteſtato.*

Deſcendentium 577. ſeq.
Aſcendentium 580
Collateralium 580. ſeq.
Coniugum 582
Collegiati atque Fiſci 583

*Succeſſor.*

Qui non ſint veri ſucceſſores ſingulares? 357. ſq.

*Suffragium.*

Plurima concludunt 122
Quid ſi paria? ib.

*Sum-*

Digitized by Google

*Summariæ cauſæ.*

Quæ & quot numero? 127

*Summarium iudicium.*

Eius differentia ab ordinario proceſſu 127. 137

An cauſa ordinaria poſſit inuito reo ſummarie peragi? 128

*Supellex.*

Quid? 543

*Superficies.*

Quid? 650

Modi conſtituendi ſuperficiem ib.

Eius differentia a iure emphyteuticario 650. ſq.

Quomodo tollatur? 651

*Suſpenſum.*

Actio de poſito vel ſuſpenſo 191

*Syndicatus.*

Quid? 782

*Syndicatus inſtrumentum.*

Eius requiſita 100

*Syndicus.*

Eius definitio 99

Conſtitutio 110

Aliquoties conſtituendus inuita vniuerſitate, vrgente tamen aduerſario ib.

Plures, quomodo conſtituti cenſeantur? 100 ſeq.

An præſtet iuramentum vniuerſitati delatum? 101

Quale officium ſuſtineat? ib.

*Syngrapha.*

Quid? 397

# T.

*Taberna.*

Accenſetur immobilibus & liberat a cautione 59

*Tabula.*

Cedit picturæ 605

*Tactus.*

Quid in ſenſu iuridico 36

*Tempus.*

Vtrum tempus immemoriale poſſit ad certos annos reſtringi? 618

De variis præſcriptionum temporibus, vid. pag. 615. cum ſeq.

*Theſaurus.*

An pertineat ad fructus? 388

Pertinet ad ſpeciem acceſſionis fortuitæ 605

Vtrum res nullius ſit? 605. ſeq.

Eius definitio 606

Ad quem pertineat theſaurus inuentus? 606. ſq.

Vtrum adhuc hodie theſauri ad priuatos ſpectent? 607

*Tergiuerſator.*

Quis? 746

Eius pœna ib.

*Terminus.*

vid. tit. Fines.

*Teſtamentum.*

Eius definitio 484

Quis poſſit teſtari, vel non? ib. ſeq.

Quotuplex teſtamentum? 486. 496. ſeq. 488. ſeq. 515

Te-

Digitized by Google

Teſtametum cœci 486
An teſtamentum per procuratorem Principi vel iudici offerri poſſit? 487
In prælectione teſtamenti coram teſtatore, teſtes ſimul inſpicere teſtamentum debent 488
An valeat teſtamenti inſinuatio coram ſculteto facta? ib.
An teſtamentum coram parocho & duobus teſtibus condi queat? 488. 520
Solennitates teſtamenti ſcripti priuati 489. ſq.
Solennitates nuncupatiui 492
Teſtamentum myſticum ſ. relatiuum ib.
nullum 496. 241. ſq.
ruptum 496. ſeq.
inofficioſum 138. ſeq.
Vtrum reſciſſo teſtam. inofficioſo omnia eius capitula corruant? 142. 143. 567
Quodlibet teſtamentum, etiam reciprocum, poteſt reuocari 497
An quis poſſit cum duobus teſtamentis decedere? 498
An teſtamentum publicum repetitione ex iudicio cenſeatur reuocatum? ib.
Modus reuocandi teſtamentum priuatum? ib. ſeq.
Requiſita teſtamenti tempore peſtis conditi 519
Quamdiu illud adhuc poſt peſtem ceſſantem valeat? ib.
Requiſita teſtamenti ad pias cauſas. 519. ſq
An in tali teſtamento aliis ſimul aliquid relinqui

Digitized by Google

qui poſſit? ib.
Teſtamentum ruſticorum & peregrinorum 520 488
Teſtamenta quomodo aperienda ac inſpicienda ſint? 523
Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coëgerit 525
Vtrum quis ex teſtamento 7. ſignaculis ſignato, ſed non confirmato bonorum poſſeſſionem petere poſſit? 575
Actio ex teſtamento 532
Eius origo atque effectus ib.
Quæ ſint vitia viſibilia teſtamenti? 643. ſq.
Qualis actio detur, ſi teſtam. nullo viſibili vitio laboret? ib. ſeq.
Differentia Iur. Sax. a communi 499
Vtrum teſtamentum nuncupatiuum cenſeatur ſublatum, ſi teſtator inſtrumentum ſuper illo confectum cancellauit vel dilacerauit? 499
Teſtamentum irritum 499. 574
deſtitutum 499. ſq.
Vtrum hodie adhuc detur? ib.
An nullo, rupto, irrito vel deſtituto teſtamento omnia eiusdem capitula corruant? 496 497. 499. ſeq.
Quotuplex teſtamentum militis ſit? 515. ſeq.
Quas ſolennitates in quolibet teſtamento miles adhibere teneatur? ib. ſeq.
Qui iure militari, præter milites, teſtari poſſint? 516

An

An teſtamentum ante militiam non iure factum valeat propter ſuperuenientem militiam? 516
Quam diu teſtamentum militis poſt misſionem adhuc valeat? 516. ſq.
Requiſita teſtamenti parentum inter liberos 517
Vtrum in hoc teſtamento liberi posſint exheredari? 517. ſq.
Quid ſi in hoc teſtamento ſimul extraneis quid relictum? 518
Differt a teſtamento parentum nuda diuiſio 518. ſq.

*Teſtis.*

Quoties teſtes producere liceat? 395
Qui teſtes eſſe posſint, vel non? 402. ſq.
Teſtes clasſici 403
An inuitus ad teſtandum cogi poſſit? 403
Teſtes iurato deponant 404
Quis primus iuramentum teſtium introduxerit? 404
Teſtes regulariter in iudicio teſtantur ib ſq.
Teſtis reddat rationem ſcientiæ ſuæ 405
Teſtis de auditu quatenus admittendus? 405
Teſtium ſingularitas quotuplex? 405
Quid ſi ſibi contradicant? 405
Aut, ſi ab vtraque parte teſtes producti? 406
Teſtes ad actum teſtandi ſiue teſtamentum condendi debent rogari 490
Rogatio hic præſumitur ex teſtium ſubſcriptione 490
Plura de hiſce teſtibus vide pag. cit. 490. ſq.



Digitized by Google

*Tignum.*

Vtrum tignum poſſit vindicari, ſi non-dominus exinde aliquid in ſuo ædificauit? 604. ſq. 697

Actio de tigno iuncto 605. 697

Quid tigni nomen ſignificet? 697

*Titulus.*

Qualis ad præſcriptionem requiratur? 614

De titulis ad transferendum dominium habilibus vid. pag. 620

*Tormenta.*

Vid. tit. quæſtio.

*Tortura.*

Vid. tit. Quæſtio.

*Tortura ſpiritualis.*

Quid? 237

*Traditio.*

Quaſi traditio ſeruitutis 178. 607

Vtrum res pro tradita habeatur, ſi quis illam ſignauerit? 342

Qualitates rei traditæ 344

Cum re principali tradendæ ſunt acceſſiones & pertinentiæ 345

Vtrum traditio poſſit rei naturam immutare? 380

Eius definitio & diuiſiones 607. ſq.

*Transactio.*

Eius differentia a pactis 77

diuiſio 78

Ad non cogitata non extenditur ib.

Lædens transactionem iuratam quo modo puniendus? ib.

Eius

Digitized by Google

Eius obiectum 78. ſq.
Tranſigens ſuper criminibus quando ſiat infamis? ib.
Eius contraria 80. ſq.
Æquiparatur rei iudicatæ ib.
Remedia contra renitentem 81

*Transmiſſio.*

Hereditatis ad heredes 522. ſq.
Actionum ad heredes 671. ſq.

*Transport.*

Quid? 609

*Transſumtum.*

Quid? 399

*Tributoria actio.*

Quid & vtrum adhuc in vſu? 283

*Triticiaria condictio.*

Quid? 259

*Triticum.*

Quid? 541

*Turba.*

Quid? 700
Quomodo puniendus qui in turba damnum dedit? ib.

*Tutela.*

Eius definitio 450
diuiſio 451
Requiſita tutelæ teſtamentariæ 452
An adhuc hodie confirmatione iudicis ad hanc tutelam opus ſit? 453
Tutela legitima ad proximiorem pertinet? 454

Quid

Quid ſi proximior vel inhabilis vel impeditus ſit? 454
Tutela anomala ſeu irregularis 454
Requiſita eius 455
Datiua tutela locum habet ſolum deficiente alia 455. ſq.
Tutela principaliter reſpicit perſonam 456
Ad ſuſcipiendam tutelam inuitus quis compelli poteſt 464
Qui a tutela excuſationem habeant? 466. ſq.
Tutelæ actio directa 471. ſq.
vtilis 472
Actio tutelæ contraria directa 473
vtilis ib.
Tutelæ actio datur in ſubſidium contra Magiſtratus 476

*Tutor.*

Vtrum ad præſtandum iuramentum, pupillo delatum, cogi, & vtrum inuito aduerſario id præſtare poſſit? 230
Vtrum res ſuorum pupillorum emere poſſint? 318. ſq.
Tenetur ad vſuras, ſi vſuras pupillares exegit, & in ſuos vſus conuertit 386
Non poteſt ducere pupillam, nec eandem filio ſuo in matrimonium dare 414
In pupillum habet ſolum directiuam poteſtatem 450
Quotuplices ſint? 451
Quis poſſit eſſe? 466. 451. ſq.
Tutores indiſtincte hodie confirmandi 453. 459
Quis dicatur tutor legitimus? 454

Quan-

Digitized by Google

Quando tutor dari poſſit? 455. ſq.
In concurſu magiſtratus, quis poſſit tutorem dare? 456
Tutor regulariter omnia bona adminiſtrat ib.
An & quomodo tutor ex vicinis ciuitatibus creari poſſit? 456. ſq.
Vtrum prohibitus a parentibus poſſit tutor eſſe? 457
Quis tutores petere debeat? ib. ſq.
Quam diligentiam præſtet tutor vel curator? 458. 472. 477
Non debet 758. ſq.
An poſſit donare 459
Quæ adminiſtrationem tutorum regulariter præcedant 459. ſq.
In quibus negotiis tutoris auctoritas requiratur? 461
Non poteſt in rem ſuam auctor fieri 462
Facto ſuo obligat pupillum & contra illi obligationem acquirit 462
Quatenus ipſe tutelæ nomine conueniri poteſt ib.
Quis pro ſuſpecto habendus, & quo tempore tutor, vt talis, recuſari poſſit? 463
quis poſſit ſuſpectum tutorem poſtulare? 463. ſeq.
Effectus illius, ſi quis ſuſpectus poſtulatur 464
Vtrum excuſans ſe a tutela amittat legatum? 465
Conf. tit. Excuſatio.
Obligatio tutorum erga pupillos 471



Digitized by Google

Rationem reddant iuxta inuentarium ib.
Data & accepta non ſemper probare debent, ſed admittuntur cum demonſtratione vel iuramento, & in quo loco 471. ſq.
Quo tempore rationes reddant? 472
Vtrum ſalarium conſequantur 473
Quas operas gratis præſtent? ib.
Quomodo differat a protutore? 474
- - - - - a falſo tutore? ib. ſq.
Tutorum fideiuſſores 475
Abſque decreto & ſine neceſſaria cauſa tutor non poteſt bona pupillorum immobilia alienare 477. ſq.

V.

*Vacantia bona.*

Fiſco cedunt 595
Quadriennio vel decennio præſcribuntur 617

*Vacatio.*

Quid? 774

*Vagabundus.*

Vbi poſſit conueniri? 130

*Valetudinarius.*

Domi perhibere poteſt teſtimonium 404. ſq.

*Vaſa.*

Vtrum debeantur vino legato? 542

*Vectigal.*

Vectigalia debita an admittant compenſationem? 301
Deſcriptio vectigalis ex Iur. Rom. 589
Vtrum non ſoluto vectigali res in commiſſum cadant? ib.

Eſſe-

Digitized by Google

Effectus ſoluti vectigalis 590

*Venatio.*

Species eius 599
Vtrum hodie liceat cuilibet priuato venari? 599. ſq.

*Veneficus, Veneficium.*

Vtrum veneficus poſſit teſtari? 486
Veneficium quid & quomodo puniatur? 736
Aliquando ſumitur pro arte magica ib. ſq.
Eius pœna ib.

*Venenum.*

Venena mala in diuiſione magis corrumpenda, quam alicui adiudicanda ſunt 196
Qui in vendendo veneno malo negligentiam committit, arbitrarie punitur 736

*Venia ætatis.*

Quo tempore impetranda? 115
Eius effectus ib.

*Venter.*

Quot pro ventre portiones ſint in hereditatis diuiſione ſeruandæ 147. ſq.
Venter quando inſpiciendus atque cuſtodiendus? 447
Vtrum & quando propter inſpectionem ventris mulier iniuriarum agere poſſit? ib.
In bona defuncti immittendus 448. 572
Quid ſi per calumniam in poſſeſſionem miſſus? 448. ſq.
Quamdiu in poſſeſſione relinquendus? 573
Curator illi conſtituendus ib.

*Verborum obligatio.*

Vit. tit. Stipulatio.



Digitized by Google

*Veſtis & Veſtimentum.*
Vtrum inter ſe differant? 545
Quid hisce nominibus ſignificetur? ib.
*Via.*
Actio viæ receptæ 193
*Vicinus.*
Vtrum poſſit amputare ramos in fundum ſuum pendentes? 655. ſq.
Vtrum poſſit fructus ex illis decerpere? 656
*Vidua.*
Viduæ ſi viduitas iniuncta, non habetur pro impoſſibili conditione 510
*Vinum.*
Quid ſub nomine vini contineatur? 541
Quale vetus vocetur? ib.
Vtrum vino legato vaſa quoque debeantur? 542
*Vis priuata.*
Quid? 731
Eius pœna 731
*Vis publica.*
Quid? 700
Eius differentia a crimine fractæ pacis publicæ ib.
Pœna ib.
*Vitalitas.*
Quibusnam ex ſignis colligatur? 17
*Vitalitius contractus.*
Quid? 392
*Vnguenta.*
Vnguentorum nomine quæ veniant? 545
*Vnio prolium.*
Quid? 31. 481



Digitized by Google

Eius requiſita 31. ſq.
Vitricus inde non conſequitur ius p. poteſtatis. 32
Neque affinitas inde oritur? ib.

*Vniuerſitatis res.*

Quid? 34

*Vocatio in ius.*

Quid? 50
Differt ab hodierna citatione 50. ſq.
Hodie plane exoleuit 56
Vocatum in ius ſi quis vi exemerit? 57

*Voluntas.*

Coacta, an ſit voluntas? 108

*Votum.*

Quid? 781
Quem obliget? 782
An voti obligatio tranſeat ad heredes? ib.

*Vſucapio.*

Interrumpitur citatione 55

*Vſufructuarius.*

A cautione non liberatur 59
Ad quid teneatur? 162
An poſſit cedere vſumfructum? 165
Quomodo & de quibus rebus cauere debeat? 168. ſq.
Vtrum teſtator in præiudicium heredis cautionem vſufructuario remittere poſſit? 169
Quando hæc cautio ab vſufr. exigi queat? ib.
Quid, ſi vſufr. re non frugaliter vtatur? 169. ſq.
Qui vſufructuarii cautionem non præſtent? 170
Vtrum vſufructuarius de dominio aliquid parti-

 ti-

ticipet? 598
Vtrum ſibi theſaurum inuentum acquirat? 606

*Vſusfructus.*

An patri ratione aduentitiorum adimi poſſit? 141
Eius definitio atque diuiſio 160
conſtitutio 537. 160. ſq.
acquiſitio 161
effectus ib.
Quos fructus vſufructuarius ad heredes tranſmittat? 161. ſq.
Legatus vſusfructus quomodo accreſcat? 163
Vſufructu legato quando dies cedat? ib. ſq.
Eius amiſsio 164. ſq.
Vtrum poſsit vſusfr. ab vſufr. in alterum transferri? 165
Quomodo verus vſusfructus differt a quaſi vſufructu? 165. ſq.
Quaſi vſusfructus quomodo differat a mutuo? 166
Vtrum mater poſsit patri vſumfructum legitimæ adimere? 292
Quid ſi alteri vſusfructus, alteri vero fundus legatus? 537
Quomodo differat vſusfructus a reditibus? 537. ſq.

*Vſuræ.*

Vtrum hodie quoque in contractibus ſtricti iuris debeantur? 216. 384. ſq.
Vtrum poſsint peti inſtituta condictione, cauſa data, cauſa non ſecuta? 247

Vtrum

Vtrum ad vſuras teneatur, qui debitum ante diei aduentum accepit? 250
Vtrum peti poſſint, fide de pretio habita? 346
An debeantur, ſi quis ex iuſta cauſa pretium ad tempus aliquod retinuit? ib.
quo iure ſint illicitæ? 384
quotuplices? ib.
Quando hodie peti poſſint? 384. ſq.
Quantæ ſint permiſſæ? 385
Vltra modum ſtatutum ſolutæ, vel ſorti imputari, vel condict. indebiti poſſunt repeti ib.
An vltra alterum tantum currere poſſint? 385. ſeq.
Vſuræ vſurarum non debentur 386
Vſuræ vſurarum, mutato debitore, licitæ ſunt 386. ſq.
In cauſis minorum debentur, etiamſi nullæ promiſſæ 390
Vſuræ centeſimæ 391
Vtrum vna cum ſorte in concurſu adiudicandæ? 635. ſq.
Curſus vſurarum ſiſtitur depoſitione pecuniæ 689

*Vſuraria prauitas, vſurarius manifeſtus.*

Quid? 387
Variæ eiusdem pœnæ? ib.
Vſurarius manifeſtus an habet teſtamenti factionem 486

*Vſurpatio.*

Quotuplex? 618. ſq.

*Vſus,*

Digitized by Google

*Vſus, Vſuarius.*
Eius definitio & differentia ab vſufructu 167
An vſuarius ius ſuum cedere poſſit? 167. ſq.
Vſus ædium quomodo differat ab habitatione? ib.
De quibus debeat cauere, & quomodo? 168. ſq.
*Vulnus.*
Vulnera non poſſunt ad menſuram infligi 732
Poſt mortem ſunt inſpicienda ib.
*Vxor.*
Tacitam hypothecam habet in bonis mariti, tam rat. paraphernalium ac donat. propter nuptias, quam intuitu dotalium 369. 633. ſq.
Marito reuerentiam debet 423
Ad quas operas obligata ſit? ib.
Non acquirit ib.
Non alieni, ſed ſui iuris eſt ib. ſq.
Conſequitur nomen, dignitatem & forum mariti 424
Maritum ſequi debet 439
An & quando contra vxorem præſcriptio currat? 619
Vtrum vxor nubens obærato marito priuilegium dotis amittat? 633 634
An vxor iniurias marito illatas vindicare poſſit? 704
W.
*Wergeld.*
Werigeldum quid & cui ſoluendum? 189

*SOLI DEO GLORIA.*

Digitized by Google

JO. JAC. WISSENBACHII

# EMBLEMATA TRIBONIANI,

SIVE

Leges a TRIBONIANO interpolatæ, & ad noui juris rationem inflexæ,

reuiſa

a

JAC. FRID. LUDOVICI. D.

Digitized by Google

Digitized by Google

# EMBLEMATA
# TRIBONIANI,

## Notata in prima Digeſtorum parte, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupantur.

## Pomponius lib. ſingulari Enchiridii.

Veluti erga Deum religio, &c. *l. 2. ff. de juſtit. & jur.*

DEi nomen, cujus in veterum JCtorum reſponſis crebra ſit mentio, *h. l. 2. l. 9. §. 3. ff. de R. D. l. 32. §. 4. ff. de recept. arb. l. 3. in fin. l. 33. ff. de jurejur. l. ſi ſponſus 5. §. 12. ff. de donat. int. vir. & ux. l. Titia 8. §. 2. ff. de aur. & arg. leg. l. 1. §. 5. ff. ad l. Falcid. l. 3. in princ. D. de jur. fiſc.* ex mente eorundem, ac intentione, ad Jouem videtur ſemper eſſe referendum. Sed Tribonianus gentili hoc vocabulo, Chriſtianæque Religioni contrario, e JCtorum monumentis ſublato, *Dei* verbum repoſuit. Unde quo loco Ulpianus ſcripſerat, *ſi ego detuli, vt per Jouem jurares*, his nempe conceptis verbis :*ſi ſciens fallo; tum me Dieſpiter, ſalua vrbe arceque, bonis ejiciat,*



Digitized by Google

*vt ego hunc lapidem*, auctore Sex. Pompejo & Plauto *in Aulularia* (cujus jurisjurandi formulæ veſtigium relictum eſt *in l. qui juraſſe 26. in princ. D. d. t. de jurjur. Ruſſard.* Cujac. *1. obſ.* 21. Rævard. *3. varior. 5.*) Tribonianus demta voce, *Jouem*, inſerſit Dei nomen, *d. l. 3. in. fin. de jurejur.* Ulpiani nomine ſuperſcripto: qui Syrus *l. 1.* in *pr. D. de cenſib.* tametſi aliquot ſeculorum hiatu a nato Chriſto vixerit, ſub Alexandro Seuero, *l. 4. C. de locat. l. 3. C. de accuſat. junct. l. 33. §. 2. ff. de procurator.* gentilem talem ſuperſtitionem ſecutus, Chriſtianos identidem notat, eosque injurioſis Impoſtorum & Sacrilegorum titulis traducit *l. 1. §. 3. ff. de var. & extr. cognit. l. 13. D. de off. præſ. l. generaliter. 3. §. fin. D. de decurion.* Alciat. *3. diſpunct. 8.* Duaren. *lib. 1. de Eccleſ. & poteſt. Eccleſiaſt. c. 14.* Baron. *in Martyrolog. ad diem 1. Januar.* Mornac. *in d. l. 13.* Imo totis libris de officio Proconſulis eum paſſim obtrectaſſe Chriſtianis Lactantius teſtatur *5. de juſtit. 11. his verbis: quin etiam ſceleratiſſimi homicidæ contra pios iura impia condiderunt. Nam & conſtitutiones ſacrilegæ, & diſputationes jurisperitorum leguntur injuſtæ. Domitius de officio Proconſulis libris ſeptem reſcripta principum nefaria collegit, vt doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei profiterentur.* Freher *2. parerg. 11.* Vt adeo hinc quæ ſacra, quos Sacerdotes Ulpianus intelligat in *l. 1. §. hujus ſtudii 2. ff. de juſtit. & jur.* conjectu facile ſit: veterum nempe Romanorum religionem, cultumque deorum, ceremonias variorum ſacrificiorum, auſpicia, extiſpicia, officia

officia ipſorum Pontificum, Sacerdotum, Flaminum; qui velut ſacri quidam Magiſtratus erant, & peculiarem Hierarchiam habebant, ciuilem politiam in multis repræſentantem. Vid. Alexand. *in libr. genital. dier.* Marquard. Freher. *1. Parerg. ult.* Iuſtinianum eadem ſacra intellexiſſe Procopius auctor eſt; quem non puduit ſcribere, Juſtinianum, aſſumto Chriſtiani nominis titulo, veterum Romanorum paganiſmum ſectatum fuiſſe. Sed eum refutat Thomas Riuius *in defenſione Juſtiniani aduerſus Alemannum.* Falſitatis certe eum conuincunt Juſtiniani conſtitutiones de fide, verſæ a Contio *in l. 5. 6. 7. C. de ſumm. Trinit.* nec non S. Sophiæ templum conſtantinopolitanum, ingens, & mirabile, ſupra cæteras orbis ingenioſas moles; quod in honorem Seruatoris noſtri, qui ex Dauide, & Salomone, ſecundum carnem natus eſt *Actor. 2. 30.* veraque & ſola Sophia eſt, exſtruxit. Mosqueam regiam hodie nuncupant; mutato S. Sophiæ nomine, conuerſoque ad impuritates Mahumeticas Chriſtiano miniſterio. Mornac. *in l. 4. C. de Sacroſ. Eccleſ.*

## Pomponius lib. ſingul. Enchiridii.

Poſtea cum Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones, Gnæus Flauius ſcriba ejus libertini filius ſubreptum librum populo tradidit, l. 2. §. poſtea 7. ff. de Orig. Jur.



Digitized by Google

Pomponius ſcripſerat, *ad formulam redegiſſet has actiones:* pro quo Tribonianus maluit, *ad formam*, &c. Vt in definitione interdictorum, *formas & conceptiones verborum*, pro *formulas;* quod jam lege Conſtantini formulæ exoleuiſſent. *l. 1. C. de formul. ſublat.* Cujac. *in d. l. 2.* quo nomine Conſtantinus laudatur ab Euſebio *lib. 4. in ejus vita.* Proprie autem formulæ dicuntur de actionibus, & ſeparantur ab interdictis. Tac. *in Dialog. & Orator.* *Nam multum intereſt, utrumne de furto aut formula & interdicto dicendum habeat, an de ambitu comitiorum.* Vlp. *in fragm. tit. 25. ſ. 10.* *Fideicommiſſa non per formulam petuntur.* Per formulam, id eſt, per actionem: ut formula hypothecaria, & in *tit. 19. fragm.* formula communi diuidundo, formula familiæ erciſcundæ, & formula finium regundorum. Et apud Apuleium *lib. 9. de aſin. aur.* *Non familiæ erciſcundæ, ſed communi diuidendo formula dimicabo.* Vbi loquitur de adoleſcente deprehenſo a marito in adulterio. Alciat. *10. parerg. 6.* Denique actio nihil aliud eſt, quam formula. *l. ſi ſeruus 42. ff. de furt.*

## Marcianus lib. I. Inſtit.

Jure Ciuili in dominium noſtrum ſerui rediguntur, ſi quis ſe major viginti annis ad pretium participandum venire paſſus eſt. l. 5. §. 1. ff. de ſtat. homin.

Marcianus addiderat, *& mulier ex Senatus Conſulto Claudiano:* quo cautum fuit, ut mulier, quæ, contra domini denuntiationem, ſervo alieno

alieno ſe junxiſſet, ejus fieret ancilla, in cujus poteſtate ille ſeruus erat. Ulpian. *in fragm. tit. 11. §. maxima capitis diminutio.* Tertull. *lib. 2. ad capi. vxor.* Nonne inſuper cenſuerunt, ſeruituti vindicandos, qui cum alieno ſeruo, poſt dominorum denuntiationem, in conſuetudine perſeuerarunt? Quinimo ex ipſo SCto Claudiano, etiam quæ ignaro domino, ſeruo eius ſe iunxiſſet mulier, in ſeruitutem redigebatur, teſte Tacito *lib. 12. annal.* ubi de rebus geſtis ſub Claudio, *inter quæ* inquit, *refertur ad patres de pœna fœminarum, quæ ſeruis conjungerentur: ſtatuiturque, ut ignaro domino ad id prolapſa in ſeruitutem ſui conſenſiſſet, & qui nati eſſent, pro liberis haberentur.* Qui tamen locus Lipſio videtur eſſe mendoſus, itaque ſic juxta Farneſiani Codicis ſcripturam reſtituit: *ut ignaro domino ad id prolapſa in ſeruitute: ſi conſenſiſſet, pro liberta haberetur.* Feliciter, ſi credimus Cujacio *21. obſ. 16.* Temere vero, & citra neceſſitatem, ſi Petro Burgio; *Elector. 8.* cui adſtipulor. Quid enim abſurdi hoc habet, ſi dicamus, mulierem in ſeruitutem ſui ceu conſentientem, pro ſerua ex eo SCto habitam, conſeruata tamen ex ea natis libertate, ut domino ſerui jus patronatus in eos quæratur? Iniquum videbatur, maternam turpitudinem ea macula liberos adſpergere, ut ſolidam eis quoque libertatem interciperet. Nec mirum ſit, ex ancilla libertos naſci, quandoquidem & ex ſerua naſcitur ingenuus *l. 1. §. 1. ff. de ſuis & legit. hered. l. ult. C. ad SC. Orphit.* quod paradoxis juris Cu-

jacius annumerat *tract. 7. ad Africanum, in explicat. l. 38. ſ. qui hominem. D. de ſolution.* Ceterum quia SC. Claudianum Juſtinianus ſuſtulit, *l. un. C. de SC. Claud. toll. ſ. 1. J. de ſucceſſ. ſublat.* Tribonianus illud ſurda aure tranſiit *in d. l. 5. ſ. 1. ff. de ſtat. hom.* cujus tamen SCti veſtigium certiſſimum eſt *in L. Lucius 27. ff. depoſ.* Cujac. *in l. 3. C. de murilegulis lib. 11.* & repetitum fuerat ſub Veſpaſiano: quomodo P. Burgius *d. loc.* interpretatur hunc locum Suetonii, *cap. 11. auctor ſenatui fuit decernendi, ut quæ ſe ſeruo alieno junxiſſet, pro ancilla haberetur.* Sicut SC. de donis, & muneribus ſub Claudio factum, repetitum fuit ſub Nerone, ut idem Burgius oſtendit, *1. Elector. 18.* Aliter Cujac. in par. *C. d. t. SC. Claud. toll.* ubi Suetonium falſitatis arguere videtur.

## Paulus lib. 4. Sententiar.

Non ſunt liberi, qui contra formam humani generis, conuerſo more, procreantur, veluti ſi mulier monſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliauit, aliquatenus videtur effectus: & ideo inter liberos connumerabitur l. 14. ff. de ſtat. homin.

Paulus *lib. 4. ſententiar. tit. 9.* ita ſcripſerat: *Mulier ſi monſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit, nihil proficit. Partum autem, qui membrorum humanorum officia ampliauit, quia aliquatenus videtur*

*tur*

Digitized by Google

*tur effectus, matri prodeſſe placuit.* Loquitur de Senatus conſulto Tertulliano: quo mater ingenua, trium liberorum jus habens, libertina quatuor, ad bona filiorum, inteſtato mortuorum, admittitur *l. 2. ff. de SC. Tertull. §. 1. J. eod.* ad quod trium, vel quatuor liberorum jus conſequendum, monſtroſi vel prodigioſi partus matri nihil conferebat, Paul. *d. loc.* Hoc quia Juſtinianus emendauit *l. 2. C. de jur. liber. & §. 4. I. d. t.* Tribonianus ſententiam Pauli *d. t. 9. l. 4. ſent.* ad hunc ſenſum inflexit. Ut non ſint juſti liberi & in poteſtate, qui contra naturam naſcuntur *d. l. 14.* Cui grauiter aduerſatur *l. quæret. 135. ff. de verb. ſ.* In *l. 14.* monſtroſus, vel prodigioſus partus matri non prodeſt: prodeſt vero in *l. 135.* Cujacius *in ſent. Paul. cit. loc.* ita has LL. conciliat, ut in *l. 14.* agatur de SCto Tertulliano, adeoque de lucro captando: *in l. 135. de l.* Julia & Papia, proinde de damno vitando; lege Papia, orbas eorum, quæ in teſtamentis relinquuntur, ſemiſſe mulctante, auctore Nicephoro *l. 7. c. 47.* plus a. fauendum his, qui de damno vitando, quam de lucro captando certant, *l. ult. §. ſin vero creditores ſ. C. de jur. delib.* Conciliationem hanc amplectitur Pacius 1. ἐναντιοφανῶν 25. ſuppreſſo nomine Cujacii: vellicat vero Merillius 1. *obſ. 33.* hanc temere. In utraque enim lege quæritur, an hujusmodi partus proſit ad jus liberorum. Rationes *l. 135.* arguunt, jus liberorum vtrobique cuſtodiendum, tam in SC. Tertulliano, quam L. Papia. Ratio v. *l. 14.* (*non ſunt liberi*)

jus liberorum omni modo excludit. Ex mente Juſtiniani monſtroſi partus proſunt matri: non quia ſunt liberi, ſed quia mater enixa eſt. *d. l. 2.*

## Cajus lib. I. inſtitution.

### Adoptio duobus modis fit: aut principis auctoritate, aut magiſtratus imperio. l. 2. in princ. de adoptione.

Non modo libera adhuc Republica, verum ea quoque occupata ab Imperatoribus, arrogatio fiebat per populum, (qui etiam ſub principibus aliquot leges tulit, Papiam Poppæam, Æliam Sentiam, Fuſiam Caniniam. Conf. *l. 9. ff. de ll.* Hotom. *in Epit. D. de conſtitut. princ. n. 2.*) ævo Iuliani. Aul. Gell. *5. Noct. Atcic. 19.* Ulpiani *1. fragment. tit. 8. §. adoptio*, utique & Caji, qui Juliano fuit σύγχρονος. Sed quia principali Reſcripto arrogatio poſtea fieri cœpit, *l. 2. in fin. C. h. t.* Tribonianus, verbis Caji immutatis, pro *aut per populum*, repoſuit, *aut principis auctoritate*, Giphan. *in d. l. 2.* Dicta eſt Arrogatio, quia & is, qui adoptat, rogatur, id eſt, interrogatur, an velit eum, quem adoptat, juſtum ſibi filium eſſe, & is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur *d. l. 2. ff. h. t.* quæ eſt certior arrogationis etymologia, quam a populi rogatione ſiue lege Curiata. Cic. pro domo ſua; *Te eſſe interrogatum, auctor ne eſſes, ut in te P. Fonteius vitæ necisque poteſtatem haberet, vt in filio.* Diſſ. Alciat. *9. parerg. 5. Sigon. 1. de antiq. jur. Ciu. Rom. 10.* Non tamen interrogatio, quæ in arrogatione inter-

teruenit, ſtipulatio eſt. Cujac. *9. obſ. 37. in princ.* ubi diſputat contra Fornerium, ſed ita, ut non immerito dubitare poſſes, candidene cum eo agatur.

## Vlpian. lib. 68. ad Edictum.

Quod ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi Deo non ſit conſecratum l. 9. §. 3. ff. de R. D.

Scripſerat Vlpianus, *etſi Jovi non ſit conſecratum*, quod Tribonianus reformauit. vid. ſupra *ad l. 2. ff. de J. & J.* quod argumento eſt, Tribonianum non fuiſſe gentilem, atheum, quo nomine vulgo traducitur.

## Vlpian. lib. 2. de Cenſibus.

Senatores accipiendum eſt eos, qui a patriciis & conſulibus, usque ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia & hi ſoli in ſenatu ſententiam dicere poſſunt. l. ult. §. 1. ff. de Senator.

A manu Triboniani hæc verba ſunt, falſo nomine Vlpiani ſuperſcripto: quia dignitates illuſtrium, & ſuperilluſtrium, ſpectabilium, & clariſſimorum, ſub ultimis demum Imperatoribus Conſtantinopolitanis, ſub quibus Vlpianum non vixiſſe eruditus nemo neſcit, cœperunt. Olim Senatorum alii erant Patricii; alii Conſcripti, alii Pedarii. Feneſtell. *de Magiſtrat. c. 1.* Aul. Gell. *3. Noct. Attic. 18. Sigon. 2. de antiq. jur.*

*jur. Ciu. Rom. 2. Pithæ. 2. aduerſar. ſubſeciu. 7.* Hodie illuſtres, ſpectabiles, clariſſimi *l. 3. §. vlt. C. de ſilentiar. lib. 12. l. 2. C. de tutorib. illuſtrium. l. pen. C. de dignit. lib. 12. l. 2. §. 2. C. de his qui ven. æt. imp. N. 62.* quæ inter Senatores primum nominant præfectum urbi: Eum ſequuntur patricii, conſules, conſulares, præfecti prætorio, magiſtri militum, & ceteri viri illuſtres: & hoc ordine his ſolis jus eſt ſententiæ dicendæ in Senatu. Cujac. in *l. 1. C. d. t. de dignit.* & in expoſit. *d. N. 62.* Senator ergo noſtro jure definitur is, qui a principe illuſtrem majoremque aliquam dignitatem adeptus ſententiæ in ſenatu dicendæ jus obtinet: cum olim ſenatores priuati eſſent, neque honores vllos gererent. *l. relegatorum 7. §. 21. ff. de interdict. & relig.* Extra Senatum ſunt adhuc aliæ dignitates, veluti Equeſtris *l. un. C. de equeſt. dignit. lib. 12.* Perfectiſſimatus *l. un. C. de perfectiſſimat. dignit. lib. 12.* Egregiatus *l. 5. C. Theodoſ. de mureleg. l. 1. C. Theod. de honorar. codic.* Lactant. *lib. 5. C. 15. Nemo egregius, niſi qui bonus, & innocens fuerit: Nemo clariſſimus, niſi qui opera miſericordiæ largiter fecerit. Nemo perfectiſſimus, niſi qui omnes gradus virtutis impleuerit.* Duar. 2. *diſputat. anniu. 1.* Alc. 3. *diſpunct. 4.*

Obiter. Priſci aliquando ita ſunt locuti, *Senatores accipiendum eſt d.* ult. §. 1. *Socium accipiendum eſt. l. 16. ff.* de re judic. *Exceptionem denegandum eſt, l. 19.* C. de nouation. *Juliani ſententiam ſequendum eſt. l. 12. §. 2. ff.* de capt. & poſtlim. reu. quod imitatus Cujacius ſcripſit. *17. obſ. 5. in fin.*

*vul-*

Digitized by Google

*vulgarem ſcripturam ſequendum eſt.* Varro *de re ruſtic. Canes cum dignitate acres & paucos habendum.* Lucret. *lib.* 1. *Æternas quoniam pœnas in morte timendum.* Similes locutiones obſeruauit P. Pithæus *in not. ad tit* 14. *Collat.* LL. *Moſaic. & Roman.* ex *l.*1. *ſ.*initio 4. *ff.* de offic. præf. urb. *egreſſum eſt præfecti urbi notionem* ex *l.* 19. *ſ.* 1. *ff.*de negot.geſt. *a capite rationem reddendum* ex *l.* 45. ſub fin. *D. ſol.* matrim.*permittendum eſt nepti utilem actionem.* Vnde & in *l.* 4. *ſ. non omnis* 8. *ff. de re milit.* ſic legere mauult: *Nec tamen facile indulgendum eſt extra ordinem judicationem, his qui negotium ante habuerunt: ſed ſi in transactionem res recidit, indulgendum eſt.* Nemo mihi ſuccenſeat, ſi rebus immiſceam, quæ ad Grammaticam pertinent. Idem enim & JCti fecerunt *l.* 1. *ff. Depoſ.* & Imperatores *l.* 3. *&* 4. *C. de V. S.*

## Ulpian. l. 5. ad Edictum.

In eum, qui aduerſus ea fecerit, quinquaginta aureorum judicium datur. l. pen. D. de in jus Voc.

## Modeſtin. lib. I. de pœn.

Si ſine venia edicti impetrata libertus patronum in jus vocauerit, ex querela patroni ſupra dictam pœnam, id eſt, quinquaginta aureos dat. l. ult. D. eod.

Ulpianus ſcripſerat, *quinquaginta millium ſeſtertiorum.* Et Modeſtinus, *quinquaginta millia ſeſtertiorum*

*tiorum.* Non enim aureis, ſed ſeſtertiis olim res omnis agebatur. *tit. 4. Collationis legum Moſaitarum, & Romanar.* (inſtitutæ a Licinio Rufino JCto, ſi fidem Cujacio *13. obſ.10. & 14. obſ. 4.* vel a Judæo quodam, vt ſuſpicatur Freherus *1. parerg.9.* Extat inter opera Pithæi) *l. leg. 25. §. vlt. D. ad SC. Sillan.* vbi ob apertas tabulas, ante quæſtionem familiæ de teſtatoris cæde, popularis pœna in centum aureos extendi dicitur; quam in centum millia ſeſtertiorum fuiſſe, liquet ex his Pauli verbis *in ſententiis lib.3. Hereditas a fiſco vt indignis aufertur, his primum, qui, cum interfectus eſſet teſtator, apertis tabulis teſtamenti vel ab inteſtato adierunt hereditatem, bonorumque poſſeſſionem acceperunt: amplius his & in centum millia ſeſtertiorum pœna irrogatur: nec refert, a quibus paterfam. nec quemadmodum occideretur.* Quæ Pauli verba, quod nondum eſſent peruulgata, Cujacius propoſuit in *l. ſi quis affirmauit. 9. in fin. D. de dol. mal.* Conſtat præterea, eum cenſum dictum fuiſſe olim, qui centum millia ſeſtertium poſſideret, vt in L. Papia *d. 2. & 3. J. de ſucceſſ. libert.* & L. Voconia, Dio *lib. 56.* Fac. *l. Mæuia 49. in princ. D. ſol. matrim. Tac. 11. annal.* Primus Juſtinianus, vt in L. Papia: ſic vbique, etiam videlicet in pœnis æſtimandis, mille ſeſtertios vno ſui temporis aureo definiuit; *d. §. 3.* ad quam aurei æſtimationem Juſtinianeam inflexæ ſunt leges pandectarum, in quibus aureorum fit mentio, vt *d. l. pen. d. l. vlt. l. 11. ff. de dol. mal. d. l. 25. §. vlt. ad SC. Sillan. l. 7. in princ. D. de juriſd. l. 1. in princ. & §. 5. ff. de his qui effud. vel dejec. l. 10. ff. de accuſat.*

*accuſat. l. 1. §. 1. ff. ad l. Jul. de ambit. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit.* Cujac. *in d. l. ſi quis affirmauit 9. & 19. obſ. 31.* Diſſ. Hottomann. *in diſput. de aureo Juſtinianeo.* Cæterum ſolidus idem eſt cum aureo *d. l. penult. junct. §. ult. J. de pœn. tem. litig. l. 5. §. 6. ff. de his qui effud. junct. 2. Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex del. naſc.* Cujac. *d. loc.* quem, reductione ad noſtram monetam facta, plerique accipiunt pro aureo Hungarico. Mynſing. ad §. *S. I. de Attil. tut.* Weſenbec. *in par. ff. de furt. n. 15.* Idem *in addition. ad Schneidew. tit. 1. de donat. quæſt. quæ requirantur. n. 24.* Moller. *1. ſemeſtr. 37.* quorum ſententiam amplectitur Suprema Friſiæ Curia, teſte Sand. *5. Deciſ. 1. defin. 3. in fin.*

## Ulpian. lib. 4. ad Edictum.

Quod fere noviſſima parte pactorum ita ſolet inſeri, rogauit Titius, ſpopondit Mevius; hæc verba non tantum pactionis loco accipiuntur, ſed etiam ſtipulationis. Ideoque ex ſtipulatu naſcitur actio: niſi contrarium ſpecialiter approbetur, quod non animo ſtipulantium hoc factum eſt, ſed paciſcentium, l. 7. §. 12. ff. de pact.

Totum hunc verſiculum, *Niſi contrarium ſpecialiter* &c. adulterinum eſſe Hotomannus obſeruat. *7. obſ. 3.* cuius verba non pigrabor adſcribere: *A* Triboniano, inquit, totum hunc verſum ſubiectum eſſe arbitror, cum Ulpiani ſententiam ſuo more, ad noui ſui juris normam in-

inflecteret. Nam certe apud antiquos nemini unquam in mentem veniſſe arbitror, illam verborum formulam, Rogauit Titius, ſpopondit Mevius, ad pactiones nudas referre: cum ea conſtaret ad ſolam ſtipulationem contrahendam pertinere *l. lecta 40. ff. de reb. cred. l. 121. in princ. l. 122. ſ. Flauius 2. ff. de V. O. l. 8. l. 11. ſ. 2. ff. de duob. reis l. 18. ſ. 1. ff. de acceptil.* adeo, ut etiamſi ſimpliciter in inſtrumento ſcriptum fuiſſet, promiſiſſe aliquem, perinde haberetur, quaſi ſtipulatione præcedente reſponſum fuiſſet, Paul. 5. *ſent. 7. ſ. 17. Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. 134. ſ. ult. D. de V. O.* Sed jure nouo per Leonis conſtitutionem inductum eſt, ut non ex verborum formulis, ſed ex mente & animo pronuntiantium ſtipulationes interpoſitæ cenſerentur. *l. 10. C. de contrah. ſtipul. ſ. 2. Inſt. de V. O. ſ. 13. inſt. de inutil. ſtipulat.* Quibus ex locis facile intelligitur, nouo iſto jure, quamuis ſolennia ſtipulationis verba pronuntiata ſint, tamen non aliter ſtipulationem contractam cenſeri, quam ſi ſtipulationis contrahendæ cauſa illa verborum conceptio pronuntiata fuerit. Huc accedit, quod Iuſtinianus *in l. 4. ſ. ult. C. de recept. arb.* dilucide teſtatur, conſueta ſtipulationum verba & ſubtilem, imo magis ſuperuacaneam obſeruationem, ab aula, id eſt, a foro, communi conſuetudine receſſiſſe. Quæ cum ita ſint, perſpicuum eſt, quamuis Imperatorum & Pragmaticorum Græcorum inſtituto, ſtipulandi & ſpondendi verba, etiam ad pactorum nudorum ſi-

ſignificationem abuſione translata ſint, tamen Ulpiani ætate ſuam illis ſedem in ſolennium tantum verborum obligationibus contrahendis, conſeruatam fuiſſe.

## Ulpian. lib. 8. Edictum.

Parentes & liberi utriusque ſexus, nec non & cæteri agnati vel cognati, ſecundum pietatis rationem, & animi ſui patientiam, prout quisque voluerit, lugendi ſunt; Qui autem eos non eluxit, non notatur infamia, l. 23. ff. de his qui not. infam.

Tribonianus Ulpiani hoc reſponſum interpolauit, & finxit arbitratu ſuo; morem ſui temporis ſecutus. Nec enim de lugendis parentibus, aut liberis, aut cognatis Ulpianus aliud, quam Paulus ſcripſerat, qui *in ſententiis* ſcripſerat, parentes & filios majores ſex annis, anno eſſe lugendos: minores menſe: cognatos proximioris gradus, octo menſibus: maritum, decem: & eum, qui non impleſſet tempus luctus, infamium numero haberi. Quæ luctus definitio cum ætate Triboniani non obſeruaretur, in arbitrio & pietate cujusque poſuit modum luctus parentum, aut cognatorum, remiſſa infamiæ pœna. Cujac. *21. obſ. 12.* in marito lugendo non idem arbitrium mulieri Tribonianus dedit: quia tantum abeſt, ut poſteriores leges, aut mores luctum eius minuerint, ut etiam eum produxerint ultra menſes decem; quod olim legitimum erat tempus lu-



Digitized by Google

ctus, & pro anno accipiebatur, Senec. *in libr. de conſolatione. Majores*, inquit, *decem menſium ſpatium lugentibus viros dederunt.* Idem *lib. 8. epiſt. Annum fœminis ad lugendum conſtituere majores*, quod ad Canenſem usque cladem conſtantiſſime obſeruatum fuiſſe Rævardus 1. *var. ult.* probat ex Feſto *lib. 7. de verb. ſignif.* Valer. Maxim. *lib. 1.* & Liuio *lib. 22.* poſtquam inductum, ne amplius XXX. diebus maritus lugeretur. Hodie lege Theodoſii luctui peragendo præfinitus eſt annus integer XII. menſium *l. 2. C. de ſecund. nupt.* Ratio hujus luctus eſt, ne quis de prole dubitet *διά τήν τῆς γονῆς ἀδηλίαν*, *l. ſancimus 53. §. 3. verſic. non audente muliere C. de Epiſc. & Cl. l. 8. §. 4. in fin. C. de repud.* Cujac. *d. loc.* Sed etſi intra annum mulier pepererit, elugere debet virum: niſi luctu ſit indignus, ut ſi damnatus ſit perduellionis *l. 11. §. 1. & 3. ff. de his qui not. infam.* Poſt partum, *ἐν τῷ πένθει*, alii non poteſt nubere: *ἐν τῷ πενθίμῳ* poteſt. Harmenop. *lib. 4. tit. 6.* *πένθος* eſt virorum luctu dignorum: *πένθιμος* indignorum. Cujac. *in præſcript. temp. cap. 20.* Jure Canonico uxor maritum elugere non tenetur, *c. pen. extr. de ſecund. nupt.* Cui probando Papa Urbanus III. adducit *c. 7. ad Rom. verſ. 2. 3. & 1. ad Corint. 7. v. 39.* Sed abutitur dicto Apoſtoli. Nam *in Domino nubere*, ibi eſt, nubere *μετά σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος* ſobrie & decenter, Jac. Curt. *tom. 1. conject. lib. 3. c. 9.*

Pau-

## Paulus lib. I. Manualium.

Per procuratorem non ſemper acquirimus actionem. l. 72. ff. de procurator.

A manu Triboniani ſunt verba *non ſemper:* vt oſtendam ad *tit. D. de pign. act.* Interim vide Giphan. *in l. 5. C. de contrah. ſtipul.*

## Paulus lib. I. Sentent.

Actio negotiorum geſtorum illi datur, cuius intereſt, hoc iudicio experiri. Nec refert, directa quis, an utili actio. ne agat, vel conueniatur, quia in extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt: maxime cum utraque actio eiusdem poteſtatis eſt, eundemque habet effectum. l. 47. ff. de negot. geſt.

Iudicium, ſiue actio ordinaria dicebatur olim, cum præuia cauſæ coniectione, prætor, formula agendi ab eo impetratata, litigantes amandabat ad iudicem pedaneum ſic dictum *l. 3. §. 1. ff. ſi quis eum qui in ius voc. vi exem. l. 1. §. 6. ff. de poſtuland. l. 4. ff. de tutor. & curat. l. 38. §. 10. ff. de pœn. tit. C. de pedan. iudicib.* quod de plano, recto quaſi poplite, ac fortuito, viuoque in ceſpite iudicaret. Heſychio χαμαιδικαςής & Διαιτητής πληρωτός, iudex ſortito, e numero ſelectorum electus. *Cuiac. 21. obſ. 31.* P. Faber. *in l. 1. ff. de R. I.* Mornac. *in l. 9. §. 3. ff. de offic. proconſ.* Ex-



Digitized by Google

traordinaria autem actio vocabatur, cum ipſe prætor, ſine ſolennibus formulis, nulloque dato iudice, extra ordinem, leuato quaſi velo, cognoſcebat, ſi videlicet fauor cauſæ, aut neceſſitas id expoſceret, *l. 53. §. inter venditorem ff. de act. emt. l. 1. ff. de extraord. cogn.* Hinc iudicare & jus dicere diſtinguitur *tit. C. ne quis in ſua cauſ. iudic. vel ius dic.* iudicat iudex datus: jus dicit magiſtratus *l. 26. §. ait prætor. 4. ff. ex quib. cauſ. mai.* Cuius diſtinctionis ope in concordiam adducuntur *l. 10. ff. de iurisd. & l. 77. ff. de iudic.* Merill. 1. *variant. ex Cujac. 10.* Quibus conſequens eſt, perabſurdam eſſe opinionem Eguin. Baronis, tum demum prætorem proprie ius dixiſſe, quando ipſe iudicauit; non autem quando iudicem dedit: id quod ſolide confutant Anton. Govean. *lib. 1. adu. Baron. n. 7. & 10.* & Duaren. *in Apologia.* De actione negotiorum geſtorum iam quæritur, fuerintne ordinaria, an extraordinaria: hoc eſt: an tempore Pauli ICti ſuper actione negot. geſtor. iudex datus fuerit, an vero ipſe prætor deſuper cognoſcere conſueuerit? & certe ordinarium fuiſſe hoc iudicium, vt pleraque omnia iudicia, ex edicti verbis intelligitur, quæ ita ſunt concepta: *Si quis negotia alterius geſſerit. iudicium eo nomine dabo, l. 3. in princ. D. de neg. geſt.* ſecus atque in edicto de minoribus in integrum reſtituendis, *l. 1. §. 1. ff. de minor. Vti quæque res erit, animaduertam*: ait prætor. Hodie ſublatis formulis, earumque impetrationibus, aliisque ſolennibus, *l. 2. & 2. C. de formul. ſublat.*

Digitized by Google

*ſublat.* & ſimul ipſa iudicis datione ſublata. *l. 2. C. de pedan. iudic.* omnia iudicia extraordinaria eſſe cœperunt, *§. vlt. I. de Interdict.* quo Tribonianum in *d. l. 47.* reſpexiſſe ſi quis neget, demonſtrat, ſe Tribonianeæ exiſtimationis, quam veritatis ſtudioſiorem eſſe, A. Fab. 4. *coniector. 7.* Giphan. *in prolegom. lib. 8. Cod. p. 292.* Diſſ. Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 1. Diſp. 10. th. 5. lit. a. & vol. 2. Diſp. 25. th. 1. lit. b. &c.* Aliter Cuiac. *15. obſ. 11. in princ. & in par. C. d. t. de form. ſubl.* Quod porro *in d. l. 47.* dicitur, nihil referre, directa quis, an vtili actione negotior. geſtor. agat, id ratione effectus, & poteſtatis, ibidem recte defenditur; quod nempe vtraque actione idem conſequatur actor. Nam alioquin inter τὸ ὂν & τὸ πόιον, inter rem, & modum rei diſtinguendum. Confer. *l. 112. ff. de R. I. tit. ff. quar. rer. act. non. det.* vbi Cuiac. *§. pen. I. quod cum eo qui in al. pot. iunct. l. 40. ff. de condict. indeb. §. 4. I. de exception. iunct. l. 7. ff. de iureiur. l. quia 40. ff. de R. V. l. 1. §. hæc verba 5. in fin. D. ne vis fiat. l. creditores. 10. ff. d. V. S.*

## Paul. lib. 11. ad Edictum.

### Id eſt, vsque ad duos aureos, l. 10. ff. de dol. mal.

Modicam ſummam, ob quam datur actio de dolo, Paulus intepretatur duorum aureorum. Scripſerat Paulus, *vsque ad duo millia ſeſtertiorum.* Cur Tribonianus eam ſcripturam immutarit, anteuerti dicere ad *l. pen. & vlt. ſupr. de in-*

*in ius voc.* Hoc addo ὡς ἐν παρόδῳ, egregie operam ludere Zaſium, qui *d. l. 10.* eo detorquet, vt probet, actionem furti pro re minima non competere: qua de cauſa alii eum ſatis & ſuper defricuerunt.

## Cai. lib 4. ad edictum Prouinciale.

Aduerſus eos quoque reſtitutio præſtanda eſt, quorum de dolo agere non permittitur: niſi quædam perſonæ ſpeciali lege exceptæ ſint, l. 27. §. vlt. D. de minor.

Reſtitutio in integrum, quæ fit cognitione prætoria, ex tertia parte, id eſt, beneficio ætatis, non præſtatur aduerſus parentes; vel patronos, quaſi in liberorum vel libertorum rebus non rite verſatos, *l. vlt. C. qui & aduerſ. quos in integr. reſtit. non.* quæ vna eſt e quinquaginta Deciſionibus Iuſtiniani Duar. *in d. l. vlt.* Merill. *in libr. de 50. Deciſ. Iuſtin.* Olim præſtabatur, vt indicat *d. l. 27.* ad quam tamen ex Iuſtiniani lege Tribonianus addit hæc verba, *niſi quædam perſonæ ſpeciali lege exceptæ ſint.* Excepti enim ſunt parentes, & patroni ex *d. l. vlt.* Cuiac. *in l. non debet. 11. ff. de dol. mal.* A dicta *l. vlt.* excipiendus eſt caſus ſecundarum nuptiarum. Matres, qui tutelam aut curam filiorum geſſerunt, anecclogiſtæ ſunt, ſiue immunes a redditione rationum, & non poſſunt aduerſus eas liberi petere in integrum reſtitutionem, niſi illæ tranſierint ad ſecundas nuptias, *N. 155. in princ. & c. 1.* vbi Cuiacius,

cius. Tentari poteſt, poſt *d. l. ult.* nec ex cauſa metus in integrum reſtitutionem aduerſus parentes præſtandam, quin nec actioni in factum de dolo, quæ dabatur olim *d. l. non debet. n. ſſ. 1. in fin.* hodie locum eſſe. Ex cauſa abſentiæ autem filium contra patrem reſtitui, communis eſt Dd. ſententia, quam refert, & ſequitur Gabriel Mudæus *in d. l. ult.* Quin etiam in terminis doli commiſſi, vel metus a parente, vel patrono illati, non repugnabo, filio, libertoue ſuccurrendum, implorato officio judicis: ne ex ſua calliditate lucrum, vel impunitatem pater, vel patronus ferat.

## Paulus lib. II. ad Edictum.

**Ex nouis autem legibus & hereditates, & tutelæ plerumque ſic deferuntur, ut perſonæ naturaliter deſignentur, l. 7. in princ. verſic. ex nouis D. de cap. min.**

De hoc verſic. audiamus Hotomannum. *3. obſ. 9.* Tandem aliquando, inquit, confido, me huius legis ænigma diſſoluiſſe, quod Tribonianus, male vtique de noſtris ingeniis meritus, nobis in cruciatum poſuerat. Nam in contextum Pauli verborum, emblema de ſuo inſeruit, quod animaduerſum facile omnes tenebras diſcutiet. Emblema autem eſt in illo verſu: *ex nouis legibus* &c. Quod enim de tutelis dixit, falſo temere Paulo ICto attribuit. Nam ex nouo Anaſtaſii & Juſtiniani iure ſumtum eſt, quorum ille conſtituit, ut quemadmodum imperio ſuo frater emancipatus ad

ad legitimam fratris & ſororis hereditatem admittebatur, eodem etiam modo ad legitimam eorum, & liberorum eorum tutelam vocaretur, *i. pen. C. de curat. fur.* Hic autem, ut quæ perſonæ ex iure cognitionis ad legitimas ſucceſſiones imperio ſuo admiſſæ fuerant, eædem etiam ad tutelas vocarentur, *l. ult. ſ. pen. C. de legit. hered.* At Pauli ætate nullæ iſtiusmodi tutelæ fuerunt, quæ cognationis iure deferrentur, *l. 2. ff. de legit. tut. l. 2. C. eod.* Neque ad fiduciarias, quæ patribus, aut fratribus aut patruis emancipati deferebantur, referri hoc poteſt, de quibus agitur in *l. 4. ff. de legit. tutor. & tit. Inſt. de fiduc. tut.* Primum, quoniam non de impuberis emancipatione hic agitur, ut in *d. l. 2.* ſed nominatim de eius, cui tutela deferebatur. Deinde, quoniam hic agitur, non tantum de capitis minutione, quæ ante tutelam delatam contigit, verum etiam poſt ipſam delatam, & ſuſceptam.

## Ulpian. lib. 77. ad Edictum.

Si feriatis diebus, cogente prætore, arbiter dicat ſententiam, & petatur, & compromiſſo, pœna, exceptionem locum non habere conſtat: niſi alia lege eadem dies feriata, in qua ſententia dicta, eſt excepta, l. 36. ff. de recept. arbit.

Hotomannus vir ingenii probi, & recti, teſte Cuiacio *in art. ad Ulpian. tit. 22. in fin.* exiſtimat,

mat, totum hunc verſum ad Ulpiani ſententiam a Triboniano additum fuiſſe: *niſi alia lege eadem dies feriata, in qua ſententia dicta, eſt excepta:* quem *S. obſ. 16. in princ.* affirmare audet, ſumtum eſſe ex Valentini conſtitutione *in l. omnes dies 7. C. de feriis.* ubi ſic loquitur: *In eadem obſeruatione numeramus & dies ſolis, quos Dominicos rite dixere majores, qui repetito in ſe calculo reuoluuntur: in quibus parem neceſſe eſt habere reuerentiam: ut nec apud ipſos arbitros, vel a judicibus flagitatos, vel ſponte electos, ulla ſit cognitio jurgiorum.* Diebus igitur feriatis, iuſſu prætoris, arbiter ſententiam dicere poteſt, *d. l. 36.* quam Gloſſa intelligit de diebus meſſium, & vindemiarum. Meſſis cauſa forum mutum eſt a judiciis, a die octauo Kalendarum Julii, usque ad Kalendas Auguſti. Vindemiæ gratia forum clauditur a die decimo Kalendarum Septembris, usque ad Idus Octobres, *l. 2. C. d. t.* quia menſes deputantur æſtiuis feruoribus mitigandis, & autumni fœtibus decerpendis: quomodo in *d. l. 7.* Cuiacius legit: ut illo verſu Aſclepiadis: *Ex autumnali redolet vindemia fœtu.*

---

# EMBLEMATA
# *TRIBONIANI,*
## Notata in ſecunda Digeſtorum parte.
## Ulpian. lib. 2. ad Edictum.

In omnibus autem, in quibus protelatur admonitio, hoc procedere ſine tem-

poralí damno creditorum oportet, l. 2. §. penultim D. de iudic.

CUiacius in *l. 1. C. de dign. lib. 12.* Tribonianum hunc §. ex nouo iure, falſo veteris Juriſconſulti nomine ſuperſcripto, de ſuo adſcripſiſſe affirmat. Unde autem & ex qua parte iuris noui ſit petitus, non dicit. Sumtus vero videtur eſſe ex *l. fin. in fin. C. qui bon. ced. poſſ.* Debitori induciis anni, vel biennii, aut quinquennii (Gall. *lettres de reſcript,* literis reſpirationis, Ant. Fab. 25. *error. pragmat. 3.* Germanice, Anſtands-Briefe) indultis, præſcriptio temporalis contra creditores non currit. Intermedio tempore actiones non peribunt; cum illud benigne indultum ſit debitori differendæ ſolutionis gratia, ut interim res ſuas procuret, Fr. Raguell. in *d. l. fin.* Quæ dilatio & quaſi iuſtitium ſoluendi æris alieni, Græcis dicitur ἀνακωχή, ὑπερημερία, προθεσμία. De quibus induciis ſunt, qui putent, exaudiendam eſſe *l. quoties 2. C. de precib. imper. Off.* Male. Senſus legis eſt: præſcriptionem moratoriam, id eſt, dilatoriam, a principe remitti poſſe: peremtoriam remitti non poſſe, Cuiac. *2. obſ. 10.* Giphan. *in d. l. 2.*

## Ulpian. lib. I. Offic. Conſulis.

Si iudex, cui certa tempora præſtituta erant, deceſſerit, & alius in locum eius datus fuerit, tanta ex integro tempora in

Digitized by Google

in perſona eius præſtituta intelligimus: quamuis magiſtratus nominatim hoc in ſequentis donationem non expreſſerit: ita tamen, vt legitimum tempus non excedant, l. 33. ff. de judic.

Tempus, intra quod iudicia peragenda ſunt, hodie in cauſis criminalibus eſt biennium; in ciuilibus triennium eſt, *properandum 13. ſſ. 1. C. de Iudip.* Cuiac. *1. obſ. 8. & 17. obſ. 23.* Et hoc triennii tempus ex ſententia, *d. l. 13.* appellatur legitimum *in d. l. 32. ſſ. de judic.* Giphan. *in d. l. 13. ſſ. ſi autem 8. verſic. fin. autem in medio triennii.* Raguell. *ad eand. l. 13.* Donell. *26. commentar. 1.* Sicut *in l. 3. ſſ. de vſucap.* Tribonianus propter transformationem Iuſtiniani *in l. un. C. de vſucap. transform.* ſcripſit, *temporis lege definiti.* Olim ciuiles cauſæ nullo certo ſpatio fuerunt circumſcriptæ. Giphan. *in d. l. 13. p. 140.* Diſſ. Ræuard. *4. varior. 14.* aſſerens, etiam ante Iuſtinianum finiendis actionibus ciuilibus inſtitutis triennium fuiſſe præſtitutum; motus auctoritate Sidonii Apollinaris *lib. 8.* cuius hæc recitat verba; *per ipſum fere tempus, vt decemvir aliter loquar, lex de præſcriptione triennii fuerat proquirata: cuius peremtoriis abolita rubricis lis omnis in ſextum tracta quinquennium terminabatur.* Sed quis non videt, Sidonium minime loqui de termino iudicii ſiue inſtantiæ, id eſt, agitationis iudicii, quæ fit a litis conteſtatione, vsque ad ſententiam, ſed de tempore mouendæ actioni præſtituto? Loquitur

tur de præſcriptione, non triennii, ſed *tricennii*, ſic enim legendum eſſe ſequentia efflagitant. Nam quid *in ſextum quinquennium* aliud eſt, quam in tricennium, non triennium? Intelligit ergò Sidonius Nouellam Theodoſii & Valentiniani *de præſcript. 30. annor.* Cuiac. *in not. priorib. ad princ. tit. Inſtit. de perpet. & tempor. action. & 2. obſ. 24.* Praxin forenſem quod attinet, neque cauſas ciuiles triennio, neque criminales biennio terminare neceſſe eſt. Conſtitutio *d. l. properandum 13.* prorſus obſoleuit. Mynſ. *2. obſ. 48.* Gail. *1. obſ. 141.* Giph. *in d. l. 13.*

## Vlpian. lib. 15. ad Edictum.

Sed in propoſita quæſtione tribus viſionibus relatis, vna prima, deinde alia, poſſe dici, totum quod ſupereſt, reſtituere eum debere, &c. l. 25. §. 15. ff. de heredit. pet.

Viſionibus, id eſt, caſibus, ſpeciebus thematis, quæſtionibus *l. 8. §. 2. ff. ad SC. Vell. l. 29. §. 5. ff. Mand. l. 25. §. 3. ff. de probat.* Hotomann. *in comment. verbor. iur. verb. viſio.* In hac autem notione hoc verbum, *viſionum*, inoleuit ætate Iuſtiniani *l. 2. §. ſi quid autem 13. C. de vet. iur. enucl. §. 14. tit. de confirm. Digeſtor.* Græca conſtitutio θεωρίας vocat. Vbicunque igitur in Digeſtis reperitur, ſane a manu Triboniani eſt, Cuiac. *21. obſ. 26.* Num in eo ſignificatu hoc verbum etiam a Tertulliano vſurpetur *c. 3. de anima*, *prout*, inquit ibi, *ſcripturæ leguntur, aut Pſalmi canuntur,*



Digitized by Google

*tur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, ita inde materiæ viſionibus ſubminiſtrantur*, alii viderint.

## Tit. 3. lib. 6. Digeſtor.
## Si ager vectigalis, id eſt, emphyteuticarius petatur.

Hæc inſcriptio, vt & *l. ſciendum. 15. ʃſ. 1. verſ. ſed & qui vectigalem, D. qui ſatisd. cog.* redolet manum Triboniani: Nam etſi Byzantiis veteribus Emphyteuſeon originem Ariſtoteles 2. *Oecon.* tribuere videatur, tamen Zenoni Imp. debemus, vt emphyteuſis pro diſtincto, proprio & ſpeciali contractu habeatur, *l. 1. C. de iur. emphyt.* ibi: *definitionem habere propriam. ʃſ. adeo 3. Inſt. de locat. conduct.* quo Tribonianus in Rubrica illa componenda reſpexit. Haud abſimiliter ad Rubric. Dig. *de Interdictis*, appinxit hæc verba, *ſiue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt;* quæ petita ſunt ex *ʃſ. vltim. Inſt. eod. & l. vlt. C. eod.* Nolim tamen propterea aſſirmare, iſtum contractum eſſe Iuris Ciuilis, & quandam creaturam Zenonis, contra quam Græci ſcripſerunt ad *l. ex hoc iure 5. ff. de I. & I.* vbi dum *l.* ait, quaſdam obligationes eſſe Iuris Ciuilis, exemplum ponunt in Stipulatione, & Emphyteuſi: quos refellit *d. ʃſ. adeo 3.* Sed ſi ager vectigalis hodie idem eſt cum emphyteuticario, cur ſeparantur *in l. etiam vectigale 13. C. de præd. & al. reb. minor.* vid. Giphan. *in l. 2. C. d. t. de iur. emphyt. p. 347.* Omnis ager vectigalis eſt emphyteuticarius, non

non contra. Cuiac. *in not. ad d. l. etiam vectigale.* ius emphyteuticum dicitur etiam embateuticum *in l. ſed ſi. 3. ʃ. 4. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Cuius appellationis quæ ſit ratio, diſputant Alciatus *in parerg. 36.* Fornerius *in l. quæſtio 115. ff. de V. S.* Turnebus *3. aduerſarior. 25.* Mornac. *in d. l. 1. C. de iur. emphyteut.* Salmaſius *Diatrib. de mutuo p. 63.*

## Vlpian. lib. 17. ad Sabinum.

**Si habitatio legetur, an perinde ſit, atque ſi vſus, quæritur: & effectu quidem idem pene eſſe legatum vſus & habitationis, & Papinianus conſenſit, l. 10. in princ. ff. de vſu & habit.**

Particulam *pene* Tribonianus addidit ex *l. cum antiquitas 13. C. de vſufr.* vbi Iuſtinianus ius locandi conceſſit ei, cui habitatio legata eſt; quod ſecus fuiſſe olim Vlpianus non obſcure indicat. Atque iſta locandi licentia ſignificatur per ceſſionem, quam ibidem Iuſtinianus legatario facere permittit. Nam per ceſſionem ſolennem; quæ fiebat ad ſellam prætoris, totius a ſe iuris abiudicandi cauſa, habitatio, exemplo vſusfructus, transferri nequit, *ʃ. finitur. 3. Inſt. eod. l. 66. de iur. dot.* quæ tamen lex non caret inſigni difficultate, vulgo non animaduerſa. Negat Pomponius, in ſpecie *d. l. 66.* mulieri, ſoluto diuortio matrimonio, cedi vſumfructum poſſe. Quidni vero poſſit? Domino proprietatis procul dubio recte ceditur, *d. ʃ. finitur & l.*

*cum*

Digitized by Google

*cum in fundo 78. §. 2. de jur. dot.* Atqui mulier in *d. l. 66.* erat domina. Nam diuortio ſoluto matrimonio dotem aduentitiam, (de qua ibi agitur) mulier repetit, quia eſt domina, *tit. 6. §. diuortio reg. Vlp.* Niſi forte qui dotem dedit eam reddi ſibi ſtipulatus ſit: quæ dos ſpecialiter receptitia vocatur *d. tit. 6. §. aduentitia.* Mirum eſt, quod hoc Pomponio non venerit in mentem. De extraneo autem quod dicit, ſi ei cedatur uſusfructus, nihil ad eum tranſire, ſed ad dominum proprietatis reuerſurum uſumfructum recte ſe habet. Cedendo enim uſumfructum extraneo, nihil agitur, *d. §. finitur*, puta, in perſona extranei nihil agitur: hoc vero agitur, præter intentionem agentis, ex ratione iuris, ut uſusfructus redeat ad proprietatem. Cuiac. *in not. ad d. §. finitur.* Donell. *10. comm. 19.* Diſſentiunt Hotomann. Balduin. *ibidem* Pinell. *par. 3. l. 1. C. de bon. matern. num. 39.* Weſenbec. *in par. D. quib. mod. uſusfr. am. num. 5.* Sand. *de action. ceſſ. c. 5. n. 35.* H. Grotius *1. d. Jur. bell. & pac. 4. n. 10.* qui reſpondent ad *d. l. 66.* in ſpecies huius l. reuerti vſumfr. ad proprietatem: non ſtatim, ſed legitimo tempore; puta, mortuo fructuario: quam reſponſionem ſolide confutat Bachouius *vol. 1. Diſp. 16. theſ. 10. lit. A. & B. & in comment. ad §. finitur.*

## Vlpian. l. 18. ad Edictum.

**Si autem nondum mihi damnum dederis, ſed ita ignem habeas, ut metuam,**

ne

ne mihi damnum des, damni infecti puto ſufficere cautionem, l. ſi ſeruus. 27. §. 10. in fin. D. ad L. Aquil.

Vlpianus ita ſcripſerat, *vt metuam, ne mihi det, æquum ſit, me interim actionem in factum impetrare: niſi quis dixerit, damni non facti ſufficere cautionem:* quomodo legitur in collatione legum Moſaicarum, & Romanarum tit. XII. Sed Tribonianus hæc verba, *æquum ſit, me interim actionem in factum impetrare*, omiſit; propter ſublatam actionum impetrationem, *l. 1. & 2. C. de form. & impetrat. action. ſublat.*

## Paul. lib. 6. ad Sabinum.

Qui familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo, & finium regundorum agunt, & actores ſunt, & rei; & ideo iurare debent, non calumniæ cauſa ad inficias ire l. 44. §. 4. ff. famil. erciſc.

Initio litis cuiusque vtraque pars iurat, ſe non calumniæ animo litem conteſtari: quod jusiurandum auctorem habet Iuſtinianum *§. 1. in princ. & verſic. non etiam actor. Inſtit. de pœn. temer. litig. l. 2. in princip. C. de iureiur. propt. cal. præſt.* Igitur *d. l. 44. §. 4.* a Triboniano interpolatam eſſe oportet. Cujacius in expoſ. *N. 49. &* Giphan. *in d. l. 2,* Sunt qui hoc jusjurandum ex jure Diuino arceſſunt. *Exod. 22, 11.* Verum de iuramento purgationis tantum ibi Moſes loquitur.

Cal-

Digitized by Google

## Calliſtratus lib. 2. edicti monitorii.

Interrogatoriis actionibus hodie non utimur, quia nemo cogitur ante judicium de ſuo jure aliquid reſpondere: ideoque minus frequentantur, & in deſuetudinem abierunt, l. 1. §. 1. ff. de interrogat. in iur. fac.

Doctiſſimos quoſque turbauit, (inquit Duarenus *1. diſput. anniuerſar. 43. in fin.*) quod per totum tractatum de interrogationibus in iure faciendis mentio ſit actionis interrogatoriæ, edictumque prætoris de ea actione propoſitum interpretantur ICti: cum tamen actionem in uſu non eſſe, Calliſtratus reſponderit. Verum, totum hunc §. non Calliſtrato, ſed Triboniano, iura vetera ad tempus ſuum accommodanti, acceptum ferendum, Hotomannus in Verrinarum commentariis primus obſeruauit, vid. eund. *in epit. D. h. t. n. 12.* Eſt autem actio interrogatoria, non qua interrogationi cogitur reſpondere aduerſarius: nulla enim eo nomine unquam actio fuit, nec actionis nomen huic rei conuenit; ſed dicitur interrogatoria, quæ ex interrogati reſponſione datur, perinde, ac ſi obligatus eſſet, *l. de ætate 11. §. 1. l. ult. D. eod.* Duar. *d. loc.* Dicitur etiam confeſſoria, *l. 25. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Fiebat illa interrogatio in iure *d. tit. de interrogat. in jur. fac.* per ius intelligitur locus, in quo ius redditur: appellatione collata ab eo, quod fit in eo, ubi fit. *l. 11. in fin. D. de I. & I.* quo-



Digitized by Google

modo moneta in *l. C. de falſa mon.* ſumitur pro loco, in quo nummi formantur, & Macrob. 1. *in Somn. Scipion. Semen locari intra formandi hominis monetam.* Eadem figura in *Medicinam rapere* apud Plautum eſt, in Chirurgi pergulam, ſiue tabernam rapere, Cujac. *in par. C. d. t.* Freher. 2. *parerg. 16. cir. fin.* Porro hic locus iuris fuit duplex. Alius enim erat ordinarius, & ſtatus, alius momentaneus. Ordinarius erat pro tribunali, *d. l. 11. l. 2. ſ. 2. ff. quis ord. in poſſ. ſeru. l. 3. ſ. 8. ff. de bon. poſſeſſ. d. tit. de interrog. fac. in iure.* id eſt, ἐν βήματι, pro tribunali, ut Græci ibi interpretantur. Momentaneus erat in plano, ſella poſita, ſiue domi, ſiue in itinere. *l. 4. ſ. 1. ff. d. t. de interrog. in iur. fac. l. 18. ſ. fin. D. de quæſtion. d. l. 3. ſ. 8. d. l. 2. ſ. 1.* Unde plenaria interpellatio dicitur *in l. 5. C. de naufrag. lib. 11.* quæ fit in plano: Vt planarii conflictus apud Ammian. Marcellin. *lib. 19.* Cuiac. *in d. l. 5.* Atque hic locus nomen iuris diutius non habuit, quam ſellæ iuris dicundi cauſa poſitæ prætor inſedit, Ræuard. *in protribunalibus cap. 7.* Perperam igitur Hotomannus *1. obſ. 22. & 7. obſ. 5.* eumque ſecutus Treutlerus *vol. 1. Diſp. 4. th. 8.* emendat *d. l. 4. ſ. 1.* hoc modo: *non ſi domi, vel in itinere.* quam emendationem etiam improbant Cuiacius *14. obſ. 11.* Robertus *1. recept. lection. 13. &* Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 1. Diſp. 4. th. 1. lit. d.* De articulis interrogatoriis, in proceſſu iudicii Cam. Imp. imo in tota Germania receptis, ſuper quibus teſtes examinantur. vid. Vigl. Zuichem.. *in l. 1. ff. de reb. cred. n. 30. & ſeqq.*

EM-

Digitized by Google

# EMBLEMATA *TRIBONIANI*,

## Notata in tertia Digeſtorum parte.

## Paul. lib. 28. ad Edictum.

**Creditum autem interdum eſt, etiamſi nihil proficiſcatur: veluti ſi poſt nuptias dos promittatur, l. 2. §. 3. in fin. D. de reb. Cred.**

PAulus hoc loco non ſcripſerat, *promittatur*, ſed, *dicatur*. Dos aut dabatur olim, aut promittebatur, aut dicebatur. Dicebatur ſolennibus verbis ſine interrogatione, Caius *lib. 2. Inſtit. tit. 9. ſſ. ſunt & aliæ obligationes*. qua dictione dotis tres tantum perſonæ obligabantur, mulier, debitor mulieris & parens mulieris, virilis ſexus, per virilem ſexum cognatione iunctus, velut pater, auus paternus. Caius *d. loc.* Vlpian. *in fragm. tit. 6. in princ. & ſſ. 1.* Alciat. *11. parerg. 10.* Verum quia ſublata eſt dicendæ dotis ſolennitas, Tribonianus pro *dicatur*, ſubſtituit, *promittatur*, in *d. l. 2.* vt & alibi paſſim pro, *doti dicere*, repoſuit *doti promittere*, inuſitata loquendi forma, *l. ſi rem 31. ſſ. vlt. D. de nouation. l. auus 79. ſſ. 1. ff. de iur. dot. l. ſi ſocer. 44. ſſ. 1. ff. ſolut. matrim.* Et *in l. 1. C. de iur. dot.* cum Seuerus Imper. ſcripſiſſet *dictio, vel promiſſio*, & paulo poſt, *ex dictione vel ex ſtipulatione* (nec dum enim ex pollicitatione dotis actio erat,) Tribonianus adſcripſit



Digitized by Google

pollicitatione: cum tamen ex pactis & pollicitationibus actio præſcriptis verbis, non condictio dari ſoleat, Cuiac. *in not. ad Vlpian. d. tit. 6.* Sunt, qui *d. l. 2. ſ. 3. de reb. cred.* interpretentur de dote marito ſtipulanti promiſſa poſt nuptias contractas, vt ſcilicet hæc promiſſio non aliter valeat, quam ſi nuptiæ ſequantur, *l. dotis 3. ff. de iur. dot.* Sed ſi hæc interpretatio admittatur, fruſtra *in fin. d. l. 2.* iteratur, *creditum etiam fieri interpoſita ſtipulatione, Cujac. 23. obſ. 18. in fin.*

## Vlpian. lib. 28. ad Edictum.

Sed, vbi vtriusque vtilitas vertitur, vt in empto, vt in locato, vt in dote, vt in pignore, vt in ſocietate, & dolus, & culpa præſtatur, l. 5. §. 2. ff. commod.

Vlpianus ſcripſerat, *vt in actione rei vxoriæ, vt in fiduciæ iudicio,* quomodo legitur *in collatione Legum Moſaicarum, & Romanarum, tit. X.* Sed quia abolita eſt rei vxoriæ actio, *ſ. fuerat. 29. I. de action. l. vn. C. de rei vxor. act.* nec fiduciam ius Iuſtinianeum agnoſcit, *arg. l. vlt. C. de pact. pign.* Tribonianus ſcripſit, *vt in dote, vt in pignore, P.* Pithœus *in not. ad d. tit. X. Collationis LL. Moſaic. & Romanar.* Erat autem Fiducia pignus, quod creditori mancipabatur, aut in iure cedebatur, ea lege, vt ſoluta ad diem pecunia, remanciparetur: non ſoluta, creditori pleno iure committeretur, Cuiac. *in not. ad ſentent. Paul. lib. 2. tit. 13.* Longe aliter Hotomannus definit *in epit. D. de pignor. num. 7.*

Vlpia-

Digitized by Google

## Vlpianus lib. 28. ad Edictum.

Proprie pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit: hypothecam, cum non tranſit, nec poſſeſſio ad creditorem, l. 9. §. 2. ff. de pign. act.

Procul dubio Vlpianus addiderat: *nec proprietas, vt in ſiducia.* Nam ætate ICtorum pignus fiduciarium iuſtum fuiſſe, & legitimum, ex Cicer. *Topic. & pro Flacco,* & *lib. 7. Epiſtol. ad Trebat.* Paulo *2. ſent. 13.* Iſidoro *lib. 5. Orig. c. 21.* conſtat. Cuiac. *in not. priorib. ad §. vlt. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* Primus id improbauit Conſtantinus *in l. ult. C. de pact. pign.* cui Tribonianus aptauit *d. l. 9. & l. 16. §. vlt. D. de pign. & hypoth.* vbi hoc pluribus euoluam, vid. interea Anton. Fabrum *21. error. pragm. 1.* ibi, *quæ res facit, vt nullam huiusmodi contractus mentionem aut in Digeſtis, aut in Codice nobis Iuſtinianus reliquerit.*

## Vlpian lib. 28. ad Edictum.

Per liberam perſonam pignoris obligatio nobis non acquiritur, adeo, vt acquiratur. *Et paulo poſt*: ipſam obligationem libera perſona nobis non ſemper acquirit, l. ſolutum 11. §. 6. ff. de pign. act. Adde l. 72. ff. de procurat.

A Triboniano adiecta ſunt hæc verba, *plerumque, non ſemper.* Nam per procuratorem



Digitized by Google

non acquirimus obligationem, præterquam crediti condictionem, *l. certi 9. §. ſi nummos 8. ff. de reb. cred.* & ex ea cauſa actionem hypothecariam, ſeu pignoris vinculum, & obligationem, cum procuratori voluntario datum eſt pignus, vel res hypothecæ obligata nomine alterius, auctore Iuſtiniano *l. 2. C. per quas perſon. nob. acq.* Cuiac. *in not. priorib. ad §. ex his itaque 5. l. per quas perſon. nob. acquir.* Balduin. *in iurisprud. Muciana, pag. 166. & ſeqq.* Giphan. *in l. 5. C. de contrah. ſtipul.* Sand. *de action. ceſſ. c. 8. n. 16.* Olim in hac cauſa crediti alii acquirebatur actio principalis, alii pignoratitia, vel hypothecaria: hæc nempe procuratori, illa domino: quod emendari debuit. Hodie mihi, qui dominus ſum contractus, protinus ipſo iure & directo actio pignoris & hypothecæ acquiritur, ſine vlla procuratoris mei ceſſione, perinde, atque condictio ex cauſa mutui *d. l. 2.* quæ habet ſubſcriptionem Coſſ. Lampadii & Oreſtis: quæ nota eſt communis conſtitutionum, & deciſionum Iuſtiniani, non deciſionum propria, quod Alciatus *6. parerg. 14.* & alii quidam affirmarunt. Conſtitutionibus autem Iuſtinianus vel emendauit ius vetus, quod erat certum, vt *in d. l. 2.* vel quod erat dubium, ſuppleuit interpretatione, aut etiam coarctauit, quod erat ſuperfluum. Deciſionibus veterum controuerſias decidit, Mornac. *in l. vltim. C. vb. Cauſ. ſtat.* Non tamen omnes leges Codicis, quibus antiqui iuris altercationes tolluntur, ſunt ex 50. Deciſion.

on. Juſtiniani. Argumento ſint *l. ult. C. quand. tut. vel curat. eſſ. deſ. l.12. C. de contrah. ſtipul.* Vide Edmund. Merillium. *in lib. de 50. Deciſ. Juſtiniani.*

## Ulpian. l. 31. ad Edictum.

Quod ſi non exercuit pecuniam, ſed ad uſus ſuos conuertit, in uſuras conuenitur, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur, l. idemque 10. §. 3. ff. mandat.

Cuiacius *in not. Digeſtor. ad d. l. idemque 10. & ad l. 1. ff. de uſur.* hæc verba, *legitimo modo*, inſerta putat a Triboniano, propter *l. eos 26. C. de uſur.* Idem exiſtimat Giphan. *in ead. l. eos p. 277.* Nec multum abludit Merillius *3. variant. ex Cuiac. 35.* Pluribus hoc exequar ad *d. l. 1. ff. eod.* Quomodo autem *d. l. idemque 10.* concilianda ſit cum *l. qui ſine 38. ff. d. negot. geſt.* ubi tutores, curatores, & Duumviri, qui pecuniam in ſuos uſus conuerterunt, tenentur in uſuras maximas, ſiue centeſimas, conſule Merillium *cit. loc.* ubi defendit lectionem Florentinam.

## Cai. lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

Idem eſt, ſi mandauit tibi, vt poſt mortem meam heredibus meis emeres fundum, l. 13. ff. de mandat.

Vetus erat regula, ut actiones ab heredibus, vel contra heredes non inciperent, quæ non cœpiſſent a defuncto, vel contra defunctum. Quæ re-



Digitized by Google

gula, licet poſt nouam Iuſtiniani conſtitutionem, qua legata relicta, & ſtipulationem, qua & ſtipulationes conceptæ poſt mortem, vel pridie quam moriatur heres, aut legatarius, ſtipulator, aut promiſſor, valent, *l. ſcrupuloſam 11. & l. ſi quis vlt. C. de contrah. ſtipulat. §. poſt mortem 13. Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* per conſequentiam videretur antiquata, manſit tamen poſt eam conſtitutionem plusquam triennium, nec fuit habita pro abrogata, antequam ab eodem Iuſtiniano alia conſtitutione nominatim abrogaretur *l. un. C. ut act. & ab heredib. & contra hered. incip.* Nempe iura noua ſtrictius accipiuntur, Cuiac. *19. obſ. 39.* Atqui *in d. l. 13.* ſi quis mandauerit, poſt mortem ſuam heredibus emi fundum, actio mandati incipit ab heredibus. Si igitur Iure Digeſtorum actio cœpit ab heredibus, falſo Iuſtinianus huius ſe iuris auctorem laudat *in d. l. un.* Sed huic *l. un.* a Triboniano aptatam eſſe *d. l. 13.* vero ſimile eſt. Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 1. diſp. 27. theſ. 6. lit. C.*

## Paul. lib. 32. ad Edictum.

Societas coiri poteſt, vel in perpetuum, id eſt, dum viuunt, vel ad tempus, vel ex tempore, vel ſub conditione, l. 1. in princ. D. pro ſoc.

Verba: *vel ſub conditione*, a Triboniano ad Pauli ſententiam adiecta eſſe, documento eſt *l. pen. C. eod.* Nam vtrum ſocietas non modo pu-

pure, verum etiam ſub conditione contrahi poſſet, Iuſtinianus diſceptatum fuiſſe ſcribit inter Iuriſconſultos, *d. l. pen.* Ratio autem dubitandi fuit, quia ſocietate dominium transferatur, *l. 2. ff. eod.* ſingaturque interueniſſe mancipatio, quæ diem, vel conditionem non recipit, *l. actus 77. ff. de R. I.* Sed Iuſtinianus hoc noui ſe iuris introducere profitetur, vt ſocietas recte ſub conditione contrahatur: ſublata veterum ICtorum dubitatione, Hotom. *7. obſ. 7.*

## Paul. lib. 1. ad Sabinum.

Sine pretio nulla venditio eſt. Non autem pretii numeratio, ſed conuentio perficit, ſine ſcriptis habitam emptionem, l. 2. §. 1. ff. de contrah. empt.

In emptione & venditione, quæ bonæ fidei eſt, ſi aliis probationibus veritas oſtendi poſſit, inſtrumenta fruſtra deſiderantur, *l. cura inſtrumenti. 10. C. de fid. inſtrum.* niſi ita conuenerit, ut ſcriptis emptio fieret, ex conſtitutione Iuſtiniani, *l. contractus 17. C. eod. princ. I. de empt. vendit.* ex qua videtur Tribonianus nonnihil adpinxiſſe ad *d. l. 2.* Cuiac. *in ſent. Paul. lib. 2. tit. 17. §. in eo contractu.* Nam ante *d. l. contractus* omnis emtio ſola conuentione de pretio perficiebatur. Sed ex *d. l. contractus* tantum emtio, ſine ſcriptis, conuentione perficitur. Quare verba *d. l. 2. ſine ſcriptis* aſſuta ſunt a Triboniano, Giph. *in d. l. contractus.*



Digitized by Google

# Vlpian. lib. 34. ad Sabinum.

## Qui vendidit, neceſſe non habet fundum emtoris facere: ut cogitur, qui fundum ſtipulanti ſpopondit, l. 25. §. 1. ff. de contrah. emt.

Olim duobus modis ſolebat rem venditam venditor emtoris facere, mancipatione, & in iure ceſſione, Vlpian. *in fragm. tit. 1. & tit. 19.* Si res emtoris non eſſet facta, id eſt, nec data mancipio, nec in iure ceſſa, nec uſucapta, in bonis quidem emtoris erat, iure vero Quiritum manebat venditoris, Vlpianus *de tit. 1. §. in bonis tantum.* Antiquitatem hanc ſuſtulit Iuſtinianus, & nuda traditione rem venditam, aut alio modo translatam, emtoris, alteriusue cuiusuis acquiſitoris fieri voluit, ſine aliquo mancipationis, aut in iure ceſſionis medio, *§. per traditionem 40. Inſt. de R. D.* ſublato rerum mancipi & nec mancipi diſcrimine, *l. un. C. de uſuc. transform. in fin.* & exploſa dominii Bonitarii, & Quiritarii differentia, *l. un. C. de nud. Quirit. toll.* Hæc cum ita ſint, dubium non eſt, quin ita ſcripſerit Vlpianus *in d. l. 25. Qui vendidit, neceſſe habet fundum emtoris facere*: id eſt, venditor fundum mancipi dare, aut eo emtori in iure cedere compelli poteſt: hoc enim eſt, emtoris facere. Sed Tribonianus, non ignorans, Iuſtinianum rerum mancipi dominia pura traditione, vt Boëtius loquitur, alienari voluiſſe,

*d. l.*

Digitized by Google

*d. l. vn.* negationem adiecit. *Qui vendidit, neceſſe non habet.* &c. Richard. *4. varior. 19.*

## Martianus lib. ſing. de Delatorib.

Non licet ex officio, quod adminiſtrat quis, emere quid, vel per ſe, vel per aliam perſonam: alioquin non tantum rem amittit, ſed & in quadruplum conuenitur, niſi ſpecialiter hoc quibusdam conſenſum eſt, l. 46. ff. de contrah. emt.

Fas non eſt ei, qui officium aliquod publicum, ſiue in vrbe, ſiue in prouincia adminiſtrat, quidquam emere, præterquam ſi bona paterna eius a fiſco diſtrahantur, *l. 62. in princ. D. eod.* Semper enim ſiniſtri quippiam aduerſus eiusmodi iudiciales regulos ſuſpicantur leges; quod plerumque venditiones extorqueant, per vim, concusſionem, impreſſionem, officii ſui poteſtate freti, Cuiac. 16. *obſ. 13.* Vrbani tamen magiſtratus emere non prohibentur, *l. vn. in pr. C. de Contractib. iudic.* quæ exceptio, licet noua ſit, a Iuſtiniano introducta, *d. l. vn.* tamen a Triboniano attexta eſt, *d. l. 46. his verbis, ſed hoc ita ſe habet, niſi ſpecialiter quibusdam hoc conſenſum eſt.* Giphan. *in l. 3. C. de his quæ vi met. c. p. 88.* Confer. *l. 27. §. vlt. ff. de min. iunct. l. vlt. C. qui & adu. quos in integr. reſt. non poſſ.*

## Africanus lib. 8. Quæſtion.

Cum & forte idem mediocrium faculta-

tatum

Digitized by Google

tatum ſit & non vltra duplum periculum eum ſubire oporteat, l. 44. ff. de act. empt.

Iuſtinianus *in l. vn.* (de qua l. ait Stephanus Forcatulus, ſi veteres ICti reuiuiſcerent, non magis eam intellecturos, quam Sphingem Thebanam) *C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter prof.* conſtituit, ne in caſibus certis, id eſt, qui certam habent quantitatem, vel naturam, veluti in venditionibus, & locationibus, id quod intereſt, excedat duplum ipſius rei: ad quam l. fidentius ſcribit Giphanius *in tit. C. de euiction. p. 466.* inflexam eſſe *d. l. 44.* quod vt credam, impetrare a me non poſſum: nam in caſu euictionis etiam tripli, vel quadrupli conuentio admittitur, *l. ſi dictum 56. in princ. l. ſi plus 74. in princ. ff. de euiction. l. ſi curator, 3. princ. ff. de iur. fiſc.* ſicut in ſtipulatione iudicio ſiſti, quæ in id, quod intereſt, concipitur, admiſſa eſt conuentio ſupra ſtatutum modum, id eſt, ſupra duplum, *l. ſed et ſi quis 4. §. vlt. D. ſi quis caution. iudic. ſiſt. c. fact.* Cuiac. *tract. 8. ad Afric. in explic. d. l. 44.* niſi forte his legibus derogatum eſt per *d. l. vn.* quod nemo facile dixerit.

## Caius lib. 10. ad Edictum Prouinc.

Si merces promiſſa ſit generaliter, alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non videtur: ſi autem, quanti Titius æſtimauerit, ſub conditione ſtare locationem, vt ſiquidem ipſe, qui nominatus eſt, mer-

Digitized by Google

mercedem definierit, omni modo ſecundum eius æſtimationem, & mercedem perſolui oporteat, & conductionem ad effectum peruenire: ſin autem ille vel noluerit, vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo eſſe conductionem, quaſi nulla mercede ſtatuta, l. 25. in princ. ff. locat.

Sicut definitio pretii in emptione-venditione conferri poteſt in arbitrium tertii: ita quoque definitio mercedis in locatione-conductione, e Iuſtiniani conſtitutione, *l. vlt. C. de contrah. emt.* Quare *d. l. 25.* quæ iam diu ante Iuſtinianum id obtinuiſſe, & a Cajo ſcriptum prodit, recte refertur inter verſus Triboniani intercalares, quos Hotomannus vocat *6. obſ. 20.* quem tamen hic obtuſæ naris fuiſſe Bachouius ſcribit *ad §. 1. Inſt. de empt. vendit.* Certe & ſtilus, & eadem pene verba d. l. 25. quibus vtitur Iuſtinian. *in d. §. 1. & d. l. vlt.* ſatis oſtendunt, *d. l. 25.* eſſe interpolatam. Cujac. *in l. 43. ff. de V. O. Tribonianus,* inquit, *ſub nomine Caii vſus eſt Iuſtiniani verbis.* Cæterum in legato, ſi ita legatus fuerit ſeruus alicui, *quem Titius elegerit*, legatum hoc debetur, etſi Titius eligere noluerit, aut non potuerit, *l. vlt. §. 1. C. commun. de legat.*

## Paulus lib. 5. Quæſtion.

Sed ſi dedi tibi ſeruum, vt ſeruum tuum manumitteres, & manumiſiſti, & is,

Digitized by Google

is, quem dedi, euictus eſt: ſi ſciens dedi, de dolo in me dandam actionem Iulianus ſcribit: ſi ignorans, in factum ciuilem, l. 5. §. at cum do. 2. in fin. ff. de præſcript. verb.

Hæc quoque Lex eſt ex Emblematum Tribonianicorum genere. Nam in poſteriori diſtinctionis membro Iulianus non dederat actionem in factum ciuilem, ſiue præſcriptis verbis, ſed actionem in factum prætoriam: quo nomine a Mauriciano, qui ciuilem incerti actionem, id eſt, præſcriptis verbis ſufficere ait, reprehenſus fuit, *l. 7. §. 2. ff. de pact.* Sed Tribonianus ex nota Mauriciani adglutinauit ad *d. l. 5.* vocem, *ciuilem.* Cujacius & Duarenus *in d. l. 7.* Hotomann. *in Diſput. de præſcript. verb. c. 2. n. 17.* Govean. 2. *var. iur. lect. 27.* Weſenbec. *in pac. D. de pact. num. 9.* Pac. 1. *antin. 87.* De actionum ordine & conſequentia vid. Cuiacium *d. loc.* & Anton. Contium *1. Diſputat. 13.* qui tamen diſſident inter ſe, atque discordant. Et de variis ſpeciebus actionis in factum vide Merill. 1. *var. ex Cujac. 30.*

---

EMBLEMATA
# *TRIBONIANI,*
Notata in quarta Digeſtorum parte.

## Martian. lib. ſing. ad form. Hypoth.

Poteſt ita fieri pignoris datio, hypothecæque

Digitized by Google

que, ut ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, iure emtoris poſſideat rem iuſto pretio tunc æſtimandam. Hoc enim caſu videtur quodammodo conditionalis eſſe venditio, l. 16. §. vlt. D. de pign. & hypoth.

LEx commiſſoria in pignore, quia id agitur inter debitorem, & creditorem, vt, ſoluta ad diem pecunia, pignus debitori reſtituatur: non ſoluta, creditoris pleno iure fiat, veterum ICtorum ævo fuit iuſta: quæ cum pignore fiduciario pene eſt eadem, Paul. *2. ſent. 13.* Dicitur *Lex*: non quæ ſit lata a populo Romano, quod Cujac. *16. obſ. 16.* imputat Hotomanno: qui ei reſpondet 1. *amicabil. reſponſor. 29.* quamque calumniam ſolide ab Hotomanno confutatam eſſe Bachovius ſcribit *vol. 1. diſp. 28. theſ. 9. lit. D.* ſed dicitur lex, id eſt, pactio, conuentio; quia iuſtæ conuentionis cuiuslibet ius hoc eſt, ut legem det contractui, *l. 39. ff. de pact. l. 1. §. 6. ff. depoſ. l. 23. ff. de R. I. l. legem 10. C. de pact.* Ergo legem commiſſoriam dicere ſemper debemus; nunquam pactum legis commiſſoriæ: licet ita loquatur Innocentius *in c. ſignificante 7. Extr. de pign.* deceptus ab Interpretibus, Fab. *decad. 21. error. pragm. 1.* Meminit huius pacti etiam Albert. Krantzius *Saxoniæ lib. 20. cap. 16.* Noſtro idiotismo ſic effertur: *Wo ich euch das Geld auf die oder die Zeit nicht wiedergebe, ſo ſoll das eingeſezte Pfandt dadurch euer eigen verkaufft Gut bleiben, verſtanden*

*und*

*und verfallen ſeyn.* Ioachim Beuſt. *in l. admonendi 31. D. de iureiur.* Giphan. *in l. vlt. C. de pact. pign.* Quæ pactio olim fuit iuſta, ut dixi, Cuiac. 1. *Feudor. 29.* Arius Pinell. *ad rubr. C. de reſcind. vend.* ſed poſtmodum odioſa facta eſt, & aſpera, & ſpeciali conſtitutione Conſtantini improbata, *d. l. ult.* non, quod combinaret duos contractus incompatibiles, pignus & emtionem, vt nugatur Ant. Fab. *d. decad. 21. err. 2.* ſed quod ei inſit fraus & captio nimia, ſæpe pro modico ære debitore pretioſa amittente pignora. Igitur ea conſtitutione, etiamſi lex commiſſoria pignori inſerta ſit, licebit debitori, poſt diem ſoluta pecunia, pignus repetere. Et ad illam conſtitutionem Tribonianus accommodauit textum *d. l. 16. ſſ. ult.* ex quo infertur, citra adiectionem, *vt res iuſto pretio æſtimetur*, pactionem illam nonvalituram, Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 1. theſ. 6. lit. D. in fin.* Veruntamen ita paciſci licet, ut ad diem non ſoluta pecunia, creditor ſolutionis iure pignus retineat, quia hyperochæ repititio *l. 26. D. qui pot. in pign.* id eſt ſuperflui petitio, Gallice, *plus value*, quaſi *pluris valentia*. Cuiac. 4. *obſ. 25.* Fab. *de decad. 21. error. 10.* ſupereſt, *l. vlt. C. de diſtract. pign.* Cuiac. *d. lib. 1. Feudor. cap. 29.* lex commiſſoria in venditionibus, (vt, niſi in diebus triginta pretium ſoluatur, res fiat inemta, inuendita, vt loquitur Scæuola *in l. vlt. D. de reſc. vend.*) diſplicuit etiam Antonino Imperatori, ideoque aduerſus eam integri reſtitutionem dedit *in l. Æmilius 38. ff. de minor.* minor tamen inpro-

ba-

bauit, vt apparet ex *l. 4. ff. de L. commiſſor.* Cuiac. *in d. l. Æmilius.* Cont. *in admonit. ad Balduin. ſubiecta lib. 2. ſubſec. iur. lect.*

## Papin. lib. 2. Quæſtion.

Cum iudicio bonæ fidei diſceptatur, arbitrio iudicis uſurarum modus, ex more regionis, vbi contractum eſt, conſtituitur: ita tamen, ut legem non offendat, l. ff. de vſur.

Verba vltima, *ita tamen, vt legem non offendat,* addita ſunt a Triboniano; propter *l. eos qui 26. C. eod.* vbi Iuſtinianus modum uſurarum definiuit: quem fas non eſt, vt judex excedat, Cujac. *in d. l. 1.* Giphan. *in d. l. 26. pag. 277.* Modus hic eſt, vt illuſtres perſonæ non niſi trientes uſuras; mercatores, beſſes; cæteri ſemiſſes ſtipulentur, vel paciſcantur. Olim ſtipulari quisque vſuras poterat, quas vellet, id eſt, etiam centeſimas *l. lecta 40. ff. de reb. cred.* non maiores, niſi in traiectitia pecunia, Paul. *2. ſent. 14.* Duar. *2. Diſp. anniu. 3.* quia huius pecuniæ periculum in ſe ſuſcepit creditor. *l. nihil intereſt. 4. l. periculi 5. ff. de naut. fæn. c. nauiganti. ult. ex de uſur.* de quo periculo dubitare noli. Etenim ſecundum Propertium:

*Ventorum eſt, quodcunque paras, haut ulla carina*
*Conſenuit, fallit portus & ipſe fidem.*

Nihilque tam capax fortuitorum eſt, quam mare, ait Tacit. 14. *annal.* Hodie uſura nautica eſt centeſima, *d. l. eos qui 26. verſic. in traiectitiis.* quæ



Digitized by Google

& aliis quibusdam caſibus eſt permiſſa, *l. vlt. C. de vſur. rei iudic. l. 4. C. de ædif. priu. l. 52. §. idem reſpondit ff. pro ſoc. l. 38. ff. de negot. geſt.* Giph. *d. l.* Interdum ſine ſtipulatione, ſine pacto, ſed αὐτομάτως uſuræ debentur, ex mora, *l. cum quidam 17. §. 4. ff. de uſur. l. qui ſolidum 78. in princ. D. de leg. 2. l. 87. §. 1. ff. eod. l. 1. §. belliſſime D. vt legator. nom. cau.* An litis conteſtatio in ſtrictis judiciis eſt præſtandarum uſurarum cauſa? Neg. *l. 3. C. de uſur. l. 1. C. de condict. indeb. l. quoties 4. C. de condict. ob turp. cauſ. l. 22. ff. de donat.* Diſſ. Coraſius 2. *Miſcell. 7. per l. lite 35. ff. de uſur. & Dd. communiter:* quorum ſententia conſtanti ſtilo in ſuprema Friſiæ Curia approbata eſt, Sand. *3. Deciſ. 14. definit. 1.*

## Paulus libr. ſingul. de uſuris.

Præſidem prouinciæ adi, qui ſtipulationem, de cuius iniquitate queſtus es, ad modum iuſtæ exactionis redigit. Hæc conſtitutio adfinitum modum excedit, l. 17. in princ. ff. de uſur. & in fin. eiusd. l. 17. usq; ad tertium centeſimæ pendent.

Verba *adfinitum modum*, ſunt Triboniani: quibus modum uſurarum in *d. l. eos qui 26.* definitum indicare voluit, phraſi minus latina. Quod autem Cujacius 19. *ob. 8.* ex vno vocabulo, *adfinitum*, facit duo, *ad finitum*, id eſt, usque ad ſummum modum uſuræ legitimæ, non patitur hæc oratio, *hæc conſtitutio adfinitum modum excedit*, Giphan. *in d. l. eos qui p. 380.* Sed & verba: *usque ad tertiam centeſimæ*, ſunt Triboniani: quibus

Digitized by Google

bus ſignificantur trientes vſuræ, Græcorum more, ἀχριτεύτης ἑκατοςῆς. Plutarch. *in Luculli Hiſtoria.*

## Papinian. lib. 3. Reſponſor.

**Pro operis ſerui traiectitiæ pecuniæ gratia ſecuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem centeſimæ, non vltra duplum debetur, l. 4. §. 1. ff. de natur. fœn.**

Cuiacius *in ſentent. Paul. lib. 2. tit. 14. §. traiectitia*, putat, Tribonianum ex Iuſtiniani conſtitutione in *l. eos qui 26. §. 1. verſic. in traiectitius C. de vſur.* ad Papinianum addidiſſe, vſuram nauticam (Belgis dictam, *Bademeria*, cuius dictionis rationem vide apud Tim. Fab. *Diſp. 13. th. 1.*) eſſe centeſimam. At 5. *obſ. 38. & tract. 7. ad African. in explic. l. traiectitiæ 23. ff. de O. & A.* id corrigit recte. Et vt Paulum cum Papiniano conciliet, reſpondet, vſuram, ſupra centeſimam, non deberi: ſcilicet, quam poſt diem periculi præſtari ſibi creditor pactus fuerit, vid. etiam Hotom. 5. *obſ. 17.* Ergo, *ad finem centeſimæ*, eſt ad modum & quantitatem centeſimæ. Sic *finis* alibi paſſim accipitur, *l. pater qui caſtrenſe 17. §. 1. ff. de caſtrenſ. pecul. l. 1. §. 3. ff. de pign. & hypoth. l. 19. ff. de compenſat. l. 5. in princ. ff. de dot. collat. l. 15. §. 4. ff. ad l. Falcid. l. 42. §. 1. ff. ſol. matr. l. 25. ff. de adim. leg.* Cato, *de re ruſt. Qua vendas fini dicito.* Duar. *1. Diſp. anniu. 12.* Alciat. *10. parerg. 17.* Vtinam autem,



Digitized by Google

qui hoc tempore ius noſtrum interpretantur, Cuiacium imitarentur vt, quæ vel falſo, vel inepte aliquando & ſenſerint, & ſcripſerint, ingenue retractent nec in iis contra quam poſtea reſciuerint, tam obſtinato, tamque obfirmato animo, vt faciunt, perſeuerent! Laudo candorem Quintiliani *3. Inſt. 6. Ipſe me*, inquit, *paulum in alia, quam prius habui, opinione, nunc eſſe confiteor, & fortaſſe tutiſſimum erat famæ modo ſtudenti nihil ex eo mutare, quod multis annis non ſenſiſſem modo, verum etiam approbaſſem. Sed non ſuſtineo eſſe mihi conſcius diſſimulanti in eo præſertim opere, quod ad bonorum iuuenum aliquam vtilitatem componimus, in illa parte iudicii mei. Nam & Hippocrates, clarus arte Medicinæ, videtur honeſtiſſime feciſſe, qui quoſdam ſuos errores, ne poſteri errarent, confeſſus eſt*, &c. Idem alibi: *Vbi vinci neceſſe eſt, expedit cedere. Nam culpam pertinaciter tueri, culpa altera eſt.* Et præclare Hieronymus *tom. 3. ad Pammach. de errorib. Origenis: Secunda*, inquit, *poſt naufragium tabula eſt, culpam ſimpliciter fateri. Errauimus iuuenes, emendemus ſenes.* Quin etiam Auguſtinus *libros Retractionum* edidit, & ſcriptorum ſuorum cenſor fuit.

## Paulus lib. 3. Quæſtion.

Cum de indebito quæritur, quis probare debet, non fuiſſe debitum, res ita temperanda eſt, ut ſi quidem is, qui accepiſſe dicitur rem, vel pecuniam indebitam, hoc negauerit, & ipſe, qui dedit, legitimis

nis probationibus ſolutionem adprobauerit, ſine vlla diſtinctione ipſum, qui negauit, ſe pecuniam accepiſſe, ſi vult audiri, compellendum eſſe ad probationes præſtandas, quod pecuniam debitam accepit. Sin vero ab initio confiteatur quidem ſuſcepiſſe pecunias, dicat autem non indebitas ei fuiſſe ſolutas, præſumtionem videlicet pro eo eſſe, qui accipit, nemo dubitat. Qui enim ſoluit, nunquam ita reſupinus eſt, vt facile ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat: Et maxime ſi ipſe, qui indebitas dediſſe dicit, homo diligens eſt, & ſtudioſus paterfamilias; cuius perſonam incredibile eſt, in aliquo facile erraſſe, &c. item: In omnibus viſionibus, quas propoſuimus, licentia concredenda eſt ei, cui onus probationis incumbit, aduerſario ſuo de rei veritate iuſiurandum inferre, prius ipſo pro calumnia iurante, vt iudex iuramenti fidem ſecutus ita ſententiam ſuam poſſit formare, iure referendæ religionis ei ſeruando. Sed hæc vbi de ſolutione indebite expoſita eſſe dicatur, & indiſcrete loquatur, tum eum, in quem

cautio expoſita eſt, compelli, debitum eſſe, oſtendere, quod cautionem deduxit: niſi ipſe ſpecialiter, qui cautionem expoſuit, cauſas explanauit pro quibus eandem conſcripſit: tunc enim ſtare eum oportet ſuæ confeſſioni: niſi euidentiſſimis probationibus in ſcriptis habitis oſtendere paratus ſit, ſeſe hæc indebite promiſiſſe l. 25. de probation.

Tota hæc lex, in qua tractatur de conditione indebiti ſoluti, vel promiſſi, cui incumbat onus probandi: actori, qui ſe indebitum ſoluiſſe, aut promiſiſſe dicit, an reo, qui dicit, ſe debitum accepiſſe, exceptis duobus primis verſibus, eſt Triboniani, qui Iuſtiniani conſtitutionem ſub nomine Pauli edidit. Confer. *l. generaliter 13. C. de non num. pecun.* Vbi Giphan. Et ipſum loquendi genus Græcum ſapit magis, quam Latinum hominem: vt cum *prudentem & attentum patrem familias*, vocat *ſtudioſum* σπȣδαῖον; Cum pro *probare* aut *docere*, mauult dicere *oſtendere* δεικνύειν: Cum *Viſiones* (θεωρίας) vocat ſpecies, ſiue caſus ante propoſitos, quibus modo actori, modo reo incumbit onus probandi. Item cum *iuramentum* dicit, non vt ſemper iuris auctores: *iusiurandum*, quaſi iouis iurandum, vt Ennius & Næuius loquuntur; cum cautionem *concipere indiſcrete* dixit, pro *non expreſſa cauſa debiti*, vt *in l. 5. C. de quæſtion.* cum *confeſſionem* pro *cautione* accipit, vt & in *l. 20. §. 1. ff. de donat.* quam Græci ὁμολογίαν dicunt. Idem

argu-

Digitized by Google

arguit in §. 1. *huius l. 25.* manifeſto deſcripta conditio monachi, ibi: *aut vir ſimplicitate gaudens, & deſidiæ deditus*: ἁπλότητ☉ χαίρων ϰ ῥαθυμίᾳ ἐνδεδομέν☉: Dorotheo interprete, vt in *l. quidam 26. C. de decurion.* ignauiæ ſectatores, id eſt, monachi, Cujac. 21. *obſ. 26.* quos etiam Rutilius *l. 1. Itinerarii* vocat *lucifugos viros, viua funera.* His autem verbis *d. §. 1. forenſium rerum expers*, Tribonianus intelligit clericos, qui a negotiis forenſibus abſtinere debent. Suidas: Πολιτικὴν ἀρετὴν τῇ ἱεροσύνῃ συνάπτειν, συγκλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα: *ciuilem diſciplinam ſacerdotio coniungere, eſt conuoluere ea, quæ ſimul conuolui non poſſunt*, Baſil. *epiſt. 340.* τὰ ἄμικτα μίγνυμεν *immiſcibilia miſcemus.* Adde *l. repetita 41. C. de epiſc. & cler. l. conſulta 23. C. de teſtam.*

## Paul. lib. 35. ad Edictum.

Si ita pater abſit, vt ignoretur, vbi ſit, & an ſit; quid faciendum eſt, merito dubitatur: & ſi triennium effluxerit, poſtquam apertiſſime pater fuerit ignotus, vbi degit, & an ſuperſtes ſit, non prohibentur liberi eius vtriusque ſexus, matrimonium, vel nuptias legitimas contrahere, l. 10. l. 11. ff. de rit. nupt.

Vocem, *triennium*, in vtraque lege Tribonianus ex noua quadam conſtitutione inſeruit, vt *quinquennium* in *l. uxores 6. ff. de diuort.* de quo infra.



Digitized by Google

## Papin. lib. 4. Reſponſor.

Vxorem quondam priuigni coniungi matrimonio vitrici non oportet: nec in matrimonium conuenire nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit, l. 15. ff. de nupt.

In manu eſt vxor, quæ conuenit in manum, ſiue poteſtatem, & familiam mariti; cui etiam defuncto ad inſtar ſui heredis ſuccedit, Vlpian. *in fragm. tit. 23. §. agnaſcitur.* Aul. Gel. *1. Noct. Att. 6.* In manum aut confarreatione conuenitur, aut coemtione. *Confarreatione*, cum certis verbis, & decem teſtibus præſentibus, ſolennique ſacrificio facto, in quo panis farreus adhibebatur, mulier in manum viri conueniebat, Vlpian. *in fragm. tit. 9. in princ.* Quæ confarreandi ſolennitas in nuptiis Pontificum & Flaminum recepta fuit, Tac. 4. *annal.* ibi: *& quando exiret e iure patrio, qui id flaminium adipiſceretur, quæque in manum flaminis conueniret*, vid. Seruium *in lib. 4. Æneid. Virgil.* & Ant. Hotomannum *in obſeruatione de veteri ritu nuptiarum, Franciſci fratris Diſputationibus de nuptiis ſubiecta c. 20. Coëmtione* in manum viri conueniebat uxor, imaginaria intercedente venditione, & mutua interrogatione, Boet. *lib. 2. comm. in Top. Cic.* Cont. *1. Diſp. 12. verſic. Tertius modus acquiſitionis per vniuerſitatem, &c.* Sed omiſſa eſt confarreandi aſſuetudo, ut Tacitus ſcribit *d. l.* Omiſſa quoque tandem eſt coemtio. Denique omiſſa eſt omnis

omnis conuentio in manum. Quamobrem Tribonianus in *d. l. 15. & l. ex ea parte 121. §. 1. ff. de V. O.* ſcripſit, *in matrimonium conuenire* & in *l. ſi concubina 17. in princ. ff. rer. am. conuenit*, pro, *in manum conuenit*. Cuiac. *in fragm. Vlp. d. tit. 9.* Cuius tamen conuentionis in manum veſtigium eſt relictum in *l. pronuntiatio 195. §. 2. ff. de V. S.* quæ in familia mariti numerat matrem familias, Cuiac. *in l. 11. ff. de lib. & poſth. hered. inſtit.* Et coemtionis ſimulacrum in quibusdam Galliæ, Saxoniæ & Burgundiæ locis retentum eſt, Conf. *d. l.* Hotom. *3. obſ. 15.* Illud hic quæri non abs re poteſt: An ea, quæ anno vno continuo absque vſurpatione trinoctiali apud virum fuit, poſt annum in eius manu eſſe cœperit, & in locum ſui heredis venerit (Affirm. F. Pithœus *in not. ad tit. 16. Collation. LL. Moſaicar. & Romanar.* Cuius hæc ibi ſunt verba: Nam quæ, inquit, vſucapio, quæ etiam rerum nec mancipi eſſe dicitur, niſi vt vxor viri fiat iure Quiritum, & in eius poteſtatem redigatur? Et ſane M. Tullius hoc etiam modo mulierem in manum conuenire ſignificat. Sic enim in eius oratione *pro L. Flacco* conſtanti omnium exemplarium fide ſcriptum legimus; *In manum conuenerat. Nunc audio, ſed quæro, vtrum vſu, an coemtione?* vid. etiam Gell. *3. Noct. Attic. 2.* Fr. Balduin. *in explicat. L. XII. tabb.* Cujac. *in l. 2. ff. de uſucap.*

## Paul. lib. 5. Quæſtion.

Tutor, vel curator, adultam uxorem du-

cere non poteſt, niſi a patre deſponſa, deſtinataue, teſtamentoue nominata conditione nuptiis, ſecuta fuerit, l. 36. ff. de nupt.

Fœminæ olim erant in perpetua tutela, teſte Ulpiano *in fragm. tit. 11. in princ.* Apul. *Apolog. 2.* Boet. *lib. 2. comm. in Top. Ciceron.* Poſtea autem conſtitutionibus inductum, ut quæuis pupilla tutela liberetur, cum cœpit eſſe viripotens, *princ. inſt. quib. mod. tut. fin.* Itaque Tribonianus antiquum jus ad rationem ſui temporis accommodans, immutauit reſponſum Pauli, qui ita ſcripſerat: *Tutor pupillam, vel adultam vxorem ducere non poteſt.* Conf. *l. 60. l. 61. ff. de iur. dot. iunct. fragm.* Vlpian. *d. t. 11. §. ex lege Julia.* Ræuard. *2. varior. 10.* Iſtius tamen juris antiqui veſtigium relictum eſt *l. 5. §. 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* vbi non dicit prætor, *Si is pupillus eaue pupilla in ſuam tutelam venerit:* Sed, *ſi is pupillus in ſuam tutelam venerit, eaue pupilla viripotens fuerit,* Cujac. *in par. ff. de tutel.* Aliud veſtigium remanſit *l. 11. §. 2. ff. quod falſ. tut. auct.* vbi Vlpianus ſcribit, eum etiam illo edicto teneri, qui filiæfamilias auctor factus eſt ad contrahendum: qui plane falſus eſt tutor; quia filiaf. non eſt caput liberum. Cur vero id Vlpian. ſcriberet ad perpetuam tutelam, in qua fœminæ etiam puberes eſſe ſolebant? Qua de cauſa & quod ſubiicit *in d. l. 11. quia aliter cum impubere contractu-*



Digitized by Google

*rus non fuiſſet*, id latius præſcripſerat, hoc modo: *cum impubere, vel fœmina pubere.* Et initio eiusdem *l.* non ſcripſerat, minori XII. vel XIV. annis: quia nec ætas tum XII. annorum fœminam tutela liberabat: nec dum in mare definitum erat, an pubertas æſtimaretur ex annis XIV. ſed ſcripſerat hoc modo: *Falſus tutor, qui in contrahendo auctor impuberi, aut fœminæ puberi fuerit*, Cuiac. 22. *obſ.* 20.

## Paul. lib. 2. Sentent.

Si quis officium in aliqua prouincia administrat, inde oriundum, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non poteſt: quamuis ſponſare non prohiberetur; ita ſcilicet, vt ſi poſt officium depoſitum, mulier noluerit nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arrhis tantummodo redditis, quas acceperat, l. 38. in princ. ff. de nupt.

Leges Cod. Theodoſiani, & Iuſtiniani, quæ arrharum ſponſalitiarum mentionem faciunt, teſtantur, eas primum ita reſtitui ſolitas; ut inſuper triplum redderetur: poſtea redactam fuiſſe reſtitutionem ad duplum: certis tamen caſibus ad ſimplum: veluti ſi matrimonium legibus aut conſtitutionibus eſſet interdictum, vt in caſu *h. l.* cum is, qui in prouincia poteſtatem, officiumque aliquod adminiſtrat, nuptias cum prouinciali muliere contraxit, *l. 5. verſic.*

*ſic. ſin vero C. de ſponſalib.* Ita Felix, qui ſub Nerone Iudæam rexit, Druſillam Iudæam vxorem duxit. *Actor. 24. v. 24.* a quo honeſtiſſimam illam *l. 38.* violatam eſſe ſcribit P. Martyr. *ad c. 1. iudic.* Illud autem ius de ſimplo arrharum reſtituendo cum eſſet, poſtremum, Imperatorum ſcilicet Leonis, & Anthemii, in eoque nihil a Iuſtiniano immutatum eſſet, Tribonianus in hoc Emblemate ſeruauit, his verbis, *arrhis tantummodo redditis, quas acceperat.* Nam ſi Paulus huius clauſ. auctor fuiſſet, non ſimplices arrhas reddendas dicere potuiſſet, ſed ex antiquo iure, quadruplicatas, *d. l. 5. verſic. quæ omnia.* Hotom. *2. amicabil. reſponſ. r. 11.* Cæterum *d. l. 38.* vehementer obſtat *l. 1. C. ſi rector. prouinc,* quo de vid. Cuiac. *4. obſ.* 22. Giphan. *in d. l. 5.* & Hotom. *d. loc.*

## Tryphon. in lib. 7. Diſputat.

Si fundum, quem Titius poſſidebat bona fide, longi temporis poſſeſſione poterat ſibi quærere, mulier vt ſuum, marito dedit in dotem, eumque petere neglexerit, vir, cum id facere poſſet, rem periculi ſui fecit. l. 16. ff de fund. dotal.

Traditio, quæ dominium transfert, hoc per poſſeſſionem transfert, *l. cum res 12. C. de probat. l. qui prædium 13. C. de diſtract. pign. l. 2. §. 1. l. 3. in princ. & §. 1. ff. de act. emt. l. 8. C. eod.* At obſtat *d. l. 16.* vbi dominium fundi in dotem dati, abſque

que traditione vacuæ poſſeſſionis, in maritum tranſiit. Hotomannus *illuſtr. quæſt. 11.* reſpondet, Tribonianum, quoties in Pandectis ſcriptum erat, *doti dicere*, ex Iuſtinianei iuris ratione repoſuiſſe, *in dotem dare.* Verum, vt ita reſpondeamus, nulla hic cogit neceſſitas. Mulier enim in ſpecie *d. l. 16.* fundum in dotem marito dedit, id eſt, doti deſtinauit. vel inſtrumento dotali profeſſa eſt, ſe eum fundum in dotem dare: non autem corporaliter tradidit, nec enim poterat, cum ab alio detineretur. Neque nouum eſt, aut abſurdum, vt dicatur in dotem datum, quod nondum eſt traditum, *l. 14. & ſeq. ff. de iur. dot. arg. l. 1. C. de dot. caut. non numer.* Qui ergo, inquies, maritus fundum petere, & vindicare in ſpecie *d. l. 16.* poteſt, cuius dominium in eum non eſt translatum? Reſpondi, exceſſione actionis in rem, facta a muliere; quam ceſſionis vim dotis datio habet, vt recte notant Græci *ad l. quamuis 25. ff. de iur. dot.* Cont. 1. *Diſp. 8.*

## Ulpianus lib. 32. ad Sabinum.

Cum deportatione matrimonium minime diſſoluatur, & nihil vitium mulieris incurrit, humanum eſt, donationem, quæ mortis cauſa ab initio facta eſt, tali exilio ſubſecuto confirmari, tanquam ſi mortuo marito rata habeatur: ita tamen, vt non adimatur marito licentia eam reuocare, quia & mors eius expectanda eſt, vt tunc

tunc pleniſſimam habeat firmitatem, &c. l. ſed ſi mors 13. §. 1. de donat. mort. 2.

Deportati mortuorum loco habentur, *l. 63. §. vlt. ff. pro ſoc. l. 14. ff. de nouation. §. 1. Inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolu.* & ideo cognationem deportatus amittit, neque contra tabulas par tum bonorum poſſeſſionem habet, nec legata ei conſeruantur; petita bonorum poſſeſſione contra tabulas, *l. 1. §. 8. & ſeq. ff. de bon. poſſ.* Cuiac. *in l.* 121. *§. 2. ff. de V. O.* Non tamen per omnia deportatus pro mortuo habetur. Non enim amittit ius eligendi, *d. l. 17. §. ſi quis rogatus 6. ff. ad SC. Trebell.* Odio etiam caducorum peregrinitas non comparatur morti, *l. intercidit. 59. in princ. & §. 1. l.* 104. *ff. de C. & D.* Et ita quoque traditum eſt *d. l.* 13. §. 1. deportatione mariti donationem non confirmari, quia ſcilicet deportatio non omnino ſimilis eſt morti, *ead. l.* 13. cui tamen legi manum ſuam adhibuit Tribonianus, vt manifeſto ſtilus indicat, Vlpiani verbis attexens quædam alia, ex ſententia *l. res vxoris 24. C. eod.* quam ſe probaſſe Iuſtinianus teſtatur in *N. 22. c. 13.* Cuiac. *3. obſ. 10.* Aut. Fab. *46. error. pragmatic. 3.* Ei autem, quod dicitur *in d. l. 13. d. l. 24. & l. 1. C. de repud.* deportatione matrimonium minime diſſolui, aduerſatur *l. 56. ff. ſol. matr.* Sed vid. Cuiac. *in expoſ. d. Nou. 22.* & Giqhan. *in l. 8. C. d. t. de repud. pag. 449.*

## Scæuola lib. 9. Digeſtor.

Seia Sempronio, cum certa die nuptura eſſet,

Digitized by Google

eſſet, antequam domum deduceretur, tabulæque dotis ſignarentur, donauit tot aureos: quæro, an ea donatio rata ſit? Non attinuiſſe tempus, an, antequam domum deduceretur, donatio facta eſſet, aut tabularum conſignatarum, quæ plerumque & poſt contractum matrimonium fierent, in quærendo exprimi. Itaque niſi ante matrimonium contractum, quod conſenſu intelligitur, donatio facta eſſet, non valere, l. 66. in prin. ff. de donat. int. vir. & vxor.

Non immerito Hotomanno *5. obſ. 6.* ſuſpectum eſt, quod aliquoties legimus, nuptias conſenſu contrahi. Nam conuentione in manum, & deductione in domum mariti opus erat, quantumuis magna conſenſio, animorumque conuentio fuerit, *l. 5. & ſq. D. de rit. nupt. l. cui fuerit 15. ff. d. C. & D.* Paul. *2. ſentent. 19. §. vir. abſens.* vbi Cujac. Vnde factum, vt paſſim in iure, in domum deducta, in uxorem aliquam acceptam ſignificet, *l. 68. l. 69. §. in domum 3. ff. de iur. dot. l. 17. in fin. ff. de reb. aut. iud. poſſ. l. 10. in princ. ff. de C. & D. l. 13. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. l. 32. §. 27. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. 2. §. 1. ff. de his quib. vt indign.* Sed poſtmodum, exoleſcentibus priſcis ſolemnibus, ſimplici acceptione in conſortem contrahi cœpit matrimonium, *l. 4. ff. de pign. l. 22. C. de nupt.* vt adeo Tribonianus *d. l. 66.* ad ratio-

nem

Digitized by Google

nem ſuorum temporum accommodaſſe videatur. Bachov. *in not. ad Teutl. vol. 2. Diſp. 6. th. 7. lit. e.* Hodie Chriſtianorum ritu, præuia trina proclamatione, in Theopropia fieri ſolita, vtriuſque, ſponſi & ſponſæ in domum factam deductio neceſſaria eſt *c. aliter 30. q. 5.* vt ibi a miniſtro Verbi diuini copulentur, ac ratificatione nomine Dei, per miniſtrum Dei, coram Eccleſia Dei facta, benedictio inde, & ſanctificatio efficacior expectetur. Quod inſtitutum non ab aliquo Papa manaſſe, ſed ex vetuſtiſſima Eccleſiæ Chriſtianæ conſuetudine fluxiſſe, Papa Innocentius III. ipſe fatetur *in c. vlt. extr. de clandeſtin. deſponſ.* vbi ſic loquitur: *Quare ſecundum ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem ſtatuimus, vt cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſiis per presbyteros publice proponantur: competenti termino præfinito, vt intra illum terminum, qui valuerit, & voluerit, legitimum impedimentum opponat; & ipſi nihilominus presbyteri inueſtigent, vtrum impedimentum aliquod obſiſtat, &c.* Quo pertinet, quod Tertullianus *l. 2. ad vxor.* ſcribit, *vnde ſufficiam*, inquit, *ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, quod Eccleſia conciliat & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renunciant, pater pro rato habet?* Eaque promulgatio, Bannum, Longobardico vocabulo, vocatur, *c. in tua 27. extr. de ſponſ. c. 6. ext. qui matrim. accuſ. poſſ.* Stephanus Paſquierius *7. Origin. Gallic. 34. ibi: De la vient, que nous appellaſmes les Annon ces, qui ſe font en cas mariage par les Curez, Bans.* Lombard. *lib. 4. ſentent. Banna ſic iure nominari ſolita, hoc eſt, publicæ proclamationes.*

Qui

Digitized by Google

Qui vero aliter conjuncti fuerint, pro veris conjugibus non ſunt habendi, neque liberos generant iuſtos & legitimos, *arg. 1 ad Corinth. 14. verſ. vlt. §. ſi aduerſus ea 12. Inſt. de nupt. Nouell. Leon. 89.* Adeo, inquit ibi Leo Imp. *vt ſi qui citra ſacræ benedictionis teſtimonium incant matrimonium, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vitæ illa conſuetudine matrimonii iure potiri velimus. Nihil enim inter cœlibatum, & matrimonium, quod reprehendi non debeat, medium inuenias.* Hotom. *Illuſt. quæſt. 25.* Quamuis Ludovic. Charondas *in memorabil. verb. Enfans* referat, a Senatu Pariſienſi huiusmodi liberos procreatos ex duobus,qui longo tempore vna vixerant vt coniuges, absque hac ſolennitate Eccleſiaſtica, iudicatos fuiſſe legitimos. Sed Arreſta Pariſienſia non ſemper ſunt ἀρεστά.

## Julianus lib. 62. Digeſtor.

Vxores eorum, qui in hoſtium poteſtatem peruenerunt, poſſunt videri nuptarum locum retinere: eo ſolo, quod alii temere nubere non poſſunt. Et generaliter definiendum eſt, donec certum eſt, maritum viuere in captiuitate conſtitutum, nullam habere licentiam vxores eorum ad aliud migrare matrimonium: niſi mallent ipſæ mulieres cauſam repudii præſtare. Sin autem in incerto eſt, an viuus apud hoſtes teneatur, vel morte



Digitized by Google

præuentus, tunc ſi quinquennium à tempore captiuitatis exceſſerit, licentiam habeat mulier ad alias migrare nuptias: ita tamen, vt bona gratia diſſolutum videatur priſtinum matrimonium, & vnusquisque ſuum habeat imminutum: eodem iure, & in marito in ciuitate degente & vxore captiua obſeruando, l. 6. ff. de diuort. & repud.

Tota hæc lex, pauciſſimis verbis exceptis, ſumta eſt ex *N. 22. c. 7.* ipſumque orationis genus ſatis per ſe ψευδεπιγραφίαν prodit. Nam ſecundum ius vetus matrimonium ſoluitur captiuitate, *l. 1. ff. d. t. de diuort. l. ſi ab hoſtibus 10. l. ſi quis 56. ff. ſol. matrim. l. in bello 12. §. 4. ff. de capt. & poſtlim. reu.* Ex *d. N. 22.* non ſoluitur ſtatim, & qui quæue manſit in ciuitate, ius connubii non habet, quamdiu certum eſt, ſupereſſe captiuum. Sed ſi incertum hoc ſit, ſatis eſt, eum expectari quinquennio: poſt quinquennium ſecundæ nuptiæ impunitæ ſunt, quaſi bona gratia, *μετ' εὐφημίας*, ſolutis primis. Hæc eadem *d. N.* ſententia eſt in *d. l. uxores 6.* Sed, vt dictum, ſtilus probat, eam eſſe Triboniani, non Juliani. Julianus initio ſcripſerat de libertabus tantum, *l. in eo jure 45. §. vlt. ff. de rit. nupt.* Ex mente Juſtiniani id traducitur ad uxores omnes. Et quod ait *d. l. 6. temere*, id eſt, quod in *d. N. κατὰ προπέτειαν*: Tum, quod ſubjicitur, *& generaliter definiendum eſt*, *&c.* definitio eſt *d. N. 22.* quam ſumſiſſe videtur Juſtinianus

ex

ex anteriorum quorundam Imperatorum conſtitutione. Nam παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, non eſt a præcedentibus ICtis, ſed a præcedentibus Imperatoribus, Cuiac. *in expoſ. d. N. 22.* Conſtitutioni autem Iuſtiniani derogauit Leo Imp. N. 33. in eo, quod connubio diſtricte interdicit ei, qui in ciuitate manſit, altero hoſtium potito, donec certum de morte eius nuntium acceperit. Solui ſecundas nuptias, reuerſo captiuo: vel lege Iulia de adulteriis accuſari poſſe eam, quæ interim nupſerit alteri, nec ſufficere pœnas iniuſti diſcidii: Et iure Canonico, marito ab hoſtibus capto, vel etiam peregrinante, quamuis iam per ſeptennium, vel diutius abfuerit, non poteſt eius vxor, quæ domi remanſit, alteri nubere; priusquam de morte eius certum acceperit nuntium, *c. in præſentia 19. extr. de ſponſal. c. Dominus. 2. extr. de ſecund. nupt.* Diuturniore tamen mora interpoſita, ſolicitis item perquiſitionibus, nec non citationibus, vel denuntiationibus publicis aliquoties fruſtra inſtitutis, & repetitis, ſi non reuertatur maritus, qui peregrinatur, cum Paulo pronuntiamus, οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις. Κρεῖσσον γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι, *1 ad Corinth. 7. verſ. 15. iunct. verſ. 9.* Quod ſi, omnibus cautionibus poſſibilibus adhibitis, caſus tamen eiusmodi contingat, vt prior maritus, qui pro mortuo fuit habitus, reuertatur, nec polygamiæ locus erit, nec iniuſtitiæ, poſterioribus nuptiis publica auctoritate reſciſſis: quæ tamen neutri



Digitized by Google

ex coniugibus fraudi eſſe debent, vt nec liberis, qui conſtante illo matrimonio ſuſcepti fuerint, quippe qui pro legitimis habendi. Ita deciſum eſt a Leone Papa *in c. cum per bellicam. 34. q. 1. & 2. Inculpabile iudicandum*, inquit, *quod neceſſitas intulit* (poſterius nimirum coniugium) *& reſtituendum, quod fides poſcit*, nimirum prius. *Nec culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris peruaſor, qui perſonam eius mariti, qui non exiſtimabatur, aſſumſit.* Illuſtratur idem exemplo: ſic multa, quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti ſunt, pertinebant, in ius alienum tranſire poſſe, & tamen plenæ iuſtitiæ eſſe, vt eisdem reuerſis propria reformentur. Quod ſi in mancipiis vel domibus, ac poſſeſſionibus id arcte ſeruatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum eſt? Et eccleſiaſtica communione priuari iubentur ibidem mulieres, quæ poſteriorum virorum amore captæ, malunt illis adhærere, quam ad legitimum redire conſortium. Atqui ſic marito poſteriori ius ſuum adimetur in coniugem? Reſpond. Nullum ius eſſe in id, quod alieni iuris, quando id manifeſtatur. Conf. *l. in ciuilem 2. C. de furt.* Adde D. Spanhemium virum & amicum magnum, *3. Dubior. Evangelicor. 148. p. 904. & ſeqq.*

## Pomponius lib. 15. ad Sabinum.

**Dotium cauſa ſemper & vbique præcipua eſt, l. 1. ff. ſol. matrimon.**

Verba

Verba, *ſemper & vbique*, Pomponii non eſſe argumento ſunt ex Iuſtiniani conſtitutiones, quibus abrogato iure antiquo, dotis cauſam iubet eſſe præcipuam, cum antiquo iure non eſſet: velut, vt tacitam hypothecam mulier habeat, & creditoribus, cum perſonalibus *l. in rebus 30. C. de iur. dot. l. 1. ʃʃ. 1. C. de rei vx. act.* tum hypothecariis antiquioribus *l. aſſiduis 12. C. qui potior. in pign.* præferatur. Quare Iuſtiniano magis, quam Pomponio conuenit *d. l. 1. ff. ſol. matrim.* Et quo colore Pomponius dicere potuit, *vbique*, cum lege Iulia de fundo dotali prohiberentur alienari bona mulieris duntaxat, quæ in ſolo Italico eſſent? Iuſtinianus autem nouo iure conſtituit, vt nec prouinciales fundos, etiam volente muliere, alienare liceat, *l. vn. ʃʃ. & cum lex. 15. C. de rei vx. act. princ. Inſt. quib. alien. lic.* Quin ne Iure quidem Iuſtinianico verum eſt, quod Tribonianus addit, *ſemper.* Nam in condemnatione donatoris, & mariti, qui in id, quod facere poſſunt, conueniuntur, donatoris cauſa dote potior eſt & fauorabilior ſiquidem in donatore condemnando, æs alienum deducitur, in marito non deducitur, *l. 17. l. 19. & l. 49. ff. de re iud. l. maritus 54. ff. ſol. matr.* Hotom. *8. obſ. 16.* Occaſione *d. l. 1.* quæro an beneficio *d. l. aſſiduis*, mulier præferatur hypothecariis antiquioribus omnibus, tam expreſſam, quam tacitam hypothecam habentibus? qua de re magna inter interpretes noſtros lis eſt. Reſpondendum, præferri omnibus, cui probando ipſa *l. aſſiduis.*



Digitized by Google

nobis ſufficit argumenta firmiſſima. Nam (I) dicit Imperator, *aſſiduis mulierum aditionibus inquietati ſumus. &c.* Aſſidua vero non fit inquietatio, ob anteriores hypothecas tacitas. Pauci enim ſunt, qui eas habent. Anton. Fab. 1. *error. pragm. 1.* (II) Reſpexit Iuſtinianus ad fragilitatem ſexus muliebris, & difficultatem partus. Malo, aiebat Medea apud Eurip. ter ſub clypeo ſtare, quam ſemel parere:

> Ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα ςῆναι θέλοιμ' ἂν
> Μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ,

Quam vellem potius ter ad clypeum ſtare, quam parere ſemel! Iſta autem fragilitas & difficultas æque militat aduerſus eos, qui expreſſam, ac qui tacitam hypothecam habent. (III) Reſpexit Imperator ad obſequia, quæ vxores maritis ſuis exhibent. (IV) Succurrere voluit Iuſtinianus mulieribus, quæ dotes ſuas deperditas lugebant. Hunc autem ſcopum non eſt aſſecutus Imperator, ſi non etiam mulieribus aduerſus anteriores expreſſam hypothecam habentes protopraxin, quam Plinius 10. *Epiſt. 109.* vocat, conceſſit. (V) Pari iure cenſeri mulieres vult Imperator aduerſus hypothecarias, & perſonales actiones. Siue, quod idem eſt, non vult mulieres deteriore eſſe loco aduerſus creditores hypothecarios, quam quo ſunt aduerſus creditores perſonales. Iam vero mulieres omnibus omnino anterioribus perſonalibus præferuntur, *§. fuerat 29. Inſt. de action. verſ. ſed & tacitam. iunct. l. 9. C. qui pot. in pign.* cum actio rei

vxo-

vxoriæ omnibus pene perſonalibus creditoribus præferatur, *d. l. aſſiduis 12. in princ. verſic. nos itaque.* Cur pene? *vid. Cuiac. in par. C. de priuil. dot.* Giphan. *in d. l. aſſiduis pag. 348.* (VI) Bene mereri voluit Juſtinianus de mulieribus. Vnde ſunt, qui probent ex *d. l. aſſiduis* Iuſtinianum vxorium fuiſſe nimis. Bene autem de illis non videbitur meritus, ſi non pleniſſime iisdem ſubvenit. Videtur tamen Iuſtinianus *d. l. asſiduis*, derogaſſe per *N. 97. cap. 3. & 4.* In *c. 3.* vult ſeruari communem temporis ordinem, inter mulierem & eum creditorem, cuius pecunia res comparata, aut conſeruata eſt, eaque hypothecæ ſuppoſita: ibi, ἔλθοι δὲ καὶ ἕτερος δανειστής, μεταγγυέστερος μέν, *veniat autem & aliter creditor, poſterior quidem.* Et omnino ex textu euincitur, creditorem illum reſpectu mulieris, non aliorum creditorum, dici poſteriorem. In *cap. 4.* mulieri præfert eum, qui in militiam credidit, licet ſit poſterior, Cuiac. *d. l. & in expoſ. d. N. 97.* Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 24. th. 7. lit. B. verb. item qui credidit, in rem inſtruendam.* In militiam, non armatam, ſed ciuilem, ſiue officium palatinum, id eſt, miniſterium in obeundis principis negotiis; cuius cauſa ſalaria, & commoda ab ipſo tribuebantur, Hotom. *in comment. verbor. iur. verb. Militia.* Cujac. *in l. 3. §. ſi quid minori ff. de minor. 25. ann. & in expoſ. N. 43. & in recitat. Cod. ad tit. de Collat. in fin.* Merill. *2. variant. ex Cuiac. 2.* Praxin quod attinet, mulier tacitam hypothecam habentibus, non expreſſam, præfertur, Ant. Fab.

*8. Conject. 11. & Cod. Sabaud. tit. de priuil. dot. defin. 3.* Mynſ. *4. obſ. 13.* Gail. *2. obſ. 25. n. 10.* Schneidw. *in d. §. fuerat.* Mornac. *in l. 1. ff. ad SC. Vellej. Exploſa eſt*, inquit, *iam diu uxoria atque ut peropportune vtar verbo Æſchyli γυναικοκήρυκτος Conſtitutio. l. aſſiduis 12. C. qui pot. in pign.* Quin in Belgio nullas eſſe dotes, conſequenter nec priuilegium dotis poſt Curt. 1. *coniectoralium ad fratres 39.* notat Gudelin. 1. *de iur. nouiſſ. 8. & 4. cap. 18.*

## Vlpian. lib 35. ad Sabinum.

Quod ſi in patris poteſtate eſt & dos ab eo profecta ſit, ipſius, & filiæ dos eſt. Denique pater non aliter, quam ex voluntate filiæ petere dotem, nec per ſe, nec per procuratorem poteſt, l. 2. §. 1. in princ. ff. ſol. matrim.

Dos aduentitia iure antiquo communis erat patris, & filiæ familias, teſte eod. Vlpiano *in fragm. tit. 6. Diuortio facto*, inquit, *ſiquidem ſui juris ſit mulier, ipſa habet actionem, id eſt, dotis repetitionem: quod ſi in poteſtate patris ſit, pater adjuncta filiæ perſona habet actionem reuera: nec intereſt, aduentitia ſit dos, an profectitia.* Vnde illud quoque eueniebat, vt aduentitiam dotem mulier conferret, *l. filiæ dotem 4. l. filiæ 12. C. de Collat.* iure nouo vero dos aduenititia mulieris eſt propria, *l. 2. l. 3. l. 5. l. 6. C. de bon. quæ lib.* neque confertur, *l. vlt. C. d. t. de Collation.* Cuius iuris noui memor Tribonianus inſeruit *d. l. 2. §. 1.* verba *& dos ab eo profecta ſit*:

Digitized by Google

*ſit:* ut A. Goueanus adnotauit 1. *varior. iur. lect.* 44. quam obſervationem magnopere laudat Cujac. *in fragm. Vlpian. d. tit. 6.* cuius iudicio, Antonio Goveano, ex omnibus, quotquot ſunt, aut fuere, Iuſtinianei iuris interpretibus, ſi quæramus, quis vnus excellat, palma deferenda eſt. Adſtipulatur Giphanius *in l. 6. C. de pact. conuent. p. 434.* Diſſ. Hotom. *9. obſeru. 2.* Robert. *3. animad. 18.* Fab. *13. Cont. 5.* Sed & locutio, qua dos profectitia communis eſſe dicitur patris & filiæ, *d. l. 2. §. 1. & l. 22. §. eod.* impropria eſt, *arg. ult. ff. de dot. collat. l. 3. §. ergo 5. ff. de minor. l. 7. §. de pact. dotal. l. 6. §. 1. ff. de vſur.*

## Ulpian. lib. 33. Edictum.

Et ſi quidem interuallum furor habeat, vel perpetuus quidem morbus eſt, tamen ferendus his, qui circa eam (perſonam) ſunt, tunc nullo modo oportet dirimi matrimonium. Sin autem tantus furor eſt ita ferox, ita perniciofus, vt ſanitatis nulla ſpes ſuperſit, circa miniſtros terribilis, & forſitan altera perſona, vel propter ſæuitiam furoris, vel quia liberos non habet, procreandæ ſobolis cupidine tentata eſt, licentia erit compoti mentis perſonæ, furenti nuntium mittere, &c. l. ſi cum dotem 22. §. 7. ff. ſolut. matrimon.

(E) 5 Fu-

Furor matrimonium contrahi non ſinit, ſed recte contractum non impedit, *l. 8. in princ. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. l. oratione 16. 2. ff. de rit. nupt. l. furor. 8. ff. de ſponſal.* Paul. *ſ. 2. ſent. 19. ſ. neque furioſus.* Ratio eſt, quia furor eſt facti, matrimonium vero plurimum ex iure mutuatur. Quæ autem iuris ſunt, non tolluntur per ea, quæ ſunt facti, *l. 41. ſ. 1. vers. Pomponius ff. de acquir. rer. dom.* Diſtinguitur tamen inter furorem *in d. l. ſi cum dotem. 22.* ſed vel ſtilus prodit, eam non eſſe Vlpiani, ſed Triboniani, Cujac. *in l. 1. C. de dignit. l. 12.* Giphan. *in l. 8. C. de reput.* Vide in hanc rem *Nou. Leon. 111. & ſq.*

## Ulpian. lib. 37. ad Sabinum.

Si pupillus, pupillaue, cum iuſto tutore, tutorue cum eorum quo litem agere vult, & curator in eam rem petitur, &c. l. 3. §. 2. ff. de tutel.

## Paul. lib. 8. ad Sabinum.

Quod dicitur, ſi indiſtincte datus ſit curator, in totam litem datum videri, &c. l. 4. ff. eod.

## Pompon lib. 17. ad Sabin.

Cum ſemel petitus ſit talis curator, quamdiu is curator maneat, alius in eandem litem curator peti non poteſt, &c. l. 5. ff. eod.

Olim ſi lis judicio tractanda eſſet inter pupillum & tutorem, & præter eum nullus alius eſſet

eſſet tutor, ceteroquin auctoritate vnius cum altero iudicium recte ſuſcipitur, *l. 24. ff. de teſtam. tut.* quoniam ipſe tutor, cui lis erat cum pupillo, auctor in rem ſuam eſſe non poterat. Interim ad eum actum dabatur tutor, *§. vlt. Inſt. de actor. tit.* quem prætorianum tutorem dictum fuiſſe Vlpian. ſcribit *in fragm. tit. 11. §. moribus.* quod a prætore vrbis dari conſueuerit. Sed tempore Iuſtiniani non tutor, ſed curator in eam litem dari cœpit, *d. §. vlt.* Itaque Tribonianus in *d. l. 3. d. l. 4. d. l. 5. & d. l. 24.* pro *tutor*, repoſuit, *curator*. Sed & illa locutio, *litem agere vult, d. l. 3.* ſapit Tribonianiſmum. Vlpianus enim ſcripſerat: *lege agere vult*, *d. §. moribus.* Tribonianus autem veterem locutionem, vel ſciens propter ſublatas formulas in *l. 2. C. de form. ſubl.* vel ignorans propter Latinæ Linguæ imperitiam immutauit, Giphan. *l. 1. & 2. C. de adminiſtr. tut.* Confer. *l. 1. §. 2. ff. de R. V.* Hic tamen curatoris dandi caſus iure nouiſſimo eſt rarior, ſiquidem Iuſtinianus prohibet eum tutorem eſſe, qui vel debet pupillo, vel cui pupillus debet: & ſi poſt ſuſceptam tutelam tale quid accidat, forte adita hereditate creditoris pupilli, adiungi tutorem, vti curatorem iubet. *N. 72. c. 1. & 2.* Quæ conſtitutio æque in legitimo, ac datiuo tutore obtinet. Dubitatur, an etiam locum habeat in tutore teſtamentario? Diſtinguunt plerique, vtrum teſtator, cum daret tutorem teſtamento, ſciuerit, an ignorauerit, eum eſſe creditorem, vel debitorem ſuum, & proinde etiam filii ſui futu-

Digitized by Google

futurum: ut priori caſu tutor eſſe poſſit; poſteriori non item, A. Fab. *lib.5. C. Sabaud. tit. 20. defin. 1.* Rittersh. *in comm. ad Nouell. part. 8. cap. 4. n. 14.* Et ita ſuprema huius prouinciæ Curia cenſuit. Sand. 2. *Deciſ. 9. def. 1.*

## Caius lib. 12. ad Edict. Prouinciale. Tutela plerumque virile officium eſt, l. 16. in princ. ff. de tutel.

Fœminæ tutores dari non poſſunt, quia id munus maſculorum eſt, inquit Neratius *in l. vlt. ff. eod.* Et legitima tutela defertur agnatis, *l. 1. ff. de legit. tut.* id eſt, agnatis virilis ſexus. Eo hæc tutela redit, quo hereditas peruenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt. Sic enim inuerſa oratione legendum *in l. 73. in princ. ff. de R. I.* quia tutela in conſequentiam hereditatis, non hereditas in conſequentiam tutelæ defertur. Et ita Græci illius reſponſi ſententiam expreſſerunt: ὅπȣ κληρονομία, ἐκεῖ καὶ ἐπιτροπή. Iſtiusmodi verborum traiectiones ſunt in iure noſtro frequentiſſimæ, quarum exempla alia cumularunt Cuiacius *3. obſ. 5.* P. Faber. *2. Semeſtr. 23.* Rad. Fornerius *2. rer. quotid. 30.* Cæterum nouo Iuſtiniani iure mater & auia poſſunt eſſe tutrices, ſi renuncient ſecundis nuptiis, & SCto Velleiano: quia tutela eſt ſpecies interceſſionis, *N. 118. c. 5.* ad quam inflexa *d. l. 16.* nam ex *l. 2. C. quand. mul. off. tut.* quæ eſt Valentiniani, explicari dicta *l. 16.* non poteſt. Barchou. *in tit. Inſt. de legit. patron. tut.* Non dubito au-

Digitized by Google

autem, idem iuris eſſe in proauia, quod in auia Diſſ. Alciat. 3. *parad. 14.* nullo idoneo argumento.

## Caius lib. 12. ad Edict. Prouinciale.

Et ſciendum eſt, nullam tutelam hereditario iure ad alium tranſire: ſed ad liberos virilis ſexus perfectæ ætatis, deſcendunt legitimæ: ceteræ non deſcendunt, l. 16. §. 1. ff. de tutel. Adde l. 8. ff. de legit. tut. ibi, ſi perfectæ ætatis ſunt, & l. 9. §. 1. ff. de tutel. & ration. diſtrah. act. ibi: fratris ſui perfectæ ætatis conſtituti.

Verba, *perfectæ ætatis*, addita ſunt a Triboniano, non ab ipſis iuris auctoribus. Nam Iuſtinianus in omnibus tutelis generaliter obſeruari præcipit, vt nemo ad tutelam vocetur, niſi ſit perfectæ ætatis, nempe 25. annorum, *l. vlt. C. de legit. tut. tit. Inſt. de fiduc. tut.* vbi Cuiac. Primus, inquam, Iuſtinianus minores 25. annis excluſit tutela legitima, ante non excludebantur, *l. 73. in princ. ff. de R. I.* vbi ſexus muliebris excipitur, non minor ætas. Nam vt hereditas, ita tutela legitima tam maſculorum, quam fœminarum, proximis agnatis ipſo iure deferebatur, cuiuscunque ætatis eſſent, non ergo adoleſcentibus tantum, ſed etiam pupillis, quod aperte demonſtrat Vlpianus *in fragm. tit. 11. §. item ex ſenatusconſulto.* dum in locum patroni abſentis, vel in locum pupilli filii patroni, ſcribit, alte-

alterum tutorem mulieri non peti, niſi ad hereditatem adeundam, & nuptias contrahendas: quod paulo ante idem oſtendit, alium caſum adnotans, quo tutorem habenti tutor datur; his verbis: *mulieri, virginiue tutorem dari ex Iulia ad dotem dandam, dicendam, promittendam, ſi legitimum tutorem pupillus habeat*, ſic enim in Originali Regularum Vlpiani ſcriptum eſſe teſtatur Cuiacius *17. obſ. 28.* vbi id a Iacobo Tilo ſibi communicatum fuiſſe refert. vid. etiam P. Pithœum *in notis ad tit. 16. Collation. leg. Moſaic. & Roman. pag: 190.* Ergone Lex XII. tabb. ita accepta fuit a prudentibus, vt v. c. duo pupilli agnati in mutua tutela eſſe exiſtimarentur ipſo iure? Sic videtur, quanquam in locum pupilli proximi agnati alius ſiue tutor, ſiue curator, qui adminiſtraret, dabatur, vid. *l. 10. §. 7. ff. de excuſat.* Cuiac. *d. loc.* Nolim cum Bachouio *in part. Weſenbec. d. tutel. d. l. 9. §. 1.* referre inter ſubtilitates nugatorias iuris noſtri.

## Iauolen. lib. ex Caſſio.

Si plures tutores ſint, a prætore curatorem poſci litis cauſa, ſuperuacuum eſt: quia altero auctore, cum altero agi poteſt, l. 24. ff. de teſtam. tut.

Tribonianus pro, *tutorem*, repoſuit, *curatorem*, vid. ſupra ad *l. 3. §. 2. tit. præcedent.*

## Hermogenian. lib. 2. Iuris Epitom.

Naturali filio, cum nihil relictum eſt, tutor fru-

fruſtra datur a patre: nec ſine inquiſitione confirmatur, l.7. in princ. ff. de confirm. tut.

Tutor naturali filio a patre, qui ei aliquid reliquit, datus, ex inquiſitione confirmatur, exemplo tutoris dati a matre, itemque patrono & extraneo, *l. 4. ff. de teſtam. tut. l. 1. §. 2. l. 2. l. 4. ff. d. t. de confirm. tut.* At obſtat *d. l. 7.* cuius ſententia: ſi naturali filio aliquid relictum ſit, tutor datus citra inquiſitionem confirmatur: Reſpond. Verba, *d. l. 7. cui nihil relictum eſt*, adiecta ſunt a Triboniano, reſpiciente ad *l. vltim. C. eod.* Ant. Fab. *in iurisprud. Papin. de tutel. pr. 1. illat. 32.*

## Paulus lib. 38. ad Edictum.

Si reliquero filium impuberem, & fratrem & nepotem ex alio filio, conſtat, utroſque eſſe tutores, ſi perfectæ ætatis ſunt, quia eodem gradu ſunt, l. 8. ff. de legit. tutor.

Verba, *perfectæ ætatis*, a Triboniano ſunt addita, non a Paulo, vid. ſupra ad *l. 16. §. 1. de tutel.*

## Papin. lib. 10. Quæſtion.

Sed ſi puella duodecimum annum impleuerit, tutor deſinit eſſe, l. 13. § vlt. ff. de tutor. & curat.

## Scævola lib. 2. Reſponſorum.

Seiæ egreſſæ annos duodecim, decreto præ-

prætoris ex inquiſitione datus eſt tutor, quaſi minori, &c. l. 26. ff. eod. adde l. 11. ff. quod falſ. tut auct.

Hæ leges ad nouas conſtitutiones ſunt inflexæ. Etenim mulieres olim propter ſexus infirmitatem, & forenſium rerum ignorantiam, in perpetua erant tutela. Vlpian. *in fragm. tit. 11.* ſiue in mundiburnio, vt loquebantur Longobardorum iura, quibus tutor eſt *Mundualdus*. vt Germanis, munder, quæ eadem Gallis etiam olim fuere vocabula, vt in Chronicis Dionyſii, *bail, garde, munburnie:* & Froſſardo, *& ſeront mis quatre mombours en Angleterre, pour gouverner le Royaume.* Cujac. *2. Feud. 4.* Hodie vero generaliter ex conſtitutionibus obtinet, vt quæuis pupilla tutela liberetur, cum cœpit eſſe viripotens, id eſt, exacto anno duodecimo, *princ. Inſt. quib. mod. tut. fin.* Et ita omnes pubertatem in fœminis æſtimabant ex anno XII. non ex habitu corporis, *d. princ.* Itaque non recte Seruius in illum locum Virgilii, *Eclog. 8. iam matura viro*, ſecundum ius poetam locutum, in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis ætas probetur. Cuiac. *in l. 2. ff. de excuſat. tut.* At in maſculis Caſſiani pubertatem æſtimabant ex habitu corporis: Proculiani ex annis 14. Priſcus Iauolenus ex vtroque, teſte Vlpiano *d. tit. 11.* Proculianis accedunt Tertullianus *de virg. veland.* Macrob. 1. *in Somn. Scip. 6. & 7. Saturn. 7.* quæ etiam Stoicorum fuit ſententia, Plutarch. *5. de Plac.* *Phi-*

Digitized by Google

*Philoſoph. c. 24.* Senec. in *Conſolat. ad Marc.* Et hanc Proculianorum ſententiam Iuſtinianus confirmauit, *l. vlt. C. quand. tutores vel curat. eſſ. deſ. d. princ.* & tempus pubertatis, quod iure Digeſt. varium erat, & indefinitum, *l. 49. ff. de leg. 1. l. 22. ff. quand. dies leg. ced. l. 101. §. 2. ff. de C. & ff. l. 34. §. 2. de leg. 3.* definiuit: vel quia Hippocrates, cuius auctoritati iuris auctores plurimum tribuerunt, *l. 12. ff. de ſtat. hom. l. 3. §. ult. ff. de ſuis & legit. her.* ita ſenſit *in libr. de carnib. ſub fin.* vbi ex antiquioribus ſcriptoribus colligit, eam ætatem perfectam eſſe, quæ ex duobus ſeptenariis numeris perfecta completur: quatuordecim autem anni efficiunt duas annorum hebdomadas; vel quia Solon in legibus ſuis pubertatem anno decimo quarto definiuit, vt ex eo refert Philo Iudæus *in lib. de opif. mund.* Merill. *8. obſ. 29.* Quid autem per habitum corporis intelligebant Caſſiani? indecoram inſpectionem partium, quas ſinus abſcondit, *d. l. vlt.* Quintil. *declam. 279. ibi: poſtea nudari filium, atque in conſpectu iudicum conſtitui cogit, & interrogat, an ille maritus eſſet, qui fieri pater non poſſet?* Ariſtoph. παίδων δοκιμαζομένων αἰδοῖα παρέςι θεᾶσθαι. Cuiac. *in par. C. ſi min. ſe maj. dix.* Pithoe. *in not. ad Declam. Quintil. p. 734.* Diſſ. Reuard. *4. varior. 10.* Bachou. *in comment. ad princ. Inſt. quib. mod. tut. fin.* Diui fratres obſcœnam indagationem permiſerunt obſtetricibus, cognituris, an mulier prægnans ſit, *l. 1. ff. de vent. inſpic.* Et Canones puellarum, de quarum virginitate



Digitized by Google

ambigitur, inſpectionem probant, *c. nec aliqua. & ſq. 27. q. 1. c. pen. extr. de probation.* quam tamen Cuiacius *in Recitation. ad decretal.* improbat, auctoritate Oribaſii, aliorumque medicorum, vid. eund. *17. obſ. 7.* Illud hic, occaſione tutelæ, pubertate finiendæ, notandum, ſpecialem & apertam veteris iuris vel conſtitutionis derogationem, vt per nouam abrogata cenſeatur, non requiri. Finitur hodie tutela pubertate, tam quod ad fœminas, quam quod ad mares, *d. princ.* Secus erat iure veteri; cuius tamen aperta abrogatio dari non poteſt. Conf. *l. 2. C. de reſc. vend. iunct. l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 22. §. 2. ff. locat. l. 8. C. de reuoc. donat. iunct. l. 1. ff. de donat. l. 33. §. 2. ff. de donat. mort. c. l. 10. §. vlt. ff. de teſtam. tut. iunct. §. 1. Inſt. eod. l. pen. C. de neceſſ. ſeru. her. inſtit.* Quin ita diſtinguendum: aut ex certa ſcientia princeps fecit nouam conſtitutionem, animo abrogandæ vetuſtioris, aut non: hoc caſu non videtur abrogata; illo videtur abrogata ſatis, etiam ſine ſpeciali abrogatione; tametſi forte in priori conſtitutione nominatim adiectum ſit, ne per futuram abrogetur. Cuiac. *14. obſ. 7. & in not. poſteriorib. ad §. 10. Inſt. de teſtam. ordin.* Cum quo tamen non admodum mihi iam cohærere videtur, quod idem Cuiac. ſcribit *6. obſeru. 11.* nouas conſtitutiones ſtrictius accipiendas, adeo, vt & neceſſariæ ex eis conſequentiæ contra ius vetus admittendæ non ſint, niſi nominatim exprimantur.

VI.

Digitized by Google

## Vlpian lib. 35. ad Edictum.

Falſus tutor, qui in contrahendo auctor minori duodecim, vel qurtuordecim annis fuerit, tenebitur in factum actione: propter dolum malum, cuiuscunque conditionis fuerit, vel ſui iuris, vel alieni, l. 11. in princ. ff. quod falſ. tut. auct. geſt. eſſ. dic.

De hac l. dixi ſupra ad *l. 36. ff. de rit. nupt. & ad l. 26. ff. ſupr. de tutor. & curat.*

---

# EMBLEMATA *TRIBONIANI*,

## Notata in quinta Digeſtorum parte.

## Vlpian. lib. 1. ad Sabinum.

Qui in teſtamento heres inſtituitur, in eodem teſtamento teſtis eſſe non poteſt: quod in legatario, & in eo, qui ſcriptus eſt, contra habetur, l. 20. in princ. ff. qui teſtam. fac. poſſ.

IVſtinianus *in §. ſed neque heres. 10. Inſt. de teſtam. ordin.* indicat, ante ſua tempora heredem potuiſſe in teſtamento perhibere teſtimonium: cui obſtat *d. l. 20.* quæ eſt Vlpiani, cuius ætate iam tum id prohibitum fuit: nec ſuadet id Vlpianus, ſed ſimpliciter teſtem eſſe non poſſe aſſerit. Verum eſt hic locus Vlpiani a Triboni-



Digitized by Google

ano interpolatus, Vigil. *in d. §. ſed neque heres 10.* Quo minus enim ille locus ad teſtamentum prætorium referatur, hoc impedimento eſt, quod ipſe Vlpian. *in fragm. tit. 20. §. 1.* hodie inquit, ſolum in vſu eſt, quod per æs & libram fit, Bachouius *in not. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 10. th. 1. lit. H. & in d. §. 10.* Diſſ. Cuiac. *in d. l. 20.* Quod tamen teſtamentum, in quo ſola veterum illa traditio obtinuit, quia longe ante Inſtinianum in vſu eſſe deſiit, iſta Iuſtiniani Conſtitutione *in d. §.* 10. non magnopere fuit opus. De legatario, quod Vlpian. ſcribit *in d. l. 20.* verum eſt: fuit ille olim quoque ad teſtimonium teſtamentarium admiſſus, *l. ſi quis ita 14. ff. de reb. dub.* Contra Gothofr. qui notat ad *l. 22. C. de teſtam.* teſtes olim legatum accipere non potuiſſe ex SCto Liboniano, quod hauſiſſe videtur ex Cuiacio ad *d. l. 20.* vbi tamen de ſcriptoribus alienorum teſtamentorum loquitur: quos legatum ex teſtamento capere vetat SC. Libonianum.

## Pomponius lib. I. ad Sabinum.

Commodiſſime is, qui nondum natus eſt, ita heres inſtituitur, ſiue viuo me, ſiue mortuo natus fuerit, heres eſto: aut etiam pure, neutrius temporis habita mentione: ſi alteruter caſus omiſſus fuerit, eo caſu, qui omiſſus ſit, natus rumpit teſtamentum, quia hic filius, nec ſub conditione quidem ſcriptus heres intelligitur, qui

Digitized by Google

qui in hunc caſum naſcitur, qui non eſt teſtamento adprehenſus, l. 10. ff. de lib. & poſth. hered inſtit.

Filius in alterum caſum, vel iuris antiqui, vel L. Velleiæ inſtitutus, eo caſu, qui omiſſus eſt, ſi naſcitur, teſtamentum rumpit omnino. In alterum enim caſum, qui teſtamento comprehenſus non eſt, vt inſtitutus dici non poteſt, ita nec exheredatus. Hæc eſt ſententia Pomponii in *d. l. 10. quia hic filius*, inquit, *nec ſub conditione quidem ſcriptus, exheres intelligitur.* Sic legendum, non, vt vulgo, *ſcriptus heres.* Filius enim non niſi nominatim exheredari poteſt: & vt ſub contraria conditione exheredatus videatur, neceſſe eſt, eam diſerte exprimi, *l. 28. in princ. ff. eod. l. 36. ff. hered. inſtit.* Si filia aut ceterorum liberorum aliquis ita inſtitutus proponeretur, idem Pomponius non dixiſſet: hi enim priſco iure, inter cæteros, ἀορίστως exheredari poterant, & ſub quauis conditione inſtitui, *l. 4. l. 6. §. 1. ff. eod.* quoniam in eius defectum tacite exheredari dicebantur: quemadmodum extraneo conditione in codicillis adſcripta, in defectu conditionis, de ademtione cogitaſſe teſtator videtur, *l. 27. §. vlt. ff. de condit. inſtit.* Scripſiſſe igitur Pomponium Freherus putat: *Commodiſſime filius, qui nondum natus eſt*: & mox *filius natus rumpit:* Confutarios autem Pandectarum, quum principis ſui conſtitutione, ſublato ſexus graduſque diſcrimine, effectum ſcirent, vt omnes liberi nominatim exheredandi eſſent, *l. 4. C. de lib. præter. §. 5. J. de exhered. lib.* verbum

 bum

Digitized by Google

bum *filius*, expunxiſſe: illud tamen, *quia hic filius nec ſub conditione*, quia erant in curia, inobſeruatum relinquere potuiſſe. Confer, quæ dicturus ſum infra *ad l. 3. in pr. ff. de iniuſt. rupt. irr. teſt.*

## Paul. lib. 2. ad Sabinum.

Hac ex cauſa, licet non ſint heredes inſtituti, domini ſunt: nec obſtat, quod licet eos exheredare, quod & occidere licebat, l. in ſuis 11. in fin. ff. de lib. & poſth. inſtit.

Tribonianus tempus præteritum poſuit pro præſenti: *licebat*, pro, *licet*. Nam tempore Papiniani, Pauli & Vlpiani patres ius vitæ & necis (quod ex lege Regia deſcendit) in liberos habuiſſe, conſtat ex collatione *LL. Moſaic. & Roman. tit. 4.* & probatur *l. 1. verſic. ſed & mater. ff. ad L. Pomp. de parric.* Mater, quæ filium, filiamue occiderit, pœna L. Pompeiæ afficitur. Ergo ſecus eſt in patre, Weſenb. *in par. eod. ibique Bachouius n. 5. & 6.* Confer. *l. vlt. C. de patr. poteſt. iunct. l. 2. tit. 8. lib. 6. C. Theod.* P. Pithœ. *in not. ad d. t. 4. pag. 147.* Giphan. *in d. l. vlt. & in l. 4. C. de lib. præt. pag. 71.* Bodinus *1. de rep. 4.* vitæ illud necisque arbitrium in Reſpublicas Chriſtianas reducendum eſſe contendit: in quo ſummopere labitur.

## Vlpianus lib. 3. ad Sabinum.

Poſthumi per virilem ſexum deſcendentes ad ſimilitudinem filiorum nominatim exheredandi

ſunt,

Digitized by Google

ſunt, ne teſtamentum agnaſcendo rumpant, l. 3. in princ. ff. de injuſt. rupt. irr. teſt.

Scripſerat Vlpianus, *poſthumi virilis ſexus.* Nam iure veteri poſthumos fœminini ſexus, ἀορίστως, indefinite, inter cæteros (cuius appellationis rationem reddit Alciatus *4. parerg. 6.*) exheredare licebat. *ſ. 1. verſic. ſed fœminini quidem ſexus Inſt. de hered. liber.* poſthumi mares nominatim exheredandi erant, *eod. ſ. 1.* Vnde & Paulus ait in *l. 24. ff. de lib. & poſt. hered. inſt. Poſthuma ſub conditione heres inſtituta, ſi pendente conditione, viuo patre naſcatur, rumpit teſtamentum.* Cur ait, *poſthuma*? an non idem in poſthumo? Cur item *viuo patre*? annon idem eſt, mortuo patre? Sumenda eſt cauſa ex veteri differentia inter poſthumum, & poſthumam. *Poſthumus* exheredandus fuit nominatim. *Poſthuma* autem exheredari potuit inter cæteros. Et ex heredatio vires non habet ante aditam hereditatem, & multo minus, viuo patre, qui teſtamentum fecit. Ideoque ſi eo viuo, pendente conditione, poſthuma naſcatur; rumpit teſtamentum. Aſt ſi mortuo patre, interim ante conditionem expletam inuenitur exheredata inter cæteros, teſtamentum non rumpit: quod tamen poſthumus ſub conditione heres inſtitutus rumpit, ſiue viuo, ſiue mortuo patre, pendente conditione naſcatur, quia nominatim, vti oportet, exheredatus non eſt. Eademque differentia exiſtit inter poſthumum & poſthumam,

 qui

Digitized by Google

qui quæue naſcitur, poſt defectam conditionem, Cujac. 2. *obſ.* 27. Hæc iure antiquo. Ex conſtitutione Iuſtiniani, poſthumi, cuiuscunque ſexus, nominatim exheredandi ſunt, idemque ius eſt liberorum poſthumorum, *l. maximum vitium.* 4. *C. de lib. præter.* §. *ſed hæc quidem vetuſtas* 5. *Inſt. d. t. de exheredat. liberor. d. l.* 3. *in princ.* quæ inflexa eſt ad hanc Iuſtiniani conſtitutionem, Cuiac. *in l.* 4. *ff. de lib. & hered. inſtit.* ex qua eodem iure ſunt filiæ, cæterique liberi quo & filii: ideoque in *d. tit. de liberis & poſthumis heredibus inſtituendis*, & omnibus pene Pandectarum locis, quibus de præteritione agitur, ſemper de filiis mentio fit, nusquam fere filiarum, cæterorumque liberorum, quoniam quæ a prudentibus ſcripta erant de filiarum præteritione, cæterorumque liberorum, ea Iuſtinianus ſuſtulit: quæ vero de filiis, ea approbauit, cenſuitque, idem ius eſſe filiarum cæterorumque liberorum. Non fuit autem ipſe, aut hi, quorum opera vſus eſt, non fuere tam acuti, neque tam diligentes, vt non, quemadmodum aliarum rerum complurium a Iuſtiniano ſublatarum, quarum tamen ſe veſtigia nulla in Pandectis reliquiſſe, impudentiſſime aſſeuerant: ita & hujus antiquæ differentiæ inter filios exterosque liberos veſtigia relinquerent, *in l. ſuus* 4. & *l. ſed ſi conditioni* 6. §. 1. *ff. de hered. inſtit.* & *l.* 1. §. *ſciendum* 8. *ff. de ſuis & legit. hered.* ex quibus hæc colligitur differentia inter filium, cæterosque liberos, quod filius ſub omni conditione inſtitui non poteſt, filiæ, nepo-

tes,

tes, & cæteri liberi, licet in filiorum demortuorum locum, quaſi agnaſcendo ſuccedant, ex ſecundo capite L. Velleiæ, ſub omni conditione inſtitui poſſunt: quam tamen differentiam ſublatam oportuit, quandoquidem manet ex ſuperioribus, Cuiac. *in l. 1. & 2. ff. d. t. de lib. & poſt. hered. inſt.* vid. etiam Giphan. *in l. 4. C. de inſtit. & ſubſtit.* Eius item iuris antiqui, quo ſolus filius nominatim erat exheredandus, alii inter cæteros, veſtigium eſt relictum *in l. ſi quis legatum 6. §. 1. ff. ad L. Corn. de falſ.* Cuiac. *8. obſ. 18.*

## Vlpian. lib. 8. ad Sabin.

### Quid ſi pro herede gerere mandauit, filius adiit hereditatem? l. 25. §. ſed quid 7. ff. de acquir. vel am. hered.

Ulpianus ſcripſerat, *creuit hereditatem.* Nam extraneus heres ſcriptus, aut cernendo (quod verbum Scaliger deducit a κρίνω, id eſt, iudico, decerno) fit heres, aut pro herede gerendo. *Cernendo*, ſi cum cretione ſit inſtitutus: *Pro herede gerendo*, ſi ſine cretione. Cretio eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto heredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hereditatem, nec ne: veluti, *Titius heres eſto cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris, poterisque: niſi ita creueris, exheres eſto:* Cernere eſt, verba cretionis dicere ad hunc modum: *Cum me Meuius heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo cer-*

*noque*. Vlpianus *in fragm. tit. 22. §. extraneus & ſqq.* Sed ſublata eſt cretio a Conſtantino in maternis ſucceſſionibus, *l. 1. C. Theod. de bon. matern.* A Theodoſio vero penitus, *l. cretionum. 7. C. de iur. delib.* Cuiac. *ad Vlpian. d. t. 22.* receptis his duobus acquirendæ hereditatis modis, pro herede geſtione, & aditione, quæ ſit nuda voluntate, non verbis ſolemnibus, vt vetus illa cretio, ſed quibuscunque explicata, *l. cum in antiquioribus 19. de iur. deliber.* quos modos Iuſtinianus *in §. vltim. Inſtit. de hered. qual. & diff.* modo diſtinguit, modo confundit. Diſtinguit ibi, *poteſt, aut pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate ſuſcipienda hereditatis heres fieri.* Confundit, dum additionem facit, ſpeciem pro herede geſtionis, ibi: *pro herede gerere quis videtur, ſi quoquo modo voluntatem ſuam declaret, vel re, vel verbo de adeunda hereditate.* Anton. Govean. *1. var. iur. lect. 25.* Aut fatendum, pro herede gerere, primo in ſpecie accipi, pro refectione ædium hæreditariarum, cultura agrorum, manumiſſione ſeruorum, &c. *l. 29. in princ. ff. de acquir. hered.* poſtea latius & in genere, vt eam etiam acquiſitionem, quæ fit verbis, comprehendat, quomodo *pro herede gerere* vſurpatur in *l. filius 12. in princ. ff. de interrogat. in iur. fac.* Bachou. *in d. §. ult.*

## Papin. lib. 7. Reſponſor.

Ante tabulas teſtam. codicilli facti non aliter valent, quam ſi teſtamento, quod poſt-

poſtea factum eſt, vel codicillis confirmentur, aut voluntas eorum quocunque iudicio retineatur: ſed non ſeruabuntur ea, de quibus aliter defunctus nouiſſime iudicauit, l. 5. ff. de iur. codicill.

Tribonianus, vt hoc reſponſum Papiani accommodaret reſcripto Seueri & Antonini, adiecit verba, *aut voluntas eorum quocunque iudicio retineatur, &c. §. 1. Inſt. de iur. Codic.* vbi Papinianus reſpondiſſe dicitur, codicillos ante teſtamentum factos non aliter vires habere, quam ſi ſpeciali poſtea voluntate confirmentur. Sed in *d. l.* 5. additur, *aut voluntas eorum quocunque*, &c. quo disiunctim ſignificatur, non vtique præciſe expreſſam confirmationem requiri, ſed etiam tacitam ſufficere, quocunque iudicio factam. Imo ſubiungit Papinianus; voluntatem codicillorum ſeruari non debere, quam defunctus ſeruari vetuerit. Ergo a contrario exiſtimauit Papinianus, voluntatem codicillorum ſeruandam eſſe, quam ſeruari poſtea non vetuit: quæ eſt etiam Seueri & Antonini ſententia, *d. §. 1.* vbi Hotom. & Cuiac. aliter tamen ſentiens 18. *obſeru.* 7. Duaren. 2. *diſp. anniu. vlt.*

## Vlpianus lib. 67. ad Edictum.

Per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis, l. 1. ff. de legat. 1.

Non eſt dubium, quin hæc lex Tribonianum potius, quam Vlpianum auctorem habeat

at. Nam conſtitutione Imperatoris Iuſtiniani legata exæquata ſunt fideicommiſſis, *§. ſed non vsque 3. Inſt. de leg. l. 2. C. commun. de leg.* Duaren. *in d. l. 1. & 2. diſput. 9.* Ant. Auguſtin. *3. emendat. vlt.* Vigl. *in §. legatariis 11. Inſt. de teſtam. ordinand.* Donell. *8. comm. 2.* Balduin. Eguin. Baro, Hotoman. Weſenbec. *in d. §. ſed non vsque 3.* Diſſentit Cuiacius *8. obſ. 4.* vbi *d. l. 1.* interpretatur hoc modo: per omnia legata ſunt exæquata fideicommiſſis: ſcilicet, quod ad quartam inde detrahendam: & Duarenum *in l. 7. §. 2. ff. de pact.* quod fidem habuerit libro manuſcripto, in quo *d. l. 1.* præpoſitum fuerat nomen, *Imperator*, ridet vehementius. At, inquam, non eſt id interpretari legem, ſed miſere torquere. Qui enim Vlpianus ſcribere potuit, per omnia exæquata eſſe, ſi tantum quod ad quartæ deductionem, eiusque rationem ponendam, aut quod ad Interdictum: Quod legatorum, vt Reuard. *3. var. 4.* & Pacius *6. antin. 2.* contendunt, exæquata ſunt? Quæ in vno tertio conveniunt, non conueniunt inter ſe per omnia. Sed & falſum eſt, exæquata eſſe legata fideicommiſſis, quantum ad Falcidiæ imputationem. Nam in quartam hereditatis, quam per legem Falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas iure hereditario capit, non quas iure legati, vel fideicommiſſi, vel conditionis implendæ cauſa accipit. Sed in quartam Trebellianicam hæc omnia imputantur, *l. in quartam 91. ff. ad leg. Falcid.* Etiam videlicet, quæ conditionis implendæ

plendæ cauſa capiuntur, *ead. l. in quartam. verſic. ſed & quod implendæ arg. l. 22. §. ſi heres 2. ff. ad SC. Trebell.* quibus tamen grauiter aduerſatur *l. in ratione 30. §. tametſi ff. d. t. ad Leg. Falcid.* qua Cuiac. *d. loc.* & Huſmannus *par. 11.* mouentur in contrarium. Rationem autem diuerſitatis inter deductionem quadrantis Falcidiani, & Trebellianici Hotomann. hanc redit ad §. 5. *Inſt. de fideicomm. hered.* Qui hereditatem exhauſit legatis, ſcriptum heredem vult vere heredem; L. Falcidia voluntati teſtatoris ſubſeruiente. Exiſtimatur enim teſtator hereditatem legatis exhauriens, errore id facere, & putare, plus eſſe in hereditate, quam reuera eſt, *§. in fraudem 3. Inſt. quib. ex cauſ. manum. non lic.* At in terminis fideicommiſſi, teſtator fiduciarium non vult vere heredem. Conſtat enim, teſtatoris hanc fuiſſe voluntatem, vt nihil apud heredem, niſi nomen, ac titulus maneret: reuera alius eſſet. Credibile igitur eſt. SC. Pegaſianum ſatis habuiſſe, ſi quadrans iſte quoquo titulo ad heredem perueniret, vid. etiam Weſenb. *in parat. ff. de L. Falcid. n. 5.* Et an omnis plane differentia inter legata & fideicommiſſa ſublata ſit hodie, cognoſces cum ex aliis, tum ex Giph. *in l. 2. C. commun. de legat. pag. 178. & ſeq.* & Bachou. *ad d. §. ſed non uſque 3. & in not. ad parat. Weſenbec. de legat. 1. n. 9.*

## Pompon. lib. 2. ad Sabin.

Si ita ſcriptum ſit, Lucius Titius heres meus, aut Meuius heres meus decem

Seio

Seio dato: cum vtro velit, Seius aget: vt ſi cum vno actum ſit, & ſolutum, alter liberetur: quaſi ſi duo rei promittendi in ſolidum obligati fuiſſent, l. ſi ex toto 8. §. 1. ff. de legat. 1.

Olim ex duobus reis debendi (quos Budæus in commentariis Græce interpretatur,) ἀλληλεγγύους) electo vno, alter liberabatur, præterquam in bonæ fidei iudiciis, *l. 2. ff. de duob. reis. l. decem 116. ff. de V.O.* vbi Duaren. Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 28. th. 2. lit. B. p. 894.* Hodie ex Iuſtiniani conſtitutione, non electione, & conuentione, ſed ſolutione alter liberatur, *l. pen. C. de fideiuſſor.* his verbis: *Idemque in duobus reis promittendi, conſtituimus, ex vnius rei electione præiudicium creditori aduerſus alium fieri non concedentes: ſed remanere & ipſi creditori actiones integras & perſonales, & hypothecarias, donec per omnia ei ſatis ſiat,* ad quam legem inflexa eſt *d. l. 8.* Nam cum Pomponius ſcripſiſſet, *ſi cum vno actum ſit, alter liberetur;* Tribonianus ob *d. l. pen.* ita ſcripſit: *ſi cum vno actum ſit, & ſolutum, alter liberetur.* Donell. *in l. vlt. ff. de reb. cred.* Giph. *in d. l. pen. p. 435.* Olim etiam ex pluribus fideiuſſoribus electo vno, cæteri liberabantur, *arg. d. l. vlt.* Et reo electo, fideiuſſor liberabatur, Paul. *2. ſent. 17. §. vlt.* Ratio huius iuris fuit, quia creditor agendo aduerſus debitorem, actionem conſumſerat. Sublata igitur obligatione principali, acceſſio tollebatur. Cuius iuris veſtigium non inſubtili-

ti liter deprehendi poteſt *in l. egiſti. 84. ff. de ſolut.* Merill. *8. obſ. 9.* Hodie ſecus eſt, *d. l. vlt. C. de fideiuſſ.* Mandatorum tamen electo vno, ſicut hodie cæteri non liberantur: *d. l. vlt.* ita nec liberati fuerunt olim. Paul. *d. loc. Electo*, inquit, *reo principali, fideiuſſor, vel heres eius liberatur. Non idem in mandatoribus obſeruatur.* Cur vero tam varie. vid. Cuiac. *23. obſ. 25.*

## Paul. lib. 3. Regular.

Si pluribus eadem res legata fuerit, ſiquidem coniunctim, etiamſi alter vindicet, alter ex teſtamento agat, non plus quam partem habebit is, qui ex teſtamento aget. Quodſi ſeparatim, ſiquidem euidentiſſime apparuerit, ademtione a priore legatario facta, ad ſecundum legatum teſtatorem conuolaſſe, ſolum poſteriorem ad legatum peruenire placet. Sin autem hoc minime apparere poteſt, pro virili portione ad legatum omnes venire: ſcilicet, niſi ipſe teſtator ex ſcriptura manifeſtiſſimus eſt, vtrumque eorum ſolidum accipere voluiſſe: tunc enim vni pretium, alii res ipſa aſſignatur; electione rei, vel pretii ſeruanda ei, qui prior de legato, vel fideicommiſſo litem conteſtatus eſt. Ita tamen, vt non habeat licentiam, altero electo, ad alterum tranſire, l. 33. ff. de legat. 1. In-

Digitized by Google

Inter eos, qui re, & verbis coniuncti ſunt, & eos, qui re tantum, hæc differentia eſt. Quod ſi re tantum coniunctis legatum ſit per vindicationem, concurſu partes faciunt: idemque ſi per præceptionem. Si per damnationem, ſingulis ſolidum debetur, nec concurſu partes faciunt; idemque ſi ſinendi modo, vel ſi per fideicommiſſum. Quod tamen conſtitutio *l. vn. ſ. vbi autem. 11. C. de caduc. toll.* abrogat, dum ita conſtituit, vt quocunque genere res eadem disiunctim (id eſt, coniunctione facta re tantum, ad differentiam eorum, quos rei & nominum complexus iungit) duobus, aut pluribus relicta ſit, ſingulis partes debeantur, niſi perſpicue appareat, teſtatorem ſingulis ſolidum dari voluiſſe, quæ exceptio a Triboniano inſerta eſt. *d. l. 33. & l. filiusfamilias 114. ſ. vlt. eod. l. qui duos. 13. ſ. 1. ff. de leg. 2. l. ſi res 20. ff. de leg. 3. l. duos. 14. ff. de vſu & vſufr. leg.* Cuiac. *in parat. C. d. t. de caduc. toll.* Merill. *1. variant. ex Cuiac. 39.* Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 11. th. 3. lit. A.* vbi ait, exceptionem illam cum ſuperlatiuis, *niſi manifeſtiſſimis, apertiſſimis, euidentiſſimis probationibus &c.* perquam familiarem eſſe Triboniano, adducta *d. l. 33. & l. 25. & vltim. ff. de probation.* quam a Triboniano quoque interpolatam eſſe, ſupra demonſtratum eſt.

## Paulus lib. 4. Sentent.

Nutu etiam relinquitur fideicommiſſum: dummodo is nutu relinquat, qui & loqui poteſt, niſi ſuperueniens mor-

morbus ei impedimento ſit, l. 21. in princ. ff. de leg. 3.

Jure antiquo ſurdus, aut mutus, teſtamentum facere non potuit: hic, quia accire & rogare teſtes; ille, quia audire ſibi teſtimonium perhibentes non poteſt. Vlpianus *in fragm. tit. 20. l. 6. ʃʃ. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. ʃʃ. 4. in fin. Inſt. de hered. qual. & diff.* vbi Triboniani ſocordiam obſeruare licet. Ex Iuſtiniani conſtitutione mutus, vel ſurdus, ſi ſui juris ſit, teſtamentum facere poteſt: nihilque refert, vtrum ita natus ſit, an factus. Surdus & mutus ſimul ex accidente, poteſt teſtamentum facere, ſi literarum non ſit rudis. Surdus tantum, ſiue natura, ſiue caſu, nuncupare heredem poteſt. Mutus tantum, ſive natura, ſive caſu, ſcribere heredem poteſt, ſi ſcribere norit. Surdus & mutus ſimul ita natus, teſtari nullo modo poteſt, *l. diſcretis 10. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Cuius conſtitutionis veſtigium extat *in d. l. 21.* Nam cum fideicommittere is tantum poſſit, qui & teſtari, *l. 2. ff. d. l. 1.* & conſtet, ante Iuſtinianum mutum ita natum, vel factum, non potuiſſe teſtari, *d. l. 6. ʃʃ. 1. & l. 9. ʃʃ. 1. und. cogn.* inficiari nemo poteſt, quin legis verba, *niſi ſuperueniens morbus ei impedimento ſit*, Triboniani ſint, ſumta ex conſtitutione Iuſtiniani, quæ ſurdo & muto ita facto dat teſtamenti factionem, non etiam ita nato, Cuiac. *in fragm. Vlpian. d. t. 20. & in d. l. 6. ʃʃ. 1. qui teſtam. fac. poſſ.* Sic & in *ʃʃ. 3. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* cum in antiquorum Inſtitutionibus ſcriptum eſſet, *item ſurdus & mutus*

*teſtamentum facere non poſſunt*, Tribonianus id immutauit hoc modo, *non ſemper teſtamentum facere poſſunt:* quaſi dicat, hodie aliquando teſtamentum facere poſſunt, ex *d. l. diſcretis 10.* Confer, quæ ſcripſi ad *l. ſolutum 11. ʃ. 6. ſupra de pign. act.* Suauis eſt Iuſtinianus *in d. l. diſcretis*, dum ſubdit, neminem eſſe, qui penitus non exaudiat, ſi quis ſupra cerebrum eius loquatur: quod, vt opinor, nemini perſuadebit. Maiorem in hoc ſcribendi genere meretur fidem Plinius Protonotarius naturæ, qui ſcribit *l. 10. t. 69.* ei, cui auditus primo negatus eſt, huic & ſermonis uſum ablatum: non eſſe naturaliter ſurdos, vt non ſint & muti: mutos vero natura multos eſſe, qui tamen audiant. Notum eſt, quod ex Herodoto *lib. 1.* de Crœſi filio recitat. Val. Maximus *lib. 5. c. 4.* & Aul. Gell. *5. Noct. Attic. 9.*

## Paulus lib. 5. ad Sabinum.

Sed incerti actio erit cum herede, vt legatario, quamdiu vixerit, eundi, agendi, ducendi, facultatem præſtet, aut ſeruitus conſtituatur, ſub hac conditione, vt ſi deceſſerit legatarius, vel capite deminutus ex magna cauſa fuerit, inſtituatur, l. 1. in fin. ff. de vſu & vſufr. leg.

Vſusfructus finitur maxima & media capitis deminutione, *l. pen. ʃ. 2. C. de uſufr. ʃ. finitur 3. Inſt. eod.* Ratio eſt obuia, quia vſusfructus fini-

Digitized by Google

finitur morte fructuarii, *d. §. finitur.* Mors autem vel naturalis eſt, vel ciuilis; quæ per maximam, & mediam capitis deminutionem contingit, *princ. & §. 1. Inſt. quib. mod. ius pat. poteſt. ſolu. l. 63. §. vlt. ff. pro ſoc. l. 1. §. filium habuit. 8. ff. de bon. poſſ. c. tab.* Diſſ. Nicol. Valla *in libr. de reb. dub.* qui exiſtimat, vſumfructum non tolli deportatione fructuarii, abuſus *l. 59. ff. de C. & D. l. 24. C. de donat. int. vir. & vx.* vide, quæ ſcripſi ſupra ad *l. ſed ſi mors 13. §. 1. ff. eod.* Minima etiam capitis deminutio, velut emancipatio, arrogatio, adoptio, olim extinguebat vſumfructum, *l. in ſingulos 8. ff. de ann. leg. l. repeti. 5. ff. quib. mod. vſusfr. am.* Paul. *3. ſent. 6. §. capitis. Capitis minutione,* inquit, *vſusfructus amittitur, ſi fructuarius ſtatum ex arrogatione, vel adoptione mutauerit.* Vnde ratio finiendi iſto modo vſusfructus petenda: quia nimirum vſusfructus eſt ius perſonæ, quæ minima etiam capitis deminutione mutatur. *l. 3. §. 1. ff. de cap. min. §. 1. Inſt. de acquiſit. per arrogat.* Sed Iuſtiniani conſtitutione in vſusfr. minima capitis deminutione non admittitur, *d. l. pen. & §. finitur;* quoniam, inquit Giphanius, mutatio perſonæ, quæ fit in minima capitis deminutione, ciuilis potius eſt, quam naturalis, & eſt perexigua. Quod tenendum contra Cuiacium, qui, quare emancipatione hodie non finitur vſusfructus, hanc reddit rationem, quia emancipatio hodie capitis deminutio non ſit, *in not. ad Vlpian. tit. 10.* Quæ ratio non eſt: quandoquidem emancipatio hodieque capitis deminutio eſt, *§. præterea*

(G) 2 *6. Inſt.*

Digitized by Google

*6. Inſt. quib. mod. ius pot. ſolu. iunct. ſ. 3. Inſt. de cap. demin.* Cæterum ad d. Iuſtiniani conſtitutionem Tribonianus inflexit *d. l. 1. de vſ. & vſufr. leg.* Cuius verba *ex magna cauſa*, ſunt Triboniani, Cuiac. *in not. ad d. ſ. finitur 3.* Bachou. *ibid.* vbi perinde ſcribit, ac ſi hoc ille primus omnium obſeruaſſet. Plane adoptione tantum abeſt, vt amittatur vſusfructus, vt neque morte, neque maxima capitis minutione filii, vſusfructus patri acquiſitus intereat, *l. vlt. C. d. t. de vſufr.* quæ ſingularis eſt conſtitutio, Cuiac. *in ſent. Paul. d. loc.*

## Ulpianus lib. 12. ad Sabinum.

Verum eſt, commodum in dote relegata eſſe repræſentationis, quamuis annua die dos præſtaretur, l. 1. §. 2. ff. de dot. præleg.

Dos reddebatur annua, bima, trima die, Vlpian. *in fragm. tit. 6. ſ. dos ſi pondere*, id eſt, tribus penſionibus, Cuiac, *11. obſ. 29.* quod tempus legibus ſtatutum dicitur, *l. Attilicimus 17. ff. de pact. dotalib. l. 24. ſ. 3. ff. ſol. matrim. l. 7. ſ. 5. ff. de pact.* Hodie annua die dos redditur, ex conſtitutione Iuſtiniani in *l. vn. ſ. cum autem 7. C. de rei vxor. act.* cui aptata eſt *d. l. 1.* Cuiac. *in fragm. Vlp. d. loc.* Aut voce illa, *annua*, compendium orationis affectauit ICtus, annuam, bimam, trimam diem dicere volens, vt in *l. talis 30. ſ. 2. ff. de leg. 1.* vtrum, inquit, annua die dabuntur. Et Vlpian. *d. tit. 6. ſ. mariti mores*, in ea dote, quæ an-

Digitized by Google

annua die reddi debet. Et Sueton. *in ſine Auguſti*; Produxit quædam ad vicena ſeſtertia, quibus ſolvendis annuum diem finiit. Annuus dies pro tribus penſionibus, & ſummis accipitur. Nam hæc erat vulgaris clauſula teſtamentorum, *d. l. talis 30. & l. cum vulgari 4. ff. d. t. de dot. præleg.* & cæterorum negotiorum, Senec. in Suaſor. *Dicito tibi annuum biennii, triennii diem debere.* vbi legendum, *annua, bima, trima die debere*, Cuiac. *7. obſ. 20.* Gouean. *1. variar. iur. lect. 28.* Giphan. *in d. l. an. pag. 419. & ſeq.*

## Paul. lib. 3. Sentent.

### Illud, aut illud, vtrum elegerit legatarius, nullo a legatario electo, decedente eo poſt diem legati cedentem, ad heredem tranſmitti placuit, l. 19. ff. de opt. leg.

Multæ ſunt differentiæ inter legatum Generis, & legatum Optionis: Legatum generis eſt purum, id eſt tranſmittitur ad heredem legatarii, qui vita demigrauit, antequam eligeret *l. nec ſemel 12. §. pen. ff. quand. dies legator. ced. l. ſi Pamphilo 10. ff. de opt. leg.* Optionis vero legatum eſt conditionale, & fuit ſemper ante Iuſtinianum. *§. optionis 23. Inſt. de legat. l. ſi optio 3. ff. qui & a quib. manumiſſ. lib. non f.* Optio eſt actus legitimus, & ſolemnis, *l. 77. D. R. I.* Electio, quæ ineſt legato ſerui indiſtincte relicto, actus eſt minus ſolemnis. Optio datur expreſſim: Electio tacite, puta, homine generaliter legato.



Digitized by Google

Denique cui optio legata eſt, optimum eligere poteſt: cui vero genus, non poteſt *l. legato 37. ff. de leg. 1.* Cic. *2. de inuent.* non obſtante *l. vlt. §. ſed & ſi quis 1. verſic. ita tamen. C. commun. de leg.* Cuiac. *23. obſ. 14.* Medium inter optimum, & peſſimum præſtari opertet, legato genere, *d. l. legato.* In obligatione vero generis ex contractu debiti, quod viliſſimum eſt, dari poteſt *l. fideiuſſorem 52. ff. Mand.* vbi Mornac. Dixi, legatum optionis olim fuiſſe conditionale, hoc eſt, ſi viuus legatarius non optaſſet, ad heredem legatum non fuiſſe transmiſſum. At obſtat *d. l. illud 19.* Sed ſermo legis facile prodit, interpolatam eſſe a Triboniano, Hotom. *in d. §. optionis* A. Matth. *Colleg. 1. Inſtit. diſput. 11. th. 17. & Colleg. 3. diſput. 11. th. 157.* Aliter Giphan. in *l. 3. C. commun. de leg.* Bachou. *in par. Weſenb. d. t. de opt. leg.* Adhuc grauiter obſtat *d. l. 3. in pr.* vbi Iuſtinianus in terminis optionis legatæ, legatario, antequam eligeret, defuncto, ait, dubitatum fuiſſe inter veteres, quid ſtatuendum, ſi non poſſet conuenire inter plures heredes. Oportet igitur legatum fuiſſe transmiſſum in heredes. Ab*eſt tertii adiacentis* ad*eſt ſecundi adiacentis* argumentum valet affirmatiue. Eſt actio ex emto. Ergo eſt emtio, (reciproca tamen, & contraria collectio fateor, non eſt perpetuo vera, *l. 62. §. 1. ff. de contrah. emt, §. vlt. Inſt. eod. l. 21. §. 2. D. de act. emt.* Cuiac. *in l. 22. D. de V. O.*) Si Vtopia eſt calida, Vtopia eſt. An dicemus *d. l. 3.* accipiendam eſſe, non de heredibus illius, cui optio

optio legata eſt, ſed de duobus, vel pluribus legatariis, quibus optio legata eſt? Quo minus ita accipiatur hæc lex, faciunt verba, *his omnibus caſibus:* propoſitus autem etiam erat caſus plurium heredum vnius legatarii. Magis eſt, confudiſſe caſum plurium legatariorum, de iure eligendi diſceptantium, cum caſu plurium iure vt dicamus, Tribonianum per incogitantiam heredum vnius legatarii, Bachov. *in d.* §. *optionis.* Conf. *l. vlt. C. de furt. iunct.* §. *item ſi ſullo 15. in fin. Inſt. de obligation. quæ ex del. naſc.* vbi Hotomannus ſcribit mirari aliquem poſſe, & ſuſpicari, Tribonianum oratorie locutum eſſe *in d. l. vlt.* & vt inuenta inſtitutaque ſua in vulgus probaret, antiquorum diſſenſionem odioſius exaggeraſſe.

## Africanus lib. 5. Quæſt.

Filiofamilias, vel ſeruo herede inſtituto, etiamſi in patris dominiue pœnam illicite, vel probroſe datum eſt, nullius momenti legatum eſſe reſpondit. Non enim id ſolum, quod heredis, ſed omne quod in cuiusquam lucrum aliquid ex vltima voluntate ſentientis talem pœnam in teſtamento ſcriptum ſit, nullius momenti habendum, l. 1 ff. de his quæ pœn. cauſ. relinq.

Pœnæ nomine, id eſt, heredis coercendi cauſa inutiliter antea legabatur, §. *vlt. Inſt. de legat.*

Cuius ratio non eſt, quam reddit Theophilus, quod hoc legatum in arbitrium heredis conferatur. Non enim confertur nominatim, ſed tacite, quod valet, *l. 3. ff. leg. 2.* Ratio eſt, quia contra naturam legati hoc eſt, vt ſit pœna, non præmium, non honos, non mera liberalitas, *l. ſi hereditatem 32. ff. mandat. l. filium 5. §. 6. ff. de legat. præſt.* Eadem ratione, turpe legatum turpisue inſtitutio nulla eſt, *l. turpia 54. in princ. ff. de legat. 1. l. quoties 9. §. ſi quis nomen. 8. ff. de hered. inſtit.* Cuiac. *tract. 5. ad Afric. in explic. d. l.* 1. Hotom. *in d. §. vlt.* Nec fideicommiſſum pœnæ cauſa dari poteſt, vt Vlpianus ſcribit *in fragm. tit. 25. §. pœnæ cauſa,* atque ita nec in pœnam heredis, neque in pœnam legatarii, a quo fideicommiſſum relinqui poteſt, nec ſeruo, aut filio familias legato, vel hereditate data, in pœnam patris, aut domini: a quibus etiam fideicommiſſum relinqui poteſt, *l. cum filio familias 11. ff. de leg. 1.* Et hæc eſt ſententia *d. l. 1. ff. de his quæ pœn. cauſ. relinq.* Cui Tribonianus de ſuo inſeruit verba, *illicite, vel probroſe,* itemque verbum, *talem,* propter Iuſtiniani conſtitutionem, *l. 1. C. eod. d. §. vlt.* quæ, ſublato iure veteri, definit, pœnæ cauſa legari poſſe, exceptis tantum his, quæ illicita, vel probroſa, vel impoſſibilia ſunt. *Illicita,* vt ſi dicat teſtator; heres meus, ſi amitam vxorem non duxerit, Titio decem dato. *Probroſa,* ſi dicat: heres meus, ſi adulterium non fecerit: ſi muliebri habitu luce palam non inceſſerit, Titio decem dato. *Impoſſibilia:* heres meus, ſi cœlum digito non attigerit; ſi Rhenum

Digitized by Google

num non ebiberit, Titio decem dato. Cuiusmodi teſtamentorum diſpoſitiones valere, ſecta meorum temporum non patitur, inquit Iuſtinianus in *d. ſſ. vlt.* Cuiac. *d. tract. 5. & in fragm: Vlp. tit. 24. verb. pœnæ cauſa.* Secta, id eſt, vitæ genus ac inſtitutum, *l. 5. C. ad L. Corn. de Falſ.* Et apud Capitolinum in Vero: *Vixiſſe deinde non in libero principatu, ſed ſub Marco in ſimili ac pari Maieſtatis imperio, a cuius ſecta, laſciuia morum, & vitæ licentioris nimietate diſſenſit.* & apud Apul. Mileſ. X. *Nam quum venenum peremtorium comparare peſſimus iſte geſtiret, nec meæ ſectæ crederem conuenire cauſas vlli præbere mortis, nec exitio, ſed ſaluti hominum medicinam quæſitam eſſe didiciſſem.* Mentis etiam atque animi propoſitum appellatione *ſectæ* continetur. Idem Apuleius de Deo Socratis: *Nec enim mens illa a ſua perpetua ſecta ad quempiam ſubitum habitum demouetur,* Et Mileſ. XI. *Hac ſubita ſectæ commutatione riſum toto cœtui commoueram.* Plura de hac dictione *ſectæ* legere licet *in comment. Deſiderii Heraldi ad c. 46. Apologet. Tertull. p. 177.*

## Ad SC. Trebellianum.

Sic conceptus eſt *tit. 1. l. 36.* Digeſtorum, nec adiicitur *Pegaſianum*, quod extat in veteri libro edicti perpetui, & eſt adhuc in indice titulorum Pandectis Florentinis præpoſito Ratio autem huius Digeſtor. tituli ſic concepti, petenda ex Iuſtiniani conſtitutione; qua SCto Trebelliano omni auctoritate accommodata, SC. Pegaſianum exploſum eſt, *l. 2. ſſ. quintus autem 6. verſic. de le-*



Digitized by Google

*gatis. C. de vet. iur. enucl. ſ. ſed quia ſtipulationes 7. Inſt. de fideicomm. hered.* Vnde paſſim SCto Trebelliano tribuitur, quod erat ex SCto Pegaſiano, *l. 16. ſ. ſi quis heres. 4. & ſ. cum quidem. 7. l. 17. in princ. l. qui totam 45. l. ſi heres 68. ff. h. t. ad SC. Trebellianum l. jubemus 6. in princ. ibi, omnibus modis retenta quarta pro auctoritate SC i Trebelliani. C. eod. l. ſucceſſores 16. C. de L. Falc.* Imo omnes leges, quibus Trebellianicæ quartæ mentio adſperſa eſt, interpolatæ ſunt a Triboniano, Ant. Cont. *1. ſubſeciu. iur. lect. 9.* Gouean. *1. variar. iur. lect. 29.* Cuiac. *in parat. ff. d. t. & in not. ſolemnib. ad d. l. jubemus 6.* Merill. *7. obſ. 15. & 1. differentiar. vlt.*] vbi rationem redditurus, cur nullum ex libro tertio Manualium Pauli fragmentum extet, ſuſpicor, inquit, Paulum in eo libro, differentiar iuris retuliſſe; quod temporibus ſuis obtinebat, & poſtea a Iuſtiniano immutatum fuit. Veluti plures fuerant differentiæ inter SC. Trebellianum & Pegaſianum, cum reſtitutio fideicommiſſæ hereditatis peret ex hoc, vel illo ſenatus conſulto: quarum nonnullas retulit Vlpianus *lib. ſing. regul. tit. 25. de fideicommiſſis*, quas Iuſtinianus ſuſtulit. Eſt tamen quidam Husmannus, qui; hoc paradoxum tuetur, *omnem quartæ retentionem, ſecundum ICtos, fieri tantummodo beneficio L. Falcidiæ tam in fideicommiſſis, quam in legatis: Trebellianam vero nomen eſſe prorſus inutile, ſuperfluum, minimeque neceſſarium*, de quo forte alibi, ſi fata ſinant.

Mæ-

Digitized by Google

## Mæcianus lib. 9. Inſtitut.

**Si facti eſt conditio, debet parere, & adire, & reſtituere: vel ſi in dando ſit, offerente fideicommiſſario, recuſante autem herede factum adimplere, licentia dabitur fideicommiſſario, ſecundum imitationem dationis factum implere, & tunc neceſſitas imponitur adire hereditatem. Cæterum conditiones, quæ non ſunt in poteſtate heredis, ad officium prætoris non pertinent, l. ſi cui pure 31. §. 2. ff. ad SC. Trebell.**

Giphanius exiſtimat, hanc legem a Triboniano eſſe interpolatam, & inflexam ad *l. veteris 13. C. de contrah. ſtipulat.* vbi Iuſtinianus, veterum ICtorum altercatione ſopita, decidit, ſtipulationem conditionalem, quæ in faciendo conſiſtit, in heredem tranſmitti. Cuius deciſionis veſtigium extare dicit Giphanius *in d. l. ſi cui pure 31.* cuius verba, *licentia dabitur fideicommiſſario ſecundum imitationem dationis factum implere,* imputat Triboniano. Quod mihi non ſit veroſimile: quoniam fideicommiſſarius conditionem faciendi, adſcriptam heredi, implet, non iure tranſmiſſionis, & obligationis, ſed vltro, ſua ſponte, vt conditione impleta, heres adire hereditatem eamque reſtituere compellatur.

Vlpi-

## Ulpianus lib.16. ad Edictum.

Sed nec ipſi tutori indiſtincte reſtitui poteſt, l. 39. ff. ad SC. Trebell.

Hæc lex ſumta eſt ex *l. pen. C. eod.* vbi Iuſtinianus conſtituit, hereditate per fideicommiſſum pupillo relicta, tutori hereditatis reſtitutionem faciendam, ſi pupillus ſit infans: tutore vero auctore, ipſi pupillo hereditatem reſtituendam, ſi non ſit infans, id eſt, ſeptennio maior. Nec olim ante *l. ſi infanti 18. C. de iur. delib.* infans hereditatem adire potuit, ex ratione *l. 77. ff. de R. I. l. 123. ff. eod.* Maior autem infante pupillus, tutore auctore, hereditatem acquirere potuit, *l. pupill. 9. ff. de acquir. hered. d. l. ſi infanti §. 4.* ibi: *ſin autem ſeptem annos ætatis pupillus excesserit, ea obtinere præcipimus quæ veteribus continentur legibus, nulla dubietate relicta, quin pupillus, poſt impletos ſeptem annos, adire hereditatem cum tutoris auctoritate poſſit,* Giphan. *in d. l. ſi infanti 18.* vbi etiam *l. 65. §. 3. verſic. ſed & infanti ff. d. t. ad SC. Trebell.* a Triboniano interpolatam eſſe ſcribit. Vid. etiam Cuiacium *1. obſ. 34.* & *tract. 4. ad Afric. in explicat. l. 49. ff. de acquir. heredit.*

## Papinian. lib. 7. Reſponſor.

Filiam fratribus, certis rebus acceptis, hereditatem reſtituere pater voluit, ante reſtitutam hereditatem, in poſſeſſionem hereditatis filiam quoque mitti

Digitized by Google

# mitti placuit, l. 56. ff. ad SC. Trebell.

Papinianus addiderat, *ex Edicto D. Adriani*, ex quo olim heres in poſſeſſionem mittebatur. Hodie, ſublato illo Edicto, in poſſeſſionem miſſio fit ex conſtitutione Iuſtiniani, *l. 3. C. de ed. D. Hadr. toll.* Idemque Tribonianus in deſcribendo reſponſo Papiniani, illa verba, *ex edicto D. Adriani* ſubtraxit. Cuiac. *in ſentent. Paul. lib. 3. tit. 5. §. ſiue falſum.* Cæterum edictum illud promulgatum erat, occaſione viceſimæ hereditatis teſtamentariæ, quam imperator Auguſtus primum fiſci locupletandi cauſa extraneis heredibus, non inopibus, imperauerat, Dion. *lib. 55.* Plin. *in panegyrico.* Cuiac. *in ſentent. Paul. lib. 4. tit. 6. in princ.* eiusque veſtigium relictum eſt *in l. filiusfamilias 114. §. 14. ff. de legat. 1.* Cuiac. *5. obſ. 16. & 9. obſ. 14.* Ne enim vel creditores defuncti, vel legatarii, vel fiſcus moram aliquam ſolutionis paterentur, edicto cautum fuerat, vt heres in teſtamento ſcriptus in poſſeſſionem rerum hereditariarum, vel ſtatim, vel intra annum ſaltem mitteretur, Paul. *d. t. tit. 5. & d. t. 6.* Tum vero Neruæ, Traiani, Adriani, Marci, aliorumque Imperatorum conſtitutionibus, illa viceſima, vel acciſa, vel ex integro reducta, & ad poſtremum abolita eſt. Non eſt credendum Alciato, qui eam fuiſſe a Gratiano ſublatam ſcripſit, *3. diſpunct. 6.* & Coraſio, *in l. 2. §. ab hoc plurimi ff. de O. I.* impoſuit. Cuiac. *in ſent. Paul. d. t. 6.* Giphan. *in d. l. 3.* Sed & Edictum D. Adriani propter mul-

Digitized by Google

multas illius ambages, difficultates, & indiſcretas narrationes Iuſtinianus ſuſtulit, *in d. l. 3.* Miſſus autem in poſſeſſionem rerum hereditariarum, hoc eſt, poſſeſſionem proprie ſic dictam, *arg. l. 3. §. miſſum 13. & l. pen. ff. de Carb. ed.* cum alias, qui legatorum ſeruandorum cauſa, aut ventris nomine in poſſeſſionem mittitur, non poſſeſſionem, ſed cuſtodiam tantum, & obſeruationem rerum tantum conſequatur, *l. cum legatorum 12. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. l. is cui 5. in princ. ff. vt in poſſ. legat.* Differentiæ rationem reddit Giphanius in *d. l. 3.*

## Ulpian. lib. 20. ad Sabinum.

Itaque ſi purum legatum eſt, ex die mortis dies eius cedit, l. 5, §. 1. ff. quand. dies legator. ced.

Legatorum, quæ pure, vel in diem certum relicta ſunt, dies cedit: antiquo quidem iure ex mortis teſtatoris tempore: per Legem autem Papiam Poppæam, ex apertis tabulis teſtamenti, inquit idem Vlpianus in *fragm. tit. 24. §. legatorum.* Cuius iuris veſtigia quædam ſunt in *l. teſtamento 31. ff. de C. & D. l. vlt. ff. de donat. mort. cauſ.* (de qua vide Merill. 1. *differentiar. 10.*) *l. 3. §. vlt. l. qui ſoluendo 42. ff. de hered. inſtit. l. 24. §. 1. ff. de bon. lib.* Iuſtinianus autem legem Papiam abrogans, iusque antiquum renouans ſanxit, vt legata ex die mortis teſtatoris, etiam ante apertas tabulas cedant, *l. vn. §. cum igitur 1. & §. in nouiſſimo 5. C. de caduc. toll.* Vnde facile intelligitur,

quod

Digitized by Google

quod apud Vlpianum *in d. l. 5.* legitur, *ſi purum legatum eſt, ex die mortis eius cedit*, interpolatum eſſe a Triboniano: cum Vlpianus ita ſcripſiſſet, *ex die apertarum tabularum*, quia hodie nec apertura tabularum, nec aditio hereditatis expectatur: imo ne ſcientia quidem legatarii requiritur, *l. ult. C. quand. dies legator.* Hotom. *4. obſ. 9.* Excipiuntur quædam legata, quorum dies ab adita demum hereditate cedit, *d. l. un. §. libert. 6. l. un. §. 2. ff. quand. dies vſusfr. leg. ced.* De ſeruitute prædiali legata quæritur, quando cedat dies eius? A morte teſtatoris, *arg. d. §. libertatibus l. 3. ff. de ſeruit. leg.* Grauiter obſtat *l. ult. ff. comm. prædior.* vid. Cuiac. *1. obſ. 23.* Bachou. *vol. 2. Diſp. 13. th. lit. a.*

---

# EMBLEMATA *TRIBONIANI*,

## Notata in ſexta Digeſtorum parte.

## Hermogenian. lib. 3. ad Iuris Epitom.

Excluditur contra tabulas bonorum poſſeſſione patronus, etſi ex vncia heres inſtituatur, & id quod deeſt ad ſupplendum debitam portionem, per ſeruum iudicio liberti, ſine conditione & dilatione, ei hereditate, vel legato, ſiue fideicommiſſo quæri poteſt, l. 21. §. 1, ff. de iur. patron.

Quar-

QVarta legitimaria pura a die & conditione eſſe debet, *l. quoniam 32. l. ſcimus 36. §. 1. C. de inoff. teſtam.* Idemque dicitur de portione debita patrono *d. l. 21.* cuius verba, *ſine conditione & dilatione,* videntur eſſe ex conſtitutione Græca Iuſtiniani, in qua ita eſt, πάσης αἱρέσεως, καὶ πάσης ὑπερθέσεως ἀπηλλαγμένης, id eſt, *ab omni conditione, & omni dilatione ſeparata.* Cuiac. *in expoſ. N. 18.*

## Africanus lib. 2. Quæſtion.

Liberto octoginta habenti fundus quadraginta legatus eſt, is die legati cedente deceſſit, extraneo herede inſtituto, reſpondit, poſſe patronum partem debitam vindicare. Nam videri defunctum mortis tempore ampliorem habuiſſe rem centum: cum hereditas eius propter computationem legati pluris venire poſſit: Neque referre, heres inſtitutus repudiet legatum, liberto relictum, nec ne. Nam etſi de lege Falcidia quæratur, tale legatum quamuis repudiatum, in quadrantem hereditatis imputatur legatariis, l. 26. ff. de bon. libert.

Africanus ſcripſerat, filio herede inſtituto, & patronum partem dimidiam vindicare, ſecundum legem Papiam, quæ etiam teſtato liberto, & filiis naturalibus inſtitutis, vno, vel duo-

Digitized by Google

duobus, patronum vocat in virilem, ſi libertus maior centenario fuerit. Sed Tribonianus verba Africani accommodauit ad conſtitutionem Iuſtiniani *§. 3. inſt. ſucceſſ. lib.* quæ ad ſucceſſionem liberti maioris centenario, vel vno filio relicto, patronum non vocat; extraneo herede relicto, patronum vocat in partem tertiam. Id notandum valde: in hereditatem legatarii computari legata, quorum dies ceſſit, viuo legatario, i. e. quorum petitionem in heredem ſuum transmiſit, etiamſi ea repudiauerit heres; quod potuit, *d. l. 26. l. ſi ſundum 81. §. ſi Titius 3. ff. de leg. 1.* argumento Falcidiæ, in quam heres imputat legata, quorum dies ceſſerat ante mortem teſtatoris, etiamſi ea repudiauerit. Cujac. *tract. 2. ad African. in d. l. 26.*

## Ulpian. lib. 13. ad Sabinum.

Unde belle quæri poteſt, an etiam poſt repudiationem adhuc demus ſucceſſionem. Propone, heredem ſcriptum rogatum reſtituere hereditatem, repudiaſſe eam, cum nihilominus compelli potuit adire hereditatem, & reſtituere, vt D. Pius reſcripſit. Finge enim, eum ſuperuixiſſe centum diebus (verbi gratia) & interim proximum deceſſiſſe, mox & eum, qui erat rogatus reſtituere, dicendum, poſteriorem admitti cum onere fideicommiſſi, l. 2. §. vlt. ff. de ſuis & legit. hered.



Digitized by Google

Hæc, *verbi gratia,* a Triboniano ſunt inſerta *d. l. 2. & l. capitis 3. ff. und. cogn.* quod ſublata cretione, tum adeundæ hereditati, tum petendæ poſſeſſioni bonorum Iuſtinianus aliud tempus præſtituiſſet, *l. vlt. C. de iur. delib.* Merill. *2. obſ. 11.* contra Bachou. qui *vol. 2. Diſp. 14. th. 8.* ideo centum dierum mentionem factam exiſtimat, quod intra illud tempus fideicommiſſarium poſtulare oportuerit, vt heres adiret. Illud ſingulare eſt *in d. l. 2.* herede ſcripto repudiante, qui fideicommiſſo oneratus eſt, hereditatem tranſire ad legitimum heredem, cum onere fideicommiſſi, licet repetitio nulla fideicommiſſi fuerit: ſalua tamen Trebellianica: quia poſt repudiationem ibi non proponitur, heredem fuiſſe coactum adire; ſed quia potuit cogi, quamdiu vixit, nec ante certum fuit, patremfamilias deceſſiſſe inteſtatum, quam is heres vita functus eſt, ideo non vocari ad legitimam hereditatem patris familias, qui ei proximior fuit agnatus tempore mortis ſuæ, vel tempore repudiationis, ſed qui proximior fuit tempore mortis heredis ſcripti, id eſt, vlteriorem, vel poſteriorem illo, qui fuit proximior tempore mortis teſtatoris, vel tempore repudiationis, factæ in fraudem fideicommiſſarii, *ſ. proximus 6. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* Cujac. *18. obſ. 12.* Diſſ. Ant. Fab. *6. conie-ctur. 14.* vbi verba *d. l. 2. cum onere fideicommiſſi,* expungit, & imperitiſſimo interpreti adſcribit. Hodie plane poſt *N. 1. c. 1. ſ. 1.* quia Iuſtinianus, vltimarum voluntatum conſeruandarum cauſa,

in

Digitized by Google

in ſubſidium etiam legitimis heredibus, tanquam teſtamento inſtitutis, ius adeundi concedit, hi procul dubio fideicommiſſum præſtare tenebuntur.

## Vlpian. lib. 13. ad Sabinum.

Quid ſi pater eis peti prohibuerat tutorem, quoniam per matrem rem eorum adminiſtrari voluit? Incidet, ſi nec petat, nec legitime tutelam adminiſtret, l. 2. §. 25. ff. ad SC. Tertull.

Olim tutela communium liberorum matri teſtamento patris fruſtra demandabatur. *l. iure noſtro 25. in princ. de teſtam. tut.* quia hoc munus maſculorum eſt, *l. 16. & l. vlt. ff. de tutel.* Hodie vero mater liberorum ſuorum tutrix eſſe poteſt. *N. 118. cap. 5.* cui aptata eſt *d. l. 1.*

## Vlpian. lib. 13. ad Sabinum.

Confeſtim autem ſic erit accipiendum, ubi primum potuit, *id eſt*, prætoris copiam habuit huic rei ſedentis, niſi forte infirmitate impedita eſt, vel alia magna cauſa, quæ etiam mandare eam ad petendos tutores impediret, ita tamen, vt nullo modo annale tempus excederet, l. 2. §. 43. ff. ad SC. Tertull.

Tribonianus ex *l. ſciant. 10. C. de legit. hered.* inſeruit, *d. l. 2.* hæc verba, *ita tamen, vt nullo modo*



Digitized by Google

*annale tempus excederet.* Lex *ſciant. 10.* ita ſonat: *Sciant, qui ad ſucceſſionem vocantur pupilli mortui, ſi defuncto eius patre, tutorem ei ſecundum legem non petierint intra annum, omnem eis ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, ſucceſſionem eius, ſi impubes moritur, denegandam eſſe, Cuiac. in not. poſterior. ad §. pen. Inſt. ad SC. Tertull.*

## Vlpian. lib. 44. ad Sabinum.

Hæc omnia locum habebunt in paganis. Cæterum, qui habent caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, in ea conditione ſunt, vt donare & mortis cauſa, & non mortis cauſa poſſint, cum teſtamenti factionem habeant, l. 7. §. vlt. ff. de don.

Iuſtinianus omnibus, quaſi caſtrenſe peculium habentibus, teſtamentum facere permiſit, *l. vlt. §. 1. C. de inoff. teſt. §. vlt. Inſt. de milit. teſtam. princ. Inſt. quib. non permiſſ. fac. teſtam.* Vnde Tribonianus de ſuo aliquid aſſuiſſe videtur *d. l. 7. & l. 1. §. 6. ff. ad SC. Trebell. l. 1. §. 1. ff. de bon. poſſ.* vbi filiumfamilias militem, de puncto caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, teſtari poſſe legimus. An autem de his bonis teſtamentum factum querelæ inofficioſi ſubiacet? Neg. *d. l. vlt.* cui tamen derogatum eſt per *Nou. 115. c. 4* quicquid contra diſputet Donellus 19. *comm. 5.*

## Marcellus lib. 22. Digeſtorum.

De illo dubitari poteſt, qui, quod per

Fal-

Falcidiam retinere poterat, voluntatem teſtatoris ſecutus ſpopondit, ſe daturum: Sed magis eſt, vt non poſſit ſuæ confeſſioni obuiare. Quemadmodum enim ſi ſoluiſſet, fidem teſtatori ſuo adimpleſſe videbatur, & nulla ei repetitio conceſſa fuerat: Ita & ſtipulatione procedente, contra fidem teſtatoris, quam agnouit, venienti ei marito occurretur, l. 20. §. 1. ff. de donation.

Sermo Triboniani aptatur meditatæ iam, vel vſu receptæ ſententiæ *l. vlt. C. ad l. Falcid.* Nam poſt mortem teſtatoris non conſtabat olim, vtrum conuentione heres Falcidia vteretur, valeret, nec ne. Sed ex Iuſtiniani conſtitutione valere conſtat, *d. l. vlt.* quæ hac ratione firmatur: Quod poteſt fieri teſtamento, poteſt etiam fieri pacto, *l. pactum 46. ff. de pact.* proinde ſicut teſtamento hodie *N. 1. cap. 2.* ita & pacto, ac ſtipulatione remitti Falcidia poteſt: contra quam relatum eſt in *l. quod bonis 15. §. 1. ff. ad L. Falcid.* Hodie igitur differentia eſt inter legem Papiam & Legem Falcidiam. Patronus poſt mortem liberti, Legem Papiam ſi omiſſurum ſe cauerit, non tenetur: debetur hæc portio reuerentiæ patroni: idcirco non eſt arctandus, vt eam inuitus omittat, etiamſi ita promiſerit *d. l. 20. in princ.* Heres extraneus ſi ſe Legem Falcidiam omiſſurum cauerit, quibusdam, vel omnibus, poſt mortem teſtatoris, ſane tenetur.



Digitized by Google

netur. Ceſſat in eo reuerentiæ ratio. Et vt ſciens ſi ſoluerit ſolida legata, non repetit, *l. 53. ff. de R. I. l. 5. §. ſi quis rogatus. ff. de donat. int. vir. & vx. l. qui totam 45. ff. ad SC. Trebell.* Ita ſi cauerit, non inducit Falcidiam, non condicit cautionem; quam Tribonianus confeſſionem appellat in *d. l.* 20. Græcorum imitatione, qui *ὁμολογίαν* dicunt, vt in *l. cum. de indebito. 25. §. vlt. ff. de probation.* quæ etiam maximam partem Triboniani eſt, ſiue verba, ſiue ſenſum, totque diſtinctiones, & ſubdiſtinctiones, quibus referta eſt, conſideres, Cuiac. *in expoſ. d. N. 1. & conſultat. 59.* Giphan. *in l. 7. C. ad L. Falcid.* Imo etiam ante Iuſtinianum magis receptum fuiſſe videtur, vt heres poſſet cautione quartam Legis Falcidiæ remittere, & cauere, ſe Lege Falcidia non vſurum. Fuit in ea ſententia Vlpianus *l. qui quod 46. ff. ad L. Falcid.* Paulus *l. poteſt. 71. ff. eod.* Mæcianus de SCto Pegaſiano, *l. fideicommiſſum 62. ff. de condict. indeb.* quorum ratio fuit, quod vnicuique liceat contemnere ea, quæ pro ſe introducta ſunt, & renunciare iuri ſuo, *l. ſi iudex. 41. ff. de minor. l. pen. C. de pact.* At gratia heredis conſtitutum fuit, vt quartam ex legatis detraheret, *d. l. 71.* Et conſiderabant illi non ius publicum, quod pactis priuatorum immutari nequit, *l. 38. ff. de pact. l. 45. §. 1. ff. de R. I.* ſed priuatim vtilitatem, ſeu commodum rei familiaris; quod aduerſus leges & edicta prætorum pacto remitti poteſt, *l. iuris gentium 7. §. ſi paciſcar. 14. ff. de pact. l. 1. §. 1. iunct. l. vlt. §. pen. ff. ad SC. Vellei.* Merill. *2. variant. ex Cuiac. 9.*

Ia-

## Iauolen. lib. 14. ex Caſſio.

Fideiuſſori eius, qui donationis cauſa pecuniam ſupra modum legis promiſit, exceptio dari debet, etiam inuito reo: ne ſi forte reus ſoluendo non fuerit, pecuniam fideiuſſor amittat, l. 24. ff. de donat.

Lex Cincia, ſeu muneralis, ſupra certum modum donare prohibet, niſi exceptis quibusdam cognatis, auctore Vlpiano *tit. 1. fragm. §. quæ prohibet.* Quæ lex erat imperfecta, quia quod ſupra modum donatum eſſet, non reſcindebat. Vlpian. *d. loc.* Lex perfecta eſt, quæ vetat aliquid fieri, & ſi factum ſit, reſcindit: veluti Lex Ælia Sentia. *princ. Inſt. quib. ex cauſ. manumit. non lic.* Cujac. *19. obſ. 30.* & Lex Iulia de fundo dotali: cuius aduerſus illam legem venditi nec dominium transferebatur, nec fideiuſſor datus tenebatur, *l. 42. ff. de Vſucap. l. 46. ff. de fideiuſſ. princ. Inſt. quib. alien. lic. A. Fab. decad. 69. error. pragm. 9.* itemque Lex Iulia Papia de nuptiis, *prin. iunct. §. ſi aduerſus ea 12. inſt. de nupt.* Hodie illa diſtinctio legis in perfectam, & imperfectam, ſublata eſt per conſtitutionem Theodoſii, in *l. non dubium 5. C. de LL.* qua primum ſancitum, ipſo iure nullum eſſe, quicquid factum eſt, lege etiam ſimpliciter prohibente, absque clauſula annullatoria. Cuiac. *d. loc.* Giphan. *in d. l. non dubium.* Merill. *5. obſ. 11.* Sand. *2. Deciſ. 1. defin. 6.* & Lex illa Cincia iam pridem in deſuetudinem abierat, *N. 162. c. 1,* vbi legendum

dum, τῦ Κιντίυ νόμυ, non Σεντίυ, & perperam Haloander addidit, *Ælia*. Nam Lex Ælia Sentia de manumiſſionibus fuit, non de donationibus, Cuiac. *6. obſ. 18.* & in *expoſ. d. N. 162.* Itaque Legis Cinciæ quandoque mentio fit in legibus Pandectarum, ſed ſuppreſſo eius nomine *d. l. 24. l. pure 5. §. 5. ff. de dol. mal. & met. except. l. qui teſtamentum 27. ff. de probat.* & vbicunque in *tit. de donationibus & de mortis cauſa donationibus*, modus legitimus donationum inculcatur, *vt l. cum de modo 11. de donat.* procul dubio referendus eſt ad legem Cinciam: eius nomen ideo ſupprimitur, quia Iuſtiniano animus fuit, earum legum nomina, quæ in vſu eſſe deſierant, abrogatæque erant, e corpore iuris tollere, Burgius *1. Elector. 18.* Sicut autem legis Gliciæ, quæ obſoleuerat, veſtigium reſidet in inſcriptione *l. 4. ff. de inoff. teſtam.* ita & legis Cinciæ in inſcriptione *l. 29. ff. de* LL. Merill. *8. obſ. 21.*

## Iulianus lib. 27. Digeſtor.

Paulus notat: Hoc & conſtitutum eſt, & ad exemplum mortis cauſa donationes reuocatæ ſunt, l. 15. in fin. ff. de donat. mort. cauſ.

Verba, *ad exemplum*, Tribonianus Paulo adſcripſiſſe videtur ex *§. 1. inſt. de donation. & l. vlt. C. de donation. mort. c.* Cuiac. *in not. ad d. §. 1.* In his autem præſertim conueniunt legata & donationes mortis cauſa: Sicut legatis detrahitur

Fal-

Digitized by Google

Falcidia: ita & donationibus mortis cauſa *l. 5. C. ad L. Falcid.* In vtriſque locum habet cautio Muciana, *N. 22. c. 44. §. vlt.* Cuiac. *12. obſ. 32.* Quemadmodum item dominium rei legatæ a morte teſtatoris, recta via, iuris artificio, tranſit in legatarium, *l. 64. ff. de furt.* ita & dominium rei mortis cauſa donatæ, ſecuta morte, ipſo iure in donatarium tranſit, *l. 1. in fin. & l. 2. ff. de Public. in rem act.* Cuiac. *10. obſ. 28.* Adde *l. un. C. de impon. lucr. deſcript.* Dixi, ſecuta morte: Nam ante mortem donantis, non niſi per traditionem dominium tranſit, *§. per traditionem 40. Inſt. de R. D.* Cui obſtare videtur, quod dominio ita tranſlato, ſi periculum, cuius intuitu donatio erat facta, poſtea ceſſet, vindicatio donatori competere dicitur *l. 29. verſic. ſi vero ſic. ff. de donat. mort. cauſ.* Vindicatio autem ſupponit dominium, *l. 23. in princ. ff. de R. V.* Sed vide Cuiacium *tract. 2. ad Afric. in L. 23. ff. eod.* cuius ſcrinia Bachouium *ad d. §. 1.* compilaſſe, non obſcure deprehenditur. Differentiæ inter legata & donationes mortis cauſa non ſunt pauciores. Legatum fit μονομερῶς. id eſt, ſola voluntate legantis, Donatio mortis cauſa non fit ſola voluntate donantis. Donatio fit inter conſentientes. Non eſt donatio ſine acceptatione *l. 4. l. 10. ff. de donat.* excepto caſu, *l. 15. C. de ſacroſ. Eccl.* Cuiac. 12. *obſ. 28.* In mortis cauſa donationibus quoties quæritur de capacitate donatarii, non donationis, ſed mortis tempus ſpectatur, *l. 22. ff. de donat. mort. c.* At in legatis etiam teſtamenti faciendi tempus ſpectatur, ex

regula Catonis. Nam qui incapax eſt teſtamenti tempore, licet capax ſit mortis tempore, non admittitur ad legatum, *l. 1. ff. de reg. Caton.* In donationibus mortis cauſa interdictum quod legatorum non competit, *l. 1. §. 5. ff. quod legator.* Cuiac. *8. obſ. 2. & 10. obſ. 28.* Denique & ab inteſtato nulla legatorum comparatio occurrit, *l. ſi filius 20. §. 1. ff. de legat. præſt.* Cujac. *d. tract. 2.* Ex quibus perſpicuum eſt, quare temperandi vox, *fere*, addita ſit in *d. §. 1. Inſt. de donat.* Forcat. *necnom. dialog. III.*

# De Manumiſſis teſtamento.

Iuſtam libertatem tribuit manumiſſio, quæ fit vel Vindicta, vel Cenſu, vel Teſtamento. Vindicta manumittuntur ſerui apud Magiſtratum, velut Prætorem, Conſulem, Proconſulem. Vlpian. *in fragm. tit. 1.* Quæ libertas Ceſſicia dicitur. Cedit enim libertatem dominus, vindicat ſeruus, addicit prætor. Vlpian. *tit. 29.* Vnde ſcipioni lictoris, quem liberandis ſeruis gerit, vindictæ nomen. Cuiac. *in not. ibid.* Et hanc manumiſſionem, quæ Vindicta fit, intellexit Ovidius illo loco:

*Te quoque ſeruari, modo quam vindicta redemit,*
*Quis ferat?*

Et Perſius:

*Vindicta poſtquam meus a prætore receſſi.*

Cenſu manumittebantur olim, qui luſtrali cenſu (poſt quem ſcilicet luſtrum condebatur, per-

peracto *Suouetaurilium* ſacrificio) Romæ iuſſu dominorum, inter ciues Romanos cenſum profitebantur, Vlpian. *d. t. 1* habita ratione ætatis triginta annorum, vt & *in fragm. illo ex Gramm. Doſithei Magiſtri: Et qui in cenſum manumittitur, ſi 30. annos habeat, Ciuitate Romana potitur.* Merill. *in obſ.* Diſſ. Cuiac. *d. t. 1. Vlpiani*, vbi in eo, qui cenſu liberatur, nullam ætatis haberi rationem ait, ſibi nonnihil contrarius *17. obſ. 20.* Teſtamento vt manumiſſi liberi ſint, Lex XII. tab. facit; eiusdem ætatis ratione habita. Nam minores 30. annis, teſtamento manumiſſi, Latini fiebant, non Romani. Vlpian. *d. t. 1. §. eadem lege*, quo pertinet, quod de annis 30. adſcriptum eſt *l. 26. ff. de manum. teſt. & l. 13. §. 5. ff. de ſtatu lib. l. 29. ff. de reb. dub.* quod tamen Iuſtinianus emendauit. *tit. Inſt. de libertin. in fin.* Primam & tertiam ſpeciem manumiſſionum, quæ iuſtam libertatem tribuunt, iuris compoſitores in Pandectas retulerunt; omiſſa manumiſſione, quæ cenſu fiebat, quia deſierat eſſe in vſu, Vlpiani quoque tempore, *d. t. 1. fragm.* & Neronis *Tacit. 13. annal.* omisſis & ceteris, quibus non dabatur iuſta libertas. Quanquam & earum non deſint veſtigia in his libris, vt manumiſſionis per epiſtolam, *l. 38. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. Qui abſenti ſeruo ſcribit*, inquit Iulianus, *vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt ſtatim velit ſerui poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus fuerit*, Cuiac, *in parat. ff. de manumiſſ.* P. Pitœ. *in*



Digitized by Google

*not. ad Collat. legum Moſaicar. & Roman. pag.* 195 Cont. 2. *ſubſ. lect.* Alium Latinæ libertatis modum indicat Marcellus *in l. mortis* 15. *ff. de manumiſſ.* Cuius hæc eſt ſententia: Vt ſi dominus abſolute, (id eſt, non impoſita conditione, vt Latinam ſolum habeat libertatem) ſeruum vindicta manumiſerit, mortis cauſa, ſeruus interim habeat Latinam libertatem: poſt mortem Manumiſſoris, iuſtam & legitimam. Merill. 7. *obſ.* 14. Et ita *in l.* 19. *ff. qui & a quib. manum.* nulla libertas, id eſt, neque iuſta, neque Latina, Cuiac. 18. *obſ.* 33. Ad Latinæ libertatis ſpeciem, quæ per menſam obtingebat, cum ſecum epulari dominus ſeruum iuberet, animo dandæ libertatis, Theoph. *in* §. 3. *Inſt. de libertin.* reſpexit *Iuuenalis ſat.* 5. *Nec dura timebis Flagra pati bis epulis, & tali dignus amico.* An & Lucas Euangeliſta *cap.* 12. *v.* 37. *Beati ſerui illi, quos, cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen, dico vobis, præcinget ſe, & faciet, vt diſcumbant, & accedens miniſtrabit eis?* vid. Merill. 6. *obſ.* 20.

## Paulus lib. 3. Fideicommiſſor.

Itaque hoc caſu Princeps adeundus eſt, vt & in hoc caſu libertati proſpiciatur. l. 27. ff. de fideicomm. lib.

Paulus forte ſcripſerat, *prætorem adeundum eſſe*, qui ſcilicet de fideicommiſſaria libertate cognoſceret, §. 1. *in fin. Inſt. de fideicomm. heredit.* quod concinnatores Digeſtorum immutarunt, reſpicientes ad *l. vltim. C. fideicomm. lib.* ibi, *vnde*

Digitized by Google

*le ſi talis quæſtio emerſerit, nullum quidem iudicem ta eſſe putamus, vt huiuſmodi præferat condemnatio- nem. Sed ſi legatarius immineat, quatenus & ſeruus reſtituatur, & poſt litem conteſtatam duorum men- ſium ſpatium effluxerit, cenſemus, illico ad liberta- tem eripi ſeruum, & illum quidem liberum eſſe, he- redem autem pro ſua indeuotione in omnes expenſas, quas legatarius in lite fecit, quadruplum ei conde- mnari, iure patronatus integro legatario ſeruando.* Merill. *in 50. Deciſion. Iuſtiniani.*

## Iulianus lib. 5. ex Minicio.

Duobus petentibus hominem in ſerui- tutem, pro parte dimidia ſeparatim, ſi vno iudicio liber, altero ſeruus iu- dicatus eſt, commodiſſimum eſt, eo- uſque cogi iudices, donec conſenti- ant. Si id non continget, Sabinum, refertur, exiſtimaſſe, duci ſeruum de- bere ab eo, qui viciſſet. Et ſane ridi- culum eſt, arbitrari, eum pro parte dimidia duci, pro parte libertatem e- ius tueri. Commodius autem eſt, fauore libertatis, liberum quidem eum eſſe, compelli autem pretii ſui partem, viri boni arbitratu, victori ſuo præſtare, lib. 30. ff. de liber. cauſ.

Quod Iuſtinianus fauore libertatis conſtituit, ſeruum protinus liberum fieri, quem vnus ex dominis directo manumiſiſſet, ſed præſtari de- bere partis ſuæ pretium alteri domino non ma- numiſſori, ita vt is cogatur partem ſuam vendere manu-

Digitized by Google

manumiſſo, vel manumiſſori, vel heredi manumiſſoris *tit. Cod. de comm. ſeru. manum.* Tribonianus etiam traduxiſſe videtur ad ſpeciem *d. l. 30.* vt, quod libertas diuidi non poſſit, *l. alieno 31. §. 1. ff. de fideicomm. libert.* magis ad ſe integram libertatem trahat, quam retineat hominem in ſeruitute. Cuiac. *in par. C. d. t. de comm. ſeru. man.* qui *ad lib. 11. Reſponſor. Papiniani in l. 29. ff. de except. rei iudic. & in Recitationibus ad lib. 5. Iuliani ex Minicio,* putauit in poſtremis verbis *h. l. 30. commodius eſt autem fauore libertatis,* ſubeſſe notam Marcelli Proculeiani, ad Iulianum. Quod, cum Sabini in ſpecie *d. l. 30.* ſeruum manere dixerint, Marcellus diuerſæ ſcholæ aliter ſenſerit, vt & cum alter ex dominis communem ſeruum manumiſiſſet, *l. 1. in fin. pr. C. d. t. de comm. ſeru. man.* Sed certe Triboniani Emblema potius eſt, quam nota Marcelli: Quia Marcellus notas ſcripſit ad libros Digeſtorum Iuliani, non ad libros Iuliani ex Minicio; ex quibus hæc *l. 30.* relata eſt. Merill. 1. *variant. ex Cuiacio 44.* Quod de ſeruo communi ab vno ex dominis manumiſſo dictum, id olim hanc diſtinctionem recipiebat: Seruo duorum communi, vnus ex ſociis libertatem ſeruo dare poterat, ſi eis coniunctim ſeruus fuiſſet legatus per vindicationem, *l. 3. ff. de manum. vindict.* Secus ſi per damnationem. Cui legatorum diſtinctioni locus erat, ſi paganus ſeruum legaſſet. In teſtamento militis ea negligebatur, *l. ſi militis 31. ff. de teſtam. milit.* Si igitur Titio, & Seio, miles ſeruum legaſſet, & deliberante Seio, an legatum

Digitized by Google

tum vellet agnoſcere, Titius ſeruum manumiſiſſet, ſeruo libertas indiſtincte competebat, *d. l. ſi militis*, quaſi miles iſtam legatorum differentiam ignorauerit, eiusque voluntas fuerit, vt non concurrente altero, alius totum legatum haberet, quocunque legati genere res eſſet legata, Merill. 7. *obſ.* 23.

## Vlpian. lib. 16. ad Edictum.

Sed & legatario dandam acceſſionem temporis, quo fuit apud teſtatorem, ſciendum eſt. An heredis poſſeſſio ei accedat, videamus. Et puto, ſiue pure, ſiue ſub conditione fuerit relictum, dicendum eſſe, id temporis, quo heres poſſedit ante exiſtentem conditionem, vel reſtitutionem rei, legatario proficere. Teſtatoris autem ſemper proderit legatario, ſi legatum vere fuit, vel fideicommiſſum, l. 13. §. 10. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.

Vlpianus *in verſic. Teſtatoris autem.* διὰ σημείων pro, *vere*, ſcripſerat, *per damnationem*, quia res aliena, ante Iuſtinianum, non potuit relinqui, niſi per fideicommiſſum, aut legati genere per damnationem, *l. Stichus ſeruus 39. ff. de man. teſt. l. 88. ff. de V. S. l. alienus 62. ff. ad L. Falcid.* quibus in locis huius antiquæ differentiæ veſtigia extant. Cujac. *14. obſ. 36. & 25. obſ. 33.* Re autem propria teſtatoris alii legata, acceſſio temporis, quo poſſedit

dit teſtator, prorſus inutilis eſt. Nec enim alij fini fit acceſſio, quam vt vſucapionis tempus compleatur. Vbi igitur vſucapioni locus non eſt, vt cum res propria legata eſt per vindicationem, quo genere protinus dominium a teſtatore in legatarium tranſit, poſſeſſionis acceſſio nihil prodeſt. ex ratione *l. 3. §. ex pluribus 4. ff. de acquir. poſſ.* Nec locus eſt coniunctioni temporum, ſi alterutrius poſſeſſio, vel auctoris, vel ſucceſſoris ſit vitioſa, *d. l. 13. §. vlt. l. 2. §. ſi eam rem 17. ff. pro emt.* Poteſt tamen ſucceſſor bonæ fidei ex ſua perſona vſucapere, quod auctor ob ſuam malam fidem non potuit, poſito caſu, quod auctor mala fide poſſederit, ſucceſſor vero ignoret, rem alienam eſſe. *l. an vitium 5. ff. de diuerſ. & temp. præſcript.* An autem omnis ſucceſſor vſucapere ex ſua perſona poteſt, quod auctor ob ſuam malam fidem non potuit, etiam videlicet, qui ex cauſa lucratiua, veluti legato, donatione, rem nactus eſt? Aff. *in d. l. an vitium. 5.* Negatur *in l. 4. §. 29. & 31. ff. de dol. mal. & met. except.* Nullum hic diſſidium. Bachou. *ad §. diutina 12. inſt. de vſucap.*

## Modeſtin lib. 5. Pandect.

Vſucapio eſt adiectio dominij, per continuationem poſſeſſionis, temporis lege definiti, l. 3 ff. de vſucap.

Vt Vlpianus *in fragm. tit. 29. §. vſucapione,* ſic Modeſtinus ſcripſerat, *anni, vel biennii.* Res mobiles Italicæ, & Prouinciales anno vſucapiebantur: Immobiles Italicæ, biennio. Iuſtinia-

nianus annum mutauit in triennium, *l. vn. C. de vſucap. transform. princ. iuſt. de vſucap.* ſicut annum in reſtitutione minorum, *l. 36. ff. de minor.* & in reſtitutione maiorum, ob cauſam abſentis *l. 1. ff. ex quib. cauſ. mai. l. 35. ff. de O. & A.* mutauit in quadriennium. *l. vlt. C. de tem. in integr. reſtitut.* Biennium vſucapionis veteris, mutauit in longum tempus, decem, vel viginti annorum, *d. l. vn.* ad quam, quia Iuſtinianus vſucapionem transformauit, Tribonianus inflexit *d. l. 3.* cuius verba, *temporis lege definiti*, ſunt a manu Triboniani. Cujac. *d. l. 3.* Et eſt illa definitio vſucapionis ſecundum *d. l. un. iunct. l. un. C. de iur. nud. Quirit. toll.* ſic interpretanda, vt vſucapio non ſit adiectio dominii ad dominium (dominii Quiritarii ad dominium Bonitarium, vel Prætorium. Vlp. *tit. 1. fragm. §. in bonis tantum l. ſi finita 15. §. Julianus 16. ff. de damn. inf. Cont. 1. Diſp. iur. ciu.*) ſed dominii ad poſſeſſionem, *§. ex his itaque 5. in fin. Inſt. per quas perſ. cuique acquir.*

## Paul. lib. 54. ad Edictum.

Vſucapere poteſt paterfamilias. Filiusfamilias, & maxime miles in caſtris acquiſitum vſucapiet, l. 4. §. 1. ff. d. tit. de vſucap.

Filiusfamilias vſucapere non poteſt, niſi caſtrenſia, *d. l. 4.* quaſi caſtrenſia, *arg. §. ult. Inſt. de teſtam. milit. & princ. tit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Cur autem filiusfamilias *maxime miles*

vſucapiet? quia paganus hodie etiam aduentitia v-ſucapere poteſt, quæ & poſſidere, ſibique habe-re poteſt: Profectitia vero vſucapere non poteſt, *§. 1. & 2. Inſt. per quas perſon. cuique acquir.* Dictio *maxime*, implicat, *princ. I. de interd. l. 8. ff. de de-curion. l. 4. ff. de ſeruit. vrb. prædior. l. 7. §. vlt. ff. ad L. Jul. Majeſt. l. 6. C. de donat.* Cuiac. *in ex-plic. d. l. 4. §. 1. de uſucap.*

## Caius lib. 4. ad Edict. Prouinciale.

### Vſucapionem recipiunt maxime res corporales, l. 9. in princ. ff. eod.

Eadem particula, *maxime*, emplaſtrum Tri-boniani eſſe videtur Cujacio *ibid.* propterea, quod ſeruitutes, etſi iure legitimo non vſucapian-tur, ex conſtitutione tamen Iuſtiniani vſucapio-nem recipiant. Quo minus, tamen hoc amplec-ctar, facit, quod etiam Iure legitimo ſeruitutes vſucapiantur, *d. l. 9.* cuius hæc eſt ſententia: Vſu-capionem recipiunt cum res corporales, tum et-iam incorporales, veluti ſeruitutes, ſed maxime res corporales: quarum vera ac propria eſt traditio & poſſeſſio, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα μετάθεσις. Et ante L. Scriboniam ſeruitutes vrbanæ vſucapiebantur *l. 4. §. vlt. ff. de vſucap.* Quid obſtat, quo minus etiam poſt eam legem vſucapiantur? cum hodie-que earum ſeruitutum vſucapiendarum duret ra-tio: poſſeſſio videlicet, *l. 20. in princ. ff. d. t. de ſeruit. vrb. præd. junct. l. 25. ff. de vſur.* Quin etiam ſer-ui-

itutes ruſticæ continuam habent poſſeſſionem, ion vſu corporali, qui ſæpe interrumpitur, ſed nimo. Qui corpore ſuo deſiit ire, iter nihiominus poſſidet, quia hoc animo eſt, vt quamis egreſſus fundo, velit tamen ius eundi retinee. Poſſeſſio ſolo animo retinetur, *§. 5. Inſt. de nterdict.* Argumento ſit interdictum de itinere, ctuque priuato, quod eſt tuendæ poſſeſſionis. Et tamen ei etiam competit, qui tempore redliti interdicti, itinere vſus non eſt, *l. 1. §. 2. ff. le itin. act. priu.* Nempe, quia qui hoc interdito experitur, animo retinuit poſſeſſionem. Quibus conſequens eſt, ruſticarum ſeruitutum quoque eſſe vſucapionem. Grauiter aduerſatur *l. 14. ff. de ſeruit. Seruitutes prædiorum ruſticorum, etiamſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, & ideo vſu non capiuntur: Vel ideo, quia tales ſunt ſeruitutes, vt non habeant certam continuamque poſſesſionem. Idem & in ſeruitutibus prædiorum vrbanorum obſeruatur.* Sed facilis eſt ſolutio. Duæ hæ rationes, allatæ a Paulo, quare ſeruitutes ruſticæ vſucapi nequeant, otioſæ ſunt & inertes. Forcat. *in d. t. de ſeruit.* Prior, (*ſeruitutes ſunt incorporales*) ante L. Scriboniam non obſtat, quo minus ſeruitutes vrbanæ vſucaperentur, cur poſt eam legem obſtat vſucapioni ſeruitutum ruſticarum? Altera ratione (*non habent poſſeſſionem*) impugnatur Paulus retorquendo, *d. l. 25. iunct. d. l. 1. §. 2. ff. de itin. actuque priu. l. 28. ff. de ſeruit. vrb. prædior.* Cæterum, qui ex conſtitutione Iuſtiniani ſeruitutes vſucapi contendunt,

(I) 2 abu-

Digitized by Google

abutuntur; *l. vlt. verſic. eodem obſeruando C. de pr. ſcr. long. temp.* Definitur enim ibi, qui in præſcriptione ſeruitutum dicantur præſentes, vel abſentes. Præſentes ſunt, qui in eadem prouincia domicilium collocarunt, ſicut in vſucapione præſentia æſtimatur. Atque ita de vſucapione ſeruitutum, memini me audiuiſſe diſſerentem Ant. Matthæum p. m. ICtum diſertiſſimum, Præceptorem meum: quo diſſerente nemo non concepiſſet animo rediuiuam veterum ICtorum prudentiam.

## Ulpian. lib. ad Edictum.

### Hoc iure vtimur, vt ſeruitutes, per ſe, nusquam longo tempore capi poſſint, cum ædificiis poſſint l. 10. §. 1. ff. d. t. de vſucap.

Ex ſententia Cuiacii Vlpianus ſcripſerat *vſucapi:* Quod ita Tribonianus immutarit, *longo tempore* capi, propter transformationem Iuſtiniani: Qua in re merito reprehendi poſſit, cum olim longo tempore ſeruitutes acquirere licuerit, *l. ſi quis diuturno 10. ff. ſi ſeru. vend.* & nunc etiam ſeruitutes omni modo longa conſuetudine acquirantur, ex conſtitutione Iuſtiniani, *d. l. vlt.* Ego nihil hic a Triboniano peccatum eſſe exiſtimo: Sententiam autem *d. l. 10. §. 1.* eandem eſſe, quæ eſt *l. 4. §. vlt. ff. eod.* vſucapionem ſeruitutum vrbanarum impediri lege Scribonia. Sed nullam ſubeſſe cauſam dixi ſupra, quare poſt eam legem hæ ſeruitutes vſucapionem non recipiant.

Mode-

Digitized by Google

## Modeſtin. lib. 5. Regular.

Quamuis aduerſus fiſcum vſucapio non procedat, tamen ex bonis vacantibus, nondum tamen nunciatis, emtor prædii ex iisdem bonis extiterit, recte diutina poſſeſſione capiet, idque conſtitutum eſt, l. 18. ff. de vſucapion.

Bonis vacantibus, (quæ ſunt eorum bona, quibus poſt mortem ſucceſſor nullus exiſtit. Bona ἀκληρονόμητα, ſeu ἀδέσποτα, quæ apud Strabonem dicuntur πίπτειν εἰς Καίσαρα) fiſco nondum nunciatis, bonæ fidei emtor traditam ſibi rem ex his bonis vſucapere poteſt, idque Papinianus ſcripſit, *ſ. res fiſci 9. Inſt. cod.* Nempe Papiniani tempore potuit vſucapione biennali: hodie diutina poſſeſſione, ſiue vſucapione Iuſtinianea, *l. vn. C. de vſucap. transform.* At obſtat *d. l. 18.* vbi etiam tempore Modeſtini diutina poſſeſſio requirebatur. Reſpond. Verba, *diutina poſſeſſione*, non ſunt Modeſtini, ſed Triboniani, qui eam legem interpolauit. Cuiac. *in d. l. 18.* A. Fab. *7. coniect. 10.* Eſt autem vſucapione bonorum vacantium opus, etiamſi nunciandi poteſtas quadriennii præſcriptione expirauit, quia, inquit Cuiacius, poſſeſſor non eſt dominus. Præſcriptio quadriennii parit exceptionem: Longi temporis poſſeſſio deinceps etiam dominium adiicit.

# Paul. lib. 32. ad Sabinum.

## In vſucapionibus nobilium, continuum tempus numeratur, l. 31. §. 1. ff. de vſucapion.

Res mobiles anno vbique vno vſucapiebantur, *princ. Inſt. eod.* cuius iuris antiqui veſtigium eſt *l. 12. §. 5. ff. de publ. in rem. act.* Publiciana competebat de infante ſeruo, nondum anniculo, id eſt, nondum vſucapto. Cuiac. *in præſc. temp. c. 1.* Annus in iure Ciuili vel vtilis eſt, vel continuus. Vtilis, qui conſtat ex diebus vtilibus, id eſt, quibus agendi, & experiundi iuris ſui poteſtas eſt, *l. 1. ff. de diu. & temp. præſc. l. 53. ff. de ædil. ed. l. 1. §. dies 7. ff. quand. appell. ſit. l. 11. §. 5. ff. ad L. Iul. de adult. l. C. eod.* Continuus eſt, qui continua quorumcunque dierum ſerie conſtat. *l. 8. ff. de his qui not. infam. l. vlt. C. de dol. mal. l. 51. §. 2. ff. L. Aquil. l. 4. §. 5. ff. de ſtatu lib.* Anniuerſarium annum ſatis noue dixerunt Impp. *l. 4. C. de ſuſceptor. lib. 10.* Inde vulgarium cretionum dies vtiles eſſe dicuntur; continuarum vero continui: quod in illis addantur hæc verba, *quibus ſcieris, poterisque:* In his vero non item. Vlpian. *in fragm. tit. 22. §. cretio. & §. cretio autem l. 2. in princ. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru.* Forner. *2. rer. quotid. 14.* Quo alluſit Cicero *lib. 1. de Orat. De his credo, rrbus, inquit Craſſus, vt in cretionibus ſcribi ſolet, quibus ſciam, poteroque.* Quem locum feliciter nobis emendauit & reſtituit Ho-

Hotomannus. Similis erat error *in c. ius Quiritium vlt. diſtinct. 1.* vbi pro, *de cretionibus*, antea legebatur, *de curationibus*, *de contractibus*. Sed ad rem. Annus, quo res mobiles vſucapiebantur, utilisne erat, an continuus? Continuus. Et hoc Paulus ſcripſerat *in d. l. 31.* Qui tamen annus in triennium mutatus eſt a Iuſtiniano, *l. un. C. de vſucap. transform.* Vnde Tribonianus ſcripſit, *in d. l. 31. continuum tempus;* Sed debuit & vocem, *mobilium*, circumſcribere: quandoquidem idem prorſus eſt in vſucapionibus rerum immobilium. Cuiac. *in tit. 19. Regul. Vlpiani* §. *vſucapione.* Aliter Giphan. *in d. l. unic. p. 241.*

## Paulus lib. 54. ad Edictum.

### Emtori tempus venditoris ad vſucapionem procedit, l. 2. §. 20. ff. pro emt.

Sine poſſeſſione non procedit vſucapio *l. 25. ff. de vſucap.* Poſſeſſione, ſcilicet continua; quæ continuo duret, ſine aliqua interruptione: Olim quidem in vna, & eadem ſingularis poſſeſſoris perſona, §. *ſi ædes* 32. §. *1. ff. de ſeruit. verb. prædior. l. 13.* §. *quæſitum. 4. in princ. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Conſtantin. Harmenop. *lib. 4. epit. tit. 4.* idque, vt veriſimile eſt, propter exiguitatem temporis, quo res vſucapiebantur. Hotomann. *in* §. *diutina 12. Inſt. de vſucap.* Res enim mobilis anno vbique vno, immobilis Italici ſoli, biennio vſucapiebatur, *princ. Inſt. eod. & l. un. C. de vſucap. transform.* Finge: Titius antequam



Digitized by Google

fundum venderet Mæuio, per annum poſſedit: Mævius emtor, eundem fundum per annum alium poſſedit. Ita non eſt completa poſſeſſio biennii, quæ ad vſucapionem rerum immobilium ex Leg. XII. tabul. requirebatur. Nec coniungebantur tempora poſſeſſionis inter venditorem & emtorem; vt poſſeſſio venditoris prodeſſet emtori, & emtor vſucaperet, quaſi ante poſſediſſet. Poſtea Severus & Antoninus reſcripſerunt, vt tempora inter venditorem & emtorem coniungerentur in longi temporis præſcriptione, adeoque in diuerſis etiam perſonis, *d. ſſ. diutina 12. l. 14. ff. de vſucapion.* quod deinde Iuſtinianus ſimiliter & in vſucapionibus obſeruari præcipit, *d. l. un. & d. ſſ. diutina.* At obſtat *d. l. 2. ſſ. 20. pro emt.* Tempore Pauli, poſſeſſio venditoris emtori ad vſucapionem procedebat. Male ergo ſe huius iuris autorem Iuſtinianus laudat. Reſpond. Hæc *l. 2.* a Triboniano eſt interpolata. Diſſ. Merillius *5. obſ. 31. & 1. variant. ex Cuiac. 45.* Cuius ſententia eſt, etiam ante Reſcriptum Impp. Severi, & Antonini, tum in vſucapione *d. l. 2. ſſ. 20.* tum in præſcriptione longi temporis *l. ſi duobus 6. & l. pen. ff. de diu. & tempor. præſcr.* tempora fuiſſe continuata inter venditorem & emtorem. Et reſpondet *ad d. ſſ. diutina.* reſcriptum illud ita intelligendum eſſe, vt viciſſim inter emtorem & venditorem poſſeſſio continuetur; Puta, vt venditoris poſſeſſio proſit emtori, & emtoris poſſeſſio accederet venditori, ſi venditio retro agretur; emtore forte committente in legem commiſſoriam,

Digitized by Google

riam, vel redhibita ob morbum, aut vitium: de quo inter iuris auctores non ſatis conuenerit, *d. l. 13. §. 2.* A qua interpretatione non valde alienus eſt Theophilus. Ad *l. ſi ædes, 32. §. 1.* reſpondet, fieri poſſe, vt, qui ædes poſſidebat, alio modo poſſidere deſierit, quam venditione, & ſic interpellatam fuiſſe illius poſſeſſionem: ita vt nouo poſſeſſori integro tempore ad vſucapiendum opus fuerit: quomodo etiam Bachouius reſpondet *in d. §. diutina.* Vtrique tamen reſponſioni non deeſt, quod reponatur; de quo alibi. Vid. Cujac. *tract. 9. ad Africanum in explicat. de l. 6. ff. de diuerſ. & tempor. præſcr.* & Petrum Burgium *1. Elector. 7.* Dixi, in vna & eadem *ſingularis poſſeſſoris* perſona, olim fuiſſe continuandam poſſeſſionem. Certum enim eſt, poſſeſſorem vniuerſalem, ſiue heredem, ſemper vſum eſſe acceſſione temporis, quo defunctus poſſedit, *l. 43. ff. de vſucap.* cum eiusdem perſonæ vicem ſuſtineant, *Nou. 48. in princ. l. 11. ff. de diuerſ. & temp. præſc.* & ideo poſſeſſio defuncti quaſi iunctim ad heredem deſcendere dicatur, *l. cum miles. 30. ff. ex quib. cauſ. mai.* Quod cum in venditore, & emtore, inter quos tanta coniunctio non erat, quanta inter defunctum, & heredem, non haberet locum, conſtitutione opus fuit, ut, quemadmodum inter hos: ita inter illos tempora coniungerentur, *d. §. diutina. l. id tempus. 14. ff. de vſucap. l. 13. §. quæſitum. 4. in fin. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* ubi eſt hyſterologia. Hotom. *7. obſ. 14. in princ.*

## Julianus lib. 47. Digeſtor.

Si debitor foro ceſſerit, & creditores priuato conſilio coierint, & elegerint vnum, per quem bona diſtrahantur, & portio ipſius, quæ ex redacto fieret, ſolueretur, mox extiterit alius, qui ſe creditorem dicat, nullam quidem actionem aduerſus curatorem habebit, ſed bona debitoris vna cum curatore vendere poterit, ita vt quæ a curatore, & a creditore ex bonis contrahantur, omnibus pro portione præſtarentur, l. vlt. ff. de curator. bon. dand.

Tribonianus nomen, *Magiſtri*, mutauit in *curatoris:* hic & *l. 9. ff. de curat. furioſo & al. extr. min. dand.* quod extraordinario iure, honeſtioreque ratione iam non amplius conſtituantur magiſtri bonis vendendis, ſed curatores, Cuiac. *in par. ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertin.* Olim Magiſter in auctionibus dicebatur vnus aliquis e creditoribus, qui debitoris bonis auctione diuendendis ita præeſſet, vt ei, qui plurimo liceretur, rem addiceret, Cic. *Epiſt. ad Attic. 1. & in Quintiana.* Hotom. *ad princ. Inſt. de ſucceſſ. ſublat. & in commentar. verbor. iur. verb. Magiſter.*

De

Digitized by Google

# De interdictis, ſiue Extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.

Ad Rubricam Digeſtorum *de interdictis* Tribonianus appinxit hæc verba, *ſiue extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt*. Cuiac. *in parat. ibid.* Non enim ex veterum ICtorum libris, & Edicto perpetuo promanant, ſed Iuſtiniani temporibus conueniunt, *§. fin. Inſt. eod.* vbi dicuntur omnia iudicia facta extraordinaria, id eſt, ſimplicia, & nuda, atque adeo primæ ſuæ naturæ, & æquitati iuris gentium conformia. Olim interdicta non erant ipſæ actiones, ſed formulæ atque conceptiones verborum, quibus prætor iubendo aut prohibendo vtebatur, *princ. Inſt. eod.* Quod ſi facere iuſſus, aut prohibitus non pareret interdicto, ex cauſa interdicti dabatur actio *l. 1. §. 4. verſic. reſtituenda* (ſic enim rectius legitur,) *ff. vti poſſid. l. 1. §. 2. in fin ff. ſi ventris nom. muliere in poſſ. miſſa &c. l. 3. in princ. ff. ne vis fiat.* Hodie reciſis ambagibus, id eſt, priſco interdicendi more ſublato, rectæ actiones proponuntur, & inſtituuntur, eodem effectu, qui olim erat, cum ex cauſa interdictorum actiones vtiles darentur, *l. vlt. C. de interdict. d. §. fin. I. eod.* Vnde & Tribonianus in *l. 2. C. vnde vi*, pro *interdicto*, poſuit, *interdicti exemplo*: Sicut & in *l. vlt. C. de act. emt. ad inſtar interdicti, ſeu actionis*, quoniam hodie interdicta locum non habent, ſed ad exem-

exemplum eorum res agitur, *l. 3. in fin. C. d. t. de interdict.* vbi totus hic verſiculus: *Interdicta autem, licet in extraordinariis iudiciis proprie locum non habeant, tamen ad exemplum eorum res agitur,* eſt Triboniacus, inquit Giphanius *in prolegom. lib. 8. Cod. p. 262.* Nuſpiam in LL. Pandectarum ſit mentio actionum extraordinariarum, quæ loco interdictorum proponantur. Id ſolum in iis proditum eſt, ex cauſa interdicti de migrando, inquilino extra ordinem ſubueniri, *l. 1. ſ. 2. ff. de migrand.* Nihil obſtat *l. 20. ſ. plane 8. ff. de op. nou. nunciat.* Senſus enim eſt: Heredem eius, qui contra nunciationem fecit, in factum potius teneri, quam interdicto reſtitutorio, quod ex noui operis nunciatione reddi ſolet: Neque enim heres, qui nihil fecit, opus reſtituere debet, *l. pen. ff. eod.* Cuiac. 5. *Obſ. 17.* Allegata *l. 1. ſ. 2.* ſingulariter probat, prætorem non cognouiſſe de interdictis, ſed iudicem pedaneum dediſſe, qui cognouerit ſecundum illam formulam, quam prius impetrari oportuit. Verba legis hæc ſunt: *Cui rei etiam extra ordinem ſubueniri poteſt: Ergo infrequens eſt hoc interdictum.* Id eſt: Ordinaria quidem cognitio, ſeu, ordinaria & conſueta in cauſa interdictorum procedendi via eſt, vt prætor litigantes ad iudicem pedaneum amandet, qui poſſeſſionis cauſam iuxta interdicti formulam examinet: ſed hic ordo in cauſa interdicti de migrando non frequentatur, ſed prætor ipſe extra ordinem ſuper cauſa iſta cognoſcit, vt & aliarum quandoque cauſarum,

ac

Digitized by Google

ac perſonarum fauore, *l. 1. §. petuntur. ff. de R. V. l. 1. §. 1. t. ff. de var. & extraord. com.* Adſtipulantur Paulus *4. ſent. 7. §. edicto.* Theophilus, Hotomannus, Baro *ad princ. inſt. de interdict.* Duarenus *1. Diſput. anniu. 19.* Cuiacius *in par. ff. eod. & d. Obſ. 17.* ſibi contrarius *in parat. C. eod.* vbi Theophili mentem non ſatis aſſecutus ait, prætorem interdicentem de poſſeſſione, inſtruere, ſiue ἐυθυμίζειν iudicem tantum de proprietate, quo eam cauſam ordine exequi & peragere debeat. Diſſ. Vultei. *in d. princ. n. 42. & 2. iurisprud. Rom. 21.* A. Faber *in Rational. ad l. 1. §. 6. ff. de poſtul.* qui totidem etiam textibus, quibus iuris ordinarii, & iudicii in materia interdictorum fit mentio, refutatur, *l. 1. §. 2. ff. ſi ventr. nom. mulier. in poſſeſſ. miſſ. l. 1. in princ. ff. Vti poſſ. l. 1. in princ. ff. de vi & vi arm.*

## De vi, & vi armata.

Tribonianus totam ICtorum de Interdicto Vnde vi diſputationem turbulente permiſcuit, vt quæ ICti de vi ſine armis (quam Cic. *in Orat. pro Cæcinna* nominat quotidianam: Gellius 20. *noct. Attic. 9.* Feſtucariam) proprie & diſtincte tradiderunt, ad vim armatam referret. Primo enim, quod cum aperte Cic. *d. loc.* & S. Pomp. in voce, *poſſeſſio*, teſtentur, in interdicto de vi armata non quæri, an deiectus poſſideat, ſed tantum, an deiectus ſit, atque idcirco in eo non addi illam exceptionem, quæ adhiberi in interdicto quotidiano conſueuit, *cum poſſideret, qui*

*qui deiectus eſſet*: ideoque etiam datur creditori miſſio in poſſeſſionem, & colono, Cuiac. *in ſentent. Paul. lib. 5. tit. 6. §. vi deiicitur.* tamen Tribonianus ad illud interdictum hanc Vlpiani ſententiam retulit *in l. 1. §. 23. ff. h. t. Interdictum hoc nulli competit, niſi ei, qui tunc, cum deiiceretur, poſſidebat, nec alius deiici viſus eſt, quam qui poſſidet.* Quam ſententiam cum alio loco confirmaſſet, nimirum in *d. l. 1. §. 45.* turpe tamen in eum locum irrepſit mendum: nam interiecta negatione legendum: *Non alii, quam ei, qui non poſſidet, interdictum vnde vi competere.* Hotom. *7. Obſ. 6.* Donell. *15. comm. 31.* Deinde quod cum Cicer. *d. Orat.* & ICti teſtentur, ſolidam interdicto quotidiano adhiberi exceptionem, *cum deiectus neque vi, neque clam, neque precario a deiiciente poſſideret;* in altero interdicto de vi armata non adhiberi, *d. l. 1. §. qui a me, 30. l. 14. l. 17. ff. eod.* tamen Tribonianus in inſtitutionibus indiſtincte hoc ad Interdictum vnde vi refert, nam ei, qui vi deiectus eſt, inquit, proponitur interdictum vnde vi, per quod is, qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem; licet is ab eo, qui deiecit, vi, vel clam, vel precario poſſidebat, *§. recuperandæ 6. Inſt. de interdict.* vbi diſtinguendum fuerat, an qui deiecit, deiecerit vi armata, vel vi quotidiana. Si vi armata deiecit, is autem quem deiecit, ab illo poſſidebat vi quotidiana, interdictum habet locum. Cuiac. *2. Obſ. 4. & 5. obſ. 18.* Duaren. *1. diſp. 20.* Hotomann. *d. loc. & in d. §. recuperandæ.* Denique cum proprium ſit Inter-

dicti

Digitized by Google

dicti quotidiani, vt anno terminetur, *l. 1. in princ. & §. annus. 39. ff. unde vi l. 1. C. eod. l. licet 5. C. de except.* interdictum autem de vi armata ſit perpetuum, teſte Cicer. 15. *epiſt. 16. (poſtulabimus, ex qua hæreſi vi hominibus armatis deiectus ſit, in eam reſtitutare. In hoc interdicto non ſolet addi, in hoc anno. Quare ſi iam biennium, aut triennium eſt, cum virtuti nuntium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis, in integro res nobis erit.)* Cujac. *de lib. 5. ſent. Paul. & 5. obſ. 20.* Tribonianus autem illam annui temporis definitionem ad interdictum de vi armata retulit. *l. 3. §. hoc interdictum 12. ff. vnde vi. Hoc interdictum etiam aduerſus eum proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis deiiceretur: & poſt annum reddetur in id quod peruenit &c.* quod eſſe abſurdiſſimum vel ex eo intelligitur, quod ſi prætor abſurdum fore putauit, furti manifeſti actionem a ſe proditam, anno terminari, propter facinoris indignitatem, *princ. inſtit. de perpet. & temp. act.* quanto abſurdius fuiſſet, vim illam turbulentam, anno exacto, manere inultam, *l. communi. 7. §. Julianus 5. ff. commun. diuid.* Cauſa autem huius interdictorum confuſionis eſt, quia Tribonianus foro ſuo ſeruiens, cum vtriusque vis perſequendæ formulas & differentias, ab imperatoribus, præſertim Græcis, abrogatas videret, totam illam ICtorum diſputationem ita confudit, quemadmodum hactenus dixi. Hotom. *d. lib. 7. obſ. 6.* Cujac. *d. lib. 5. obſ. 20.* Donell. *d. loc.* Eguin, Baro *in d. §. recuperandæ. 6. Inſt. de interdict.*

Vlpia-

## Ulpian. lib. 62. ad Edictum.

Hoc interdictum de poſſeſſione rerum mobilium locum habet: ſed obtinuit, vim eius exæquatam fuiſſe. Vti poſſidetis interdicto, quod de rebus ſoli competit: Vt is & in hoc interdicto vincat, qui nec vi, nec clam, nec precario, dum ſuper hoc ab aduerſario inquietatur, poſſeſſionem habet, *l. un.* §. 1. ff. utrubi.

Huius legis verba, *ſed obtinuit*, &c. vsque ad finem ſunt Triboniani, vel Iuſtiniani, qui hæc duo interdicta, Vti poſſidetis, & Vtrubi, (dicta Gallis, *matiers de complainte.* Morn. *in l. 3. C. d. ped. iud.*) excepta rerum differentia, exæquauit, *§. retinendæ 4. in fin. Inſt. de interdict.* Giphan. *in l. vn. C. uti poſſid. p. 302.* vt vtrobique vindicet, qui litis conteſtatæ tempore, nec vi, vel clam, nec precario ab aduerſario poſſidet. Olim in interdicto Vti poſſidetis vincebat, qui redditi interdicti tempore nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario poſſidebat: vtrubi vero Interdicto is vincebat, qui maiore parte anni retrorſum numerati, nec vi, nec clam, nec precario poſſidebat, *d. §. retinendæ. 4. Paul. 5. ſent. 6. in princ. l. maiore 156. ff. de V. S.* Et competebat hoc interdictum, non modo ad retinendam, verum etiam vindicandam poſſeſſionem, quam poſſediſſet actor maiore parte anni: ideoq; interdictum vtrubi agebat ad exhibendum,

*l. 2.*

Digitized by Google

*l. 2. ꝟ. ſed & ſi quis interdicturus 5. iunct. ꝟ. Pomponius 12. ff. ad exhib.* Cuiac. *5. obſ. 23.* Hodie, ſicut interdictum vti poſſidetis: ita & vtrubi fruſtra agit ad exhibendum. Cuiac. *in par. ff. d. t. Vtrubi.*

# Vlpian. lib. 38. ad Edictum.

## Generaliter in præiudiciis is actoris partes ſuſtinet, qui habet intentionem ſecundum id quod intendit, l. 12. ff. de exceptionib.

Vlpianus ſcripſerat, *qui habet formulam conceptam ſecundum id quod intendit.* Nam generaliter in præiudicialibus actionibus is actoris partes ſuſtinet, ſecundum cuius intentionem formula concipitur: vt ſi ita concipiatur: *Si patet, Lucium eſſe Patronum*, Lucius actoris partes ſuſtinebit, Quod ſi ita: *Si patet, Cajum ingenuum eſſe*, Cajus actor intelligetur, *l. eam quæ 21. C. de liber. cauſ.* hoc verſic. *Sed ſi controuerſia erit, utrum ex ſeruitute in libertatem petatur an ex libertate in ſeruitutem, ſui conceptione manifeſte probatur*, vbi loco *ſui conceptione*, ſcriptum erat, *ex formulæ conceptione*. Sed Tribonianus, quod formulæ eſſent ſublatæ *l. 1. & 2. C. de formul. & impetrat. ſublat.* eam legem interpolauit: ſicut *d. l. 12.* Giphan. *in d. l. eam quæ 21.* Non ſolum autem ex formulæ conceptione æſtimandum, quis in cauſa liberali actoris, quis rei partibus fungatur, ſed etiam ex poſſeſſione. Spectandum, vter ſit in poſſeſſione libertatis, vel contra: vter in poſſeſſione ingenuitatis, vel contra: patriæ poteſtatis, vel contra, *l. 7.*



Digitized by Google

*§. vlt. ff. de liber. cauſſ.* Poſſeſſor nunquam vltro, id eſt, prior agit, *l. 1. §. interdictum autem 6. ff. Vti poſſid. iunct. l. 2. ff. ad Rhod. de jact.* Tuetur enim ſe commodo poſſeſſionis. *§. 4. Inſt. de interd.* Itaque qui non eſt in poſſeſſione libertatis, is actoris partibus fungitur, & probare debet; qui vero eſt in poſſeſſione, releuatur ab onere probandi, *l. circa 14. ff. de probation.* Quod ſi is, qui eſt in poſſeſſione ingenuitatis, quem alter libertum ſuum eſſe contendit, fiducia ingenuitatis ſuæ vltro probationem in ſe ſuſcipere velit, audiendus eſt. *d. l. circa 14. verſic. ſi quis autem.* in qua ſunt qui ſedem figant caſui vni, quo qui poſſidet, actoris partes obtinet, *§. æque 2. in fin. inſt. de action.* Verum hi non bene ſubducunt quæſtionem *h. §. 2.* quæ eſt, quis ſit vnus ille caſus, in controuerſiis rerum corporalium, quo qui poſſidet, agit in rem. Vbi autem ſi vnus ille caſus, κεῖται ἐν ἀποκρύφοις. Donelli hoc iudicium eſt in *d. §. æque n. 31.* itemque Fereti in *eod. §.*

---

# EMBLEMATA
# *TRIBONIANI*,

## Notata in ſeptima & vltima Digeſtorum parte.

## Paulus lib. 12. ad Sabinum.

**D**ominus ſeruo ſtipulando ſibi acquirit: ſed & pater filio, ſecundum quod leges permittunt, l. 39. ff. de V. O.

Ver-

VErba vltima, *ſecundum quod leges permittunt*, ſunt Triboniani, quibus ſignificantur conſtitutiones Iuſtiniani: ſecundum quas, ſi pater filio ex cauſa peculii profectitii, dari ſtipuletur, ſibi ſtipulari intelligitur: ſin ex cauſa peculii aduentitii, non ſibi, ſed filio acquirit vtilem actionem. Et ita in ſ. *ſi quis alii 4. verſic. Et vero Inſt. de inutil. ſtipulat.* hæc verba, *in iis rebus, quæ tibi acquiri poſſunt*, accipienda ſunt. Ex cauſa ptofectitia patri acquiritur pleno iure: ex aduentitia, vſufructu tenus, *l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib. princ. Inſt. per quas perſon. nob. oblig. acquir.* Olim bona filii aduentitia quæcunque etiam videlicet materna, & materni generis, pleno iure acquirebantur patri, ſ. *1. Inſt. per quas perſon. nob. acquir. l. qui in aliena. 6. ſ. 2. & 3. l. filius familias. 92. ff. de acquir. vel am. heredit. l. hæc ratio 3. ſ. 4. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. Bæbius. 30. ff. de pact. dotal. l. 1. in pr. ff. ſi a par. quis manum.* Conf. *1. diſput. iur. ciu. 5.* Nicol. Bellon. *3. ſupputat. 1. & 2. & 4. ſupput. 4. & 5.* Diſſ. Alciatus *4. paradox. 3. 1. per l. filius 22. ſ. 1. ff. de inoff. teſtam.* ibi, *quoniam alii commodum victoriæ parat.* Reſpond. Hæc verba intelligenda ſunt de filio, qui parri commodum victoriæ parat. Sic enim figurandus eſt caſus, vt filius querelam inofficioſi prius mouerit, & pater eam poſtea ſit perſecutus; *d. l. 22. in princ. iunct. ſ. 2. & 3.* Aliter reſpondet Nicol. Bellonus *d. cap. 4. in fin. 11.* per *l. pen. ff. ad SC. Tertull.* Reſpond. Ita matris inteſtatæ hereditas ex SC. Orphitiano ad liberos perti-

 net,

Digitized by Google

net, tametſi in aliena ſint poteſtate, vt ea nihilominus acquiratur patri. Nam & id ad nos pertinere recte dicitur, quod alii acquirimus, *l. 140. ff. de V. S. III.* per *l. 1. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* ibi: *emolumentum etiam patri allatura.* Reſpond. Hæc lex interpolata eſt a Triboniano, reſpiciente ad ius nouum, quo bona filii aduentitia patri acquiruntur vſusfructus iure, *§. 1. in fin. Inſt. per quas perſon. cuique acquir. l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib.* Giphan. *in d. l. 1. IV. per d. l. cum oportet 6. in princ.* vbi Iuſtinianus profitetur, in veteris iuris obſeruatione multas res eſſe, quæ extrinſecus ad filiosfamilias veniunt, & minime patribus acquiruntnr, quemadmodum in maternis bonis. Reſpond. per ius vetus ibi Iuſtinianus intelligit ius vetuſtius illa *l. cum oportet.* quam Nouellam appellat *in l. cum non ſolum 8.* eod. Intelligit ergo *l. 1. & alias ſequentes C. eod. de bon. mat.* Bellon. *d. cap. 5.* Confer. *l. vlt. in fin. C. commun. de manumiſſ. iunct. l. vn. C. de concub. & l. 13. ff. eod.* Hotom. *in comm. verbi iur. verb. concubina.* Denique Alciati opinio iuuari videtur §. 2. *Inſt. d. t. per quas perſon.* verb. *ex rebus quæ acquiſitionem effugiebant.* Reſpond. Hæc vero non ſunt referenda ad ius vetus Digeſtorum, ſed ad anteriores Impp. conſtitutiones, *d. l. 1. & 2.* Sed vt e diuerticulo in viam redeamus: ſunt, qui putent, verbis illis *d. l. 39. ſecundum quod leges permittunt*, ſignificari diſtinctionem inter ius & factum, vt, patre ſtipulante filio, vtilis ſit ſtipulatio, ſi ius in ſtipulatione verſetur; inutilis vero, ſi factum, *l. quod dicitur 130. ff.*

eod.

*eod.tit.d.l.V.O.§.ſed cum 2.Inſt.de ſtipul.ſeruor.*Sed falluntur, qui id putant: nam eam diſtinctionem introduxit iuriſprudentium interpretatio, non leges, *d. l. quod dicitur.* Cuiac.*in d. l. 39.*

## Paulus lib. 15. Quæſtion.

Quod dicitur, patrem filio vtiliter ſtipulari, quaſi ſibi ille ſtipuletur, hoc in his verum eſt, quæ iuris ſunt, quæque acquiri patri poſſunt: alioqui ſi factum conferatur in perſonam filii, inutilis erit ſtipulatio, veluti, vt tenere ei, vel ire agere liceat, l. 130. ff. de V. O.

Hæc etiam verba, *quæque acquiri patri poſſunt.* Triboniani eſſe videntur, quorum idem eſt ſenſus, qui & verborum *d. §. ſi quis alii. 4. in iis rebus, quæ tibi acquiri poſſunt.* Cuiac.*d. loc.*

## Ulpian. lib. 50. ad Sabinum.

Quodcunque ſtipulatur is, qui in alterius poteſtate eſt, pro eo habetur, ac ſi ipſe eſſet ſtipulatus. Et ſicut cum morietur quis, ſtipulari poteſt: ita etiam qui ſubiecti ſunt alienæ poteſtati, cum morientur, ſtipulari poſſunt, l. 45. in princ. & §.1. de ff. de V.O.

Procul dubio addiderat Vlpianus, poſſe etiam filiumfamilias ita ſtipulari, cum morietur pater: Non tamen poſſe ſtipulari, poſt mortem

(K) 3 pa-

Digitized by Google

patris *§. poſt mortem ſuam 13. verſic. ac ne is Inſt. de inutil. ſtipulat.* quia nec pater ipſe ſibi poſt mortem ſuam ſtipulari poſſet. Momentum moriendi a morte diſtinguitur, ſed quia Iuſtiniani Conſtitutione hoc ſublatum fuerat, *d. §. poſt mortem. & l. ſcrupuloſam 11. C. de contrah. & committ. ſtipulat.* ideo a Triboniano omiſſum eſt *in d. l. 45.* vbi Cuiacius. Valuit, inquam, ſtipulatio hoc modo concepta, cum morietur pater, dare ſpondes? quia momentum moriendi non morti, ſed vitæ tribuitur, *l. 79. §. 1. ff. de C. & D. l. 18. §. 1. ff. de man. teſtam. Hæc conditio, inquit Iulianus, cum moriur, liber eſto, vitæ tempus complectitur: & idcirco inutilis eſſe videtur: ſed melius eſt, verba benignius interpretari, vt poſt mortem ſuam videatur teſtator ei libertatem reliquiſſe.* Quibus ex verbis apparet, deciſam eſſe quæſtionem ſympoſiacam, de qua apud Aulum Gellium *6. noct. Attic. 13.* Quando moriens moriatur, cum iam in morte eſt, an cum in vita, Alciat, *2. parerg. 44.* Cuiac. *3. Obſ. 34.* Sed alius mihi hic reſidet ſcrupulus: Cur ſtipulatio fuerit vtilis, collata in tempus moriendi *cum moriar*, vel *cum morieris. §. ita autem 15. Inſt. d. t. d. inutil. ſtipul.* inutilis vero concepta hoc modo, pridie quam moriar, vel pridie quam morieris, dare ſpondes? *d. §. poſt mortem.* Si enim conditio, *cum moriar*, vitæ tempus complectitur, *d. l. 18.* multo magis complectitur conditio, pridie quam moriar, vel pridie, quam morieris. Itaque ſi non nocebat iſta formula, cum morietur,

Digitized by Google

rietur, multo minus nocere debuit hæc, pridie quam morietur: nam omnino refertur ad tempus vitæ, non autem mortis. Fatendum equidem, quia incertus eſt dies mortis, non niſi poſt, mortem ſciri poſſe, an quis pridie ſit mortuus, Theoph. *in §. pen. Inſt. de legat.* Cuiac. *in not. ad d. l. ſcrupuloſam. n.* Bachou. *in not. ad parat. Weſenbec. de C. & D. n. 3.* Sed multo minus ſciri poteſt illud, *cum morietur*, niſi poſt mortem. Balduin. lib. 1. ſui Iuſtiniani. p. (mihi) 51. Aliquando, *cum morietur*, accipitur, pro, *poſt mortem, l. 11. §. ſi filio 10. ff. de leg. 3. l. 1. §. 18. ff. de collation.*

## Iulianus lib. 54. Digeſtor.

Sed qui actum ſtipulatur, deinde iter, poſteriore ſtipulatione nihil agit: ſicut qui decem, deinde quinque ſtipulatur nihil agit. Item ſi quis fructum, deinde vſum ſtipulatus fuerit, nihil agit. Niſi in omnibus nouandi animo hoc facere ſpecialiter expreſſe ait. Tunc enim priore obligatione expirante, ex ſecunda introducitur petitio: & tam iter, quam actus, nec non quinque exigi poſſunt, l. 58. ff. de V. O.

Iulianus ſcripſerat, *niſi in omnibus nouandi animo hoc fecerit*, ſolus namque nouandi animus ſufficiebat: & ipſo iure fiebat nouatio ex præſum-

tione, & coniectura voluntatis contrahentium. *§. pen. verſic. Sed cum hoc quidem. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* vtputa, correo debendi poſtea adiecto obligationi pignore, aut fideiuſſore poſtea accepto; aucta, vel deminuta quantitare debiti; conditione, tempore, pœna adiecta vel detracta, mutato chirographo, *l. chirographic. 57. ff. de ad. miniſtr. & peric. tut. l. vltim. C. de nouation.* vbi pro, *minorem*, legendum; *iuniorem*: hoc modo, *cautionem iuniorem acceperit*: quam ſcripturam confirmat *d. l. chirographis 57.* quæ docet, nouationem fieri, etiamſi amiſſum ſit prius chirographum, facto nouo chirographo, licet nec perſona, nec cauſa obligationis mutata ſit: mutationem chirographi nouationem eſſe. Cuiac. *19. obſ. 36.* Sed noua Iuſtiniani conſtitutio definiuit, tunc ſolum nouationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes nominatim, & ſpecialiter expreſſum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerint: ita vt voluntate tantum expreſſa nouatio fiat, *ἀνανέωσις, ἀνακαινισμός*; non lege, id eſt coniecturis ex lege aliqua petitis; ſed voluntate, id eſt, expreſſa partium conuentione *d. l. vlt.* ibi: *niſi ipſi ſpecialiter remiſerint priorem obligationem, & hoc expreſſerint, quod ſecundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus, voluntate ſolum eſſe, non lege nouandum*, ad quam Iuſtiniani conſtitutionem Tribonianus inflexit *d. l. 58.* vbi Cuiac. Giphan. *in tit. C. de nouation. p. 453.* Balduin *in Iuſtiniano ad d. ult.* Ante Juſtinianum

id

id agi ſatis erat, nec ſpecialiter exprimi oportebat: & ideo cum de nouatione tractant ICti, adiiciunt ſæpe, *ſi hoc actum ſit l. 2. l. 6. in princ. l. 8. §. 1. ff. de nouat. l. §. 27. ſi pactus ff. de pact.* Non addunt, *ſpecialiter:* vel ſicubi additum eſt, *vt in d. l. 58. d. V. O. l. 29. l. 31. §. ſi duo 1. ff. d. t. de nouation.* additum eſt a Triboniano ex *d. l. ult.* Cui, obſeruante Cuiacio 14. *obſ.* 7. amicum eſt, & familiare, deſiderare ſpecialem voluntatem, vbi poterat ſufficere qualibet, *l. 4. §. quæſitum. 4. ff. quis caut. iudic. ſiſt. cauſ. fact. l. ſi quis 22. in fin. princ. ff. de leg. 3.* cuius verba, *ſed hoc ita locum habebit, ſi ſpecialiter dixerit, voluntatis ſibi pœnituiſſe, & voluiſſe, vt legatarius plura legata accipiat;* Triboniani ſunt, non Hermogeniani: ſermone ipſo ſatis ſe ſuo iudicio prodente. Quin etiam ex forma contextus, atque orationis *d. l. 58.* manus Triboniani non difficulter colligitur. Diſſ. Ant. Faber 3. *coniect.* 3. eumque ſecutus Fr. Ragvelus *in d. l. vlt.* quorum ſententia eſt, olim in certis quibusdam caſibus nouationem non aliter fuiſſe inductam, quam ſi nominatim, & ſpecialiter ita inter contrahentes conueniſſet, per *d. l. 58. d. l. 29. d. l. 31.* Sed Fabrum refutat Giphanius *in d. tit. C. de nouation. p. 453. & ſeq.* Ceterum ſi inter contrahentes nominatim, & ſpecialiter expreſſum non ſit, quod priorem obligationem voluerint nouatam, cauſa procedit ἀνοβατεύτως (ſic legendum eſſe *in d. l. vlt.* monet Iacobus Curtius 1. *veriſim. ad fratr. cap. 34.* ex veteribus libris confirmat Cuiacius *in not. ad d. §. pen. Inſt. quib. mod.*

*toll. oblig.* voc. latina detorta ad inflexionem Græcam. Balduin. *lib. 2. ſui Iuſtiniani p.* (*mihi*) *165.* id eſt, ſine nouatione: adeo, vt ne ope quidem exceptionis induci nouatio poſſit. Mollin. *ad Alex. in notis; conſil. lib. 2.* Giphan. *d. loc. p. 454.* Gail. *2. obſ. 30.* vbi ita in Camera Imperiali practicari teſtatur.

## Paulus lib. 24. Quæſtion.

Petit priuilegium dotis, tutelæ, ſi poſt diuortium dos in ſtipulationem deducatur, vel poſt pubertatem tutelæ actio nouetur, ſi id ſpecialiter actum eſt, l. aliam, 19. ff. de nouation.

## Venulej. lib. 3. Stipulationum.

Secundum quæ ſi reus ab aliquo ſtipuletur, nouatione quoque liberare eum ab altero poterit, cum id ſpecialiter agit, l. ſi rem 31. §. 1. ff. eod.

Verba *l. 29. ſi id ſpecialiter actum eſt.* idemque *l. 21. cum id ſpecialiter agit.* ſunt Iuſtiniani: a quo conſtitutum eſt, vt niſi id ſpecialiter agatur, non contingat nouatio, *l. vlt. C. eod.* Adde quæ dixi *ad l. 58. ſupra de V. O.* Ei autem, quod Venulejus reſpondet, & magno verborum molimine adſtruit, e duobus correis ſtipulandi, vnum, in præiudicium alterius, nouare obligationem poſſe, aduerſatur Paulus *in l. ſi vnus. 27. in pr. ff. de pact.* hoc argumento: Quod iuris eſt in argentariis ſociis, idem quoque iuris eſt in duo-

duobus reis ſtipulandi. Atqui ex argentariis ſociis vnus non poteſt nouare, quamuis ei recte ſoluatur. Aſſumtum probatur his verbis, *tantum enim conſtitutum, vt ſolidum alter petere poſſit; nam nec nouare, &c.* Cum igitur hoc tantum conſtitutum ſit, non etiam, vt & alter nouare poſſit, ideo nec nouare alter poteſt. Similis eſt ratio *in l. 10. ff. de ſolution.* Adiecto ſolutionis gratia ſolui tantum poteſt, & ideo nec petere, nec nouare, nec acceptum ferre poteſt. Fruſtra harum legum conciliationem quæſiueris. Equidem non ignoro, quod Robertus 1. *recept. ſent. 25.* Weſenbecius *in par. ff. de duob. re. n. 9.* Pacius *1. antin. 96.* Ioh. Gœddi. *de contrah. ſtipulat. c. 10. concluſ. 2. n. 16.* pro hac antinomia concilianda adferant. Sed feſtucaria ſunt omnia, quæ allata ſunt. Cuiac. 22. *obſ. 6.* Coſtal. *in d. l. 27.* vbi ingenue fatetur, pugnam illam, niſi inepte tollatur, tolli non poſſe. Bachou. *in not. ad Treutler. vol. 2. diſputat. 27. th. 9. lit. d.* Verior autem eſt ſententia Venuleii, quia fortioribus nititur rationibus, Ronchegall. *ad princ. l. 3. ff. de duob. r. Quamobrem,* inquit, *potior eſt deciſio Venuleii, & ei ſtandum eſt, cum ſit ab eo principaliter, effuſeque pertractata, & efficaciſſimis rationibus comprobata. Paulus vero contrariam ſententiam referat incidenter, & ex ſententia alterius.*

## Paul. lib. 4. Sentent.

Sollicitatores alienarum nuptiarum etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt.

ſunt, propter voluntatem pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur. Qui puero ſtuprum, abducto ab eo, vel corrupto comite, perſuaſerit, aut mulierem, puellamue interpellauerit, quidue impudicitiæ gratia fecerit, donum præbuerit, pretiumue, quo is perſuadeat, dederit, perfecto flagitio, punitur capite: imperfecto, in inſulam deportatur: Corrupti comites ſummo ſupplicio afficiuntur, l. 1. in princip. & §. 2. ff. de extraordinar. criminib.

Adulterium, vt ex hac lege apparet, iure Digeſtor. fuit capitale. Sed non deſunt, qui manum Triboniani ibi ſuſpicentur: eo quod iure nouo demum adulterium factum ſit capitale, *l. quamuis. 30. §. 1. C. ad L. Iul. de adult. l. tranſigere. 18. C. de transact. N. 134. cap. 10. in princ. iunct. d. l. 30.* Aut dicendum, tractari *in d. l. 1.* de criminibus extraordinariis, vbi aliquando ob circumſtantias grauius animaduerti poteſt; etiam ſanguinis pœna quandoque irroganda, *d. l. 1. & l. 9. in fin. ff. eod. l. 7. §. hodie 3. ff. ad L. Iul. repetund. l. 4. §. 2. ff. ad L. Iul. pecul.* Alias ex *d. l. 1. §. 2.* efficeretur, etiam ſtuprum eſſe capitale; contra quam diſerte proditum eſt in *§. item lex Iulia. 4. Inſt. de publ. iudic.* Alciat. *5. paradox. 10.* Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 32. th. 2. lit. d.* quod itaque crimen ad vtramque definitionem *d. l. tranſigere*, pertinet, diuerſo reſpectu.

Ad

Digitized by Google

Ad primam: quo caſu pœna ſtupri eſt capitalis, *arg. l. 6. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult. l. inter ſtuprum. 101. ff. de V. S.* Ad ſecundum: quo non capitalis. Pac. *in commentar. ad d. l. tranſigere n. 36.* Diſſent. Conanus *5. comm. 7.* & Delirio in *ead. l. n. 114. & ſeqq.* qui exceptionem a regula partis primæ ſimpliciter extendunt ad ſtuprum. Diſſentiunt rurſus alii, qui ſtuprum ab ea exceptione indiſtincte remouent.

## Hermogen. lib. 6. Iuris Epitom.

Nonnulli propter paupertatem, vt ſunt, qui minus quam quinquaginta aureos habent, l. 10. ff. de accuſation.

Hæc paupertatis definitio, ad aureos quinquaginta, eſt Iuſtiniani: quæ olim fuit quinquaginta millium ſeſtertium; in ingenuis ſcilicet. Nam in libertinis *ex Papiniani XV. Reſponſorum in collatione LL. Moſaic. & Rom. tit. 4.* intelligitur, fuiſſe HS. XXX. adeoque triginta aureorum hodie: ſeſtertiaria ratione redacta ad aureorum rationem, *§. 3. Inſt. de ſucceſſ. libert.* vid. ſupra *ad l. pen. & vlt. ff. de in ius voc.* Cuiac. *19. Obſ. 31.* Cui tamen litem intendit V. C. & in diſpungendis Scriptoribus acutiſſimus Claudius Salmaſius *lib. 3. de Trapezit. fœn. p. 640.* De aliis paupertatis effectibus vid. Mynſing. *4. Obſ. 27.* Gail. *1. Obſ. 142.* Guid. Pap. *deciſ. 561.*

## Modeſtin. lib. 12. Pandectarum.

Crimen Maieſtatis facto, vel violatis ſtatuis, vel imaginibus, maxime exacer-

Digitized by Google

cerbatur in milites, l. 7. §. vlt. ff. ad L. Iul. Maieſtat.

Maieſtatis crimen non facto tantum, ſed etiam verbis impiis, & maledictis maxime exacerbatur, vt Paulus ait *5. ſentent. 29. in fin. princ.* idemque prorſus Modeſtinus ſcripſerat *in d. l. 7.* Sed quia ex maledicto non contrahi crimen Maieſtatis poſtea conſtitutum eſt, conſtitutioque relata in Codicem Iuſtiniani *l. 1. C. Si quis Imp. maled.* ideo Modeſtini verba Tribonianus ſic immutauit: *Crimen maieſtatis facto, vel violatis ſtatuis, vel imaginibus maxime exacerbatur.* Haud tamen perite, cum factum ſatis violatas ſtatuas comprehenderet. Illa etiam, quæ addita ſunt verba *in milites*, recipienda non ſunt. Ita quidem Cuiacius *in Sentent. Paul. d. loc.* Sed Merillius *3. variant. ex Cuiac. 2.* lectionem illam Florentinam defendit, & aliam Pauli, aliam Modeſtini mentem eſſe ſcribit, hanc ſcilicet: Crimen Maieſtatis non adeo ſeuere vindicari in milites, ſi verbis Imperatorem læſerint: ſed ſi facto læſerint: puta, violatis ſtatuis, vel imaginibus. Eueniebat ſane ſæpenumero, vt milites Imperatorem verbis læderent; veluti, cum legiones immodeſte miſſionem poſtularent. Sueton. *in Auguſt. cap. 24.* aut congiarium, aliudue donatiuum peterent, aut de ſtipendiis quererentur. Verba quidem impia in cæteris vindicabantur. Paul. *d. tit.* Arnob. *lib. 1. aduerſus gentes. Majeſtatis apud vos rei ſunt, qui de veſtris ſecus obmurmurauerint legibus.* Sed ob verba non facile crimen

Digitized by Google

men Maieſtatis intendebatur militibus, quæ graues militiæ labores, & ſtipendia non præbita ſæpe illis poterant extorquere. Seditioſi milites ob querelam, vel vociferationem, tantum de gradu deiiciuntur, *l. 3. §. ſi intra 20. ff. de re milit.* At facto crimen Maieſtatis in milites maxime exacerbatur, *d. l. 7.* cuius facti exempla ſubiicit Modeſtinus: puta, ſi Cæſaris ſtatuas, aut imagines violaſſent. Erat magna ſignorum religio, ac veneratio, vt quæ Cæſaris imagines præferebant. Veget. *l. 2. de re milit. c. 6. Hæc enim ſuſcipit Aquilam, quod præcipuum ſignum in Romano eſt ſemper exercitu, & totius legionis inſigne. Hæc imagines Imperatorum, hoc eſt, diuina & præſentia ſigna veneratur.* Cum autem milites defectionem cogitabant, imagines a ſignis detrahebant. Tac. 4. *hiſtoriar. Vexillarius comitantis cohortis direptam Galbæ imaginem ſolo adflixit. & lib. 3. Primores caſtrorum nomen atque imagines Vitellii amoliuntur.* Herodianus *lib. 8. in Maximino*, refert, milites Maximinum, & filium ipſius, tentorio prodeuntes obtruncaſſe, τάς τε εἰκόνας ἐκ τῶν σημείων κατασπῶσι, poſtquam imagines ex ſignis detraxiſſent. Non fruſtra igitur Modeſtinus, crimen Maieſtatis *in milites facto exacerbari* ait, ſi ſtatuas Imperatoris, aut imagines violauerint, quia ſic defectionem moliri videntur. Tantumque abeſt, vt τό *in milites ex d. l. 7. §. vlt.* reiiciendum ſit, vt potius ſumma cum ratione retineri debeat; quod & in omnibus libris extat, & in Ecloga Baſilicῶν reperitur. Sed & ipſe Cuiacius ſibi

non

non conſtat: nam vt argumento *l. miles 11. ff. ad L. Iul. de adult.* (quæ militem lenocinii, vel adulterii reum deportari præcipit,) probet *20. obſ. 18.* adulteros paganos ex lege Iulia de adulteriis relegari, ait, in milite exaſperari crimen, adducta *d. l. 7. §. vlt. ff. ad L. Iul. Maieſt.* Merill. *d. loc.*

# Ex tit. Inſt. de publicis iudiciis.

## Lex Iulia de adulteriis temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, §. item Lex Iulia 4. Inſt. de publ. iudic.

Tribonianus interpolauit legem hanc Iuliam, &ad ſui temporis rationem accommodauit, Pacius *ad l. tranſigere 18. C. de tranſact. n. 27.* Weſenb. *in par. ff. ad L. Iul. de adult. n. 19.* Nam crimen adulterii Lege Iulia non fuiſſe capitale, ſed relegationem meruiſſe, validiſſimis probatur argumentis, petitis *ex l. ſi quis viduam. 5. ff. de quæſtion. l. miles 11. in princ. l. martii 29. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult. l. 14. l. 18. ff. de teſtib. l. Claudius 13. ff. de his quib. vt indign. l. 2. §. miles. 3. ff. de his qui not. infam.* Cuiac. *6. obſ. 11. & 20. obſ. 18. & 19.* Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 32. th. 2. lit. d.* contra Lipſium *in not. ad Tac. lib. 4. annal.* Adulterii *pœna quæ olim,* inquit, *non in promptu: recludam ſi potero, & tenebris priſci æui radium aliquem dabo nouæ lucis.* Et longe poſt: *pœna adulterii in corpore Digeſtorum, quod miremur, non expreſſa.* Sed legit Lipſius titulum ge-

generalem de adulteriis,quaſi πλατυόφθαλμος, lateque diſpiciens; quid vbique: at in poſticis, ac ψευδοθύρεις quid foret, curæ ſuæ non fecit. Adductis modo legibus, velut haſtis amentatis adſtruitur, quod dixi. Hotoman. in *d. ſ. item lex Julia 4.* Bachou. *d. l.* Adde Auguſtinum *l. 3. de ciuitate Dei cap. 5.* ibique *Ludov. Viuem* in not. Diſſ. Gœd. *in l. 101. ff. de V. S. n. 4. item in comm. de contrah. ſtip. c. 6. n. 145.* Quis autem adulterium fecit capitale? Imperator aliquis Græcorum recentior; Conſtantinus Magnus, vt videtur; legem Dei, *Leuit. 20. 19. Deut. 22. 22.* ſecutus, *l. quamuis. 30. ſ. 1. C. ad L. Jul. de adult. l. 16. C. de pœn. N. 134. cap. 10. in princ.* Barnab. Briſſon. *lib. ſingul. ad l. Jul. de adult.* ad verba, pro comperto ſtupro. Matth. Glock. *ad l. tranſigere 18. C. de transact.* At obſtant *l. caſtitati 9. C. d. t. de adult. d. l. tranſigere,* quæ ſub Alexandro, & Diocletiano Impp. adulterium fuiſſe capitale probant. Sed reſpond. has quoque leges a Triboniano eſſe interpolatas; adiectis *ad l. caſtitati*, his verbis. *ſi pœnam capitalem euaſerit:* & *ad l. transigere, excepto adulterio.* Cujac. *in not. ſolemn. ad d. l. caſtitati, & 19. obſ. 39.* Bach. *in not. ad Treutl. vol. 1. diſp. 7. th. 5. lit. c.* Weſenb. *in par. ff. de transact. n. 5.* Obſtant adhuc loca apud Apuleium (qui vixit ſub diuis fratribus, vt notant P. Pithœ. *2. aduerſarior. 10.* & Ræuardus *1. varior. 20.*) *lib. 9. de aſino aureo,* illis verbis, *ne iuris quidem ſeueritate lege de adulteriis ad diſcrimen vocabo capitis tam venuſtum, atque pulchellum.* Apud Arnobium *lib. 4. adu. gentes. Ad libidinem homines*

*proni atque ad voluptatum blanditias, naturæ infirmitate procliues, adulteria tamen legibus vindicant, & capitalibus afficiunt eos pœnis, quos in aliena comprehenderint fœdera genialis ſe lectuli expugnatione ieciſſe.* Itemque apud Saluianum *l. 7. de prouidentia;* cuius verba recitat Cuiacius *20. obſ. 18.* Reſpond. Conſtantinus capitalem adulterii pœnam fecit ordinariam. Anteriores Imperatores aliquando ex quadam ſeueritate pœnam adulterii extra ordinem aggrauabant. Cuiac. *d. obſ. 18. in fin.* Treutl. *d. diſp. 7. ibique Bachouius.*

## Ex tit. Inſt. de publicis iudiciis.

Lex Cornelia de ſicariis homicidas vltore ferro perſequitur, vel eos qui, hominis occidendi cauſa, cum telo ambulant, §, item lex Cornelia. 5. Inſt. de publ. iudic.

Tribonianus hanc quoque legem Corneliam interpolauit. Nam huius legis (latæ a Cornelio Sylla Dictatore *l. 2. §. capta 32. ff. de O. I.*) pœna eſt deportatio, & omnium bonorum ademtio *l. 3. §. pen. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* Hotom. *in d. §. item lex Cornelia. 5.* Cuiac. *in ſent. Paul. lib. 5. tit. 25. in princ.* quia lege Portia & Sempronia vetabatur: ne ciuis Romanus verberaretur, aut occideretur. Cic. *pro Rabir.* Alexand. ab Alexandr. *3. genial. dier. 20.* Bodin. *5. de Rep. 3.* Vnde Milo cædis Clodii reus Maſſiliam deportatus eſt. Tempore Plinii pœna homicidii cœpit eſſe capitalis. Vid. Plin. *lib. 10. natur. hiſtor.* Cuiac. *in not. ad tit. c. ad l. Corn. de ſic. in princ.* Et ei quod dicitur *in d. §. item lex Cornelia* illum etiam plecti



Digitized by Google

capite, qui hominem occidere voluit, cui conſentanea eſt *l. diuus. 14. ff. ad L. Corn. de ſicar.* Cuiac. *15. Obſ. 25.* ei inquam, conſuetudine generali derogatum eſt. Weſenb. *in parat. ibid. n. 16.*

## Modeſt. lib. decimo ſecundo pandectarum.

**Pœna parricidii more maiorum hæc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde culeo inſuatur, cum cane, gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, deinde in mare profundum culeus iactetur, l. 9. ff. ad L. Pomp. de parricid.**

Perobſcurum eſt, quod hæc pœna parricidii more maiorum inſtituta fuiſſe dicitur, ſi maiores ab eo tempore reputamus, quo Cicero Sextum Roſcium defendit. Neque enim veroſimile eſt, Ciceronem id prætermiſſurum fuiſſe, cum de ſolo culeo loquatur in *Orat. pro Roſc.* nullius vero beſtiæ, quæ cum damnato fuerit incluſa, meminerit. Videtur autem Tribonianus aliquid ex Conſtantini lege *in l. vn. C. de his qui parent. vel liber. occid.* reſponſo Modeſtini more ſuo aſſuiſſe. Hotom. *in ſ. 6. I. de publ. iudic. & lib. 1. antiquit. Rom. ad L. Pomp. de parric.* vbi tamen ſcrupulum cui iniicere poſſit, quod lege Conſtantini ea parricidii pœna fuerit antiquior, auctore Iuuenali *ſat. 8.* vbi de Nerone *μητροκτόνῳ:*

*Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam*
*Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni?*
*Cuius ſupplicio non debuit vna parari*
*Simia, nec ſerpens vnus, nec culleus vnus.*



Digitized by Google

Nec expeditu facile, quod Pompeius communem quorumuis homicidarum pœnam promulgauit in parricidas veros *l. 1. ff. d.t.* ſecus atque L. Pompeia cautum dicitur *in d. §. alia deinde.* Vid. Cuiac. *in ſent. Paul. lib. 5, tit. 24. & tit. 23. in princ.* Bachou. *in not. ad parat.* Weſenb. *d. t. ad L. Pomp. de parric. n. 1.* cur autem parricidæ adduntur hi comites, canis, gallus, vipera, ſimia? Theophilus reſpondet in paraphraſi *ad d. §. alia deinde.* vbi verba eius ſunt: *ideo animantia hæc parricidæ culeo induntur, quia ipſi ſunt ſimillima. Quædam enim eorum e medio tollunt proprios parentes; quædam a pugna inter ſe inuicem non poſſunt abſtinere.* Adde H. Cardanum *lib. 10. ſubtilit.*

## Ex tit. Inſt. de publ. iudic.

Item lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, ſubiecerit, vel ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit ſciens, dolo malo. Eiusque legis pœna in ſeruos, vltimum ſupplicium eſt: in liberos deportatio, §. 7. Inſt. de publ. iud.

Falſum ex lege Cornelia fuit capitale, *l. 1. 5. C. ad L. Corn. de falſ.* poſteriores autem conſtitutiones fecerunt non capitale, *l. 22. C. eod. l. 1. §. 13. ff. eod.* quod igitur dicitur *In d. §. 7.* L. Corneliæ pœnam eſſe deportationem, tam falſum eſt, quam, quaod adulteros lege Iulia capite

pite puniri: ſed inflectitur Lex Iulia, itemque Lex Cornelia ad poſteriores conſtitutiones, eisque legibus attribuitur, quod ad eas SCta, & poſteriores conſtitutiones derogarunt, aut ſurrogarunt. Cuiac. *in parat. C. d. t. ad L. Corn. de falſ. & 19. obſ. 39.* ſibi contrarius *6. Obſ. 11.* vbi ex L. Cornelia falſum capitale fuiſſe negat, de eo tamen tranſigere licere contendit per *l. tranſigere 18. C. de transact.* quod id lege Cornelia nominatim videatur eſſe permiſſum; quoniam ad priuatam cauſam plerumque pertineat. Miror, hoc a Merillio inter variationes Cuiacii non fuiſſe relatum, qui opera Cuiacii poſthuma cum iis quæ edi voluit, aliis omnibus edi ſerio prohibitis, parum candide ſæpius commiſit. Male meriti ſunt de Cuiacio, inquit Bachouius in *tract. de pignor. lib. 3. c. 3.* qui opera illa, contra quam ipſe fieri vetuerat, poſt mortem eius ediderunt. Illud etiam, quod dicitur *in d. t. §. 7.* lege Cornelia teſtamentaria puniri eum, qui aliud inſtrumentum falſum ſcripſit, vel ſignauit, non eſt ex ipſa lege Cornelia, quæ non de alio inſtrumento, quam teſtamento fuit: ſed ex SCto Liboniano, facto ſub Tiberio, Statilio Tauro, & Liboniano Coſſ. quo pœna L. Cornelia irrogatur ei, qui aliud, quam teſtamentum dolo malo ſignauit ſignariue curauit, vel qui ſibi ſua manu hereditatem, aut legatum adſcripſit voluntate teſtatoris, *l. 3. C. de his qui ſib. adſcrip. teſtam.* Cuiac. *in parat. C. d. t. de falſ.* Non eſt idem SCtum Libonianum cum SCto Claudiano facto ex edicto D. Claudii; ſed vnum ab altero diſtinguendum, *d. l. 3. & l. de*

*eo,10.in princ.ff. ad L.Corn.de falſ.* Cuiac.*in par.ff.d.t. de his qui ſibi adſcrib.* ſibi contrarius *in par.C.d.t. de falſ.* Videtur autem SC. Libonianum præceſſiſſe,& ſubſecutum fuiſſe edictum Claudianum: quod SCtum confirmauit, vel SCto aliquid adiecit. Merill.*2. variant. ex Cuiac. 17.*

## Vlpian. lib. 9. de Offic. Proconſ.

Et pœna viginti aureorum ſtatuitur, l. 2. §. 2. ff. ad L. Iul. de annon.

## Modeſtin. lib. 2. de Pœn.

Quod ſi in municipio contra hanc legem, magiſtratum aut ſacerdotium quis petierit, per ſenatus conſultum centum aureis cum infamia punitur. Etſi quis reus vel accuſator domum iudicis ingrediatur,per legem Iuliam iudiciariam in legem ambitus committit,id eſt,aureorum centum fiſco inferre iubetur l. 1. §. 1. & vlt. ff. ad L. Iul. ambit.

Loco *ſeſtertium* Tribonianus repoſuit *aureos.* Vid. ſupra *ad l. pen. & vlt. ff. de in ius voc.*

## Macer. lib. 2. Publicor.

Qui poſt inſcriptionem ante litem conteſtatam anno vel biennio agere non potuerint,variis præſidum occupationibus, vel etiam ciuilium officiorum neceſſitatibus diſtricti, in ſenatus conſultum non incident, l. 15. §. 5. ad SC. Turpill.

Cauſæ criminales olim terminabantur an-



Digitized by Google

no, *l. reus 7. ff. de mun. & honor.* numerando a die inſcriptionis, *l. 2. C. Theod. vt intr. an. crim. quæſt. term.* Hodie biennio, computando ex die litis conteſtatæ, *l. 3. C. vt intr. cert. temp. crim. quæſt. term.* quoniam *nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt*, ait Iuuenalis. Nec hic licet bis peccare. Et ex *d. l. 3.* Tribonianus addidit ad *d. l. 15.* verba, *vel biennio.* Cuiac. *in par. C. d. t. vt intr. cert. temp. & in pragmat. de præſcription. temp. c. 20.* Ragvell. *in d. l. 3.* Diſſ. Hotom. *2. amicabil. reſponſor. 8.* Hodie nimirum accuſator, qui poſt inſcriptionem negligens eſt, in peragendo reo intra biennium, pœnam deſertionis incurrit ex SCto Turpilliano: Cuius negligentiæ pœna eſt infamia, & mulcta quartæ partis bonorum, *l. 1. C. eod.* Non fuit tamen Tribonianus tam accuratus, vt ad ſententiam *d. l. 3.* traduceret etiam *d. l. reus 7.* Cuiac. *1. obſ. 8.* qua l. *reus.* abutuntur hodie interpretes, probaturi, reum poſtulatum, etiamſi nondum præterierit biennium, quod cauſis criminalibus a Iuſtiniano definitum eſt, nouos honores, poſt annum, quam reus delatus eſt, petere poſſe; cum enim nondum ex reis exemptus ſit, nulla ratione fieri poteſt, vt honorum ei detur petitio. Quod vero lex ait, poſt annum reo petitionem honorum dari, ratio in promtu eſt, quia annus iure antiquo fuit criminalis cauſæ finis. Cuiac. *d. loc. & 20. Obſ. 13. in fin.* At cur citius cauſæ criminales, quam ciuiles ſunt terminandæ *l. properandum 13. §. 1. C. de Judic?* An quia Ciuiles ſunt obſcuriores, vt Cuiacius reſpondet

 *17. obſ.*

*17. obſ. 23.* laudato Cicerone *2. de orator. verbi, quarum rerum negligentia pleraſque cauſas, & maxime priuatas (ſunt enim multo ſæpe obſcuriores) videmus amitti?* An potius, quia triſtis eſt, & ſqualidus reorum ſtatus, & miſericordiæ aucupator (quod *in reatu eſſe* dixit ICtus *in l. 25. ff. de pœn.* vbi Budæus Balduin. *lib. 1. ſui Iuſtiniani p. 72.*) quorum itaque interſit, non diu pœnæ expectatione, quæ ipſa ſæpe pœna eſt moleſtior, vrgeri? Ragvell. *d. l.* Carcer ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet *l. 8. §. ſolent. 9. l. mandatis. 35. ff. eod. l. 6. eod.* Vulgo mala manſio dicitur, alio ſenſu, quam *in l. 7. in princ. ff. depoſ.* vbi mala manſio eſt Cippus, quo vincti pedes manuſque conſtringebantur ſerui, ac cæteri malefici quilibet. Ποδοκάκκην propterea *καὶ ξύλον κολαστήριον* Græci nuncapabant. Mornac. *in d. l. 7.*

## Vlpianus lib. 10. de Off. Proc.

Nam inprimis decuriones in metallum damnari non poſſunt, nec in opus metalli, nec furcæ ſubiici, vel viui exuri, l. moris 9. §. 11. ff. de pœn.

## Calliſtratus lib. 6. de Cognit.

Capitalium pœnarum fere iſti gradus ſunt: ſummum ſupplicium eſſe videtur ad furcam damnatio, item viui crematio, &c.

Fa-

Digitized by Google

Famoſos latrones in his locis, vbi graſſati ſunt, furca figendos compluribus placuit, l. 28. in princ. & §. pen. ff. eod.

## Paulus lib. 5. Sentent.

Auctores (ſic legendum, non actores, vt habet lectio Florentina, l. 2. C. de ſeditioſ. Paul. 5. Sent. 22. in princ.) ſeditionis & tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, auu beſtiis obiiciuntur, aut in inſulam deportantur. l. ſi quis aliquid 38. §. 2. ff. eod.

Tribonianus pro, *cruci ſuffigi*, ſcripſit, *furcæ ſubiici in d. l. 9.* pro, *ad crucem damnatio*, ſcripſit, *ad furcam damnatio in d. l. 28. in princ.* pro, *crucifigendos*, poſuit, *furca figendos. in d. l. 28. §. penult.* denique pro, *in crucem* ſubſtituit, *in furcam in d. l. ſi quis aliquid 38. iunct. tit. 22. in pr. lib. 5. ſentent. Pauli, vbi Cuiac.* Anton. Contius *1. ſubſec. iur. lect. 13.* Lipſ. *lib. 3. de cruce c. 7.* Weſembec. *in par. ff. de pœn. n. 3.* quia Conſtantini conſtitutione ſublata erat crux: procul dubio crucis, in qua Chriſtus Dominus & Seruator noſter paſſus eſt, veneratione. Et ita Sozomenus *1. Eccleſiaſt. hiſt. 8.* narrat, Conſtantinum primum crucis ſupplicium ex vſu publicorum iudiciorum ſuſtuliſſe, & in ſua moneta hoc ſculpi iuſſiſſe. Hermias

*lib. 1.* ἀμελεῖ τοι πρότερον νενομισμένην Ῥωμαίοις τὴν τοῦ σαυροῦ τιμωρίαν ἀνεῖλε τῆς χρήσεως τῶν δικαστηρίων. quod Conſtantino nominatim adſcribit Auguſtinus *in Quæſtionibus Vet. Teſtamenti* teſte Cuiacio *16. obſ. 1.* Adde Couarruv. *4. var. reſol. 5.* Hotom. *lib. 5. antiquit. Roman.* Scaliger. *1. epiſtol. 12.* Gothofr. *ad d. l. 28. lit. O.*

## Paul. lib. Sentent.

Si quis inſtrumentum litis ſuæ, a procuratore aduerſario proditum eſſe conuicerit, procurator, ſi humilior ſit, in metallum damnatur; ſi honeſtior, ademta parte bonorum dimidia, in perpetuum relegatur. d. l. ſi quis aliquid. 38. §. 8.

Imo vero Paulus ita ſcripſerat: *Si quis inſtrumenta litis ſuæ a procuratore ſuo, vel cognitore, aduerſario prodita eſſe conuicerit, tam procurator, quam cognitor, ſi humiliores ſunt, in metallum damnantur: ſi honeſtiores, ademta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur, lib. 5. ſentent. tit. 25. §. 7.* Sed Tribonianus, quia Iuſtiniani tempore ſublati erant cognitores, ab his locis, quos ex Iuris autoribus ſumſit, poſitum Cognitoris nomen ſemper exemit. Dicitur autem cognitor maxime in cauſa ſtatus, defenſor eius, qui patitur contro-

uer-

Digitized by Google

verſiam. An ſit ex Ciuibus. Donat. in *Adelph. In tria*, inquit, *diuiſit officium defenſionis ſuæ, in Aſſertoris; Principio eam eſſe dico liberam: In cognitoris. Ciuem Atticam: in fratris, Meam ſororem* Aſcon. *in 3. Verr. Hoc genus*, inquit, *defenſoris in Iure Cognitor dicitur, maxime cum de alicuius ſtatu agitur*, Cognitor præſente litigatore cauſam agit: Procurator, abſente litigatore. Cuiac. *1. ſent. Paul. 2. de Cognitor*. Hotom. *in comm. verb. iur. verb. Cognitor*. Quæ tamen diſtinctio cognitoris a procuratore, accidentalis tantum eſt. Eſſentialis autem hæc eſt: Procurator negotium in ſe ſuſcipit, & dominus litis efficitur: Cognitor vero vicariam tantum, & miniſtri operam præbet; in ſe iudicio non tranſlato. Aſcon. Pæd. *in diuinat.* An hoc etiam intereſt, quod procurator ſit actoris & rei: Cognitor, rei tantum? Hoc non auſim affirmare. Generale eſt illud Horatii *2. ſat. 5.*

Ire domum atque
Pelliculam curare iube, ſis cognitor ipſe.

## Calliſtratus lib. de Iur. Fiſc.

Variæ ſunt cauſæ, ex quibus nunciatio ad fiſcum fieri ſolet: aut enim dicitur quis deceſſiſſe, qui in capitali crimine eſſet, vel etiam poſt mortem aliquem reum eſſe, vel domum reſtructam eſſe, vel ab actione receſſum, vel rem litigioſam venun-

Digitized by Google

nundari, &c. l. 1. in princ. ff. de Iur. fiſc.

Verba, *rem litigioſam venundari*, inſerta ſunt a Triboniano, vt enim res litigioſa, quæ venierit, fiſco acquiratur, Iuſtinianus conſtituit, *l. vlt. in princ. C. de litigioſ.* quæ eſt edita poſt conſulatum Lampadii, & Oreſtis. Efficitur autem res litigioſa non tantum a tempore litis conteſtatæ, ſed etiam a tempore editæ, & aduerſario inſinuatæ citationis, *N. 112. c. 1. Auth. litigioſa. C. d. t.* Quamuis enim iure Digeſtorum, & Codicis, ad hoc, vt vitium litigioſi contrahatur, litis conteſtatio neceſſaria fuerit, *l. 1. §. 1. ff. de litigioſ. l. 2. C. eod.* hoc tamen per dictam Nouellam conſtitutionem eſſe immutatum. Cuiac. *in expoſ. d. N. 112.* Ragvell. *in d. l. vltim.* Sand. *de prohib. rer. alien. c. 9. §. 1. n. 6.* At rem litigioſam non facit ſola denunciatio, quæ fit impediendæ venditionis cauſa; veluti ſi creditor denunciet debitori, ne pignus diſtrahat, *l. 1. ff. & C. d. t.*

## Paulus lib. 3. ad L. Iuliam & Pap.

Non vt a patre filius; ita vxor a marito, iure poſtliminii recuperari poteſt: ſed tunc, cum & voluerit mulier, & adhuc alii poſt conſtitutum tempus nupta non eſt, l. 8. ff. de capt. & poſtlim. reu.

Ver-

Digitized by Google

Verba *poſt conſtitutum tempus*, adhibita ſunt a Triboniano, reſpiciente ad *N. 22. c. 7.* qua matrimonium non ſtatim ſoluitur captiuitate, & qui quæue manſit in ciuitate, ius connubii non habet, quamdiu certum eſt, ſupereſſe captiuum. Sed ſi incertum hoc ſit, ſatis eſt, eum expectari quinquennio: Poſt quinquennium ſecundæ nuptiæ impunitæ ſunt, quaſi bona gratia ſolutis primis. Cuiac. *in expoſ. d, N. 22.* Hotom. *7. Obſ. 20.* Adde quæ ſcripſi ad *d. l. vxores 6. ſupra de diuort. & repud.* Notandum in *d. l. 8.* diſcrimen inter patriam, & maritalem poteſtatem: quod quamuis vxor, quæ in manum conuenit, in viri manu & poteſtate ſit, vt filius; multo tamen facilius a viri poteſtate liberatur, quam filius a patris. Nam viri captiuitate, vxor ſtatim, ipſo iure, ſine ſpe ipſius inuitæ recuperandæ ſoluta eſt; patris captiuitate ius patriæ poteſtatis pendet; ſi forte recuperari poſtliminio poſſit, *l. in bella. 12. ſ. 1. ff. d. t. de capt. & poſtlim. reu.*

## Paul. lib. 1. ad Edictum.

Ea quæ magis imperii ſunt, quam iuriſdictionis, magiſtratus municipalis facere non poteſt. Magiſtratibus municipalibus non permittitur in integrum reſtituere, aut bona rei ſeruandæ cauſa iubere poſſidere, aut dotis ſeruandæ cauſa, vel legatorum ſer-

Digitized by Google

## ſeruandorum cauſa, l. 26. in princ. & §. 1. ad municip.

Facile adducor vt credam, Paulum addidiſſe, *aut dare bonorum poſſeſſionem:* quia magiſtratus municipales non habent mixtum imperium: denegantur eis τὰ ἀρχικώτερα, id eſt, ea quæ ſunt maioris poteſtatis, vt Græci aiunt *ad d. l. 26.* Datio autem bonorum poſſeſſionis eſt mixti imperii: dare bonorum poſſeſſionem, prætorium eſt, vel præſidale, non duumvirale, *l. 3. ff. de iurisdict.* exploſa commentitia ἀναδιπλώσει, quam Goueanus inducit *d. l. 3.* hoc modo: *Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, iurisdictio eſt. Iurisdictio eſt etiam iudicis dandi licentia.* Sed quia Conſtantinns *in l. vlt. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* conſtituit, vt apud magiſtratnm municipalem bonorum poſſeſſio agnoſci poſſit, quæ olim peti & dari ab hoc magiſtratu non potuit, ideo fortaſſis Tribonianus inter exempla mixti imperii non commemorauit dationem bonorum poſſeſſionis *in d. l. 26.* Giphan. *in l. pen. & vlt. C. d. t. qui admitt. ad bon. poſſ.* in qua, vt hoc obiter addam, tria valde noua Conſtantinus introduxit: vt apud dnumuiros (qui etiam hodie in integrum reſtituere poſſe videntur, *arg. l. vlt. C. vbi & ap. quem cognit. in integr. reſt.*) agnoſci bonorum poſſeſſio poſſit, vt ſolemnis petitio dationque bonorum poſſeſſionis neceſſaria non ſit; quæ fuit olim neceſſaria *l. 1. C. commun. de ſucceſſ.*

Digitized by Google

*ceſſ. l. 20. in fin. ff. de Exception.* vt denique præmatura agnitio, facta intra tempus datum proximiori cognato, eo deficiente, recte facta intelligatur; quod olim non obtinuit, *l. filius. 42. ſ. nam filius. 2. ff. de bon. libert.* Poſt Conſtantinum, Theodoſius, & Valentinianus Impp. etiam citra teſtationem exiſtimarunt, ſufficere qualecunque indicium (non tamen extra ius, & conſpectum magiſtratus) admittendæ bonorum poſſeſſionis, *l. 1. C. Theod. decret. vel bonor. poſſeſſ.* quod & Juſtinianus probat *ſ. vlt. Inſt. de bonor. poſſ.* Cuiac. *17. obſ. 19.* Scip. Gentil. *lib. 1. de Iurisdict. cap. 21.* Giphan. *d. loc.* Nicol. Bellon. *ſupputat. 1. 2. & 3.*

## Labeo lib. 4. Pithanon a Paulo Epitomatorum.

Ex hoc quoque earum rerum diſſimilitudo apparere poterit; quia pœnæ certæ ſingulorum peccatorum ſunt, mulctæ contra: quia eius iudicis poteſtas &, quantam dicat: niſi cum lege eſt conſtitutum, quantam dicat. l. 244. in fin. ff. de V. S.

Ad Claſſem Emblematum Tribonianicorum Hotomannus *8. Obſ. 16.* refert hanc appendiculam: *Niſi cum lege eſt conſtitutum, quantam dicat;* quam ſumtam eſſe credit *ex l. vlt. c. de modo mulctar. quæ a Judic. inſtig.* vbi Impp. mul

mulctarum quantitatem, & ſummam definiunt: quarum taxatio antea iudicum arbitrio permittebatur, *l. aliud fraus 131. §. 1. ff. d. V. S.* quod tamen a poſterioribus Cæſaribus immutatum ſit, *Nam eos*, inquiunt Arcadius & Honorius, *qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorum perſonas, quos culpa reddit obnoxios, vltra duarum unciarum auri ſummam condemnare non patimur. Proconſularem vero poteſtatem, ſi mulctandi neceſſitas imminebit, ſenarum vnciarum auri ſumma cohibebit. Cæteri vero ſpectabiles iudices, & qui vice noſtra adminiſtrationis gubernacula ſuſceperint, vltra tres auri vncias ſibi intelligant licentiam denegatam &c. d. l. vlt.* Verum, hæc non male cohærent: Mulcta arbitrio iudicis irrogatur *d. l. aliud. fraus §. 1. verſic. & mulcta quidem.* Et mulcta certo eſt circumſcripta modo, quem iudex excedere prohibetur *d. l. vlt.* Nam etſi certum modum Iudex non poſſit excedere, intra eum modum tamen eius arbitrii res eſt. Quin etiam poſteaquam mulctam irrogauit, ex cauſa eam moderari & remittere poteſt, *l. 6. §. pen. & vlt. ff. de off. præſ.* Cuiac. *in parat. C. d. t.* Confer. definitionem libertatis, *§. 1. Inſt. de iur. perſonar.* Ergo hodieque iudicis arbitrio mulcta irrogari recta dicitur.

Pa-

Digitized by Google

# Papin. lib. 28. Quæſtion.

Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, *id eſt, quibus de facto aperte adiicitur dies, vel conditio*) veluti mancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adiectionem, l. 77. ff. de R.I.

Apud magiſtratus municipales, ſi habeant legis actionem, emancipari & manumitti poteſt, inquit Paulus *2. Sent. 25. ſſ. pen.* Vnde apparet, manumiſſionem vindicta faiſſe legis actionem, *l. vlt. C. de his qui a non dom. man. ſunt.* Idcirco nec iteratur, *l. 2. C. de vindicta.* nec fit per procuratorem, *l. 3. C. eod.* Tribuitur autem vindictæ nomen virgulæ, quam dominus, aut lictor, vice domini, imponit capiti ſerui manumittendi, & inde Claudianus: *Deductum Vindice morem lex celebrat*, id eſt, lege agitur in ſeruis manumittendis vindicta. Vid. ſupra *ad tit. de manumiſſ. teſtam.* At cum impoſitio vindictæ in vſu eſſe deſierit, itemque adhibitio lictoris, & verba ſolemnia domini, *l. ego 8. l. manumiſſio. 23. ff. de manum. vind.* & circumductiones ſerui, & ſalapictæ, rhapiſmata, alapæ, quæ in manumiſſionibus ſeruis impingebantur. Claudianus:

*Triſtis conditio pulſata fronte recedit*
*In ciuem, rubuere genæ.*

Et ita Seruator noſter JEſus Chriſtus, accepta



Digitized by Google

perſona ſerui, Philipp. *2. v. 7.* alapis cæſus eſt Joh. *18. v. 22.* vt nos a ſeruitute Diaboli in libertatem aſſereret.) *l. pen. & vlt. C. de emancip. liber.* ideo *in d. l. 77.* manumiſſio non numeratur inter actus legitimos. Cuiac. *in par. C. d. t. de vindict. in fin.* Idem iudica de Adoptione; quæ eſt legis actio, *l. vlt. C. de adopt.* Fiebat olim ſolemniter, vel per magiſtratum, trina mancipatione, & bina manumiſſione, in adoptando filiofamilias; vel per populum, in adoptando patrefamilias; Curiatis comitiis, & adhibitis Pontificibus: *d. l. vlt.* Cuiac. *in parat. C. eod.* Diſſ. Treutl. *vol. 1. Diſp. 21 th. 8. lit.* a. *in exegeſi.* vbi mancipationis vocabulo *d. l. 77.* manumiſſionem & adoptionem contineri ait; quem refutat Bachouius *in not. ibid.* Diſſentit etiam Hotomannus, qui aliud eſſe actus legitimos, aliud Legis actiones, ſcribit *illuſt. quæſt. 34.* quem refellit Cuiac. *15. obſ. 16.* Neſcit quoque *Audius ſine bono*, quid ſit legis actio, *de Republ. 6. pag.* (*mihi*) *500.* quomodo *Ioannes Bodinus* per anagrammatiſmum notatur a *Cuiacio, 18. Obſ. 38.*

---

# ADDENDA.

*Ad tit. de inoffic. teſtam.*

## Vlpian. lib. 14. ad Edictum.

Poteſt dici, deductis libertatibus, quartam ineundam. Cum igitur placeat, quar-

quartam minui per libertates, eueniet, vt qui ſeruos tantum habet in patrimonio, dando eis libertatem, inoſſicioſi querelam excludat: niſi forte hic filius, ſi non fuit in poteſtate, a patre heres inſtitutus, merito omittit hereditatem, & ad ſubſtitutum transmittens, querelam inoſſicioſi inſtituet, vel ab inteſtato, citra edicti pœnam habeat hereditatem, l. Papinianus 8. §. 9. ff. de in inoff. teſtam.

CAſus hic eſt. Quidam, cum ſerues tantum haberet in patrimonio, filio emancipato heredi inſtituto ſubſtituit, vulgariter: deinde omnibus ſeruis libertatem impoſuit, adeoque quod vna manu filio dedit pater, altera ſurripit. Quæritur, quomodo conſuletur filio heredi inſtituto ſine re? Reſpond. Ope legis Fuſiæ Caniniæ, quæ certum tantum numerum ſeruorum teſtamento manumitti iubet; aliorum libertates irritas facit. Vlpian. *in fragm. tit. 1. §. penult.* Paul. *4. Sent. 14. §. pen. & vlt.* Filius igitur inſtitutus, quia Caninia facit, vt ſuperſint quidam ſerui, quibus non competit libertas, rem habere poteſt. Et hoc procul dubio non prætermiſerat Vlpianus in *d. l. 8.* ſed quod a Iuſtiniano ſublata eſſet Lex Caninia *tit. Inſt. de l. Fuſ. Canin. toll.* ideo a Triboniano id omiſſum eſt. Cuiac. *in recitat. ad d. l. 8.* Duo autem remedia alia, quibus filius vtatur, Vlpianus pro-



Digitized by Google

ponit: Nempe, vel repudiet hereditatem, & querela inofficioſi aduerſus ſubſtitutum experiatur: vel, ſi ſubſtitutum non habeat, omiſſo teſtamento, ab inteſtato hereditatem agnoſcat; quo caſu non offenditur Edictum Prætoris, *ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato hereditatem poſſideat*, quia filius dolo malo non omittit teſtamentum, in fraudem legatariorum, vel libertatum, ſed id agit, vt excludat fraudem teſtatoris, qui eum inſtituit heredem ſine re, *l. cum pater 77. §. Titio. 31. ff. de leg. 2.* Quæ tamen remedia olim neceſſaria non erant, propter L. Caniniam: niſi ſi duos tantum ſeruos in patrimonio habuiſſet teſtator, ambos enim manumittere potuit. Vlpian. *d. tit.* 1. Paul. *d. tit. 14.* Lege Caninia, vt hoc etiam addam, cautum fuit, vt libertates ſeruis nominatim darentur teſtamento. Vlpian. & Paul. *d. loc.* Quid ſi in circulo ſeruos teſtator manumiſiſſet, vt Caius loquitur *lib. 1. Inſt. tit. 2.*? Omnium libertas impediebatur. In circulo, id eſt, ſine ordine, confuſe, non ſingulos nominatim; atque ita dignoſci non poſſit, quis primus ſit, aut imus. Veluti in circulo primum punctum, & vltimum aſſignari non poteſt. Cuiac. *in par. C. de L. Fuſ. Can. toll.* Et ita Dionyſius Areopagita *in lib. de diuiduis nominibus c. 7.* loquitur de Angelicis mentibus: Τὸ λογικὸν ἔχουσι, διεξοδικῶς μὲν καὶ κύκλῳ περὶ τῶν ὄντων ἀλήθειαν περιπορευόμεναι: *Rationem habent, fuſe, & circulo rerum veritatem ineunt.* Merill. *7. obſ. 40.*

Vl-

Digitized by Google

## Vlpian. lib. 31. ad Edictum.

**Si ſeruo communi legatum ſine libertate vnus ex dominis reliquit, hoc ad ad ſolum ſocium pertinet, l. verum 63. §. 9. in princ. ff. pro ſoc.**

Regula, Nemo inuitus rem ſuam vendere cogitur, ne iuſto quidem, & ſuo pretio, quatni res digna eſt, *l. 9. ff. rer. am l. nec quaſi 70. ff. de R. V. l. 11. ff. de R. J.* aliquando vitiatur, & perdit officium ſuum. Sic ſeruo communi ab vno ex dominis manumiſſo, alter partem ſuam ei vendere cogitur, & ſeruus plenam conſequitur libertatem, ex Iuſtiniani conſtitutione, *ſſ. vltim. Inſt. de donation. l. 1. ſſ. 5. C. de communi ſeru. manumiſſ.* ad quam inflexa eſt *d. l. 63.* ibi, *ſine libertate.* Nam *lib. 3. ſentent. Paul. tit. 6. ſſ. communi.* adſcriptum eſt, *etſi cum libertate:* quoniam tempore Pauli in vſu erat illud Ius accreſcendi, quo ſeruus communis ab vno manumiſſus, totus fiebat ſocii. Iuſtinianus vero, eo iure ſublato, voluit ſeruum illum plane fieri liberum: cui conſtitutioni Tribonianus *d. l. 36.* aptauit. Balduinus *lib. 3. Iuſtiniani pag. 367.* Huc faciunt quæ ſcripſi ad *l. 30. ff. de liber. cauſ. pag. 142. & ſeq.*

## Finis Legum Pandectarum a Triboniano interpolatarum.



Digitized by Google

# EMBLEMATA TRIBONIANI,

Notata in Codice.

## Impp. Valentin. & Valens.

Negotiatores ſi qui ad domum noſtram pertinent, ne modum mercandi videantur excedere, Chriſtiani (quibus verus cultus eſt, adiuuare pauperes, & poſitos in neceſſitate prouideant epiſcopi, l. 1. C. de episcop. audientia.

QVi ſubacto ingenio rem inſpexerunt, agnoſcunt, adieciſſe hic aliquid Tribonianum de ſuo, vnde adſtrueret Epiſcopis cognitionem de politia, & re annonaria: cum parum veriſimile ſit, Valentinianum & Valentem cogitaſſe hac lege de Epiſcopis, id eſt, Antiſtitibus, ſed de Epiſcopis illis, quorum operam ac munus deſcribit ICtus *in l. vlt. ſſ. irenarchæ l. 7. ſſ. de muner. & honor. Item epiſcopi*, inquit, *qui præſunt pani, & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatium populis ad quotidianum victum vſui ſunt, perſonalibus muneribus funguntur.* Et minus dubitabit de transformatione Triboniani, qui *d. l. 1.* conferet cum *l. 1. C. de commerc. & mercat.* quæ eſt eorundem Imperatorum, ad eundem Iulianum Comitem Orientis. Verba huius legis ſunt: *Negotiatores ſi qui ad domum noſtram pertinent, po-*

*ten-*

Digitized by Google

*ten:iorum quoque homines neceſſitatem debitam penſionum (vt honeſtas poſtulat) agnoſcere moneantur: Vt per cunctos, qui emolumentum a negotiationibus captant, tolerabilis fiat agnoſcendæ deuotionis effectus* Eſt de luſtrali auri collatione, vt docet *l. 5.* (vnde vtraque lex eſt ſumta. Cuiac. *in par. C. de luſtr. aur. coll. lib. 11.*) *C. Theod. de luſtr. aur. collat.* quod onus erat negotiatorum, & ob id a Lampridio in *Alexandro* dicitur aurum negotiatorium. Dicitur etiam χρυσάργυρον a Zonara, & Evagrio in Anaſtaſio, qui id ſuſtulit. Cuiac. *d. loc.* Mornac. *in d. l. 1. C. de epiſc. aud.* Adde etiam Duarenum 1. *diſput. anniuerſ. 57.* qui tamen animum non aduertit ad illam concinnationem Tribonianeam.

## Impp. Dioclet & Maxim.

Tranſigere, vel paciſci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non eſt: de aliis autem publicis criminibus, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, tranſigere non licet, citra falſi accuſationem, l. 18. C. de Transact.

De crimine capitali, quod ſanguinis pœnam ingerit, tranſigere vel paciſci, neque turpe, neque illicitum eſt, *l. 1. ff. de bon. cor. qui ant. ſent. mort. ſib. conſciu. l. 1. §. pen. ff. de calumniator.* Excipit Diocletianus adulterium; quod licet ſit capitale, de eo tamen paciſci nefas ſit. Vbi

(M) 4 tamen

Digitized by Google

tamen non leuiter obſtat, quod, cum exceptionem oporteat eſſe de regula, *l. nam quod liquidæ. 4. §. fin. ff. de pen. leg.* Adulterium autem tempore Diocletiani non fuerit capitale, vt probaui *in digeſt. ſub Rubr. ad Jul. de adult.* Anton. Faber 2. *coniect. 20.* reſpondet, illa verba *d. l. 18. excepto adulterio*, eſſe imperiti alicuius interpretis: Quam reſponſionem falſitatis & erroris coarguit Ecloga Baſilicῶν quæ hanc quoque Exceptionem diſerte agnoſcit; ibi, χωρὶς τȣ̃ τῆς μοιχείας ἐγκλήματος, *excepto adulterii crimine.* Quid igitur? verba illa, *excepto adulterio*, aſſuta ſunt a Triboniano: Eo quod huius, ſeu Iuſtiniani tempore adulterium eſſet capitale. Cuiac. 19. *obſ. 39.* Weſembec. in *par. ff. de Transact. n. 5.* Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 1. diſp. 7. th. 5. lit. C.* An autem, ſicut in prima parte *d. l. 18.* excipitur adulterium: ita & in ſecunda parte excipitur crimen falſi? Nequaquam. Senſus enim verborum, *citra falſi accuſationem*, eſt, in accuſationem, & pœnam falſi incidere eum, qui de criminibus publicis non capitalibus tranſigit, *arg. l. 1. §. 1. ff. ad L. Corn. de falſ. l. 2. ff. de concuſſion. l. vlt. §. de præuaricat. l. Imperatores 34. ff. de iur. fiſc.* Diſſ. Cuiac. 6. *obſ. 11. & 19. obſ. 39.* motus auctoritate Græci interpretis, qui verba, *citra falſi accuſationem*, ita reddidit Græce, χωρὶς τȣ̃ τῆς πλαστογραφίας ἐγκλήματος *excepto falſi crimine.* Verum Græcorum Interpretum dicta non ſunt edicta. Græcus Interpres opinionis errore lapſus, vſus eſt vocabulo χωρὶς. Giphan. *in d. l. 18. in fin.* Alibi etiam

iam Cuiacius Græcorum interpretationi impenſiue ſauit, velut 16. *obſ. 18.* vbi probauit, Nouellam Romani ſenioris, vbi beneficium *l. 2. C. de reſc. vendit.* pertineat ſolum ad venditorem, non emtorem, & *15. obſ. 30. l. princeps 31. ff. de LL.* ſecundum Græcos ita accipit, vt Princeps ſolutus ſit, non omnibus legibus, ſed pœnariis. Item 10. *obſ. 14.* Stephani Græci interpretis ſententiam probauit, pacta in continenti adiecta contractibus ſtricti iuris, non ineſſe ex parte actoris. Sæpe numero Græci Interpretes vim locutionis Romanæ non aſſecuti grauiter allucinati ſunt. Merill. *cap. 9. diſſert. in lib. tres ex Cuiacio. Grauis auctor Harmenopulus* (verba ſunt Donelli) *& dignus, cuius gratia vadimonium deſeratur, credo, quia Græcus eſt & aliena lingua, non Latina vtitur. Ego ſi quod verum me habere credam, continuo mihi ſuſpectum ſit, ſi idem ab Harmenopulo poſitum videam.*

## Impp. Theodos & Valentin.

Cum aduocatio prætoriana centum quinquaginta numero rogatis, minime, vel intuendo, vel augendo concludatur, iubemus eos, qui ex his ad fiſci patronatum peruenerint, a cohortis, vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandocunque genitis liberos cuſtodiri, &c. l. 8. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.

(M) 5 Quod

Quod hic expreſſum erat de curiali conditione, Tribonianus immutauit, propter *l. curial. lib. 66. C. de decurion. lib. 10.* vbi Iuſtinianus conſtituit, vt ii demum liberi patroni fiſci cum patribus curiæ liberentur, qui fuerint poſt patronatum fiſci procreati. Cuiac. *in par C. eod.* Vnde tamen, vt hoc in transcurſu addam, perperam infertur, ex duobus Regiis filiis, quorum unus ante adeptum a patre regnum, alter poſtea natus eſt, præferri poſterius natum. Hotomann. *illuſtr. qu. 2.* Diſſ. Bodinus *6. de Rep. 5.* Tiraq. *qu. 31. tract. de iure primogenit.* Mornac. *in d. l. 5. ff. de Senator.*

## Imp. Gordianus.

Neque reipublicæ cauſa abſentibus, neque aliis maioribus ad tit. integrum reſtitutionis pertinentibus, præſcriptionem quadriennii poſt factam a fiſco venditionem obeſſe poſſe, manifeſtum eſt, l. 5. C. de reſtit. milit. & eor. qui reip. c. abſ.

Olim præſcriptione quinquennii, ex edicto D. Marci, tutus erat, qui quid a fiſco emiſſet, *§. vlt. inſt. de vſucap. l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſt. tit. C. Theod. de quinquenn. præſcr.* Hodie ſtatim ſecurus eſt, ex conſtitutione Zenonis: ſed in fiſcum integra eſt domino, vel creditori intra quadriennium actio in rem, vel hypothecaria, *l. C. de quadrienn. præſcript.* Quamobrem Tribo-

boniamus ius vetus inflectens ad Ius nouum, *in d. l. 5.* pro *quinquennii*, repoſuit, *quadriennii*: quod & libri Baſil. ſequuntur. Cuiac. *in par. C. d. t. de reſtit. milit.* Bachou. *in comm. ad d. ſ. vltim.* Olim inquam, qui euictionem metuebat, *l. 13. ſ. 9. ff. de hered. petit. l. 41. ff de iur. fiſc. l. 1. C. de her. vel act. vend.* hodie ſtatim ipſo iure ſecurus eſt, translatis in fiſcum actionibus, & Conſtitutione Zenonis *d. l. 2. & d. ſ. vlt.* Quæ tamen conſtitutio aſpera eſt, & tantum non iniqua; duriore aduerſario oppoſito aduerſario. Quis enim velit litigare cum Principe? Potentioribus pares eſſe non poſſumus, inquit Caius *in l. 3. in princ. ff. de alien. iud. mod. c. f.* quod dictum prouerbii habet ſpeciem. Nam & Pindarus χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώποισιν ὁμιλεῖν κρεισσόνων, & Heſiodus; ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν. Cuiac. *in par. C. ne lit. potentior. patrocin. litig.*

# Imp. Antoninus.

## Cauſa iureiurando ex conſenſu vtriusque partis, vel aduerſario inferente, delato & præſtito, vel omiſſo, deciſa, nec periurii prætextu retractari poteſt, niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur, l. 1. C. de reb. cred.

Hæc appendicula, *niſi ſpecialiter hoc lege excipiatur*, quæ a Codice Gregoriano abeſt, eſt ex Emblematum Triboniacorum genere. Nam cum

cum vetus eſſet iuris regula, cauſam iureiurando deciſam non retractari, *§. item ſi quis poſtulante. 11. Inſt. de action.* Iuſtinianus autem *in l. vltim. C. d. t. reb. cred.* nouum ius induxiſſet, vt ſi quis, herede deferente, iuraſſet, ſibi legatum eo teſtamento relictum, quod tum non apparebat, tum deinde, repetito teſtamento, eum peieraſſe apparuerit, condici ſolutum legatum poſſit; Tribonianus ad illud Antonini reſcriptum clauſulam illam ex hac noua & ſpeciali lege attexuit. Sic Hotomannus *6. obſ. 20.* Cuiacius *18. obſ. 35. in fin.* & Ragvellus *in d. l. vlt.* tradunt; rectius quam Donellus (quem ſequitur Treutler. *vol. 1. Diſp. 21. th. 8. lit. 6.*) qui *24. comm. 17. in princ.* legem *in d. l. 1.* accipit *de conuentione.* Etenim non ſemel in iure noſtro conuentiones dicuntur legem dare contractibus, *tit. ff. de lege commiſſor. l. 39. ff. de pact. l. legem 10. c. eod.* tamen verbum, *legis*, ſimpliciter poſitum, & in dubio ſanctionem ſignificat, *l. 36. ff. de recept. arb. l. dudum 14. C. de contrah. emt.* Neque eſt veroſimile, delatione iurisiurandi hanc conuentionem de arguendo periurio *in d. l. 1.* adiectam fuiſſe. Quin, an ea effectum arguendi periurii inducere potuerit, merito dubitari poſſit: ſiquidem deciſionem iureiurando factam, fauorabiliter ius publicum defendit, & iureiurando præſtito, tantum quæri, an iuratum ſit, & religioni ſtari debere, decidit *l. 5. §. 2. ff. de iureiur. l. quodſi 21. & l. ſq. ff. de dol. mal. d. §. item ſi quis poſtulante 11.* Bachou. *in not. ad Treutl. d. Diſp. 21.* Cæterum ra-

tio,

tionem exceptionis *in d. l. vlt.* reddit ibidem Accurſius, quod ſicut tranſigi non poſſit, niſi inſpectis teſtamenti verbis *l. 6. ff. de transact.* ita nec iurari, *arg. l. 2. ff. d. t. de iureiur.* Alii ſpeciale eſſe putant in cauſa vltimarum voluntatum: quæ circumueniri non debeant. Ratio, quam Iuſtinianus indicat, *in d. l. vlt.* ibi, *nullum ex huiusmodi periurio lucrum ei accedere*, latiſſime patet: quam ſi ſequamur, nulla non cauſa iureiurando deciſa prætextu periurii retractari poſſet. Sed non raro ICti, & Impp. generaliores ſuorum reſponſorum, & reſcriptorum rationes reddunt, quam quæ ſoli quæſtioni deſeruiant: quæ niſi intra ſuos coerceantur terminos, certiſſimas iuris propoſitiones euertent. Confer. *l. vn. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. l. 1. ff. de conſtit. pecun. l. 4. ff. de adim. leg. ſ. 3. verſic. cui enim, Inſt. de Nupt.* Giphan. *in d. l. vn.*

## Impp. Valent. Theodoſ. & Arcad.

Dudum proximis, conſortibusque conceſſum erat, vt extraneos ab emtione remouerent, neque homines ſuo arbitratu vendenda diſtraherent, ſed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, vt homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti, ſuperiore lege caſſata, vnusquisque ſuo arbitratu quærere, vel probare poſſit emtorem: niſi

Digitized by Google

niſi lex ſpecialiter quasdam perſonas hoc facere prohibuerit. l. 14. C. de contrah. emt.

Ius προτιμήσεως, Retractus, datur conuicinis in ſpecie *l. vn. C. non lic. hab. tutor. metrocom. loca ſua ad extr. transf. lib. 11.* propter quam ad *d. l. 14.* Tribonianus adiicit hæc verba: *niſi lex ſpecialiter quasdam perſonas hoc facere prohibuerit*, quæ non erant in codice Theodoſiano. Cuiac. *in par. C. d. non lic. habit. metrocom.* Raguell. *in l. t. 3. C. de iur. emphyt.* Giphan. *in l. 9. C. de locat. pag. 335.* Sicut lege Moſaica contribulibus id ius dabatur, *Leuit. 25.* Iure Ciuili non competit cognatis aut conſortibus *d. l. 14.* niſi ex conuentione *l. 122. §. coheredes 3. ff. de V. O.* vel in auctione bonorum, *l. cum bona 16. ff. de reb. aut. iud. poſſid.* Sed ius Ciuile vetus, quod abrogat *d. l. 14.* reſtitutum eſt per Nou. Cæſ. Romani, quam refert Harmenopulus *lib. 3. tit. 3.* & per Conſtitutionem Friderici, *lib. 5. Feud. 14. & ſeq.* in quam commentarios ſcripſerunt Baldus, & Matthæus Afflictitius. Et hoc iure vtimur, non hac *l. 14.* vbi Cuiac. *in not. ſolemn.* Obnoxia autem ſunt Retractui bona immobilia, genearchica, paterna, auita, gentilitia, *arg. l. 35. ff. de minor. l. 38. ff. de R. V. l. 62. ibi: præterquam ſi paterna ff. de contrah. emt.* vbi Mornacius. Plura de redhibitione gentilitia vid. apud Tiraquell. Reink. *de retract.* Cuiac. *conſultat. 9. & 4. Feud. 14.* Chaſſan. *ad conſuetud. Burg. rubr. 10. de retract.* Mynſ. *1. obſ. 35.* Gail.

Digitized by Google

Gail. 2. *Obſeru.* 19. Sand. 3. *Deciſ. 5. deſinit. 1. & ſqq.*

## Impp. Arcad. & Honorius.

Celebrandis inter conſobrinos matrimoniis licentia legis huius ſalubritate indulta eſt, vt reuocata priſci iuris auctoritate, reſtrictisque calumniarum fomentis, matrimonium inter conſobrinos habeatur legitimum, ſiue ex duobus fratribus, ſiue ex duabus ſororibus, ſiue ex fratre nati & ſorore ſunt, & ex eo matrimonio editi, legitimi, & ſuis patribus ſucceſſores habeantur, l. celebr. 19. C. de Nuptiis.

Contius *1. ſubſ. iur. lect. 9.* audacter ſcribit: hanc legem eſſe interpolatam. Verba eius ſunt; Quid hodie dicturos Arcadium, & Honorium, filios Theodoſii, ſi reuiuiſcant, exiſtimamus, cum ſibi adſcribi, & attribui videbunt *l. celebrandis. C. de nupt.* quam ne ſomniarunt quidem: nam & hi ſeueriſſime legem paternam de conſobrinorum nuptiis interdictis *l. 1. C. Theod. ſi nupt. ex reſc. pet.* tuiti ſunt *l. manente. l. ſingularis. C. Theod. eod.* Sed fidem Contio, affirmanti, *d. l. celebrandis*, eſſe interpolatam, derogabit, quisquis legerit D. Antonium Matthæum *in not. ad §. duorum 4. inſt. de nupt.* vbi Contium refutat.

Impp.

## Impp. Leo & Anthemius.

Mobilium vero rerum, iuſtis pretiis æſtimatione habita per eos, quos vtraque pars elegerit arbitros iudicaturos, interpoſito ſacramento, ſimili modo vſumfructum habeat, ſi idoneam fideiuſſionem præbuerit, quod easdem res mobiles, vel earum pretium, filiis & filiabus ex eodem matrimonio procreatis, vel poſt mortem eorum, nepotibus, & neptibus, ex iisdem liberis procreatis, ſiue omnibus, ſiue vno vnaue ſuperſtite mori contigerit, ſecundum legum modum reſtituat. *Et paulo poſt:* Ita tamen vt in eadem fideiuſſione hoc quoque caueatur, a filiis filiabusue, vel his progenitis liberis, ſi ante eandem matrem omnes eos obire contigerit, omnes res prædictæ mobiles, ſecundum legum moderationem, matri, vt ad eandem luctuoſum lucrum redeat, reſtituantur, l. hac edictali. 6. §. 1. C. de ſecund. nupt.

Morte ſoluto matrimonio, parens ſuperſtes lucrorum nuptialium vſumfructum habet, proprietatem ſeruat filiis. Et quidem mortuo marito, ſi donatio propter nuptias conſiſtat in rebus immobilibus, mater iis vtetur fruetur, boni viri arbitratu: nec poterit alienari. Sin vero

vero in mobilibus, eas iuratus arbiter, quem vtraque pars elegerit, æſtimabit. Æſtimatio poſſeſſorem dominum faciet, *l. 1. ff. de æſtimat. l. plerumque, 10. §. 4. ff. de iur. dot. l. 9. §. 3. ff. qui pot. in pign.* quia liberabitur reſtituendo æſtimationem. Corpora ergo ipſa rerum mobilium alienare poterit. Poſſidebit autem eas res mater: ſi ſatisdederit, ſaluas res fore, & ſe eas, quandocunque deceſſerit, filiis ſuperſtitibus reſtituturam, *ſecundum legum modum, ſecundum legum moderationem, d. l. 6.* quod adiectum eſt a Triboniano; propter conſtitutionem Juſtiniani, *in l. vlt. C. eod.* quæ deduci vult id, quod ex caſu *ἀπαιδίας*, ſiue mortis liberorum, mater lucratur, Cuiac. *in expoſ. n. 2.* Giphan. *in d. l. 6. pag. 385.*

## Impp. Theodoſ. & Valentinianus.

Ad exactionem dotis, quam ſemel præſtare placuit, qualiacunque ſufficere verba cenſemus, ſiue ſcripta fuerint, ſiue non, etiamſi ſtipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit ſubſecuta, l. 6. C. de dot. promiſſ.

Imperatores ſcripſerant, *etiamſi dictio vel ſtipulatio. l. 4. C. Theod. de dotib.* Vbi ita legitur: *Etiamſi dictio vel ſtipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit ſubſecuta*, quia vt dos promiſſa peti olim poſſet, dictio, aut ſtipulatio neceſſaria erat, *Vlpian. in fragm. tit. 6. in princ. & §. 1.* Et

 tres

Digitized by Google

tres olim erant cauſæ verborum, obligationis Stipulatio, Dictio dotis, & Iusiurandum liberti, iurantis, ſe patrono donum, operas, munus præſtiturum, *Caius 2. Inſt. tit. 9. §. ſunt & aliæ obligationes. l. 2. §. vlt. ff. de reb. cred. l. 13. ff. de acceptilat. iunct. l. 8. §. 3. ff. eod. l. 7. ff. de op. libert.* Cuiac. *ad rubr. ff. de V. O.* Aliat. *8. parerg. 2.* Goedd. *in prolegom. de contrah. & committ. ſtip. n. 10. & ſeqq.* Diſſ. Donell. *ad d. rubr. de V. O. n. 7.* Sed quia ſublata eſt dicendæ dotis ſolemnitas, ideo Tribonianus amouit verba, *dictio vel.* Cuiac. *in not. ad d. l. 6. ibique Gothofredus.* F. Rag. *ad d. l. vlt. C. ad SC. Vellei.* Et ſunt hodie tantum duæ verborum obligationis cauſæ, Stipulatio, & Jusiurandum liberti, Giphan. *in d. l. 6.* Quæ lex aperte probat, dotem nudo pacto promiſſam peti hodie poſſe; condictione nempe ex Lege, Giphan. *ibid.*

## Impp. Severus & Antoninus.

Euicta re, quæ fuerat in dotem data, ſi pollicitatio vel promiſſio fuerit interpoſita, gener contra ſocerum, vel mulierem, ſeu heredes eorum, condictione, vel ex ſtipulatione agere poteſt, l. 1. C. de iur. dot.

Imp. Seuerus ſcripſerat, *dictio, vel promiſſio* & paulo poſt, *ex dictione, vel ex ſtipulatione,* nec dum enim ex pollicitatione dotis actio erat, cum & ex pactis & pollicitationibus, præſcriptis verbis actio, non condictio dari ſoleat. Quare autem Tri-

Tribonianus hoc Reſcriptum Seueri immutauerit, dixi *ad l. 6. ſupra de dot. promiſſ. & ad l. 2. §. 3. ff. reb. cred.*

## Impp. Dioclet. & Maximianus.

### Neque mater pro filia dotem dare cogitur, niſi ex magna & probabili cauſa, vel lege ſpecialiter expreſſa, l. 14. C. de iur. dot.

De hoc Emblemate Triboniani audiamus Hotomannum *6. obſ. 20.* intercalares quoſdam, inquit, Triboniani verſus obſeruaſſe videor, non modo in Pandectis, verum etiam in Codice Iuſtiniani: qualis ille eſt *in l. neque mater 14. C. de iur. dot. vel lege ſpecialiter expreſſa.* Nam ætate Diocletiani nullam fuiſſe legem arbitror, quæ matrem cogeret filiæ dotem dare de ſuo: quamuis patrem quidem lege Iulia coactum fuiſſe teſtimonio eſt *l. capite 19. ff. de rit. nupt.* Sed quemadmodum rectiſſime Accurſius monuit, illis verbis deſignari Iuſtiniani conſtitutionem *in l. cognouimus. 19. §. 1. verſic. ſed eo dotes. C. de hæretic.* ita mihi facile perſuadeo, clauſulam illam a Triboniano Diocletiani reſcripto agglutinatam fuiſſe; cum ſignificaret, illa lege ſpecialiter, ac nominatim cautum fuiſſe, vt non modo pater, verum etiam mater orthodoxæ filiæ dotem de ſuo erogaret. Hactenus Hotomannus: Cui eſt ὁμόψηφος Fr. Raguellus *in d. l. cognouimus 19.* Ex eodem fundamento eſt, quod in repetenda dote, mulieri hæreticæ negetur protopraxia,



Digitized by Google

ſiue priuilegium exigendi ante alios creditores, *Nou. 109. C. 1.* niſi reſipuerit, *c. 2. eiusd. Nou.*

## Impp. Seuerus & Antoninus.

Bonorum poſſeſſio filiofamilias delata, cum ignorante quoque patre poſſit peti, emolumentum etiam patri allatura, ſi ratam petitionem pater habuerit: amittitur tranſactio tempore, l. 1. C. qui admitti ad bon. poſſeſſ. poſſ.

Filiusfamilias bonorum poſſeſſionem petendo, emolumentum etiam adfert patri. Particula, *etiam*, interiecta eſt a Triboniano, ob nouum ius de bonis aduentitiis; quorum emolumentum olim quidem ſoli patri acquirebatur, *ſſ. 1. Inſt. per quas perſ. nob. acquir. l. qui in aliena. 6. ſſ. 3. l. filiusfamilias 92. de acquir. vel am. hered.* hodie vero etiam patri, id eſt & liberis, quod ad proprietatem, & etiam patri, vſusfructus iure, *l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib.* vbi Giphan. *p. 214. & in d. l. 1. C. qui adm. ad bon. poſſ.* Dixi ad *l. 39. ff. de V. O.*

## Imp. Antoninus.

Frater tuus miles, ſi te ſpecialiter in bonis, quæ in paganico habeat, heredem fecit, bona, quæ in caſtris reliquit, petere non potes, etiamſi is, qui eorum heres inſtitutus eſt, adire ea noluerit: ſed ab inteſtato ſuccedentes

ve-

veniunt: modo ſi in eius locum ſubſtitutus non es, & liquido probetur, fratrem tuum caſtrenſia bona ad te pertinere noluiſſe. Nam voluntas militis, in expeditione occupati, pro iure ſeruatur, l. 1. C. de teſtam. milit.

Milites non niſi in expeditionibus occupati iure militari teſtari poſſunt: idque Iuſtiniani conſtitutione introductum eſt, *l. pen. C. eod. princ. Inſt. eod.* Ergo verba *d. l. in expeditione occupati, & l. milites. 15. eod. in expeditione degentes.* inſerta ſunt a Triboniano, aut aſperſa magis ſunt obiter quam neceſſario exacta, Donell. *6. comm. 28.* Giphan *in d. l. 1.* Aliter *Connanus 9. comm. 5. n. 9.*

## Impp. Seuerus & Antoninus.

Vſuras autem ſemiſſes dependere, ſatis eſt, l. 1. in fin. C. de his quib. vt indign.

Verba, *vſuras ſemiſſes*, videntur addita a Triboniano, ex *l. eos. qui 26. C. de vſur.* vbi Iuſtinianus modum vſurarum definiuit, Cuiac. *in not. ad d. l.* Fr. Ragvell. *in comm. ad l. vlt. C. de fiſcalib. vſur.* Dixi ad *l. 1. ff. eod. tit. de vſur.*

## Imp. Theodoſius.

Ita vt ſiue bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, ſiue ſecundum nuncupationem, ceteraſque ſimiles poſtulauerit, aut certe mitti ſe in poſſeſſionem ex more petierit, ſtatim

 inter

Digitized by Google

inter ipſa iuris auſpicia propoſitum ſuæ intentionis explanet.l. vlt. in fin. princ. C. de codicill.

Pro *ex more* plenius ſcriptum fuerat, *ex Edicto D. Hadriani mitti ſe in poſſeſſionem, ex more petierit:* quæ verba extant in *h. l. in Cod. Theodoſ. lib. 4. tit. 4.* ſed ea Tribonianus ſubtraxit, quod id edictum a Iuſtiniano eſſet ſublatum, *l. vlt. C. de edict. D. Hadr. toll.* Cuiac. *in not. ad d. l. vlt. ibique Giphan. p. 132. & ſeq.* Adde quæ ſcripſi *ad l. 56. ff. de SC. Trebellian.*

## Imp. Theodoſius.

In omni autem vltima voluntate, excepto teſtamento, quinque teſtes, vel rogati, vel qui fortuito venerint, in vno, eodemque tempore debent adhiberi, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis voluntas conficiatur: teſtibus, quando in ſcriptis voluntas componitur, ſubnotationem ſuam accommodantibus, d. l. vlt. C. de codicill.

Totus hic §. adiectus eſt a Triboniano; fidem faciente Codice Theodoſ. *d. loc.* a quo abeſt hic *§. vlt.* vbi obſeruare licet, hunc quinque teſtium numerum, in omni vltima voluntate adhibendum, a Iuſtiniano primum eſſe introductum *l. vn. §. 1. & 2. C. de Latin. lib. toll.* Giphan. *de loc.*

Imp.

Digitized by Google

## Imp. Zeno.

**Vt omnibus modis retenta quarta, pro autoritate, Trebelliani ſenatus conſulti dodrans reſtituatur, iubemus 6. In princ. C. ad SC. Trebell.**

Scripſerat Zeno, *Pegaſiani SCti*, ſed Tribonianus repoſuit, *Trebelliani. hic & l. 16. C. ad l. Falc.* & paſſim alibi, Goucan. *1. var. iur. lect. 29.* Cauſam *dixi ad rubr. Digeſt. h. t. ad SC. Trebell.*

## Impp. Dioclet. & Maxim.

**In ſucceſſione filii, vel filiæ communis ſine liberis, & fratribus & ſororibus morientis, pater manumiſſor, quia ei ſit ius vetus ſeruatum, matri præfertur, l. 2. C. ad SC. Tertull.**

Patri manumiſſori, præterito a filio emancipato, ſimpliciter datur querela *l. 14. ff. de inoff. teſtam.* Fratribus vero, turpi perſona inſtituta §. *1. Inſt. eod. l. 27. C. eod.* Scrupulum mouet *d. l. 2.* vbi poſt liberos demum, & fratres venit pater manumiſſor. Sed videtur hæc lex interpolata eſſe a Tribaniano, & conformata ad *l. 11. C. commun. de ſucceſſ. & l. 4. C. de bon. quæ lib.* vbi expreſſe ſancitum eſt, res liberorum, his deficientibus, ad eorum liberos; & ſi nulli ſint, ad fratres, & ſorores, & his quoque deficientibus, tertio demum loco ad parentes pertinere Bachou. *in not. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 16. th. 4. lit. D.*



Digitized by Google

## Impp. Theodoſius & Valentinian.

Sin vero alterius mariti coniugium elegerit, extrinſecus quidem quæſita filio, filiæue ſimili firmitate potiatur: rerum vero paternarum defuncti ſolo vſufructu, humanitatis contemplatione potiatur; proprietatem, & ſororibus, & fratribus tranſmiſſura defuncti, l. mater 5. C. ad SC. Tertull.

In Codice Theodoſiano ſcriptum erat, *ſororibus*. Sed Tribonianus ſcripſit, *ſororibus & fratribus*, reſpiciens ad l. vlt C. d. t. antequam fratres omnino excludebant matrem, *ſ. 3. verſic. frater autem Inſt. h. t. l. 2. C. Theod. de inoff. teſtam.* Jus nouiſſimum de ſucceſſione matris cum patre, aut ſororibus, & fratribus defuncti concurrentibus, petendum ex *nou. 84. & n. 118.* Cuiac. *in par. C. de t. ad SC. Tertull.*

## Impp. Gratian. Valent. & Theodoſ.

Quiſquis, ne voluntas defuncti teſtamento ſcripta referatur, vel ne hi, quos ſcriptos patuerit heredes, in poſſeſſionem mittantur, auſus fuerit prouocare, interpoſitamque appellationem is, cuius de ea re notio erit, recipiendam eſſe crediderit, viginti librarum argenti mulcta, & litigatorem, qui tam importune appellauerit, & iudicem, qui tam ignauam conniuentiam adhibuerit, inuoluat, l. 6. C. quor. appellat. non recipiunt. Ex

Digitized by Google

Ex hac conſtitutione Tribonianus etiam mentionem edicti D. Hadriani remouit, qui conſtituerat, nemini appellare licere, ne teſtamentum aperiatur, & ne ſcriptus heres in poſſeſſionem inducatur, *l. vlt. in princ. ff. de appellation. recipiend. vel non.* Cuiac. *in not. ad d. l. 6.* Vnde, ſublato illo Edicto, quia miſſio in bonorum poſſeſſionem fit *ex vlt. C. de ed. D. Hadr. toll.* perperam inferas, hodie appellare licere, ne ſcriptus heres in poſſeſſionem mittatur, *d. l. 6. vn. C. de momentan. poſſeſſ. app.* Menoch. *adipiſc. poſſ. rem. 4. qu. 100. 828.* Nec obſtat, quod miſſioni contradici poteſt, *d. l. vlt.* Aliud enim eſt appellare, aliud contradicere. Appellatio ſuſpendit executionem & integrum priorem ſtatum conſeruat, *l. vn. ff. nihil innou. pend. app.* Contradictione vero non obſtante, miſſio effectum ſortitur, *d. l. vlt.* ibi. *Poſſeſſionem ei acquiri, qui potiora iura docuerit, ſiue is ſit, qui miſſus eſt, ſiue, qui contradicendum putauit. Miſſio* igitur per contradictionem non fuit impedita. Eſt autem contradictio ibi nihil aliud, quam hereditatis petitio: ſiquidem iura in illo iudicio doceri debent: quod proprium eſt petitionis hereditatis, *l. iudices 9. C. de iudic. l. 8. §. 13. ff. de inoff. Teſtam.*

## Impp. Dioclet. & Maxim.

**Interdicta autem licet in extraordinariis iudiciis proprie locum non habeant, tamen ad exemplum eorum res agitur, l. in fin. C. de interd.**



Digitized by Google

## Iidem Impp.

Vi pulſos reſtituendos eſſe, interdicti exemplo, l. 22. C. und. vi.

## Iidem Impp.

Si de poſſeſſione vi deiectus es, eum & lege iulia vis priuatæ reum poſtulare, & ad inſtar interdicti vnde vi conuenire potes, l. 4. C. eod.

Hæ leges a Triboniano ſunt interpolatæ. Cauſam dixi ad *rubr. dig. de interd. ſiue extraord. action. quæ pro his comp.*

## Imp. Conſtantinus.

Libertati a maioribus tantum impenſum eſt, vt patribus, quibus ius vitæ in liberos nécisque poteſtas olim erat permiſſa, libertatem eripere non liceret, l. vlt. C. de patr. poteſt.

Conſtantinus ſcripſerat, *necisque poteſtas permiſſa eſt*: quæ verba hodieque extant in Cod. Theodoſiano. Tribonianus autem ea immutauit. Quid ita? Vide quæ ſcripſi ad *l. in ſuis, 11. ff. de lib. & poſth. hered. inſt.* Giph. *in d. l. vlt. & in l. 6. C. de bon. quæ lib. pag. 215.*

## Imp. Alexander.

Caſtitati temporum meorum conuenit, lege Iulia de pudicitia damnatam in pœnis

pœnis legitimis perſeuerare. Qui autem adulterii damnatam (ſi quocunque modo pœnam capitalem euaſerit) ſciens duxerit vxorem, vel reduxerit, eadem lege ex cauſa lenocinii punietur, l. 9. C. ad L. Iul. de adult.

Hæc parentheſis, *ſi quocunque modo &c.* eſt Triboniani ex *l. 30. §. 1. C. h. t.* Nam ex L. Iulia adulterii pœna non fuit capitalis. Legis enim pœna relegatio fuit. Dixi Digeſt. *ad eund. tit.*

## Imp. Conſtantinus.

Vltimum autem finem ſtrepitus criminalis compendioſo ſpatio limitamus, quem litigantem, diſceptantemque fas non ſit excedere, l. 22. C. ad L. Cornel. de falſ.

In *l. 2. C. Theod. eod.* eſt, *anni ſpatio:* quod correxit Tribonianus, repoſito, *compendioſo ſpatio*: vt id conueniret cum *l. vlt. infr. Vt intra cert. temp. crim. quæſt. term.* vbi ſtatuitur biennium. Adde quæ ſcripſi ad *l. 15. ff. 5. ff. de SC. Turpill.*

Vt intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur. Sic habet inſcriptio tit. 44. lib. 9. Cod.

## Impp. Valent. Theod. & Arcad.

Quisquis accuſator reum in iudicium

ſub

ſub inſcriptione detulerit, ſi intra ſtatutum tempus accuſationem cœptam perſequi ſuperſederit, &c. l. 1. C. eod.

## Impp. Honor. & Theodos.

Nouerint iudices: cuilibet culmini honoriue præſidentes, neceſſariis vtrique parti (ſi petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus ſcil. inſcriptionibus, intra certum tempus criminales cauſas limitandas: quo emenſo, ſubeat accuſator, qui deſtitit, pœnam legibus conſtitutam, l. 2. C. eod.

Cauſæ criminales anno olim vno definiendæ erant: quod vel intelligi poteſt ex inſcriptione *tit. 36. lib. 9. C. Theod. Vt intra annum criminalis actio terminetur.* Iuſtinianus vero intra biennium eas finiendas eſſe ſtatuit *l. vlt. C. d. t. vt intra cert. temp. crim. quæſt. term.* Quam legem Tribonianus conſiderans, ſicut h. tituli inſcriptionem mutauit, & pro *intra annum*, ſcripſit, *intra* certum tempus: ſic & *in d. l. 1.* pro *intra anni tempus*, ſuppoſuit, *intra ſtatutum tempus*; & in *l. 2.* pro *intra anni curricula*, repoſuit, intra certum tempus: quomodo & in Reſcripto Conſtantini *d. l. 22.* pro *anni ſpatio*. Interpolator noſter ſcripſit, *compendioſo ſpatio*. Caute ſcilicet, & compendioſe. Sed, vt vetus prouerbium monet, mendacem memorem eſſe debere: ſic

&

& obliuioſus eſſe non deberet Interpolator. Atqui Tribonianus nouæ legis oblitus videtur, cum Pandectas poſtea colligeret. Nam in *in l. 7. ff. de minor. & honor.* ſcripſit, reum poſt annum, quam delatus eſt, petere honores poſſe; niſi per ipſum ſteterit, quo minus cauſa intra annnm expediatur. Recte quidem hoc ſcripſerat Marcianus, cuius tempore intra annum finienda erat cauſa criminalis. Et reus alioqui abſolutus, atque ex reis exemptus eſſe intelligebatur. Sed ſi Tribonianus ius condere conſtanter voluit, quod cum Iuſtiniani iure conueniret, hic quoque biennium pro anno ſupponere debuit, Balduin. *lib. 1. ſui Iuſtiniani.*

## Impp. Theodoſ. & Valentin.

Meminimus nuper emiſſa lege diuali, portionem quartam de facultatibus Curialium fati munus implentium, ex qualibet nouiſſima voluntate, vel ab inteſtato etiam, ad quemcunque (præterquam ſi ad filios curiales) deferantur, curiarum deputaſſe corporibus, &c. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars debet. ex bon. decurion. lib. 10.

Ex conſtitutione Theodoſii, ſi filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus non curialis, curiali ſucceſſerit, quarta curiæ non debetur. Ex conſtitutione autem Iuſtiniani, id eſt, *ex l. 3. C. eod.* debetur. Hoc igitur loco non addi-

addiderat Theodoſius, *Curiales*, ſed Tribonianus addidit, vt hæc lex congrueret cum Iuſtiniani lege *d. l. 3.* vbi Iuſtinianus nominatim ait, ſe hac in parte legi Theodoſii derogare. Quamobrem inſcienter Tribonianus Theodoſianæ legis verba accommodat ad Iuſtiniani conſtitutionem; nam Theodoſianæ legis verbis ita conceptis, ei ſane nihil derogatur. Cuiac. *in par. C. eod.* Fr. Raguell. *in d. l. 3.* Illud hic non eſt prætermittendum, quod Iuſtinianus conſtituit *in d. l. 3.* vt omnimodo curiæ, vel curialibus liberis maribus, aut fœminis Curialibus nuptis, Curialis quadrantem omnium ſuorum bonorum relinquat, id emendari *N. 38.* mutato quadrante in dodrantem. Cæteri ſatis habent, ſi liberis relinquant trientem, vel ſemiſſem legitimæ partis, *N. 18. c. 1.*

## Impp. Honor. & Theodoſius.

Grammaticos, Oratores atque Philoſophiæ præceptores, nec non etiam *Medicos*, præter hæc, quæ retro *latarum* ſanctionum auctoritate conſecuti ſunt priuilegia, immunitateſque, frui hac prærogatiua præcipimus, vt vniuerſi, qui in ſacro palatio inter Archiatros militarunt, cum comitiuam primi ordinis vel ſecundi adepti fuerint, aut maioris dignitatis gradum aſcenderint, nulla municipali, nulla curialium conuentione vexentur; ſeu indepta adminiſtratione, ſeu accepta teſtimo-

moniali, meruerint miſſionem: ſint ab omni functione, omnibusque muneribus publicis immunes, nec eorum domus, vbicunque poſitæ, militem ſeu iudicem ſuſcipiant hoſpitandum, &c. l. 11. C. de profeſſoribus. lib. 10.

Addiderant Imperatores in hac lege, *Nulla ſenatoria, vel glebali deſcriptione. l. 16. C. Theod. de Medic. & Profeſſor.* Sed hæc verba detraxit Tribonianus, quod iam ſenatoria, & glebalis collatio ſublata eſſet, *l. 2. C. de prætor. lib. 12,* Neque animaduertit, iis detractis, falſum reddi, quod initio Impp. edicunt, præter ea, quæ a retro principibus, medicis, & Profeſſoribus priuilegia data ſunt, noua quædam ſe eis hac conſtitutione deferre, nam quæ retinuit Tribonianus in hac lege, ea tribuuntur in *l. 6.* Et id duntaxat Impp. hac conſtitutione introduxerant noue, vt quemadmodum comitibus, & archiatris remiſſa fuerat ſenatoria collatio *l. 2. & 15. C. Theod. eod.* ita & liberalium literarum Profeſſoribus eadem comitiua ornatis remitteretur, Cuiac. in *d. l. 11.* Subſtantiæ, & facultatibus ſenatorum onus quoddam imponebatur, quod dicebatur glebalis functio, gleba ſenatoria, *l. 3. C. Theod. de præd. ſenator.* Symmach. *in epiſtol.*

# Impp. Honorius & Theodoſius.

Irenarchæ, qui ad prouinciarum tutelam quic-

Digitized by Google

quietis ac pacis per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, a decurionibus iudicio præſidum prouinciarum nominentur, l. vn. C. de Iren. lib. 10.

Imperatores Honorius & Theodoſius ſuſtulerant Irenarchas *l. 1. C. Theod. eod.* cuius hæc ſunt verba: *Irenarcharum vocabula, quæ adſimulata prouincialium quiete, pacis ac quietis per ſingula territoria haud ſinunt ſtare concordiam, radicitus amputanda ſint. Ceſſet igitur perniciosum genus Reipublicæ, &c.* ſed cum Juſtiniano Irenarchæ probarentur, illorum conſtitutionem Tribonianus in Juſtiniani ſententiam detorſit, Cuiac. *in d. l. vn.* Ad Irenarchas publicæ pacis cura & vigilantia pertinere dicitur in *c. circumcelliones. 23. qu. 5.* Sic dicti ἀπὸ τοῦ ἄρχειν τῆς εἰρήνης, Cuiac. *1. obſ. 33.* Eorum inſtitutum, ac origo videtur repetenda ab Auguſto, qui latrones, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, inhibuit, Sueton. *in eius vita c. 32.* Stationibus, id eſt, ſtationariis militibus. Tertullian. *Apologet. c. 2. Latronibus veſtigandis per vniuerſas prouincias militaris ſtatio ſortitur.* vbi Deſiderius Heraldus *in not.*

## Impp. Gratian. Valent. & Theod.

Edicimus, ne qua mulier ſplendidioris gradus monetarii adhærens conſortio, decus natiuæ libertatis amittat. Quod ſi quam ab hac præceptione ſtatutum noſtræ

ſtræ ſerenitatis abduxerit, ea vel legitima admonita conuentione diſcedat, vel ſi complexui monetarii putauerit inhærendum, non ambigat, ſe ſibi & liberis præiudicaturam, & eius conditioni eſſe nectendam, &c. l. 7. C. de murilegul. lib. 11.

Eſt *l. 10. Cod. Theod. tit. 20. lib. 10.* quæ hic a Triboniano truncata eſt, demtis, quæ poſt dictionem, *abduxerit*, ſequuntur, verbis, *ea ſecundum auctoritatem SCti Claudiani:* quia Iuſtinianus ſuſtulerat SC. Claudianum, Cujac. *in not. ad d. l.* Fr. Raguel. *in comm. d. l. un. C. de SC. Claud. toll.*

# Impp. Gratian. Valent. & Theod.

Quiſquis vitem ſucciderit, aut feracium ramorum fœtus vetauerit (*rectius legitur,* amputauerit) quo declinet fidem cenſuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium, mox detectus competenti indignationi ſubiiciatur, &c. l. 1. C. de cenſib. lib. 11.

Verba, *competenti indignationi,* ſunt Triboniani. Nam Imperatores capitale ſupplicium irrogant, *l. 1. C. Th. de conſiſtor.* ibi, *capitale ſubibit exitium.*



Digitized by Google

## Impp. Honorius & Theodoſius.

Verum ne ſub ſpecie litis, dominationes ſemel conſtitutæ turbentur, ſex menſium ſpatium cenſemus debere ſeruari, intra quod is qui putat, ſibi rem probabili ratione competere, debitas exerat actiones, l. 7. C. eod. tit. de cenſib.

Solent per æquatores a dominis deſerta & deſtituta prædia aliis tradere, atque ita dominium mutare: poſt quam addictionem creditores excluduntur, quibus prædia ſunt obligata vel debita, niſi de iure ſuo experiantur intra ſex menſes. Tribonianus quatuor menſes, ad duos, ab Honorio & Theodoſio in *l. 15. C. Theod. t.* tributos, addidit, Cuiac. *in not. ad d. l. 7. & in præſcr. temp. cap. 18.*

# FINIS.

Cla-

# Clariſſimorum Virorum teſtimonia de interpolatione hac Triboniana.

## Anton. Contius, lib. 1. ſubſec. iur. lect. 9.

NVnc videbimus, quod reuerentiæ genus hoc fuerit: nomina ICtorum, & Imperatorum retinere, & contraria his, quæ illi aliquando ſcripſerunt, poſteritati tradere. Quid cæteri iudicent, neſcio, mihi quidem ſimile reuerentiæ genus eſſe videtur, ac ſi Iuſtinianeæ ſtatuæ Iulii Cæſaris caput pictor quis, aut ſtatuarius adiungat.

## Anton. Goueanus, lib. 1. variar. iur. lect. 29.

Ita Vlpianum in l. 1. ff. de leg. 1. dicere videmus, quod multis poſt ſeculis Iuſtinianus conſtituit. Ita in l. Succeſſores. 16. C. ad L. Falcid. SCto Trebelliano tribuitur, quod ſine dubio Pegaſianum induxerat. Ita ſexcentis locis iuris noſtri, longo tempore capere pro vſucapere poſitum videmus: cum olim biennio res

ſoli caperentur, non longo tempore. Infinita ſunt huius generis, quæ niſi notentur, magnas tenebras legentibus offundunt.

## Iacobus Cuiacius in not. ad §. ſi quis aliena. 34. Inſt. de rer. diuiſ.

Sunt puriora multo fragmenta Pandectarum: in quibus tamen ingentia flagitia Tribonianum admiſiſſe conſtat; detorſis ſæpe, exempli gratia, Vlpiani verbis in ſententiam Iuſtiniani, atque in ius id, quo tum vtebantur: non ſecus atque Gothi, qui ex moribus, & legibus ſuis in Caio, & Paulo pleraque commutarunt.

## Franc. Hotomannus 3. *Obſ. 9.*

Tandem aliquando confido, me huius legis ænigma diſſoluiſſe, quod Tribonianus, male vbique de noſtris ingeniis meritus, nobis in cruciatum poſuerat. Nam in contextum verborum Pauli emblemata de ſuo inſeruit; quod animaduerſum facile omnes tenebras diſcutiet.

Idem

## Idem 6. Obſ. 20.

Intercalares quoſdam Triboniani verſus obſeruaſſe videor, non modo in Pandectis, verum etiam in Codice Iuſtiniani.

## Idem 8. Obſ. 16.

Notata ſunt a nonnullis eruditis viris quædam in Pandectis Triboniani facinora, quibus illarum ius vetus interpolauit, & ad Imperatoris ſui regulam inflexit.

## Franc. Balduinus lib. 2. Iuſtin. pag. (mihi) 113.

Tribonianus, vt obtemperet Conſtitutioni Iuſtiniani, deleuit hæc verba, per damnationem, per vindicationem. Sed interim reliquit effectum eius differentiæ, & contraria capita temere recenſuit, quæ ſine illa diſtinctione conciliari non poſſunt. En qualis fuerit concinnatio Pandectarum? Nos vero miſeri, & bis terque miſeri, qui tales inter ſcopulos iactamur, Sed multo illi etiam miſeriores, qui neque vident, neque ſentiunt ſuam miſeriam: ac ne per ſomnium quidem cogitant quicquam de Tribo-

boniani ſiue flagitio, ſiue ſtultitia, ſiue audacia, in Pandectarum capitibus non iam dico componendis, ſed potius cauponandis.

## Marquardus Freherus lib. I. parergon. 2.

Conſutarios autem Pandectarum, quum Principis ſui conſtitutione, ſublato ſexus graduſque diſcrimine, effectum ſcirent, vt omnes liberi nominatim exheredandi eſſent, verbum, filius repunxiſſe, illud tamen, quia hic filius nec ſub conditione, qua erant incuria, inobſeruatum relinquere potuiſſe.

Syl-

SYLLABVS

# LEGVM PANDECTARVM
## a Triboniano interpolatarum.


| | |
|---|---|
| L. 2. ff. de juſt. & jur. | pag. 3 |
| L. 2. §. 7. ff. de Orig. Jur. | 5 |
| L. 5. §. 1. ff. de ſtat. hom. | 6 |
| L. 14. ff. eod. | 8 |
| L. 2. in princ. ff. de adopt. | 10 |
| L. 9. §. 3. ff. d. R. D. | |
| L. vlt. §. 1. ff. de ſenator. | ib. |
| L. pen. & vlt. ff. de in jus voc. | 13 |
| L. 7. §. 12. ff. de pact. | 15 |
| L. 23. ff. de his qui not. infam. | 17 |
| L. 72. ff. de procurat. | 19 |
| L. 47. de negot. geſt. | ib. |
| L. 10. ff. de dol. mal. | 21 |
| L. 27. §. vlt. ff. de minor. | 22 |
| L. 7. in princ. ff. de cap. min. | 23 |
| L. 36. ff. de recept. arb. | 24 |
| L. 2. §. pen. ff. de judic. | 26 |
| L. 32. ff. eod. | ib. |
| L. 8. §. 9. ff. de inoff. teſtam. | 179 |
| L. 25. §. 15. ff. de hered. pet. | 28 |




Digitized by Google

Tit. 3. lib. 6. Digeſt. 29
L. 10. in princ. ff. de vſ. & hab. 30
L. 27. §. 10. in fin. ff. ad l. Aquil. 31
L. 44. §. 4. ff. fam. erciſc. 32
L. 1. §. 1. ff. de interrog. in iur. fac. 33
L. 2. §. 3. in fin. ff. de reb. cred. 35
L. 5. §. 2. ff. commod. 36
L. 9. §. 2. ff. de pign. act. 37
L. 11. §. 6. ff. eod. ib.
L. 10. §. 3. ff. Mandat. 36
L. 13. ff. eod. ib.
L. 1. in princ. ff. pro ſoc. 40
L. 63. §. 9. in princ. ff. eod. 181
L. 2. §. 1. ff. de contrah. emt. 41
L. 25. §. 1. ff. eod. 42
L. 46. ff. eod. 43
L. 44. ff. de act. emt. an interpolata eſt? 44
L. 25. in princ. ff. locat. 45
L. 5. §. 2. ff. de præſcr. verb. ib.
L. 16. §. ult. ff. de pign. 47
L. 1. ff. de uſur. 49
L. 17. ff. eod. 50
An L. 4. §. 1. ff. de naut. fœn. 51
L. 25. ff. de probation. 52
L. 10. l. 11. ff. de rit. nupt. 55
L. 15. ff. eod. 56
L. 36. ff. eod. 57
L. 38. ff. eod. 59
An L. 16. ff. de fund. dot. 60
L. 13. §. 1. ff. de donat. inter vir. & ux. 61

L. 66.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| L. 66. ff. eod. | 63 |
| L. 6. ff. de diuort. & repud. | 65 |
| L. 6. ff. ſol. matrim. | 68 |
| L. 2. §. 1. ff. eod. | 72 |
| L. 22. §. 7. ff. eod. | 73 |
| L. 3. §. 1. ff. de tutel. | 74 |
| L. 4. ff. eod. | ib. |
| L. 5. ff. eod. | ib. |
| L. 16. in princ. ff. eod. | 76 |
| L. 16. §. 1. ff. eod. | 77 |
| L. 24. ff. de teſtam. tut. | 78 |
| L. 7. ff. de confirm. tut. | 79 |
| L. 8. ff. de legit. tut. | ib. |
| L. 13. §. ult. ff. de tut. & curat. | ib. |
| L. 26. ff. eod. | ib. |
| L. 11. ff. quod falſ. tut. auct. | 83 |
| L. 20. in pr. ff. qui teſt. fac. poſſ. | ibid. |
| L. 10. ff. de lib. & poſth. her. inſt. | 84 |
| L. 11. ff. de lib. & poſth. her. inſt. | 66 |
| L. 3. in pr. ff. de iniuſt. rupt. teſt. | 87 |
| L. 25. §. 7. ff. de acquir. hered. | 89 |
| L. 5. ff. de iur. codicill. | 91 |
| L. 1. ff. de legat. 1. | 91 |
| L. 8. §. 1. ff. eod. | 93 |
| L. 33. ff. eod. | 95 |
| L. 21. in pr. ff. de leg. 3. | 96 |
| L. 1. ff. de vſ. & vſufr. leg. | 98 |
| L. 1. §. 2. ff. de dot. præleg. | 100 |




Digitized by Google

| | |
|---|---|
| L. 19. ff. de opt. leg. | 101 |
| L. 1. de his quæ pœn. cauſ. | 103 |
| Rubr. ff. ad SC. Trebell. | 105 |
| L. 31. §. 2. ff. eod. | 107 |
| L. 39. ff. eod. | 108 |
| L. 56. ff. eod. | ib. |
| L. 5. §. 1. quand. dies Leg. ced. | 110 |
| L. 21. §. 1. ff. de jur. patron. | 111 |
| L. 26. de bon. libert. | 112 |
| L. 2. §. vlt. ff. de ſuis & leg. hered. | 113 |
| L. 2. §. 25. ff. ad SC. Tertull. | 115 |
| L. 2. §. 43. ff. eod. | ib. |
| L. 7. §. vlt. ff. de donat. | 116 |
| L. 20. §. 1. ff. de donat. | ib. |
| L. 24. ff. eod. | 119 |
| L. 15. ff. de donat. mort. c. | 120 |
| Tit. ff. de manum. teſtam. | 122 |
| L. 27. ff. de fideicomm. lib. | 124 |
| L. 30. ff. de lib. cauſ. | 125 |
| L. 13. §. 10. ff. de acquir. poſſ. | 127 |
| L. 3. ff. de vſucap. | 128 |
| L. 4. §. 1. ff. eod. | 129 |
| An l. 9. in pr. ff. eod. | 130 |
| An l. 10. §. 1. ff. eod. | 132 |
| L. 18. ff. eod. | 133 |
| L. 31. §. 1. ff. eod. | 134 |
| L. 2. §. 20. pro emt. | 135 |
| L. vlt. ff. de curat. bon. dand. | 138 |

Tit.

Digitized by Google

# SYLLABVS.

Tit. ff. de Interdict. ſiue extraordin. act. quæ pro his comp. 139
Tit. ff. de vi & vi arm. 141
L. vn. § 1. ff. Vtrubi 144
L. 12. ff. de Exception. 145
L. 39. ff. de V. O. 146
L. 13[illegible]. ff. eod. 149
L. 45. ff. eod. ibid.
L. 58. ff. eod. 151
L. 10. ff. de nouat. 154
L. 31. §. 1. ff. eod. ibid.
L. 1. ff. de extr. crim. 156
L. 1[illegible]. ff. de accuſat. 157
An l. 7. §. vlt. ff. ad l. Iul. Mai. 158
§. 4. Inſt. de Publ. iudic. 160
§. 5. Inſt. eod. 162
L. 9. ff. ad L. Pomp. de parric. 163
§. 7. Inſt. de publ. iudic. 164
L. 1. §. 2. ff. ad L. Iul. de ann. 166
L. 1. §. 1. ff. ad L. Iul. amb. ibid.
L. 15. §. 5. ff. ad SC. Turpill. ibid.
L. 9. §. 11. ff. de pœn. 168
L. 28. in princ. ff. eod. 169
L. 38. §. 2. ff. eod. ibid.
L. 38. §. 8. ff. eod. 170
L. 1. ff. de iur. fiſc. 171
L. 8. ff. de capt. & poſtl. reu. 172
L. 26. ff. ad municip. 173



Digitized by Google

An L. 244. ff. de V. S.? 175
L. 77. ff. de R. I. 177

# INDEX
# Legum Codicis a Triboniano interpolatarum.

L. 1. C. de epiſcop. audient. 182
L. 18. C. de transact. 183
L. 8. C. de aduoc. diu. iudicior. 185
L. 5. C. de reſtitut. milit. 186
L. 1. C. de reb. cred. 187
L. 14. C. de contrah. emt. 190
An interpolata eſt l. celebrandis 19. C. de nupt.? 191
L. 6. §. 1. C. de ſecund. nupt. 192
L. 6. C. de dot. promiſſ. 193
L. 1. C. de iur. dot. 194
L. 14. C. eod. 195
L. 1. C. qui admitt. ad bon. poſſ. 196
L. 1. C. de teſtam. milit. 197
L. 1. C. de his quib. vt indign. ibid.
L. vlt. in fin. princ. C. de codicill. ibid.
L. vlt. §. vlt. C. eod. 198
L. 6. ad SC. Trebell. 199
L. 2. C. ad SC. Tertullian. ibid.
L. 5. C. eod. 200

L. 6.

Digitized by Google

L. 6. C. quorum appellat. non recip. ibid,
L. 3. C. de interdict. 201
L. 2. C. vnd. vi. 202
L. 4. C. eod. ibid.
L. vlt. C. de patr. poteſt. ibid.
L. 9. C. ad L. Iul. de adult. 203
L. 22. C. ad L. Corn. de falſ. ibid.
L. 1. & 2. C. Vt intr. cert. temp. crim. quæſt. term. 203
L. 2. C. quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10. 205
L. 11. C. de Profeſſor. lib. 10. 207
L. vn. C. de Irenarch. lib. 10. 208
L. 7. C. de Murileg. lib. 11. ibid.
L. 1. C. de cenſib. lib. 11. 209
L. 7. C. eod. 210

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google